# MARCI ANTONII ZIMARAE,

*PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI*

## Tabula dilucidationum in dictis Ariſtotelis & Auerrois,

OPVS LOCVLENTISSIMVM, ET NVNC OPERA CVIVSDAM ADOLESCENTIS VTRIVSQVE *linguæ peritiſſimi recognitum, & in lucem ſumma cura & diligentia æditum.*




*Venetiis apud Hieronymum Scotum.*

*MDXLVIII.*

# MARCI ANTONII ZIMARAE,

PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI

Tabula dilucidationum in dictis Ariſtotelis & Auerrois,

OPVS LOCVLENTISSIMVM, ET NVNC OPERA CVIVSDAM ADOLESCENTIS VTRIVSQVE *linguæ peritiſsimi recognitum, & in lucem ſumma cura & diligentia æditum.*




*Venetiis apud Hieronymum Scotum.*

*MDXLVIII.*

# TABVLA CVM DILVCIDAtionibus in dictis Ariſtotelis & Auerrois, ab illo clariſsimo M. Antonio Zimara Philoſophiæ eruditiſsimo compilata, qua digreſsionibus paſsim ab eo inſertis, uia Peripateticæ ueritatis luce clarius edocetur.

## ¶ De litera A.

AB, Prępoſitio in idiomate Arabico notat tam cauſam agentẽ, quàm ſubiectum & oppoſitũ, primo phyſic. cõmen. 58. Vide quomodo importet ſubiectum, primo cœli cõmen. 10. ubi litera translationis arabicè habet in textu, ꝙ corpus glorioſum non eſt generatum ab aliquo. Quod Cõmentator ponderans in cõmento dicit: Et dixit, neq; generabile ab aliquo. & non dixit, neq; generabile ſimpliciter. quoniam hæc eſt differentia inter dicentes ꝙ hoc corpus eſt creatum à prima cauſa, & opinantes ipſum primam cauſam ſcilicet, ꝙ dicentes ipſum eſſe primam cauſam opinantur ipſum non eſſe generabile ſimpliciter. Et dicentes ꝙ eſt cauſatum à prima cauſa, opinantur ꝙ non eſt generabile ab alio, ideſt ex alio. Et ꝙ ſi diceretur eſſe generabile à nullo & in nullo tẽpore, poſſet hoc inſtitui ſecundum uocem & ſecundum tranſumptionẽ. Generabile uerò, eſt terminatum tẽpore, & generabile ab aliquo. Et hoc nomen generationis eſt uulgariter, q̃d Ariſt. intendit remouere à cœlo. Vbi patet ꝙ ly ab aliquo, dicit cauſam materialem. Ariſto. enim ibi demonſtrat ꝙ cœlum non eſt generabile, quia non habet ſubiectum, neq; contrarium. ¶ Et ex illo loco patet quantum deuiauerũt à ueritate Ioan. de Baccone, et Grego. ariminen. in. 2. ſententiarũ. diſt. j. q. j. qui tenent ex mente Ariſto. & Auer. cœlum & ſubſtãtias æternas non habere cauſam æternam effectricem. Et licet iſta quæſtio in uia Peripateticorum ardua ſit & ambigua: (Eudemus enim & Alexan. ut recitat Simplicius in principio phyſicæ auſcultationis, tenuerunt Deum ſecundũ mentem Ariſto. non eſſe cauſam efficientem, ſed finalẽ tantum & formalem æternorum.) Ammonius tamen, Simplicius, & Ioan. Grammaticus oppoſitum tenuerunt, & multi ſapientes. Verũtamen quicquid ſit de Ariſtotele, unum ſcio indubitanter, Auerroem tenuiſſe de mente Philoſophi, æterna eſſe cauſata in triplici genere cauſę, (etenim hic apertè teſtatur cœlum eſſe cauſatum à prima cã) & ꝙ Ariſto. in primo cœli demonſtrat cœlum non eſſe generabile, illo modo generationis quo generãtur iſta temporalia; quia hoc ſonat nomen generationis, uerè & non tranſumptiuè ſumptum. Ariſto. enim abhoret metaphoras & tranſumptiones in doctrina demõſtratiua, ut ipſe præcepit in. 2. poſteriorum analyticorũ. Et ideo Ariſto. nomen generationis uerè & in propria ſignificatione, intendit remouere à corporibus cœleſtibus. Et hoc apparet manifeſtè ex ſententia eiuſdem Auer. in lib. deſtru. deſtructionum, in diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij, ubi dicit ꝙ Philoſophi aſcenderunt gradatim inueſtigare de ſupercœleſtibus corporibus, & apparuit eis ꝙ ſunt ingenerabilia, & non ſunt ſicut inferiora corpora. Generabile enim inquantum generabile, eſt pars huius mundi ſenſibilis, cuius generatio nõ ſequeretur niſi prout eſt eius pars, eo ꝙ omne generabile generatur ſine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & in tempore. Et inuenerũt ꝙ orbium corpora ſunt neceſſaria in generatione inferiorum corporum, prout ſunt agentia remota. Vnde ſi corpora cœleſtia generabilia eſſent modo iſtius generationis, indigerẽt alijs corporibus præcedentibus ea, quæ ſimiliter eſſent partes alterius mũdi: & ita eſſent alia corpora ſupercœleſtia, & talia etiam indigerent alijs, & ſic in infinitũ. Ecce igitur ꝙ uult demõſtrationem intelligi de uera generatione in propria ſignificatione ſumpta, quæ indiget cauſa agente, materiali, & finali, tẽpore, & loco. Confirmatur authoritate eiuſdem in primo cœli. cõmen. 105. ubi habet: Defendentes autem Platonem dicunt quòd aſſimilatio generationis mundi ex ſuis elemẽtis, generationi figurarum ex lineis & ſuperficiebus à Platone, ſignificat ꝙ mundus ſemper fuit apud Platonem, & ꝙ ipſe non intendebat per hũc ſermonem, niſi ꝙ partes eius ſunt priores natura toto: non quòd ipſe fuit generatus uerè. Et ſi hoc intendebat, nihil differt ab Ariſto. Sed tamen male fecit in hoc quod dixit mundum eſſe generãtum, & non corruptibilem. Hoc enim non intelligitur ex g̃natione, niſi cum difficultate: & maximè cum dixit: Quòd efficitur ex non ordine in ordinem. Nam Plato dixit deum elementa quæ ante mundi generationem mouebãtur motu inordinato, deduxiſſe ex non ordine in ordinem. Modò talis generatio quæ fit ex priuatione ad habitum, uidetur eſſe uera generatio, quę eſt temporalis: & ita cum difficultate poteſt intelligi generationem illam apud Platonem fuiſſe ęternam. Aut igitur male ſenſit, aut male docuit: quia abutebatur uocabulo generationis (ut dicit præfatus Cõmen. etiam primo cœli. cõmen. 106.) Tenet igitur Cõmen. cœlum & intelligentias eſſe cauſatas ab æterno à prima intelligentia, ſed non per generationem ueram quę fit cũ tranſmutatione & tempore, ſed nobiliori modo. Scientia enim Dei glorioſi eſt cauſa entitatis & ueritatis omnium entiũ, ut ſcribit Cõmen. in. 2. primæ philoſophiæ. cõm. 4. & in. 12. primæ philoſophiæ. cõmẽ. 51. De hoc uide notabilem authoritatem in libro deſtructionum diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij. ubi ſcribit: Amplius declaratum eſt à Philoſophis, ꝙ illud quod dat entibus ſeparatis à materia finem, eſt illud q̃d dat eis eſſe. Forma enim & finis ſunt unũ & idem in hac ſpecie entium. Ergo illud quod dat finem entibus, illudmet dat formã, & illud quod dat formã eſt agẽs: ergo quod dat finem huic etiam eſt agens. Apparet igitur ꝙ primum principium eſt omnium iſtorum principium, ſcilicet forma, & agens, & finis. Quid clarius?

*[Margin notes:* Digreſſio de cã efficiẽte i ſubiectis ęternis, contra Io. de Bac. & Grego. Ariminen. Opio. Eu. & Alex. p una põne. Pro opiõne cõtraria fuerũt Ammon. Simplici⁹, Philoponus, et alii. — Quę ad mẽtẽ Aue. — Te. c. 22 — Colũ. 4 — In fine.*]*

Ab antiquo non prouenit nouum abſolute, ſecundum Philoſophos, ex diſputa. 12. in ſolutione tertij dubij.

Ab omnibus excellentibus Philoſophis hodie exiſtimatur, quòd ab uno primo procedunt principaliter omnia entia mutabilia. ex libro deſtructionum. diſputatione. 3. in ſolutione. 12. dubij.

Ab uno utrum multitudo prouenire poſſit. uide diffuſe in lib. deſtruct. in diſpu. 3. in ſolutio. 12. dubij. *In medio.*

Ab uno agente non prouenire niſi unum effectum tantum, propoſitio falſiſſima eſt, qua utebatur Auicẽna & Alpharabius. ex diſpu. 3. in libro deſtruc. in ſolõne. 23. dubij.

Ab uno ſimplici numero nõ poſſe prouenire niſi unum ſimplex numero, non quodammodo unum in numero & quodãmodo plura: & ꝙ illius unitas ſit cauſa eſſe pluralitatis. Si iſto modo intelligant, nõ poteſt homo euadere à dubijs Algazelis. Ibidem. in ſolutione. 26. dubij.

Ab uno eſſentialiter non inuenit niſi unũ motũ, ſed intrant plura ipm per accidẽs. 8. phyſi. cõ. 51. & elicit ex textu.

Abſtinentes, appetentes, & concupiſcentes, non operantur ea quorum habent appetitum, ſed ſequuntur intellectum. 3. de anima. tex. com̃. 48.

Abſtrahentium non eſt mendacium. 2. phyſic. tex. com̃. 18. idem. 3. de anima. 35.

Abſtractione mathematica plerunq; utitur ſcientia naturalis, Alexandri ſententia eſt in plerisq; locis, & ſignanter in principio libri Priorum analyticorum. Eſtq; dictum notabile & aureum.

Error Latinorum.

Ex cuius ignorantia Doctores noſtri Latini in plerisq; quæſtionibus in philoſophia hallucinati ſunt. Scientiæ enim ſibiinuicem ſubſeruiunt, ſicut eſt in artibus. Certum eſt quòd naturalis Philoſophus quandoq; concipit formam naturalem ſine materia: nam & Cõmenta. dicit in. 12. primæ philoſophię in com̃. 39. Intellectus innatus eſt diuidere coniuncta in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma, et formam à congregato ex materia & forma. Hoc etiam dicit lucidiſſimus Themiſtius in. 4. phyſi. in drigreſſione contra Galenum de ſpatio ſeparato, ubi mouet quæſtionem contra ſe dicens:

Cap. 8. ſupra te. 36.

Sed dices, unde nam ſpatium illud ſi non eſt ſeparatum à corpore, intelligitur tamen quoquomodo ſeorſum à corpore? & ſoluens inquit; Tu uerò (inquam) unde albedinem? unde nigritiem? ea tamen & ſi in contemplatione ueniunt ſine corpore, nec tamen per ſe ſunt, nec à corporibus redempta, abſoluta, præciſa: ſed ſola eſt cogitatio quæ id cõminiſcitur. Non enim idem eſt huic aquæ eſſentia, & ipſius aquæ dimenſiones; pariter in hoc uino, & in hoc aere: ſed qualitates tantùm animo ſequeſtratæ atq; adeo abiunctæ corporibus, non quidem ſeorſum habentur, ſed ſeorſum intelliguntur à nobis. Sed tamen in tali conſideratione naturalis non utitur abſtractione ſibi propria, quia ipſe à materia ſenſibili non abſtrahit, ut patet in. 6. metaphyſi. tex. cõmen. 2. & primo de anima. tex. cõmen. 16.

Te. cõ. 12.

Et tamen Ariſto. in. 2. phyſic. definiens naturam quę eſt forma, inquit: Alio autem modo natura utiq; erit habentium in ſeipſis principium motus. Forma & ſpecies non ſeparabilis ens, ſed aut ſecũdum rationem. Hoc autem, ut Alexan. dicit, eſt, quia naturalis utitur metaphyſica abſtractione. Ex hoc autem nõ ſequitur ꝙ ſcientia mathematica quiditatiuè conſideret quiditates particulares rerum naturalium, quatenus naturales ſunt. Similiter naturalis poteſt iſta abſtractione abſtrahere, ut inquit p̃fatus Alexan. accidentia nouem generum à ſubſtantia ſecũdum rationem. Sed hoc ſecundum mathematicam conſiderationem. Et ſimiliter naturalis poteſt conſiderare entia quiditatiuè conſiderata, à ſcientia diuina ſecundum abſtractionem ſibi propriam, per uiam ſimilitudinis: ſicut quãdo imaginatur intelligẽtiam in ratione qua eſt anima cœli, ut talis aſſimilatur formæ materiali, ſicut imaginatur eam Cõmen. in. 2. cœli, in com̃. 3. ubi dicit, ꝙ intelligentia quodammodo aſſimilatur formæ materiali, inquantum dat orbi motum circularem, & eſt in eo.

Quod nã̃lis nõ cõſiderat q̃diratiue itelligẽtias abſtractas, cõtra opiõnẽ aliquorũ.

Ex hoc autem non ſequitur naturalẽ quiditatiuè conſiderare intelligentias, ſicut quidã fatui confeſſi ſunt, intelligentias abſtractas quiditatiuè non ſolùm in ſcientia diuina conſiderari, uerũetiam in ſcientia naturali. Nullibi enim Ariſto. poſuit, nec aliquis Peripateticus, intelligentias quiditatiuè conſiderari, quæ ſunt animæ æternorũ animalium, niſi in ſcientia diuina. Nam licet naturalis conſideret intelligẽtia, ut eſt anima cœli, & id genus. clarum eſt intelligentibus, iſta eſſe aduentitia & extranea ſibi, nec ſpectant ad eius quiditatem, et immorari in hoc eſt ſuperfluum nimis. Stultas enim opiniones inſectari ſtultiſſimum eſt, ut dicit Ariſto. 3. de partibus animalium. cap. 4. & primo topicorum. cap. 9.

Dubita.

Sed dices, ſi formæ & qualitates naturales poſſunt abſtrahi per rationem, & naturalis in hoc utitur mathematica abſtractione, quomodo igitur naturalis conſideratio diſtinguitur à mathematica?

Solutio Tez. c. 2

Reſpondetur quòd aliud eſt abſtrahere, & aliud diffinire. Scientiæ ſpeculatiuæ diſtinguuntur adinuicem ex diuerſis modis diffiniendi, ut patet. 6. metaphyſic. Diffinitio autem eſt perfecta & completa quiditatis cognitio. Vnde licet naturalis poſſit mathematica abſtractione formas naturales itelligere ſine materiam, non poteſt tamen eas diffinire: quia naturalis diffinit per materiam. primo de anima. 16.

Abſtracta entia comprehendunt nobilitatẽ perfectam ſine operatione, & diuerſantur ſecũdum magis & minus. 2. cœli. com̃. 66. idem ibidem. com̃. 62. & 65.

Abſtrahere, nihil aliud eſt ꝙ̃ facere intentiones imaginatas in actu intellectas, poſtquam erant in potentia. Intelligere autẽ, nihil eſt aliud ꝙ̃ recipere has intentiones, 3. de anima. com̃. 18.

Digreſſio de intellectione q̃uo eſt intell's agentis, & q̃uo itell's poſſibilis & mãlis. Te. cõ.

Primum dictum locum habet de abſtractione q̃ eſt opus intellectus agentis. Ille enim eſt qui transfert res de ordine in ordinẽ. Sed eſt alia abſtractio quæ eſt opus intellectus poſſibilis, & eſt quando intelligit prius, non intellecto poſteriori: ut quando intelligit ſupius ſine inferiori, uel ſubiectum non intellecta paſſione. De tali dicitur. 2. phyſi. abſtrahentium non eſt mẽdacium. Secundum uerò dictum Cõmenta. intelligendũ eſt in prædicatione cauſali, quia formaliter loquendo, receptio intentionis non eſt intellectio. Sic enim ſe habet intelligibile apud intellectum, ſicut ſenſibile apud ſenſum. 3. de anima. tex. cõmen. 2. Modo receptio ſenſatæ intentionis in ſenſu, non eſt ſenſatio: q̃d ratione oſtẽditur, & authoritate comprobatur. Ratione quidẽ, nam quæ inuicem ſeparantur in eſſe, illa non ſunt formaliter eadem, neq; realiter: ſed ſtat, ꝙ ſit receptio ſpeciei ĩ ſenſu abſq; hoc ꝙ conſequatur ſenſatio. Ad alia enim fortiter intenti, delata ſub oculis non uidemus: ut dicit Ariſto. in libro de ſenſu & ſenſato. Authoritas etiam expreſſa de hoc eſt Cõmentatoris in ſecundo de anima. com̃. 149. ubi dicit, ꝙ recipere aliquid eſt aliud à iudicare illud.

Ca. de odoribus & ſuũ finem. Aduerſus Io. de Gã. Literę Au. correctio.

Et ex hoc patet quantum errauerit Ioan. de Gandauo, qui uoluit ſenſationẽ realiter non differre à ſpẽ ſenſibili, & ſequaces moderni etiã ſunt in hoc errore: niſi litera ſit corrupta, debeaturq; dici, ꝙ intelligere nihil aliud eſt ꝙ̃ reſpicere iſtas intentiones, quod idem eſt q̃d cognoſcere. Et ita credo certius corrigi literam. Si autem dicit recipere, hoc intelligitur in prędicatione cauſali, quia ad hoc ut fiat intellectio prærequiritur receptio intentionum in intellectu materiali, quia ſcribit Cõmentator in cõmen. 19.

3. de aia

Intellectus materialis eſt paſſio & actio, & prius eſt paſſio, ꝙ̃ actio: quia prius recipit intẽtiones uniuerſales, poſtea ſit actiuus producendo intellectionem. Non enim intellectio quam cõmuniter experimur in nobis, producitur ab intellectu agente, ſed ab intellectu poſſibili: quia per intellectũ agentem, ſecundum Auer. & antiquos Peripateticos, homo non intelligit in principio, ſed in poſtremo, ut fingunt. Vnde Cõmenta. accuſat Auempacem in. 3. de anima com̃. 19. aſſerentem per intellectum agentem nos cognoſcere infinita in p̃poſitione uniuerſali. Dicit enim ꝙ iudicium & diſtinctio attribuit in nobis intellectui materiali, & non intellectui agẽti. Vnde Ariſt. in. 3. de anima. in principio dicit: De parte autem animæ per quã anima intelligit & ſapit, ibi Themiſtius et Cõmentator exponunt, ideſt, per quam nos ſapimus & intelligimus, & patet ꝙ ille eſt intellectus materialis & nõ agens, de quo loquitur in prin. 3. de anima.

Abſtractum non poteſt moueri. 3. meta. tex. com̃. 7. & 9.

Abſtractæ res ſunt priores in eſſe entibus non abſtractis. 6. metaphyſi. com̃. 3.

Abſtractæ intelligentiæ attribuuntur corporibus cœleſtibus, ſicut anima corpori. 8. metaphyſi. cõmen. ultimo. Expono, quo ad mouere, non quo ad formalem inherentiam: ut exponit Cõmenta. in. 2. cœli. cõmen. 3. & in. 2. capite libri de ſubſtantia orbis.

Abſtractorum entium illud quod diligitur propter ſe, & deſideratur propter ſe, eſt in fine ſimplicitatis unitatis, & nobilitatis. 12. metaphyſic. cõmen. 37. & textu. Vbi Cõmentator notat Ariſto. ponere differẽtiam inter primum principium & alia entia abſtracta: quia alia uidentur eſſe electa & deſiderata propter alia, ſed primum principium eſt electum per ſe, & amatum ab omnibus, & tale eſt ens perfectum in fine.

Abſtractum & concretum (quæ Commentator appellat principale & ſumptum: nam concretum ſeu denominatiuum ſummitur à principali) differunt, quia ſumptum ſignificat illud quod ſignificat principale & magis. Vita enim ſignificat aliquid non in ſubiecto, uiuum autem ſignificat aliquid in ſubiecto: ſignificat enim formam in materia, et habitum in ſubiecto. 12. meta. com̃. 39. Nota tamẽ ꝙ nomẽ tale denominatiuum primò ſignificat accidẽs, & ſecũdò ſubiectum: ut ſcribit Cõmen. 5. meta. cõ. 14. contra Auicẽnam. Et ideo dixerunt ſapientes ꝙ concretũ principaliter ſignificat formam, ſed connotatiue dicit ſubm.

Abſtractæ formæ à materia ita ſe habent, ꝙ diſpoſitio & diſpoſitum in eis ſunt unum in eſſe, & duo in conſideratione. 12. metaphyſi. cõmen. 39.

Abſtractum eſſe, impoſſibile eſt demõſtrari, niſi uia motus 12. meta. com̃. 5. idem primo phyſi. com̃. ultimo. & 8. phy. com̃. 3. idem 2. phyſi. cõmen. 22. & 26.

Abſtractarum ſubſtantiarum nulla eſt quæ non moueat, quia tunc inueniretur in diſpoſitione diminuta. 12. meta. cõmen. 48. & elicitur ex textu.

Abſtracta animæ operatio eſt, quæ ſit ſine inſtrumento corporali, & non eſt in rebus exiſtẽtibus in corpore. Si autem operatio animæ fuerit in rebus exiſtentibus in corpore, illa non erit abſtracta. primo de anima. cõ. 13.

Digreſſio qual'r aiæ opatio ſit abſtracta. Ad qualitatẽ abſtractiõis opationis aiæ duæ cõditiones requirunt.

Vbi aduerte ſecundum mentem Auerrois, duas cõditiones requiri ad qualitatem abſtractionis operationis animæ. Prima ut non ſiat per organũ corporale, ita ꝙ non dependeat à corpore, ut à ſubiecto. Secunda ut non ſit in rebus exiſtẽtibus in corpore, ideſt ꝙ non dependeat ab aliquo exiſtente in corpore, ut ab obiecto: et iſta eſt opatio ſempiterna & abſtracta intellectus agentis intelligentis Deum & æternas ſubſtantias. Sed illa operatio animæ, quæ non ſit per organum corporeum, & tamen eſt in rebus exiſtentibus in corpore, ita ꝙ dependet obiectiue à corpore: illa inquam non eſt abſtracta, ſicut eſt operatio ĩtellectus poſſibilis: licet intellectus talis non ſit dependẽs, ſed ſit abſtractus à corpore. Vnde Auer. ſententia ex mente Ariſto. tenet intellectum materialem quo ad ſubſtantiam eſſe abſtractum à corpore, ſed quo ad operationem eius non eſſe abſtractum: quare intellectio eius ſit cum imaginatione. Et hoc eſt quod notauit Cõmen. in primo de anima. cõ. 12. ubi dicit ꝙ hæc eſt ſentẽtia eius in intellectu materiali, ꝙ ipſe eſt abſtractus à corpore, & ꝙ nihil intelligit ſine imaginatiõe. Et ſi iſta eſt opinio Ariſt. uidetur ꝙ ſit fundata ſuper iſta ratione, quia natura (ut dicit Ariſto.) eſt cauſa omnis ordinationis. ex. 8. phyſi. tex. cõ. 15. & in. 8. de natura animalium. cap. primo. natura per media tranſit ad extrema.

Genus formarum duplex.

Cum autẽ ſit duplex genus formarum extremarum ſeu uirtutum (quædã enim ſunt immerſæ materiæ utroq; modo, & quo ad ſubſtantiã & quo ad operationem: quædam uerò utroq; modo ſeiunctæ) in primo gradu ſunt omnes formæ eductæ de potentia materiæ, in quibus tamen eſt latitudo: quia diſtãtiæ entium ſunt ualde diuerſæ. In ſecundo uerò gradu ſunt Deus & ſeparatæ intelligentiæ, quæ etiam inter ſe diſtant ut patet. 12. primæ philoſophiæ. cõ. 44. Et ideo fuit neceſſarium ut inter iſta duo extrema caderẽt media. Talia autẽ (ut oſtẽdit natura diuiſionis) ſunt, uel eſſe poſſunt, aut imaginari eẽ; uel quia aliquid ſit abſtractum quo ad operationem & nõ quo ad ſubſtantiam, uel econtra ꝙ ſit abſtractum quo ad ſubſtantiam, & depẽdens quo ad operationem. Primum dari non poteſt, quia operatio emanat à potentia, et potẽtia ab eſſentia: & ideo ſi operatio erit abſtracta, & ſubſtantia ĩmerſa, tunc operatio eſſet ſine potentia aut eſſentia operãte, quod eſt impoſſibile: quia non poteſt operatio tranſcendere eſſentiam, aut potentiam operantẽ. Relinquitur ergo, ut ſolum in re poſſit eſſe aliud quod ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt abſtractum à corpore, & in operatione dependet à corpore. & hoc eſt natura ĩtellectus materialis.

Aduerſus Pet. Põponatium de mortalitate animæ.

Vnde ex hoc ſcire poteris quantum deuiauerit à uia Peripateticorum Petrus ille Põponacius, in ſuo libello de mortalitate animæ, qui ſuam intentionem fundauit in hoc fundamento, ꝙ omnis ſubſtãtia abſtracta à corpore habet operationem abſtractam à corpore. Aequiuocatio decepit eũ, quia hęc natura media ipm̃ latuit, ſicut in ſimili dicit Ariſt. contra antiquos qui negabant generationẽ: quia latuit eos natura media inter non ens ſimpliciter, & inter ens ſimpliciter, & paralogiçabant ex æquiuocatione. Sed hæc uiſa natura ſoluit oẽm eorum ignorantiã, ita in propoſito hñtem:

Abſtractum æquiuocè dicitur de intellectu materiali & de alijs ſeparatis intelligentiis, (ut dicit Auer. in lib. deſtruc. diſpu. 5. in ſolu. 3. dubij.) & hoc rationabiliter: nam ſcientia æquiuocè dicitur de ſciẽtia noſtri intellectus & de ſciẽtia intelligentiarum. 12. meta. cõmẽ. 51. & in libro deſtru. diſpu. 6. Et ideo licet uerè abſtracta, quæ per eſſentiam intelligunt, habeant operationem uerè abſtractam, quæ nullo modo à corpore neq; ſubiectiue neq; obiectiue dependet, tamen de infimo abſtractorum quod mediat inter uerè materialia & uerè abſtracta, fallit hoc. Vnde etiam multa uerificantur de illis, quæ de intellectu materiali non uerificantur: quia iſte eſt cauſatus ab obiecto, illi ſunt cauſa: & ſcientia in hoc eſt qualitas, in illis eſt ſubſtantia: & ſcientia in hoc habet ignorantiã oppoſitam, illis uerò nullum eſt oppoſitum: & multa id genus.

Abſtractæ ſubſtantiæ non poſſunt eſſe cauſæ, neq; ſecundũ formas, neq; ſecundum actiones iſtorum generabilium & corruptibiliũ. primo meta. cõ. 31. quod ſic intelligo. Arguit enim Philoſophus ibi cõtra Platonem, qui ponebat ideas eſſe cauſas formales & agentes reſpectu corruptibilium et generabilium. Formas quidem dãtes eſſe formaliter, quia aſſerebat ꝙ Socrates & idea Socratis, erant idem formaliter, & dicebat ꝙ erant cãę effectrices immediatẽ.

Cõtra ponẽtes aiam̃ itellectiuã ſcd̃m Auc. eẽ formã dantẽ formal'r hoi.

Caueãt igitur qui ponunt animam intellectiuam eſſe formam formaliter inherentem homini, in uia Auerrois.

Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam & ſciendi modum. 2. meta. tex. cõmen. 15. Vbi aduerte ꝙ per modum ſciendi Cõmen. exponit logicam: etenim ſecundum Alexan. & antiquos Peripateticos, logica ꝓpriè non eſt ſcientia, ſed modus ſciendi, ſeu organum utriuſq; philoſophię.

Quod logica non ſit ſciẽtia nec ſpeculatiua.

Nam in ſpeculatiua ſcientia docet diſcernere uerum à falſo: in practicis uerò, bonum à malo. Vnde caueant qui dicunt logicã eſſe ſcientiam propriè dictam, & ultra hoc ꝙ ſit ſpeculatiua. Non enim uidentur ſcire quid nominis theorici. Nam (ut inquit Alex.) theoricum dicitur παρὰ τὸ θεωρεῖν, quod eſt τὰ θεῖα ὁρᾶν, hoc eſt à contemplandis diuinis rebus. In entibus autem rationis & ſecundò intellectis, nihil diuinitatis eſt uidere. Vnde Ariſto. in. 6. primæ philoſophiæ abijcit à conſideratione ſcientiæ diuinæ ens in anima, quia eſt ens diminutum. Licet igitur in logica fiãt rationes neceſſariæ, non tamen ſunt demonſtratiuę. Stat enim aliquam rationẽ eſſe ex ueris ſemper, & tamẽ nõ erit ratio demonſtratiua, ſicut dicit Cõmen. in 4. phyſi. in cõ. 20. ſed appellantur dialecticæ demonſtrationes. De hoc tamen uide in quæſtionibus Miſcellaneis diffuſe. Vnde ſi aliq̃ũ ĩuenitur logicã dici ſciẽtiam, illud eſt ſecundum cõmunitatem nominis.

Acari animal nomine, omnium animalium minimum eſſe uidetur, & eſt candidum, & naſcitur in cera uetuſta Ariſto. in. 5. de natura animalinm cap. 32.

Accidẽtia, & uniuerſaliter omnia quæ ſunt in ſubiecto, ſicut forma in ſubiecto, impoſſe eſt ut per ſe moueri poſſint. 4. phyſi. tex. cõ. 32. idem. 5. phy. tex. cõ. primi.

Accidentis ſunt duo modi, uidelicet attribuere accidẽti rei illud quod attribuitur rei; & attribuere toti illud quod attribuitur parti. 4. phyſi. cõmen. 45.

Accidentalitas inuenta in motoribus, qui ſunt hîc, aliq̃d operatur in eſſe eorum. Sed accidentalitas in motoribus planetarum nihil operatur. 8. phyſi. cõmen. 52.

Accidentia non poſſe permanere per duo tẽpora, dixerũt loquentes in lege Maurorum. 8. phy. com̃. 74.

Accidẽtia inſeparabilia diffiniunt per ſubiecta, ſed non ſubiectum p illa. primo phy. cõ. 29. & 7. meta. tex. cõ. 17. 19. & 40. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Accidentale ſumitur duobus modis, uel ut opponitur naturali, uel ut opponitur eſſentiali. primo cœli cõ. 14.

Accidentium eſſentialium conditio eſt, ut cognitio eorum ſequatur cognitionem ſubſtantię. 2. cœli. cõ. 40. idem primo de anima. tex. cõ. 11. & 4. phy. com̃. 33.

Accidentia de quibus artifex cõſiderat ſunt duobus modis, quædam exiſtunt in ſuo ſubiecto eſſentialiter & primo, & quædam exiſtunt ſimilitudine ad accidentia exñtia in ſubiecto alterius ſcientiæ. 3. cœli. cõmen. 7.

Accidentia ſunt diuiſibilia duobus modis, tertio. cœli, tex. cõmen. 7.

Accidentia exiſtentia in re generata, exiſtunt à generante, tamen mediante forma generati: & ita eſt de motu. 3. cœli. com̃. 28. idem. 8. phy. tex. com̃. 32.

Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quodquideſt. primo de anima tex. cõmen. 11. Vide conditiones requiſitas poſitas per lucidiſſimum Themiſtium, & etiam per Auerroem.

Accidens alicui accidit non ſecundum quod eſt, & quod accidit alicui non ſecũdum quod eſt, neceſſe eſt ut ſeparetur ab eo, 3. de anima. com̃. 28. Vide primo cœli. com̃. 14. et. 4. phy. com̃. 31. 43. 67. &. 2. de anima. com̃. 133.

Accidentium quædam ſunt exiſtentia in indiuiduis ſubſtantiarum ſimplicium, & quædam in indiuiduis ſubſtantiarum compoſitarum, uel in habentibus animam, uel in carentibus anima. Et commento libri de diuinatione ſecundum quietem.

Accidentia quæ non tranſmutant ſubſtantiam differentis, ſunt cõmunia utriq; corpori. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Accidẽtium generatio non eſt neceſſe ut fiat à ſibi ſimilibus nec in genere, nec in ſpecie, ut dicit Ariſto. in meta. 2. cap. de ſubſtantia orbis. 2. cœli. com̃. 42. 7. metaphyſi. com̃. 31. 12. meta. tex. cõmen. 13. & com̃. 18.

Accidentium prædicatio de ſubſtantijs, & accidentium de ſeinuicem, eſt per accidens. primo metaphyſi. cõmen. 30. idem primo poſteriorum.

Accidentia attribuuntur ſubſtantiæ non quia eſt agens aut finis eorum, ſed quia conſtituuntur per illam, & eſt ſubiectũ eorum. 4. meta. com̃. 2.

Digreſſio de digreſſione entis

Accidentium entis quædam ſunt opinabilia, & quædã ſunt entia. 4. meta. tex. com̃. 6. ¶ Inde collige ꝙ diuiſiones entis ſunt multiplices & diuerſarum rationum, quia quædã ſunt per entia rationis, ut per ſe, & per accidens, per complexũ & incomplexum, & id genus. & quædã ſunt ex natura rei, ut diuiſio entis per ſubſtantiam & accidens, per potẽtiam & actum, per unum & multa. Tales enim diuiſiones ſunt entis extra animam, quod eſt ſubiectum ſcientiæ diuinæ. Et ſecundum iſtas tres diuiſiones ſcientia diuina eſt diuiſa in tres partes, ut bene notat Cõmeta. in procemio ſuper. 7. primæ philoſophiæ. ¶ Et ex hoc patet error illorum qui ponunt ens in ſua maxima cõmunitate, ſecundum quam dicitur de entibus realibus & rationis, eſſe ſubiectum adequatum in ſcientia diuina, eo modo quo de ente uidetur loqui Ariſto. in. 4. metaphy. tex. cõmen. 2. ubi loquitur de ente in ſua maxima communitate, ſecundum quam dicitur de omnibus, & de affirmationibus, & priuationibus, & negationibus: ubi etiam (ut notat Cõmenta.) dicitur de ſecundis intellectis, & uniuerſaliter ſunt res logicę, intantum ꝙ Franciſcus ille de Mayronę uoluit ens iſto modo tranſcendentius ſe ſumptum, eſſe uniuocum enti reali et entibus rationis. Sed iſti multũ deuiant à doctrina Ariſt. nam Ariſt. poſita diuiſione entis per ens in anima & extra animam, & per ens per ſe & per accidens, in. 6. meta. excludit à conſideratione ſcientiæ diuinæ ens per accidens, quia non eſt terminatum, neque habet cauſas terminatas ex quibus ſciri poſſit: & excludit ens in anima, quia eſt ens diminutum, & per conſequens omnes libri præcedentes ſeptimum metaphyſicæ, ſunt tanq̃ præparatorij: ſicut bene notauit Com̃. ubi ſupra. Amplius, ens quod dicitur de affirmatione & negatione, eſt purè æquiuocum, ſicut expræſſe notat Com̃. 7. meta. com̃. 15. Purè autem æquiuocum non poteſt eſſe ſubiectum in aliqua ſcientia: licet enim (ut notat Cõmenta. in 4. meta.) in purè ęquiuocis reperiatur prędicatum uerum, ut iſta: Omnis canis eſt pulcher. non tamen in talibus reperiuntur prædicata eſſentialia, ideſt prædicata per ſe primi aut ſecundi modi dicendi per ſe, quæ ingrediuntur in ſimpliciter ſcibilibus: ut docuit Ariſto. in. 1. poſte. analyti.

Error aliquorũ i aſſignãdo ſubiectũ ſcię diuinæ.

Lapſus Frãc. May. circa uniuocationẽ entis.

In procem. 7. meta.

Te. cõ. 11.

Accidens accidenti non accidit, niſi quia ambo eidem accidunt. 4. meta. tex. com̃. 14.

Digreſſio de duplici pdicatiõe naturali, et pter nãm.

Accidentium attributio ad ſubſtantiam eſt eſſentialis, uerbi gratia, muſica in Socrate: ſed attributio accidentis ad accidens eſt per accidens. 4. meta. tex. com̃. 14. Vbi aduerte ꝙ Cõmenta. declarans quomodo accidẽtia de ſubſtantia dicantur eſſentialiter, dicit: Quia iſta prædicatio conuenit cũ prædicatione ſubſtantiali in hoc quod eſt ſecundũ curſum naturalem. Accidentia enim exiſtunt in ſubſtantijs per ſe, & attribuũtur eis eſſentialiter: & ſecundum ꝙ ſubſtantiæ diſponuntur per illa ſunt accidentia ſubſtantiarum. Attributio autem accñtis ad accidens non eſt eſſentialis. ¶ Vbi animaduerte ꝙ ſecundum Peripateticos duplex eſt prędicatio, naturalis uidelicet, & præter naturam: ſicut bene notat Cõmenta. in. 7. primæ philoſophiæ, in com̃. 59. Vbi ſcire debes ꝙ (ut dicunt logici) prædicatum habet modũ formæ, & ſubiectum habet modum materiæ: ideo propoſitiones ſpecificantur à prædicatis & non à ſubiectis. Et quia reſpectus ſuperioris ad inferius, eſt reſpectus continentis ad contentum, & totius ad partes: talis autem reſpectus eſt ſicut reſpectus formæ ad materiam. De continente ad contentum, patet. 4. cœli & mundi. tex. cõmẽ. 23. De toto & partibus patet ex. 7. meta. com̃. 35. Similiter quia diſpoſitio accidentis ad ſubſtantiam, eſt reſpectus formę ſecundum quid perficientis ad ſubiectum tanquã ad materiam. Subſtantia enim, ut ſcribit Cõmenta. in. 4. meta. com̃. 2. nõ eſt cauſa accidentium, neq; ſecũdum agens, neq; ſecundũ finem, ſed quia eſt ſubiectum eorum & conſtituuntur per illam. Inde ſequit̃ ꝙ quotieſcũq; ſuperiora prædicãtur de inferioribus, aut accidẽtia de ſubſtantiis, ſiue ſint propria, ſiue communia, omnes iſtæ prædicationes ſunt naturales: quia in talibus prædicatur id quod debet p̃dicari, & ſubijcitur id quod debet ſubiici ſecundum naturam. nam ſecũdum naturam illud aptum eſt prædicari quod habet reſpectum formę, & illud eſt aptum natum ſubiici, quod habet reſpectum materiæ. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ quotiens prædicantur inferiora de ſuperioribus, aut ſubiecta de accidentibus, aut accidentia de accidentibus, aut idem de ſeipſo, omnes iſtæ prædicationes ſunt non naturales: nam in talibus prædicatur id quod nõ habet habitudinem formę, & ſubiicitur id quod non habet habitudinem materiæ. De primis duobus modis clarum eſt: nã quando prædicatur inferius de ſuperiori, aut ſubiectum de accidente, non eſt habitudo prædicati ad ſubiectum habitudo formę ad materiam. De tertio etiam ubi prædicatur accidẽs de accidente, non eſt habitudo ſubiecti ad prædicatum habitudo materię ad formam: quodlibet enim accidens eſt forma in ſe, & ideo ſi unum ſit materia alterius, hoc eſt per accidẽs, uidelicet reſpectu ſubiecti tertii, cui ambo accidunt. Similiter prædicatio in qua idem prædicatur de ſeipſo, eſt præter curſum naturalem. Cùm enim materia ſit primò diuerſa à forma, impoſſibile eſt ut idẽ reſpectu ſuimet habeat reſpectũ materiæ ad formam: & ideo iſta prædicatio eſt in fine prædicationis exeuntis à naturali prædicatione. Vnde Cõmen. in primo priorum. in digreſſione de quarta figura contra Gal. infert ꝙ data quarta figura, ſequitur ꝙ idem ſit prædicatum de ſeipſo, quod eſt in fine abhominationis. Et in. 4. meta. com̃. 3. dicit ꝙ prędicatio in qua idem prędicatur de ſeipſo eſt nugatoria. Licet enim Porphyrius dixerit indiuiduum de uno ſolo prædicari, illud tamen non eſt ſecundũ curſum naturalem. ¶ Vnde Ariſt. animaduertens ad iſtud dixit in prædicamentis, à prima ſubſtantia nullam eſſe p̃dicationem, ſcilicet naturalem & propriè dictam, de qua eſt ſcientia. ¶ Et animaduerte ꝙ licet triplex dicatur eſſe prędicatio per accidens, quarum una eſt quando accidens p̃dicatur de ſubiecto, ſecunda quando de accidente prædicatur ſubiectum, tertia quando accidens prædicatur de accidẽte: ꝙ prima ſola dicitur prædicatio naturalis, duæ uerò reliquæ ſunt præter naturam. Et prima ex hoc ꝙ eſt ſecundum curſum naturalem, comparata ad alias duas quę ſunt præter naturę ordinem, quodãmodo eſſentialis dici poteſt, quia aſſimilatur prædicationibus ſubſtãtialibus & per ſe, quæ ſunt ſecundum curſum naturalem. Ex quo patet ſecũdum Peripateticos, prædicationes per ſe & eſſentiales nõ conuerti in per ſe, quia impoſſibile eſt ambas eſſe prædicationes ſecundum curſum naturalem. Et prædicationes per ſe, quæ ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, debẽt eſſe ſecundum curſum naturalem: ſicut elicitur ex Ariſto. primo poſteriorum, ubi probat ꝙ in prædicatis per ſe nõ eſt proceſſus in infinitum, nec in ſurſum, nec in deorſum. Et ibi pulchre elicitur diſtinctio præallegata de duplici prædicatione ſecundum naturam & præter naturam, ſicut bene ibi notauit Io. Grãmaticus. Et hoc etiam pulchre elicit̃ ex doctrina Cõmentatoris in præſenti loco, ſicut poteris bene perpendere. Hîc tamen conſidera, quæ ſit prædicatio magis præter nãm, an quando ſubiectum prædicat̃ de accidente, an quãdo accidens de accidente prędicatur.

Prędicatio duplex.

Cõ. 11. In. c. de ſpẽ. Ca. de ſuba

Nota de triplici p̃dicatione accidentis

Te. cõ. 35.



Accidens impoſſibile eſt ut ſit ſine ſuo ſubiecto. 4. meta. cõmen. 25. Idem primo phyſic. tex. commen. 14. 39. & 7. meta. tex. cõmen. 2.

Accidens ſecundum rationem eſt toto prius, ut muſicum homine muſico: non enim contingit muſicum eſſe, non exiſtente aliquo muſico. 5. metaphyſi. tex. cõmen. 16. & eſt in cap. de priori.

Accidentium diffinitiones ſignificant plures intẽtiones una intentione, quia in diffinitionibus accidẽtium ſummuntur ſua ſubſtantia, & ideo dicuntur habere aliquã diffinitionẽ 5. meta. cõ. 34. uide 7. meta. 12. 17. 15. 19.

Accidentium quædam ſunt ſeparabilia, quædam uerò inſeparabilia. 5. meta. tex. com̃. ultimi.

Accidens multis modis dicitur. 5. meta. tex. cõ. ultimi.

Accidentaliter euenientia non habet cauſam terminatam. ibidem. &. 2. phyſi. tex. com̃. 49. &. 50.

Accidentis primus modus poſitus in. 5. meta. & ſecũdus differunt, quia primus eſt de caſu, ſecundus eſt de prædicabilibus per accidens. Item primus modus eſt cauſa, ſed per accidens: ſed ſecundus modus non eſt cauſa. 5. meta. com̃. ultimo. Vide clarè de hoc in. 2. phyſi. com̃. 49. ubi animaduerte ꝙ iſta differentia fuit notata per lucidiſſimum Themiſtium, in. 2. phy. loco præallegato. Vide illum ſi placet.

Accidens uidetur propinquum non enti. 6. metaphyſic. tex. cõmen. 4. & ratio, ut inquit Cõmenta. eſt, quia tale quod eſt per accidens raro fit.

Accidens illud eſſe dicimus quod neq; ſemper neq; frequenter euenit 6. meta. tex. com̃ 5.

Accidentaliter factorum cãę ſunt ſm accidens. ibidem.

Accidentia non dicuntur entia niſi quia ſunt diſpoſitiones entis, & multi homines negant ea eſſe: albedo enim non eſt album 4. meta. cõmen. 2. idem. 7. meta. tex. cõmen. 2. &. 12. meta. tex. com̃. 3.

Accidentia dicuntur entia eò quia taliter entis. 7. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 2. Nota ꝙ ly quia, eſt redditio cauſæ materialis, ſicut exponit iſtam authoritatem Auer. in. 4. meta. tex. com̃. 2. ubi dicit: Quòd licet hoc nomen ens dicat̃ multis modis, tamen in omnibus dicitur ens: quia attribuitur primo enti ſubſtantiæ, & iſte attributiones in unoquoque ſunt diuerſæ. Prædicamenta enim attribuuntur ſubſtãtiæ, non quia eſt agens aut finis eorum, ſed quia conſtituantur per illam, & ſubiectum eſt eorum: & uniuerſaliter non dicuntur entia, niſi quia ſunt diſpoſitiones entis, & multi homines negant ea eſſe. Albedo enim non eſt, ſed album. Vide quæ ſcripſi in proprio Theoremate de hoc in Theorematibus meis.

Accidens nullum ſeparabile eſt à ſubſtãtia. 7. meta. tex. cõ. 4. &. 12. meta. tex. cõ. 3. idem primo phy. tex cõ. 14.

Accidentia nõ ſunt q̃ſita per ſe, ſed ſm quod ſunt diſpoſitiones ſubſtantiæ demonſtratæ. 7. meta. tex. com̃. 4.

Accidentia quęlibet ſunt poſteriora tempore ſubſtantia. Nã ſi fuerint ſeparabilia, clarum eſt: ſi uerò fuerint inſeparabilia, illud ueritatem habet ratione ſubiecti: quia ſubiectum ex quo generat̃ ignis, eſt prius igne & calore eius. Com̃. 7. meta. com̃. 4. Michael epheſius locum illum aliter interpretatur. Vide etiam, ſi placet, expoſitionem noſtram in theorematibus noſtris.

Accidentium ſubiecta ſunt alia à naturis eorum, & ideo ſubiecta non ſunt genera eorum. 7. meta. com̃. 13.

Accidentia non habent diffinitionem ſimpliciter, ſed habent ſermonem qui eſt maioris declarationis quam nomẽ 7. meta. tex. com̃. 14.

Accidentia licet non habeant quidditatem ſimpliciter, habẽt tamen aliquã quidditatem. 7. meta. tex. cõ. 14. &. 15.

Accidentia ſi quis dixerit habere diffinitiones, dicet ipſa habere magis q̃ habent: & qui negat ea habere diffinitiones, dicit ea non habere illud quod habere debent. Cõmenta. 7. meta. com̃. 15. ubi Cõmen. documentum apponit dicẽs, illud etiam dictum fuiſſe propter antiquos, qui de hoc duas habuerunt opiniones. Sed ipſe induxit tertiam quæ eſt uera, & eſt ꝙ cum diffinitiones ſint duobus modis, uidelicet ſimpliciter, & modus conueniens naturæ rei cuius eſt diffinitio: & ideò licet accidentia non habeant diffinitionẽ ſimpliciter, habent tamen aliquam diffinitionem.

Accidentia ſunt in ſubiectis duobus modis. 7. meta. cõmẽ. 18. 17. & primo phyſi. 29.

Accidentia per accidens non habent diffinitionem omnino, ſed bene accidentia eſſentialia: quia diffinitio ſignificat res terminatas in diffinito. 7. meta. com̃. 18.

Accidentia per accidens inherentia ſuis ſubiectis, quãdo accipiuntur in ſuis ſubiectis eſſentialibus, habent nomina quæ ſignificant utrunq;, ut ſimitas. 7. meta. com̃. 18. ¶ Inde collige de intentione Auer. accidentia per accidẽs poſſe cõparari ad duplex ſubiectum, uidelicet propriũ, & ſic reſpectu eius ſunt eſſentialia, et diffiniuntur per illud, ut ſimitas per naſum. Et ad ſubiectum extraneum, & ſic ſunt per accidens reſpectu illius, & ſic non habent diffinitionem datam per illud. Vnde iſta propoſitio eſt ſatis uulgata in doctrina eius, ut patet primo cœli. com̃. 14. ubi ſcribit, ꝙ naturale in aliqua ſpecie neceſſarium eſt ut ſit prius accidente, & impoſſibile eſt ut poſterius ſit ſine priori, & ꝙ aliquid ſit accidentaliter & nunquam naturaliter. Conſimile habetur in eodem libro primo de cœlo. in com̃. 62. & in. 4. phy. 43. et. 67. idem. 2. de anima. com̃. 133. tertio de anima. com̃. 28. & eſt ſententia Ariſto. in. 2. phyſi. in trac. de caſu & fortuna. in tex. com̃. 66. ubi expreſſe habetur, ꝙ nihil per accidens eſt natura prius eo quod eſt per ſe: & ita cùm poſterius non poſſit eſſe ſine priori, impoſſibile eſt ſimpliciter, ꝙ aliquid ſit accidentaliter, & nunquã eſſentialiter.

Accidentia quodammodo habẽt diffinitionem, & quodammodo non habent. Nam ſi per diffinitionem intelligitur illud quod dat quidditatem rei propriam ſibi, & conuenit nomini ſine additione & reiteratione, tunc diffinitio non erit niſi ſubſtãtiarum: & cum fuerint accepta alia quæ ſunt præter ſubſtantiam ſm ꝙ ſunt entia, continget ut habeant diffinitiones. 7. meta. com̃. 19.

Accidentia ſecundum ꝙ ſunt paſſiones ſubſtantiarum prædicantur de ſubſtãtiis, ſecundũ nomina, ſed ſecundum diffinitiones non poſſunt prædicari. 7. meta. cõmen. 21. idem in prædicamentis.

Accidentia magis dicuntur pati q̃ generari, quia generatio proprie eſt ſubſtantię. 7. meta. com̃. 22. Credo cauſam eſſe, quia ex primo de generatione. cap. de facere & pati, & eſt in tex. com̃. 50. Paſſio eſt merito contrarietatis: & generatio non eſt de contrario in contrarium, ſed de contradictorio in contradictorium, ut patet. 5. phyſic. tex. com̃. 7. Ideo accidentia magis dicuntur pati q̃ generari.

Accidentium generatio quomodo eſt ſimilis generationi ſubſtantiarum. 7. meta. com̃. 31.

Accidentia poſſunt accipi loco differentiarum ſubſtantialiũ propter latentiam differentiarum ſubſtantialium. 8. meta. com̃. 5. &. 7. meta. com̃. 41.

Accidens nullum prius eſt iis, q̃ ſunt ſecundum ſe. 12. meta. cap. 7. & in. 2. phyſi. tex. com̃. 66.

Accidentium radix eſt ꝙ ab aliis ſuſtentantur, & quidditatẽ

habent.ex libro deſtru.diſpu.6.in ſolone.6.dubii, in fine.
Accidentia non denominantur à receptione: neque formæ
quæ ſunt ſuperficies lineæ, neque puncta, ex diſputa.7.in
ſolutione.3.dubii,& eſt authoritas Philoſophi.4.metaph.
tex.com̄.14. Accidens accidenti non accidit, niſi quia am
bo eidem accidunt.
Accidentia animæ faciunt dilatando & conſtringendo ſpiri
tus exhalare ſuperfluè,ut excedens gaudium & triſtitia:et
inde in ſubſtantia membrorum anhelitus ſpiritus malam
requirit complexionem.7.colliget cap.16.
Accidens nemo poſuit eſſe ꝑtem ſubæ inquantū accn̄s,ſed
inquantū exiſtimatur ipſum notificare eſſentiam indiuidui
ſubæ: ut qui poſuit corporeitatē quæ conſtat longitudine,
latitudine,& ꝓfunditate,notificare eſſentiā,indiuidui ſub-
ſtantiæ,opinatus eſt iſtas dimēſiones eſſe ſubſtantias.Cō-
menta.in paraphraſi meta.trac.1.cap.de ſubſtātia. De hac
opinione meminit Cōmen. etiam.4.cœli.com̄.40.
Accidentium nouem prædicamentorum quædam habēt re
lationem ad ſubſtantiam,ita ꝙ ſubſtantia apparet manife
ſtè in eorum diffinitionibus:quædā uerò non,ut ſunt qua-
tuor prædicamenta,uidelicet quantitas,qualitas, relatio,&
quando,& præcipuè quando ſumuntur per intellectū ab-
ſtracta,& ſignificantur per nomina in abſtracto:uerbi gra
tia, albedo dū diffinitur,& dicit̄ ꝙ eſt color diſgregatiuus
uiſus:& magis adhuc de magnitudine & figura , ex para-
phraſi meta. trac.2.colūna.4.
Accidentia hn̄t ꝙ in ſui diffinitione reperit̄ diffinitio ſubſtā
tiæ,uel potentia propinqua uel actu.ibidem.
Accidentia & affectiones quāuis non ſint à ſubiectis abiun
cta,tn̄ eadem ſubiectis non ſunt. Themi.4.phy.ſuper.99.
Accidentium ſeparabilium & inſeparabilium conditio hęc
eſt,ut inueniant̄ in qualibet ſpecie quandoq;, & quandoq;
non.5.phyſi.com̄.45. & elicitur ex tex. de regularitate &
irregularitate motus.
Accidit in quibuſdam artificialibus ut principium ſit in ipſo
ſubiecto.2.phyſi.com̄.3.&.5.phyſi.com̄.2.
Acetum eſt in ultimitate ſubtilitatis & inciſionis, & tamen
eſt frigidum:quia calor qui eſt in eo,ſuſtentatur frigiditate
quæ eſt in eo:ſua enim frigiditas compungit ipſum & com
primit ipſum ad partes intrinſecas mēbri.5.colliget.c.30.
Acetum à tota ſubſtantia ſua aſſimilatur ſpleni, eo ꝙ ſuum
nutrimentum cōplexioni aceti aſſimilat̄, & hæc eſt melā-
cholia.Et ideo potiones quæ in potione ſplenis dātur,non
debent ab aceto priuari,quia ipſum eſt ei cibus & medici-
na.7.colliget.cap.31.
Acetum inquantū acetum os ſtomachi lędit.6.colliget.cap.
11.Galenus etiam in.6.libro de cauſis ſymptomatum, di-
cit ꝙ melancholia generatur ex ſanguine aſſato, & frigida
quidem eſt,quia terreſtris:ſed non eſt caloris expers ſicut
cinis & acetum.
Acetoſitas generatur à frigiditate.3.colliget.cap.6.Et nota ꝙ
Auer.in.3.colliget.cap.16.quod eſt de accidentibus ſuper
uenientibus uirtuti nutritiuæ in generali,tenet eandem ſen
tentiam,uidelicet ꝙ acetoſitas in ſtomacho accidit ex ma
la digeſtione, merito frigiditatis. Et ibi dicit ꝙ Alexan.di-
xit ꝙ prouenit à calore. Vbi Cōmen.uolens.ſaluare dictū
Alexan.inquit:Et debes ſcire ꝙ hoc accidēs prouenit ſicut
accidens quod fit ex uino ꝙ aceſcat,propter aerem calidū,
& apparet ut ſit una actio accidentalis, quę ſubſtantialiter
fit à ſubſtantiali,& accidentaliter à contrario:ſicut in pluri-
bus perſcrutari poteſt et inueniri. Vult dicere ꝙ acetoſitas
ſubſtantialiter fit à frigido,& accidentaliter à calido.
Acetoſitas uini,dixit Alexan.fit per calidum ſicut per frigi-
dum.3.colliget.cap.40.
Acetoſitas in eo quòd acetoſitas,incidit,& maxime quando
eſt coniuncta calori,5.colliget. cap.42. ubi loquitur de
bachal.ideſt de aceto.
A contingente æqualiter nulla actio prouenit, ſecundum ꝙ
eſt contingens æqualiter.2.phyſi.com̄.48.
Actio agentis & patientis eſt una in ſubiecto,& duo ſecun-
dum diffinitionem; & ſimiliter eſt in motore & mobili.3.
phyſi.cōmen.18.& habetur.in textu:Idem enim eſt actus
motiui & mobilis.
Actio eadem poteſt eſſe duorum,quando illa actio non fa-
cit illa habere eandem quidditatem.3.phyſi.com̄.20.
Actio quandoq; ſumitur pro quodā cōmuni actioni agētis,
ſiue illud fuerit agens uerum motū,aut aliquam trāſmuta-
tionum quæ non ſunt motus. Et ita eſt etiam de paſſione.
5.phyſi.com̄.10.
Actio cuiuslibet entis perficitur per quātitatem & qualitatē
terminatam,ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus.6.
phyſi.com̄.91.&.32.idem.2.de aïa.tex.com̄.41.
Actionem nouam poſſe immediatè prouenire ab agente an-
tiquo,abſq; hoc quòd illic ſit cauſa quæ fecit illud agere in
aliqua hora magis quàm in alia, eſt ſermo ſophiſticus.8.
phyſi.com̄.4.&.15.
Actio noua non poteſt à uolūtate antiqua prouenire, niſi ſit
actio antiqua media.8.phyſi.com̄.15.
Actiones infinitæ eſſentialiter,impoſſibile eſt ut ſint neceſſa
riæ in eſſendo per nouam actionē, ſed per accn̄s poſſibile
eſt ut ſint infinitæ:non quia quædam ſint neceſſariæ ineſſe
quorūdam.8.phy.com̄.15.contra loquētes ſuæ ligis.
Actio principii ſi æterna fuerit , non oportet eius quærere
cauſam:ſi autem illa actio fuerit noua à principio æterno,
illius oportet aſſignare cauſam.8.phyſi.tex.com̄.15.con-
tra Democritum & antiquos.
Actiones naturæ neceſſe eſt ut habeant cōtinuationē & ęter
nitatem,aut in agendo alterum contrariorum tātum,ut eſt
motus ignis ad ſuperius ſemper,& terrę ad inferius:aut in
agendo duo contraria ſucceſſiuè,ſicut eſt de generatione
& corruptione conſequētibus motū ſolis,& aliis cōtrariis
conſequentibus iſtum motū.8.phy.com̄.15.
Actiones principiorū ęternorū ſi nouę fuerint ſicut actiones
non æternorū,digniores ſunt ut habeant cās.8.phy.cō.15.
Actio uirtutis nutritiuę nūq; ceſſat,qa ceſſatio eius eſt mors.
8.phy.cō.20.&.2.de aïa cō.5.& in libro de morte & uita.
Actio,quælibet,habet qualitatem propriam & quantitatem:
ſicut enim actio hominis non poteſt prouenire niſi à for-
ma hominis,ita etiam non poteſt prouenire niſi à ſua ma-
gnitudine.Et ideo magnitudo hominis eſt terminata natu
raliter,& ſir̄r ſua forma:& eſt ita in unaquaq; rerū nāliū
8.phy.cō.62.contra negantes minima naturalia.
Actionem habens in ſe habet actionem in alio,& q̄d habet
actionem in ſe eſt ſpirituale et non corporeum.2.cœli cō.
17.conſimile ibidem.com̄.21.&.2.phy.com̄.88.
Actio entis æterni eſt ſuum eſſe.ibidem com̄.17.
Actio rei non æternæ non eſt primò niſi propter eſſe aliorū
entium.ibidem.
Actio eſt manifeſtior habitu,cum ſenſu apprehēdatur:& ha
bitus intellectu,mediante actione.4.cœli.com̄.2.idem.12.
meta.com̄.14.¶ Videtur fauere opinioni Doc. ſubtilis te-
nentis formalem ſubſtantialem non intelligi per ꝓpriam
ſpeciem,ſed arguitiuè:ſed oppoſitum habetur.3.de anima
com̄.4.&.5.uide in concordantiis.
Actio eſt finis formę,& forma eſt finis generationis.4.cœli
cō.22.idem.2.phyſi.com̄.24.&.70.
Actiones ponuntur loco differentiarum,ubi differentiæ rerū
latuerint.4.cœli in paraphraſi ſumma tertia cap.1.idem.4.
cœli.com̄.26.&.8.phyſi.com̄.32.
Actio eſt merito contrarietatis,& paſſio eſt merito ſimilitu-
dinis,1.de generatione & corruptione.tex.cō.48.&.49.
Actionis cauſa eſt cōtrarietas,& cauſa receptionis eſt genus
cōmune.primo de generatione.tex.& com̄.50.
Actiones animę ſunt quinq; in genere.primo de anima.tex.
com̄.89.uide tu in concordantiis.
Actio attributa alicui propter aliqua duo, neceſſe eſt ut unū
eorum ſit materia,& aliud forma . Forma autem eſt illud
propter quod actio primitus attribuitur enti.2.de anima.
cōmen.24.¶ Nota tamen quòd deficit una alia pars quam
expreſſit Cōmenta.3.de anima.cōmen.36.quia poteſt ali
qua actio attribui alicui propter duo, quorum unum eſt
agens,& aliud eſt inſtrumentum.



Actio primitus attribuitur enti propter formam,& iſta con
uertitur.ſecundo de anima cō.24.
Actio & paſſio in patiente ſunt, & non in agente. ſecundo
de anima.tex.cōmē.140.
Actio ī itellectus eſt duplex, formatio & fides.3.de anima.
tex.cō.21.idem.5.meta.cō.34.
Actio intellectus quæ eſt formatio,ſemper eſt uera: non au
tem actio quæ eſt fides.3.de aïa.tex.& cōmē.26.
Actio iſta quæ eſt creare intellectu & facere ea,eſt prior in
nobis q̄ intelligere ea, ſicut dixit Alexan.1.de aïa.com.36.
Actio aïæ ſenſibilis eſt cōmunis aïæ & corpori,quia non fit
niſi ꝑ inſtrumēta.tex. cō . ſuper libro de ſomno & uigilia.
Actio alicuius agentis, aut motus in aliquo patiente , in re-
ſpectu agentis dicitur actio,et in reſpectu patientis dicitur
paſſio.5.meta.cōmen.25.idem tertio phyſi.20.
Actionis malitia demonſtratur in idiomate græco per pri-
uationem,tam in animatis q̄ in inanimatis.5.meta.cō.17.
Actio cum paſſione propriè nō eſt idem,ſed cui hæc inſunt
motus.3.phy.tex.cō.22.¶ Vbi animaduerte de mente Phi
loſophi,actionem & paſſionem fundari in motu tanquàm
in ſubiecto:& quia unus & idem eſt motus qui per reſpe-
ctum ad motorē ſic agit ut agit ī mobile, quod nihil aliud
eſt q̄ mouere,ut dixit Philoſophus.3.phy.tex. cō.16.ſic di
citur actio. Per reſpectum autē ad mobile , ut recipitur in
eo à motore,dicitur paſſio.Nam ut dicit Cōmē.ibi,Mouere
eſt actio motoris in rem motam, & moueri eſt actio moti
à motore.Ideo actio & paſſio dicuntur eadē ſubiecto, ſed
non ſunt ſimpliciter & propriè eadem.Identitas enim pro
prie & ſimpliciter eſt à forma, non à materia : & quia alia
eſt forma & ratio actionis, & alia eſt forma & ratio paſſio
nis,ideo non ſunt eadem ſimpliciter & propriè . Vnde li-
cet Ariſtote.in tex.21.ibidem dixerit. At uero neq; ſi do-
ctio & diſciplina idem,& adiſcere cum docere idem: illud
(ut notat Alexan. & Themiſtius) debet legi & intelligi
ex ſuperabundanti, ita ꝙ gratia diſputationis ſi conceda-
tur actionem,& paſſionem,& doctrinam & diſciplinam
eſſe eadem, non tamen ſequeretur agere & pati, & docere
& addiſcere eſſe eadem: quia aliquid connotant concreta,
quod non connotant abſtracta. Tamen ſecundum rei ue-
ritatem,actio & paſſio non ſunt propriè eadem,ita ꝙ iſta
authoritas eſt de mēte Philoſophi abſolutè adducta,& nō
ex ſuperabundanti & diſputationis gratia. Et eſt in ſimili,
quia licet album & dulce ſint eadem ſubiecto,non tamen
ſimpliciter & proprie ſunt eadē:quia alia eſt forma albi in
quantum album,& alia eſt forma dulcis inquantum dul-
ce.Et inde bene colligitur hoc.¶ Collige etiam ex præſen-
ti loco quomodo in intelligentijs abſtractis,et in rebus ne
ceſſarijs non reperitur uerum agens:quia uera actio & ue-
ra paſſio fundantur in motu uero,qui eſt actus entis in po
tentia,inquantum in potentia.Et quia in ſempiternis non
eſt uera potētia nec uerus motus, ſed ſolū eſt motus ęqui-
uocus & ſecūdum ſimilitudinem , ideo etiam ibi eſt actio
ſecundum ſimilitudinem. Intellectio enim dei eſt motus
æquiuocè dictus,ut notat Cōmen.in.8.phy.in.cō.40. Et
quia illa eſt cauſa efficiens totius entis, ſic intellectus diui-
nus eſt actiuus ſecundum ſimilitudinem . Sic intellige di-
ctum Cōmen.12.meta. com̄.44. ubi dicit ꝙ in abſtractis
non eſt agens niſi ſecūdum ſimilitudinem,quia uera actio
fundatur in motu:& ibi nō ē motus uerè, ſed æquiuocè,&
ſic actio ibi,ſi qua eſt,eſt ſecundum ſimilitudinē, quia fun
datur in motu æquiuoco, pro quanto ſcientia dei eſt cauſa
omnium entium.12.meta.tex.cōmen.51.
Actiones propriè rerum ſunt illa , ex quibus peruenitur ad
notitiam eſſentiæ rerum occultarum.7.meta.cōmen.9.idē
4.cœli cō.2.&in libro deſtr. diſputa.6.ī ſolutione.6.dub.
Actio agētis nihil aliud eſt q̄ extrahere illud quod eſt in po-
tentia ad actum.7.meta.cōmen.23.&.8.metaphy.cō.25.
12.meta.cō.18.&.44.et deſtru.diſpu.2.ī ſolutione.5.dub.
Actio agentis non pendet a ſubiecto ſine forma,neq; à for
ma ſine ſubiecto.7.meta.cōmen.31.
Actio agētis depēdet à ſubiecto ſm ꝙ ſubiectū dependet
à forma,quia ſubiectū non habet eſſe niſi per formā ibidē.
Actiones nō diuerſantur niſi per diuerſas eſſentias, & ideo
cùm entia non habuerint actiones proprias,non habebūt
eſſentias proprias.9.metaphy.tex.cōmen.7.
Actio alia immanens,alia tranſiens.9.metaphy.tex.cō.16.
Actio agentis non dependet ab eſſe in tempore priuationis
quod eſt eſſe in potentia, neq; dependet ab eſſe in actu in-
quantum in actu,neq; de priuatione inquantum priuatio,
immo de eſſe defectibili cui coniuncta eſt priuatio. Vnde
actio agentis non dependet à priuatione, quia priuatio nō
eſt actio : neq; dependet de eſſe in coniuncto priuationi,
id nanq; quod habet eſſe in ultima perfectione non indi-
get aliquo dante eſſe. Ex libro deſtru.diſpu.3.in ſolutione
8 dub. Vide in contradictionibus nuper editis.
Actio quandoq; ſummitur pro paſſione.5.phyſi.cōmē.38.
Actio animæ uidetur in capitulo qualis & nō quanti.primo
de anima.cōmen.68.
Actionem & paſſionem ab una & eadem natura procede-
re impoſſibile eſt,ideo Philoſophi ſumpſerunt ſignum ſu
biecti ex paſſionibus, & ſignum formæ ex operationibus.
Ex libro deſtru.diſpu.6.in ſolo.6.dubij.
Actiones per organa,paſſiones ꝑ ſimilaria,& ideo uis ſen-
tiendi in ſimilaribus ſita eſt.ex ſecūdo de partibus anima-
lium.cap̄.primo.& Cōmentator in cōmento.
Actio & motus differunt,quia actio cōſeruat naturam agē-
tis,motus autem abijcit à ſubſtantia. Item actio momen-
to perficitur,ut uiſio & auditio motus uero fit in tempore.
Themiſtius.1.de aïa.cap̄.19 uide ī cōcordātijs nuꝑ editis.
Actio tanto fuſius & paſſio q̄ motus eſt,quāto genus à ſpe-
cie. Themiſt. ſecundo de anima.cap̄.19.ſuper tex.53.& ha
betur ī tex.ubi Ariſto.dicit motū eſſe quēdā actū. Etenim
actus duplex ē,ichoatus ſeu iabſolutus,alter uero ꝑfectus.
Actiones unius agentis non eſt extraneum diuerſificari di-
ſpoſitionibus ſubiecti diuerſificantis.quinto colliget.cap̄.
23.uide in concordan.
Actiua ſicut diuerſificantur adinuicem per diuerſitatem ma
terierum & formarum eorum, ita etiam actiua differunt à
paſſiuis in potentia & actu, per diuerſitatem materierum
& formarum eorum.12.metaphy.cōmē.26.
Actiuarum ſcientiarum principium eſt in agente prohęre-
ſis.6.meta.tex.cōmen.primi.
Actiui & motiui actus In patiēte ſit.2.de anima tex. cō.139.
Actus alius primus,alius ſcd̄s.2.de aïa.tex.cō.2.¶ Nota ſm
Alexan.in paraphraſi.cap̄.3. ubi probat animam eſſe for-
mam corporis,actum primum eſſe habitum ſeu poteſtatē
actum ſecundum eſſe actum à poteſtate profectum.Idem
Simpli.Ammo.& Alber.in queſtione de homine, & om-
nes latini.Cōmen.autem actum ſm dicit formam operan
tem,actum primum formam circumſcripta operatione.Et
Themiſt.uidetur etiam in hac opinione eſſe.
Actu & potentia compoſita ita ſe habeut, ꝙ in eis aliud ſit
ipſa res,aliud eſſentia.Themiſt.3.de anima,cap̄.27.¶ Ex
hoc ſcire potes quare in ſola prima intelligētia, eſſentia &
quidditas ſunt idem omnibus modis:in cæteris uerò eſſen
tia quodammodo differt à quidditate,ut tenet Cōmē.in.3.
de anima.cō.5.in ſolo.q.3.quia in omnibus citra primam
eſt potentia & imperfectio aliqua . Vnde & ſcriptura di-
cit,In angelis ſuis reperit prauitatem.
Actus ſecundus in his quæ natura conſtant, non ſeparatur
ab actu primo.Themi.2.de anima.cap̄.3.
Actus eſt conſequens ipſius formæ & umbra eius,licet di-
catur ſecundum prius & poſterius . Et potentia eſt conſe-
quens ipſius materiæ & eius umbra, licet dicatur ſm prius
& poſterius, ex paraphraſi primæ phiæ , tracta.5. colū.
4.¶ Inde patet error illorum qui ſumpſerunt rei umbram
pro rei ſubſtantia,& non diſtinxerunt inter abſolutam ra-
tionem materiæ & reſpectiuam.
Actus omnis cum motu.tertio metaphy.tex.cōmen.3.
Actus & potentia ſunt contraria.3.meta.cōmē.19. intelligi
tur pro oppoſitis relatiue.9. metaphy.tex.cōmen.13. uide
etiam primo de anima.cōmen.6.

Actus unus numero eiuſdem eſt.5.phyſi.tex.cõmen.38.

Actus leuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum.8.phyſi.tex.cōm.32.

Actu quicquid exiſtit eſt in tempore, ſcilicet demõſtrato.8.phyſi.tex.cõmen.63.

Actus uniuſcuiuſq; determinatum minimũ tempus habet ad non excedere.2.cœli.tex.cõmen.39.& eſt, ut inqt Simpli.ibidem, dignitas quæ inductione probatur.

Actus uniuſcuiſq; uidetur in patiente & diſpoſito in eſſe.2.de anima.tex.cõ.24.&.26.

Actu exiſtente uno, unus erit habitus.5.phyſi.tex.cõ.38.& uide Themiſt.ibi.

Actus & generationes omnes circa ſingulare ſunt ex procœmio metaphy.

Actus & potentia ſunt differentię ualde oppoſitę, & accidũt omnibus prædicamentis.primo de aīa.cõ.6. ¶ Nota q quãdoq; Cõmẽtator potentiam & actum nuncupat genera, ſicut.3.phyſi.cõ.3.ubi dicit q Ariſto, uolẽs inueſtigare diffinitionem motus, incepit diuidere ens per potentiam & actum, quæ ſunt duo genera extra quæ non poteſt motus eſſe, aut non eſſe medium inter illa. Cõſimilem modum dicendi habet in.2.de aīa.cõ.30.ubi dicit q genera in diffinitionibus accepta, aut ſunt ſecundum uniuocationem, ut animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, ut ens & potentia, & actus. Quandoq; appellat accidentia, ut pater in.2.phyſi.cõ.32. ubi dicit q diuiſio per modos cauſarum eſt diuiſio per accidentia, ubi inter illas diuiſiones datas per modos, cadit diuiſio cauſarum per potentiã & actũ ut patet ibidem in tex.cõ.34. Immo illa eſt communis tribus præcedentibus diuiſionibus modalibus, ſ. diuiſioni ꝑ prius & poſterius, & ꝑ ſe & per accidẽs, uniuerſale & particulare, ſicut ibidem habetur, & etiam in.5.meta.tex.cõ.34 ubi notat do.Alber. q hoc ideo contingit, quia talis diuiſio per potentiam & actum non ſuperaddit illis diuiſionibus præcedentibus aliquam naturã. Et ſimiliter eſt de cauſa propĩqua, & eodem modo eſt de cauſa per ſe, & de cauſa per accidens, & de cauſa uniuerſali, & de cauſa particulari. & ideo etiam tales diuiſiones dicuntur datæ per modos & accidentia, quia non diuerſificant genera cauſalitatum, quia unumquodq; genus cauſę poteſt habere huiuſmodi diuiſiones datas per modos: et etiam quia cauſa diuiſa per tales modos non diuerſificatur niſi accidentali differentia. Et ſic eſt de potentia & actu. Dicit enim Cõmẽ.8.meta.cõ.15.q agens extrahens aliquid de potẽtia ad actũ non largitur multitudinem ſed perfectionem. Idem enim numero eſt Socrates in actu cum ſeipſo dum erat in potẽtia, & non differt niſi ſecundum accidentalem alietatem, quia nunc habet eſſe magis perfectum q̃ dum erat in potẽtia. Vnde Auic.in.5.ſuæ meta.dicit q æquinitas eſt tãtum æquinitas, & non eſt in actu nec in potentia, nec ſingularis nec uniuerſalis, quia iſta ſunt accidentia & non ſunt de rei quidditate. ¶ Non inconuenit ergo ſecũdum diuerſas conſiderationes, actum & potentiam nũcupare genera, & nũcupare differentias, & nuncupare modos ſeu accidentia; nam nõ eſt cura Philoſophis de nominibus. primo phyſi.cõ.1. Si enim conſiderantur ut ſunt conceptus communes & tranſcendentes, ſic dicũtur genera, nõ uniuoce dicta ſed multipliciter.i.ſecũdum prius & poſterius, ſicut etiam plerunq; Cõmẽ.dicit de ente, ut patet.5.meta.cõ.4.ubi dicit Philoſophus in tex. q omne quod habet differentiam habet genus, ſed nõ oẽ qđ hẽt genus hẽt differentiã. Vbi Cõ. dicit q hoc fuit dictum propter genera generaliſſima, quę habent genus multipliciter dictum.ſ.ens & unum, & non habet differentias. ¶ Vnde dictum Porphyrij aſſerẽtis ens non eſſe genus decem prædicamentis, intelligitur de genere uniuoco, ſicut logicus loquitur de genere. Si uerò conſiderantur potentia & actus, ut per illas tanquam per differentias analogas ens diuiditur, ſic appellantur differentiæ. Si uerò conſiderantur ut faciunt diuerſitatem eſſentialem, ſic dicuntur modi, ſiue accñtia. ¶ Ex quo patet contra formalizãtes, q appellãt hmõi diuiſiões entis datas ꝑ modos intrinſecos et uolũt modũ intrinſecũ nõ dicere aliã formalitatẽ aut cõceptũ niſi cuius eſt modus, & uolũt q đ nõ egreditur nec ĩgrediť primũ modũ dicẽdi ꝑ ſe, ſed eſt ſicut homo qui ſtat cum uno pede in limine domus intra, & cum alio extra. Patet enim q imaginatio iſtorum eſt phantaſtica, & non habet robur ex fundamentis ueris, quia idem eſt iudicium de iſtis & de cæteris accidentibus: ſed nõ eſt differentia, niſi quia iſta ſunt tranſcendentia, & alia ſunt limitata. ¶ Et aduerte q oppoſitio inter potentiam & actum eſt relatiua, et iſta eſt prima inter oppoſitiones relatiuas, ſicut diuiſio per unum & multa eſt prima inter diuiſiones, quæ dantur per priuationem & habitum, ut aliàs declaraui. Et aduerte q accidunt omnibus decem prædicamentis, unũquodq; enim decem prædicamentorum diuiditur per potentiã & actũ: qa, ut hẽť.12.met.tex.cõ.26.res uniuſcuiuſq; ꝑdicamenti, qñq; eſt ĩ potẽtia, qñq; eſt in actu, ſicut etiam dicit.Cõmen.3.phyſi.cõ.6. ¶ Ex quo patet ex mẽte Ariſt. & Cõmen. Cœlum & ſempiternas ſubſtantias non eſſe in prædicamento: nullum enim ſempiternum eſt in potentia, ut dicitur.9.meta.tex.cõmen.17. & ita notat Cõm.in ſecũdo cœli.cõmen.49.& ſuper Porphyrio.in cap̃.de ſpecie.

Actus duplex, perfectus & ĩꝑfectus.3.phy.te.cõ.15. ¶ Vbi lucidiſſimus The.ponit pulchrã differẽtiã, et iqt Duplex eſt in unaquaq; re ſpecies ꝑfectionis & actus, una quæ adeſt cùm abſoluta perfectaq; res eſt, quũq; naturam ſuam eſt pleniſſimè conſecuta, uerbi gratia, oculus poſtq̃ eſt perfectus actum ſuum, & perfectionem ſeu functionem ſuam habet, quæ uiſio eſt: ipſe autem actus à forma nihil differt, Hoc enim eſt oculum eſſe, quod eſt actu ipſo uidere. Atq; hunc ego actum perfectionemq;, motum etiam non dico, utpote qui ſit forma & ſpecies, & ad quietis potius q̃ ad motus naturam accedens. Altera ſpecies perfectionis & actus eſt, quæ adeſt rei una cum poteſtate, qualis eſt ipſa formatio & fabricatio pupillarũ. Et talis actus motus ẽ &c.

Actus ſeparat.7.meta.tex.cõ.49. Vide in Theoremate proprio de hoc.

Actus nomen uenit, qui ad endelechiam compoſitus.9.metaphyſi.tex.cõmen.3.

Actus eſt forma.tex.cõmen.17.

Actus eſt prior potentia ratione, ſubſtantia, & tempore.9.met.tex.cõ.13. Et declarans quomodo ſit prior tempore inquit: Tempore eſt quidem ut ſic, eſt autem ut non: nam ſpẽ quidem prius eſt agens, numero uero non.

Actu ens ſit ex poteſtate ente, ab aliquo actu ente.9.metaphyſicæ.tex.cõmen.13.

Actus eſt melior & honorabilior potentia, & hoc in bonis: ñam in malis actũ eſſe deteriorẽ potentia.9.meta.t.cõ.19.

Actus malus eſt peior potentia ad illum.ibidem.

Actus eſt ratio intelligendi.9.meta.tex.cõmen.20.uide in Theorematibus.

Actus ultimus eſt cauſa in unoquoq; ente ut in ipſo inueniãtur plures actus q̃ unus. Et ſimiliter ultimũ ſubiectũ quod eſt pura potẽtia, eſt cã ut alia ſubiecta acqrãt potẽtiã. Et iõ illud quod eſt inter hæc duo extrema, nõ dicitur eſſe purus actus, neque pura potentia, ex paraphraſi met.tra.3.col.4.

Actus deſcriptio eſt ut res non ſit in illa diſpoſitione ſecundum quam eſt in potentia.9.meta.tex.cõ.11.ubi Cõmen. dicit q quia actus & potentia ſunt oppoſita relatiuè, nullũ malum ſequitur ex hoc q unum ponitur in deſcriptione alterius. Vnde etiam illud dicitur eſſe in potentia, quod non eſt in illa diſpoſitione in qua eſt dum eſt in actu.

Acumen angulorum in corporibus comburẽtibus, forte ſecũdũ Ariſt. eſt cauſa cõbuſtionis per accñs.3.cœli.cõ.72.

Acutũ ęquiuocè diciť de ſtilo, uino, & ſono.7.phy.te.cõ.24.

Acutum mouet ſenſum in pauco tẽpore multum, graue uerò in multo paucum.2.de anima.tex.cõ 86.

Acute uidere, audire, & olfacere, bifariã dicitur. Ariſt.in.5.de generatione animalium.cap̃.2. & in fine primi cap̃.eadem diſtinctio in ſpeciali de uiſu ponitur. ¶ Inde colligere potes ſenſus hominis omnes temperantiores eſſe ſenſibus aliorum brutorum, contra uulgares.

Ad aliquid neceſſario eſt omne quod intelligitur in reſpectu alterius.7.phyſi.cõmen.17.

Quomodo ens dicatur gen⁹ ad io.prædicamenta.

Taxat Scẽtiſtas đ modis intrinſecis.



Ad aliquid tres ſunt modi.5.metaphy.tex.cõmen.20.

Ad aliquid alia ſecundum ſe, alia ſecũdum accidens ſunt.5.met.tex.cõmen.20.

Ad aliquid quædam dicuntur ſecundum genera eorum, ut medicina ad aliquid eſt, quia ſcientia eſt eorum quæ ſunt ad aliquid.ſuprà.

Ad aliquid quęcunq; non ſunt contraria, non habent mediũ ut ſcibilis & ſcientię nullũ eſt medium.10.met.tex.cõ.22.

Additio caliditatis agentis in caliditatem corporis, non eſt ſecundum additionem partis in toto, & uniuerſaliter ſecũdum additionem agentis in paſſionem patientis.4.phyſi.cõm.84.& habetur in textu: Facit contraponentes intenſionem formarum fieri per additionem partis gradualis ad partem gradualem.

Adeps & ſeuum ſunt finis bonæ concoctionis ſanguineæ, ex.3.de partibus animalium, ubi de renibus agitur.

Adeps & ſeuũ moderata cõferũt.2.de partibus aīaliũ.ca.5.

Adeps & ſeuum differunt, quia ſeuum eſt terreſtrioris ſanguinis extrementum.ſuprà.

Adipe & ſeuo animalia exanguia carent.ſuprà.

Adipis exuberantia inducit ſeuũ & præparat interitũ.ſuprà.

Adipis exuberantia inducit ſterilitatem.ſuprà.

Adipe pingueſcentia conſtat eſſe minus fœcunda, tam mares q̃ fœminas.3.de natura animalium.cap̃.18.

Admiratio & dubitatio, ex ignorantia prouenire uidentur.ex procœmio metaphyſi.

Aduſta fere omnia habent aliquid caliditatis, ut cinis, calx, ſedimen, excrementa.ex.2.de partibus aīalium.ca.20.

Adunatum eſt poſterius naturaliter reſpectu continui.5.phyſi.tex.cõ.27.

Aer in motu proiectorũ poſtq̃ ſeparatur ab expellente, mouetur à ſua forma naturali, & ante ſeparationem mouetur ab utroq;.4.phy.cõ.68. Vide etiam in.8.phyſi.cõmẽ.82.&.3.cœli.cõmen.28.

Aer ſecundum tactum ſentitur eſſe corpus, etſi ſecũdum uiſum exiſtimeť eſſe nihil, cũ nõ habeat colorẽ.4.phy.ca.78.

Aer & aqua talem habent naturam, q cùm acceperunt principium mouendi ab alio, mouentur per ſe.8.phyſi.cõmen.82.&.85.idem.3.cœli.cõmen.28.&.4.cœli.cõmẽ.39.

Aer & aqua non habent aptitudinem ad diuiſionem & paſſionem æqualiter in oĩbus ſuis partibus.8.phy.tex.cõ.35.

Aer minimè aliorum habet differentias ſenſibiles, conſequẽter uerò aqua.primo phyſi.tex.cõmẽ.54.& primo de generatione.19.& ſecundo de anima.113.

Aere natura utitur tanquàm organo in utroq; motu, natus eſt enim hic & grauis & leuis eſſe.3.cœli.tex.cõ.28.

Aer adiuuat graue grauitate, & leue leuitate.3.cœli.cõ.28.

Aer & aqua motu proiectorum poſtq̃ accepit principiũ motus à motore extrinſeco, remanebit motus per ſe per principium naturale quod eſt in eo.ſ.per grauitatem, aut leuitatẽ, poſtq̃ motor extrinſecus fuerit ſeparatus à re mota.3.cœli.cõm.28.&.4.cœli.cõ.39.&.8.phyſi.cõm.82.&.85.

Aeris natura eſt ſimilis medio inter extrema, et non eſt compoſita ex extremis.3.cœli.cõ.28.&.4.cœ.cõ.26.

Aer in loco ſuo habet grauitatem & non leuitatem, & iſta eſt opinio Ariſt.3.cœli.cõmẽ.57. Vide hoc diffuſe.4.cœli.tex.commen.30.

Aer & aqua facile terminantur ab alienis.3.cœli.cõmen.67.&.8.phy.cõ.82.&.4.phy.cõmen.68.

Aer cum grauibus grauitat, & cum leuibus leuitat.4.cœli.cõmen.30.uide.3.cœli.cõmẽ.28.

Aer eſt magis grauis q̃ leuis.4.cœli.cõmen.39.

Aer eſt magis humidus q̃ calidus, & in hoc omnes conueniunt.ſuprà.uide.2.de generatione.tex.cõ.23.&.4.meteo.cõ.10. ¶ Ex quo patet ueriorem eſſe ſentẽtiam illorum, qui tenent q una qualitas eſt in ſummo in elementis, illa quæ tenet oppoſitum. & Alexã.in primo meteo.cap̃.4.manifeſtè tenet illud, & ſine dubio fuit mens Ariſt.in.2.de generatione. Hãc etiam opinionem imitatur Auer.in cõm.15.ſuper primo canticæ canticorum. ¶ Et ſi quandoq; inuenitur oppoſitum in doctrina eius, ut.3.cœli.cõmen.67.aut alibi, dic q loquitur ſecundum opinionem Auicen. & aliorũ non ſecundum mentem propriam.

Ab con[...] tradictio[...] [...]is dictis Ar.

Aer ideo eſt magis grauis q̃ leuis, quia cauſa grauitatis eius eſt humiditas, & leuitatis caliditas, & humiditas eius ẽ maior caliditate.4.cœli.cõmen.39.

Aer eſt humidior omnibus elementis, ex diffinitione humidi.Cõm.4.cœli.cõ.39. Idẽ tenet Ioannes Grãma. propter eandem rationem in.2.de generatione, licet aqua plus humectare uideatur.in.2.colliget.ca.2.dicit Auer. Aer eſt humidior aqua, ut eſt declaratum in naturali philoſophia.

Aer licet ſit humidior aqua, ut dictum eſt, tamen non humectat corpus ſicut aqua, eo q non applicatur corpori ſicut aqua, immo deſiccat corpora, & ſecundum q callidior eſt magis deſiccat.6.coll'et.c.3.de iuuamento balnei. Inde collige agens debile propter meliorem applicationem reſpectu paſſi, fortius agere q̃ agens fortius.

Aer impoſſibile eſt ut moueatur à ſuo loco, niſi corpus quod tangit ſequatur ipſum; & ideo cum corpus impoſſibile eſt ut attrahatur ab eo, ideo uentoſa poſita ſupra corpus ſiccũ, ſi ſugatur fortiter, funditur.4.cœli.tex.cõmen.39.

Aer eſt magis diuiſibilis q̃ aqua, & aqua quàm terra.4.cœli.cõmen.44.& tex.cõmen.45.

Aer alio modo intelligitur eſſe grauis in loco proprio, q̃ in loco ignis. Cõmen.in paraphraſi quarti de cœlo.ſumma.3.cap̃.2.& quarto cœli.cõmen.29.contra Themiſt.

Aer ſecũdum intellectum eſt perfectioris eſſe q̃ terra, & terra perfectioris eſſe ſecundum ſenſum: & ideo non conuenit ut illud quod eſt magis ſenſibile ſit ꝑfectius: perfectius enim in rei ueritate eſt illud, quod eſt perfectius apud intellectum.primo de generatione.tex.cõmen.19.

Aer qui eſt in aure ſemper mouetur motu ꝓprio, & ille motus non impedit motum ſoni, quia ille eſt extraneus.2.de anima.cõmen.84.

Aere natura utitur in duo opera, ſicut lingua in guſtum & locutionem.2.de anima.tex.cõ.88. ¶ Ex quo patet naturam plerunq; unico inſtrumento conſequi plures utilitates, & non facere aliquid per plura, quod poteſt per pauciora conſeq. Deus.n.& natura nihil fruſtra faciũt.1.cœ.tex.cõ.32.

Aer quando eſt contrarius morbo, eſt bonum, infirmo, & gaudium medico.7.colliget.cap̃.2.

Aer minimè aliorum habet differentias ſenſibiles, conſequẽter autem aqua, primo phyſic.tex.cõ.54. ¶ Super hoc loco dum eſſem iunior tenui in concordantijs, ambas qualitates in elementis eſſe in ſummum: licet quantum ad agere una qualitas in uno elemento potentior ſit ad agendum, q̃ conſimilis in alio elemento. Nunc autem dico, quemadmodũ & in Theorematibus memini me dixiſſe, q unumquodq; elementum primò unam qualitatem ſibi uendicat in ſummo. Et ratio quæ me mouet eſt, quia Philoſophus.7.phy.tex.cõ.29.dicit q ſuſceptiuum cuiuslibet accidentis nõ eſt contingens, ſed unum unius primùm. Et ideo cum hoc fundamento proceſſit in.2.de generatione.tex.cõ.23.ubi dicit. Sed tunc ſimpliciter quatuor entia unius unumquodq; eſt, terra quidem magis ſicci q̃ frigidi q̃ humidi, aer autem humidi magis q̃ calidi, ignis autem calidi magis q̃ ſicci. Et Cõmen.in.4.cœli.cõ.39.expreſſe dicit q omnes cõueniũt in hoc, q humiditas in aere eſt maior q̃ caliditas, & Alexã. & Ioan.Grãma.in.2.de generatione, tenẽt aerem eſſe humidiorẽ aqua, ex diffinitione humidi poſita in.2.de generatione.uidelicet q humidum eſt male terminabile termino proprio. Hoc autem uerius uerificatur de humido aereo, q̃ de humido aqueo, & eſt ratio Cõmẽ.quam tangit.4.cœli.cõ.39.& in primo libro canticæ canticorum.cõ.15.& iſta eſt ſentẽtia etiam Alexandri in primo met.cap̃.4.q unumquodq; elementum habet unam qualitatẽ in ſummo. Bene uerũ eſt q alia etſi ſit remiſſa, nõ tamen eſt remiſſa per qualitatem contrariam, ſicut enim dicit Cõmen.in.2.cœli.cõ.15.nõ ſequitur ut remiſſio ſit ſemper ex admixtione cõtrarij, ſicut dicit Alex.in multis locis. Vnde loco præallegato ſcribit Alex.q terra eſt magis ſicca q̃ frigida, ſed nõ per

Quod unũ quodq; elemẽtũ, unã tantũ qualitatem habet in ſummo, non duas.

Te.cõ.9.

mixtione alicuius caliditatis eſt minus frigida q̃ aq̃: & magis quidem terra ſicca eſt q̃ ignis, ſed non mixtura alicuius humidi eſt ignis minus ſiccus q̃ terra: & aer eſt minus calidus q̃ ignis, ſed non mixtura alicuius frigiditatis eſt aer minus calidus q̃ ſit ignis: & aer magis humidus eſt q̃ aq̃, ſed nõ mixtura alicuius ſolidi aqua eſt minus humida q̃ ſit aer. Non enim uticꝫ aliquod ſimplicium corporum eſſet. Hæc ille.

Error modernorum. ¶ Ex quo patet error modernorum tenentium alteram qualitatẽ in elementis eſſe remiſſam ex contrario, quia tũc elementum, ut aſſerit Alex. non eſſet ſimplex corpus. Ariſt. enim in. 2. de generatione uenatus eſt numerum elementorum ex combinationibus quatuor qualitatum primarũ, & unicuicꝫ tantũ duas attribuit. Si igitur eſſet tertia in qualitate remiſſa, tunc ratio eius fuiſſet diminuta.

Dubitatio ¶ Sed tũc eſt difficultas, quia ſi Ariſtote. tenet alteram ſolum qualitatem eſſe in ſummo, aliam uerò remiſſam, dicam ei ꝙ adhuc nõ habet intentum ſuum, quia ſi caliditas ſumma, & ſiccitas ut ſex facit ignem, uerbi gratia, dicã ei ꝙ caliditas ſumma, & ſiccitas ut ſeptem facit aliud elementum.

Solutio. Tex.cõ. 41. ¶ Soluitur, quia omnium natura conſtantium determinatus eſt numerus, ex. 2. de anima. & ideo ſiccitas aſſociata caliditati non ſecundum quemlibet gradum conſtituit elementum, ſed ſecundum determinatum. Nam & Alex. tenet in libro primo naturalium quæſtionum, ꝙ ſiccitas terræ & ſiccitas ignis non ſunt eiuſdem ſpeciei: & propter hoc nullus eſt qui dicat ꝙ caliditas cum una ſiccitate conſtituat unum elementum, & cũ alia aliud, quia Ariſt. uenatur iſtas primas qualitates contrarias, ut præcedunt formam in materia: & ut ſic, ſunt eiuſdem generis: et quia non poſſunt combinari niſi quatuor modis, inde prouenit ꝙ non cõſtituũt niſi quatuor corpora. Bene uerum eſt ꝙ illæ qualitates, ut ſunt terminatæ per diuerſas formas ſpecie, ſic poſtea ſpecie diſtinguuntur. Non enim oportet qualitatem ſecundum quemlibet gradum conſtituere determinatum corpus ſecundum ſpeciem, alioquin oporteret ꝙ quando ſit tranſitus in contrariis de uno extremo ad aliud extremum, ut fieret per oĩa media, qđ eſt falſum, ut bene ſcribit Cõmẽ in. 2. de aĩa. cõ. 105. ubi dicit Non eſt neceſſarium ut trãſlatio in extremis ſit ſuper oĩa media, uñ ĩ coloribus ſi trãſlatio fiat ab albedine in nigredinẽ, quandocꝫ ſit mediante chiano, & quandocꝫ mediante charoppo. ¶ Iſta igitur eſt uia Ariſt. ꝙ unaquæcꝫ forma elementi unam qualitatem ſibi primò determinet: & ſi Cõmẽ. 3. cœli. uideatur dicere ignem eſſe calidum & ſiccum in fine, loquitur ſecundum Auic. contra quẽ ĩuehit ibi, ſed iſta eſt uia eius in locis adductis, & ĩ. 4. meteo. cõ. 10. & hoc teneo, et ſic uolo dicta mea teneri & corrigi. ¶ Ad authoritatẽ aũt Ariſt. ex qua colligit Burleus terrã eſſe magis frigidã q̃ aq̃, qa Ariſt. dicit ꝙ aeris qualitates ſunt minimè ſenſibiles, conſequẽter aũt aqua: hoc nõ dicitur ratione qua frigiditas aquę ſit minor, ſed eſt ratione corpulentię, quia terra eſt magis corpulẽta q̃ aqua, quia ex uno pugillo terrę fiunt decẽ pugilli aq̃. Aut iõ poſt aerẽ ſuccedit aq̃ qa aer inter oĩa elemẽta maximè eſt uarietati ſubiectus qa de facili calefit, infrigidaẽ, humectaẽ, & exiccaẽ. Poſt ipſum ãt ẽ aq̃, qa aq̃ licet frigida ſit et humida, tñ facilè calefit, & facilè exiccaẽ ꝑ cõgelationẽ, ut nullã qualitatẽ ſibi inſeparabilẽ determinare uideaẽ ad ſenſum: uñ in cryſtallũ cõuertitur & amittit humiditatem, frigiditatem etiam manifeſtè deperdit. Non ſic autẽ ſunt elementa extrema ad ſenſum. Et eſt expoſitio Themiſtij, Simplicii, & magni Alberti ibi. ¶ Vnde aĩaduerte ꝙ elementa extrema, ut ignis & terra, habent qualitates ſibi appropriatas, ualde permanentes & ſenſatas: caliditas enim ignis eſt maximæ actiuitatis, & ideo igni non poteſt competere ratio ſubiecti & materię, quia eſt formaliſſimum omnium.

Tex.c.5 Vnde in. 4. meteo. ſolus ignis non putreſcit, & ideo potius ſibi competit ratio agendi, & eſt maioris actiuitatis q̃ frigiditas aqua: & ſiccitas terræ eſt maximæ reſiſtitiua, & non eſt tantæ reſiſtentiæ humiditas aeris. Vnde medici experimento comprobant morbos à ſiccitate prouenientes eſſe difficilioris curę q̃ qui proueniunt ab humiditate.

Aer ꝓpinquus corporibus cœleſtibus eſt inflãmatus et ignitus. Cõ. 1. met. ĩ digreſſio. de uia lactea, ĩ media ſua expoſi. Cap. 3.

Aer frigidus putrefactionem diminuit. 4. colliget. cap̃. 14.

Aer peſtilentialis fit ex corruptione ſuæ ſubſtantiæ, & hoc accidit ſæpe propter multam pluuiam in æſtate. 4. colliget c. 14. & ibi ẽt ponit aliã cãm, ex ꝑmiſtiõe malorũ uaporũ.

Aer temperatus eſt inter multam & paucã pluuiam ſuprà.

Aer patitur à colore & capit eum, & hoc apparet de coloratione eiuſdem rei ſecundum illud per quod tranſeunt nubes lucidæ, uerbi gratia, quando nubes pertranſeunt per planetas uirides, multotiens colorantur parietes per colorem illorum planetarũ. Com̃. in com̃. libri de ſenſu & ſenſato. & in. 2. de aĩa. com̃. 67. authoritate Alexandri.

Aeris ſunt duo loca, unus eſt ſuperior in quo generantur cometæ & flammæ, alius eſt inferior in quo generantur pluuiæ, nix, & pruina, & grando, & hic locus in quo iſta fiunt habet gradus primo meteo. cap̃. 4.

Aeris locus ad quem non peruenit reflexio radiorum, eſt frigidior cæteris locus. ſuprà.

Aer licet ſit humidior aqua, ut alibi declaratum eſt, tamen non humectat corpus ſicut aquę, eo ꝙ non applicatur corpori ſicut aqua, immo deſiccat corpora: & ſecundum ꝙ calidior eſt magis deſiccat. 6. colliget cap̃. 3. de iuuamẽto balnei. ¶ Inde collige agens debile propter meliorem applicationem, reſpectu paſſi fortius agere q̃ agens fortius.

Aer perlucens albedinem facit, quemadmodum ſpumam effici certum eſt. Ariſt. in. 5. de gene. animalium. cap̃ 6.

Affectus & intellectus patibilis idem ſunt. Themiſt. 3. de anima. cap̃. 38. Idem Cõmen. 3. de anima. cõmen. 20. ubi recitat opinionẽ Themiſt. ¶ Hîc aduerte appetitũ nõ diſtingui à uirtute diſtinguẽte niſi rõne tm̃, ſm Peripateticos.

Affectus hominis ſubditi ſunt rationi, non autẽ affectus brutorũ. Et uide cauſam in Themi. 3. de aĩa. 38. cap̃. ¶ Inde ſcire poteris ſenſus & uirtutes interiores hominis habere aliquid ſibi propriũ. Vide de hoc in fine libri de ſenſu & ſenſato. & Auer. ibidem, & ſecundo de anima. cõ. 63. & 65.

Affirmatio magis eſt digna ut attribuatur compoſitioni, & negatio diuiſioni. 3. de aĩa. 22. & 6. meta. 8.

Affirmatio notior eſt negatione. 4. met. tex. cõ. 16. ubi Com̃. dicit in cõ. reddens cauſam, ꝙ non ens non intelligitur niſi per comparationẽ ad ens. Idem habetur. 3. de anima. tex. cõmẽ. 25. & 1. phyſi. cõmen. 69. & 1. elenchorum dicitur, ꝙ in non facere intelligitur facere. Tex.cõ. 10.

Affirmatio & repreſentatio, ſeu (ut habet alia litera) dictio non ſunt idem. 9. meta. tex. cõ. 22.

Affrica ſemper aliquid noui affert, unde prouerbium emerſit. uide in. 8. de natura animalium. cap̃. 28.

Agentia æqualia in patientibus æqualibus, agunt in eis in omnibus partibus in æquali tempore. Et agens maius in æquali tempore in patientia æqualia agit magis q̃ agens minus. primo cœli. tex. cõmen. 64.

Agentia & patientia in temporibus æqualibus ſunt proportionalia. Cõmen. 1. cœli. cõ. 64. & elicitur ex textu.

Agentia duo diuerſa agunt in idem patiens, eadem actione continget ut ſit in temporibus diuerſis, & ut ſit proportio agentis ad agens, ſicut proportio temporis ad tempus. Et ĩdeo ſi ponamus duo agentia, quorum unum eſt finitum & aliud infinitum, continget ut infinitum agat in nullo tempore, quia nullam proportionẽ habebũt in actione, ex hoc ꝙ nullã hñt ꝓportionẽ in quãtitate. Com̃. 1. cœli. com̃. 64.

Agens æternum in ſe habet, ꝙ actum eo eſt neceſſarium, in generabilibus uerò ex agẽte ſeqꝫ actũ i maiori ꝑte. 2. phy. cõ. 74. idẽ. 2. ca. de ſubſtãtia orbis. uide in cõcordantijs.

Agens maius in minori tempore in patiens minus, ne dum ꝙ alterum ſit finitum, & alterum infinitum, & hoc eſt proprium. primo cœli. cõmen. 66.

Agens bipartitũ eſt ſicut mouẽs. 1. de gener. tex. cõmen. 53.

Agens & patiẽs nõ debẽt eſſe adunata, ſed debẽt ſe cõtingere: & ſi non ſe contingant, neceſſe eſt ꝙ actio fiat mediãte aliquo cꝑe recipiẽte paſſionẽ. 1. de gene. tex. cõ. 78. ¶ Hinc ſcire potes cauſam ꝑꝑ quã ethicus nõ ſentit febrẽ ſuam.

Agente



Agente exiſtente eodem & materia eadẽ, nõ neceſſario ſequtur effectum eſſe eundem. 2. de generatio. tex. com̃. ultimi. uide cauſam. 12. meta. tex. com̃. 11.

Agens non eſt neceſſarium ut ab omni patiente patiatur, eo modo quo patiens patitur ab eo. 2. de anima. tex. cõmẽ. 45. & 2. cœli. cõmen. 42. authoritate Alexandri.

Agentium quoddam eſt prius tempore acto, quoddam uerò eſt prius naturaliter, & non tempore. 2. cap. de ſubſtantia orbis. Conſimile. 1. cœli. cõmen. 105. & 106.

Agens debile non eſt impoſſibile, ut agat actionem maiorem actione agentis fortis, & hoc propter diuerſitatem ſubiecti, in diſpoſitione ſeu præparatione. Cõmen. 2. meteororũ. cap. 2. ubi agit de uentis.

Agens uel differt ſpecie uel ſm magis & minus, & ſimiliter patiẽs uel differt ſpecie uel ſm magis & minus. Cõ. ſuprà.

Agens ꝑ ĩtellectũ ſemꝑ alicuius gratia facit. 2. met tex. cõ. 9.

Agens & materia nõ ſunt niſi propter finem, & ſimiliter formę nõ ſunt in rei ueritate niſi ꝑꝑ ultimũ finẽ. 2 phy. cõ. 31.

Agens malum ſponte, peius agit q̃ qui agit malum. in. 5. metaphy. tex. cõ. 34. uide de hoc. 3. ethico. diffuſe.

Agibile & eligibile: Idem. 6. met. tex. cõ. primi. & 6. ethi. ca. 3. dicit: Rei agẽdæ principiũ eſt electio unde motus, ſed nõ cuius gratia. Idem. 3. ethi. cap. 5. ubi dicitur. Omnino autẽ electio uidetur circa illa uerſari quę ĩ noſtra ſunt poteſtate.

Agẽs facit ex alio aliud, et nõ facit aliud ĩ alio: facit. n. ex materia formatũ, & nõ facit in materia formã. 7. meta. cõ. 27. & 28. Conſil'e habeẽ in. 12. meta. cõ. 18. ubi dicit: Imaginatio ſuper creationes formarum ĩduxit homines dicere formas eſſe, & datorem eſſe formarum.

Agens ſi formã ageret per ſe, tunc faciet formã ex forma & materia, & illam formam etiam ex materia & forma, & ſic in infinitum. 7. meta. tex. cõ. 27. & 28. Vide pro deductione huius. 12. meta. cõmẽ. 12.

Agens ſi generaret formam uniuerſalem, tunc generatio eſſet ex nihilo. 7. meta. com̃. 27. uide etiam in. 1. de generatione & corruptione. tex. com̃. 40.

Agẽs unũ eſt quod agit oĩa ſine medio, ſm loquẽtes in lege Maurorũ. Et iſtud agẽs nõ eſt corpus. 7. meta. cõ. 31. & 9. metaphy. cõ. 7. & 12. metaphy. com̃. 18.

Agens incorporeum impoſſibile eſt trãſmutare materiã, niſi mediãte aliquo corpore nõ trãſmutabili. ſ. corporibꝰ cœleſtibus: & ideo ĩpoſſibile eſt ut intelligentię dent aliq̃ formarũ miſtarũ cũ materia. 7. meta. cõ. 31. & 8. phy. cõ. 15.

Agẽs extrahẽs aliqd de potẽtia ad actũ, nõ largiẽ multitudinẽ ſed ꝑfectionẽ. 8. meta. com̃. 15. idẽ. 12. metaph. com̃. 18. idem etiam. 8. metaphy. tex. com̃. ultimi.

Agere in ſeipſam nulla res poteſt. 9. meta. com̃. 2. & 3. de aĩa. cõ. 4. & 3. phy. cõ. 8. & 8. phyſi. cõ. 40. Et in libro deſtru. deſtruc. diſpu 1. ĩ ſolutione. 1. dub. dr̃: Principiũ cõceſſum ab oĩbus eſt, ꝙ nulla res ſeipſam permutare poteſt.

Agente naturali approximato paſſo & nõ impedito, neceſſario prouenit actio 9. meta. tex. cõmen. 10.

Agens et actum ſunt idem in forma. 9. metaph. tex. com̃. 13. & 14. & 7. metaphy. 28.

Agente exiſtente uno & materia una, neceſſe eſt ut non ſit multitudo. 12. metaphy. tex. cõ. 11. contra Anaxa.

Agente exiſtente uno & materia una & potentia una, nulla prorſus erit multitudo. ſuprà.

Agens apud Ariſt. nõ eſt congregãs inter duo in rei ueritate ſed eſt extrahẽs illud qđ eſt in potentia ad actũ. 12. met. cõ. 18. iuxta mediũ cõmẽti. Cõſil'em ſñiam require in. 8. meta. com̃. 15. ubi dicit: Agens extrahens aliquid de potentia ad actum, nõ largitur multitudinem ſed perfectionem.

Agens extrahens aliquid de potentia ad actum, neceſſe eſt ut in eo ſit illud quod extrahit aliquo modo, ſed nõ ꝙ ſit ipſum ſm omnes modos. 12. metaphy. cõm. 18.

Agens facit priuationes ſicut facit inuenire, & eſt extrahere illud de potentia ad actum: quia generatum in actu eſt corruptum in potentia. 12. metaphy. cõmen. 18. in calce com̃. uide in concordantijs.

Agens eſt mouens & faciens paſſionem, et ideo omne agẽs eſt mouens: mouens autem nullã facit paſſionem, & ideo non omne mouens eſt agens. 12. metaphy. cõ. 23. & habetur. 1. de genera. tex. cõ. 45. & 3. phyſi. tex. com̃. 3.

Agentis poſſibilitas apud Philoſophos non eſt aliquid intellectuale, immo eſt aliquid reale extra animam. ex libro deſtructio deſtruc. diſputa. prima. in ſolu. ultimi dubij.

Agentia ſunt duobus modis, quorum unum agit tãtum unã actionem per ſe, ut calor agit calorem, & frigus frigorem, & talia agentia naturalia nuncupantur. Secundus modus agentium eſt eorum quæ agunt interdum quandam actionem, & interdum eius contrarium, & à Philoſophis uocantur uolentia & eligentia. ex diſputa. 3. in ſolu. primi.

Agens inuenitur duobus modis, unus eſt à quo dependet effectus quo ad fieri tantum: & talis efficiens non indiget agẽte tali poſtq̃ eſt productus in actu, ſed indiget alio agente conſeruante ipſum, ſicut eſt domus reſpectu artificis. Aliud uerò agens eſt à quo dependet actio, ſine qua effectus ille non poteſt conſiſtere, & tale eſt agens et conſeruans: & tale eſt nobilius priori. ex diſpu. 4. in ſolu. primi dubij.

Agentis perfectio & uirtus eſt ut dominetur paſſo dominio perfecto, abſcꝫ hoc ꝙ alteretur à paſſo alteratione ſenſibili & imperfectio agentis eiuſcꝫ debilitas eſt, ut agens alteretur à paſſo donec reducat ipſum ad ſuam formam, quæ quidem malitia & debilitas habet gradus. Auer. in. 4. de generatione animalium. cap. 1. & eſt ex mente Philoſophi ibi aſſignantis cauſas maris & fœminæ ueras.

Agens & mouens arbitrari poſſunt ꝙ differentiam habent: quia mouens non dat mobili niſi motum tãtum, agens uerò dat ſibi formam propter quam fit motus. Auer. in Epithome metaph. trac. 1. ca. 1. ¶ Inde collige mẽtem Auer. expreſſe fuiſſe, res æternas quo ad ſui ſubſtantiam dependere & eſſe cauſatas à Deo glorioſo, et non ſolùm ut à forma & fine, qa in hoc loco intendit declarare quo mõ ſciẽtia diuina ꝯſiderat q̃tuor cãs, & declarãdo qñō ꝯſiderat efficiẽs dicit, ꝙ ĩtelligẽtia ut dat motũ cœlo, ſic dr̃ motor: & ſic à nãli ꝯſideraẽ. Et hoc teſtatur ẽt in. 2. cœli. cõ. 3. qa motor nõ dat mobili niſi motum tantum, ſed inquantum dat cœlo formam, i. eſſentiam, quam formam appellat, propter quam fit motus tanq̃ ꝑꝑ finẽ, quia motus cœli eſt ꝑꝑ cœli ſubſtãtiam et non è contra. 12 meta. cõ. 36. & 2. cœli. cõmen. 17. & 21. Iſta enim eſt diſpoſitio entis neceſſarij (ut dicit Cõ. in. 2. phy. cõ. 88.) quòd non ſit propter ſuam actionẽ, ſed actio eius eſt propter ipſum. Et iſto modo inquantum intelligentia efficit ab ęterno cœli ſubſtantiam, ſic dicitur dare ſibi formam: nõ enim in orbe eſt alia forma ex qua componatur, quia eſt ſubſtantia ſimplex: ſed formam intelligit eſſentiam orbis. Et pro hoc uide expreſſe Auer. in eadem paraphraſi, trac. 4. in coll'. 7. ubi ſcribit: Ex his ergo dictis apparet quodnam eſſe habeant iſti motores, et quomodo ſit motio ipſorum. Ex quo etiam oſtenditur ꝙ non ſunt tm̃ motores corporum cœleſtium, ĩmo dant eis formas ſuas quibus ſunt id quod ſunt. Nam ſi ipſæ tollantur nequaquã inuenietur forma corporum circularium, quemadmodũ ſi tollatur intellectus qui eſt in actu, nequaquam inuenietur in nobis ultima perfectio. Et ideo ſunt eorum agentia quoquo modo, cùm ipſum agens præſtet eſſentiam rei. Ecce quomodo ipſemet ſe declarat, ꝙ forma ſummitur pro eſſentia rei. Et fortè fuit error tranſlatoris, nã in. 2. ca. epitho. dicit: Cœlũ in ſui ſubſtantia indiget largiente uirtute ꝑmanentiã ſempiternã, ſicut largiẽ motũ ſempiternũ, & ut dat ſibi ſubſtãtiam appellaẽ agens, & à diuino cõſideratur: ut uerò largiẽ motum, cõſideratur à naturali. ¶ Et hoc manifeſtat uerũ fuiſſe noſtrum iudiciũ in iuuentute noſtra, ubi diſputauimus in ſpãli q̃ſtione de triplici cauſalitate intelligẽtiæ, cõtra Greg. Ariminẽ. & Ioan. de Bacco. aſſeuerãtes ĩ uia Auer. Corpora ſempiterna nõ eẽ cauſata ab ęterno quo ad ſubſtãtiam, ſed quo ad motũ tm̃ ab ipſa intelligentia. Et tũc iam nõ erat impreſſus tractatus iſte, licet manifeſte etiã pateat hoc idẽ ex. 2. cap. de ſubſtantia orbis, ubi Com̃. expreſſe dicit ſe feciſſe illã digreſſionẽ ꝓpter amorẽ ueritatis: qa multi ẽt ſuo tꝑe aſſerebãt cœlũ nõ habere niſi cãm mo-

Quare æterna dependent a deo tanq̃ a cauſa agente.

Cõtra grego. Arim. et Io. de Bacone.

uẽtem, et nõ agentẽ. Et eſt uia iſta Gregorij et Ioan. Bacco. quam imponũt ipſi Auerroi pertinaciter. Et mirum eſt per uitam meam, quomodo pręclara ingenia allucinẽtur in re luce meridiana clariori, & Deus ſit dator auxilij in tãta perplexitate & uarietate doctorum.

Agens tranſmutationis ſm Ariſt. eſt idem cũ agẽte ipſius finis trãſmutationis, & trãſmutãs & generãs, aut eſt corpus aut uirtus in corpore. Auer. in paraphraſi metaph. tractatu 2. coll. 7. idem. 7. metaphy. cõmen. 31. in quibus locis uide diffuſe de generatione aïalium & plantarum ſponte naſcẽtium. Et de generatione ignis à motu, quia clariſſimè loqt.

Agens & paſſum ſeu cauſa et cauſatũ de neceſſitate ita ſe habent, cũ agens pſtet paſſo qđ ſimile ſibi, uel ꝙ diuerſum ſit ab ipſo in materia, & hoc eſt neceſſarium qñ agẽs eſt eiuſdem ſpẽi cũ paſſo, abſq; hoc ꝙ ſit exceſſus dignitatis inter ipſa in forma: uel illa diuerſitas inter ipſa ſit in exceſſu dignitatis in eadem ſpecie, & hoc quando agens in illa ſpecie ſit nobilius ipſo paſſo, & eſt in principijs immaterialibus. ex paraphraſi metaphy. tracta. 4. coll. 9.

Agens non poſſe agere aliquod impoſſibile, non dicitur eſſe diminutio: ſed dicere ipſum poſſe facere aliqđ ĩpoſſibile & facere aliqđ ĩpoſſibile, eſt deceptio. 8. phy. cõ. 4.

Agens cuius proportio ad agendum duo contraria fuerit eadem, non aget unum contrariorum potius ꝗ reliquum, niſi aliunde limitetur. 8. phyſi. cõmen. 8.

Agens quodlibet quod poteſt agere quandoq;, & quãdoq; non, inuenitur qñq; in potẽtia, et qñq; in actu. 8. phy. cõ. 4.

Agens cuius eſſe non habet initium, neceſſe eſt ut actiones eius non habeant initium. 8. phy. cõmen. 15.

Agens & mouens uľr eſt illud ex quo prouenit mouere, & actio proueniens ex eo dicitur motus. 8. phy. cõ. 15.

Agẽs eſt duobus modis, quoddam quod mouet, abſq; eo ꝙ præcedat in eo appetitus, aut uoluntas, aut deſiderium, & hoc dicitur mouere naturale: & agens ſeu mouens, in quo precedit appetitus & uoluntas ad mouẽdũ, & dicitur actio uoluntaria. 8. phy. cõmen. 15. uide in concordantijs.

Agens unum non habet naturam largiendi eſſentialiter niſi unum tantum. 8. phy. tex. cõmen. 31. & 51. idem. 1. de generatio. tex. cõmen. 56.

Agens non eſt agens niſi propter aliquid, & ideo qui concedit cauſam agentem, debet concedere cauſam finalem. 1. metaphyſi. cõmen. 50.

Agens debile quãdo agit in materiam magis paſſibilem, uidetur eſſe maius & manifeſtius ꝗ agens fortius, quod agit in materiam difficilis paſſibilitatis. Auer. 2. de generatione animalium cap. primo.

Albedo eſt forma cum qua non coniungitur priuatio omnino, nigredo uerò eſt forma cum qua coniungitur priuatio albedinis. Et ſimiliter uidetur in omnibus contrarijs. Auer. 2. phyſi. cõ. 15. uide in contradictionibus.

Albedo non transfertur ad nigredinẽ, niſi mediante aliquo medio. In aliquo igitur transfertur mediante chiano, & in aliquo mediante charoppo. Non enim eſt neceſſe ut tranſlatio ĩ extremis ſit ſuper oïa media. 2. de aïa. tex. com. 105.

Albũ ſignificat albedinẽ, & recipiẽs albedinẽ. 1. phy. cõ. 25. ¶ Et uide quomodo hoc ſit intelligẽdum in. 5. meta. cõ. 14. contra Auic. Et uide conſimile in. 12. meta. cõ. 29.

Album fit ex nigro per ſe, ſed ex non albo per accidens. 5. phyſic. cõmen. 8. & 51.

Album aut non album dicimus, non quod omnes, ſed quod plures, aut magis pricipales partes habet. 6. phy. te. cõ. 83.

Alchimiſtę imaginant idẽ poſſe fieri ab arte & à natura, & hoc eſſe nõ poteſt: qa cauſę artis & naturę, ſunt cauſæ diuerſæ. Auer. in. 1. de generatione animalium capit. 1. ¶ Vbi aduerte ꝙ uidetur negare artem alchimię, de qua tamen ſub dubio loquutus fuit in. 3. de anima. cõ. 36.

Alchimia eſt ars ĩ q̃ ẽ dubiũ an repiat & ſi repit impoſſibile eſt ut ipſius eſſe ſit naturale: nam ars diminuitur in aſſimilando aliquid naturæ. ex diſputa. phyſicis. in. pri. diſputa.

Alchimiæ artem poſſibilẽ eſſe poteſt elici ex his uerbis Ariſto. 7. metaphy. tex. cõ. 29. & Auer. 3. de aïa. cõ. 18. ubi inquit: Artificialium quarundam materiæ habẽt principium naturale, quo poſſunt moueri per ſe ad finem, quem intendit ars, ſicut eſt ars medicinæ & agriculturæ, in quibus ars iuuat naturam. Quorundam uerò materiæ non habent tale principium naturale, quo poſſint moueri ad finem intẽtum ab arte, neq; perfectum, neq; diminutum, niſi per artem tantum, & talia ſolum ab arte fiunt, ut domus: ſed prima ab utroq;, uidelicet à natura & ab arte, ut ſanitas. ¶ Ex quo elicitur alchimię artem poſſibilem eſſe, quia eſt de artibus iuuantibus naturam ad talem tranſmutationem faciẽdam: ſicut eſt de medicina & agricultura. Vide pro hoc diffuſe quæ ſcripſi in ſpeciali tracta. quem fecit de differentijs naturæ & artis.

Alcyonum uidi in aquis, tutiſſimi ab aquis, maximam non ſolum admirationem habent, ſed etiam ſignificationem ſolertis & ingenioſæ naturæ. Themiſt. 2. phyſi. 80. uide pro hoc. 9. de hiſto. animalium. c. 14.

Alcyone excepta, auium genus parte plurima, uere ac ineũte æſtate coit & parit, ipſa uerò circa brumam parere ſolita eſt: quapropter quoties bruma exiſtit dies alcyoneæ appellantur. 3. de natura animalium. cap. 9.

Alens eſt duplex. ſecundo de anima tex. cõmen. 50.

Alexander opinatus eſt ꝙ ſphęra ſtellarum fixarum non eſt in loco. 4. phyſi. cõmen. 43.

Alexander dixit ꝙ non omne corpus eſt in loco eſſentialiter. 1. cœli. com. 91. idem. 4. phyſi. com. 45.

Alexander dixit ꝙ motus circularis non eſt in loco, & ꝙ nõ eſt translatio. ſuprà.

Alexander opinatus eſt ꝙ prima ſimplicia ſunt contraria ſecundum formas, & non ſecundum materiã. 5. phy. cõ. 10.

Alexander inquit: Non fuimus ſuſtentati ſuper ſententiam Ariſto. niſi quia inuenimus ipſam minoris ambiguitatis inter alias, & remotiorem à contradictione. 2. cœli. cõmẽ. 1. idem. 12. metaphy. cõmen. 18.

Alexãder prorſus arbitratus eſt omnia in tempore commutari. Themiſt. 6. phyſi. cõ. 56. contra quem Themiſt. ibi aſſerit dari momẽtaneas mutationes, quod idem uide à Themiſt. 6. phy. 32. idem & habet Com. ibidem.

Alexander & Auicenna concedũt ꝙ corpora cœleſtia habent finitam potentiam, & non acquirunt operationẽ ęternam, niſi à potentia infinita quæ mouet illa. 2. cœli. cõ. 71. Idem. 8. phy. com. 79. & in paraphra. 1. de cœlo iuxta finẽ.

Alexãder ut credimus & uerè ſcimus, fuit unus de bonis expoſitoribus Ariſto. et propter famoſitatem iſtius uiri apud Modernos, nullus eſt ſciens & perfectus apud eos, niſi qui eſt Alexandreus. 3. de anima. cõmen. 14.

Alexander apertè uidetur dicere ꝙ naturalis conſiderat de ſubſtantia mobili, quærendo principia eius à primo Philoſopho, & ꝙ ſubſtãtia immobilis eſt ꝓpria primæ philoſophiæ, ſed iam declarauimus ꝙ iſte ſermo non eſt uerus. 12. metaphy. cõmen. 6.

Alexandri opinio de intellectu fuit, ꝙ nullus intellectus remanet niſi intellectus adeptus. 12. meta. com. 17. & in. 3. de anima. com. 5. in prima parte digreſſionis. Alia tamen eſt opinio Theophraſti & Themiſt. & aliorum Peripateticorum de hoc, ut dicit Com. in prædictis locis.

Alices unde cauſentur. uide tertio colliget. cap. 30.

Alietas eſt aliqua relatio, et relatiua inſimul exiſtunt in actu 2. de anima. tex. cõmen. 146.

Alijs quidem communicatum eſt eſſe & uiuere: ijs quidem clarius, ijs uerò obſcurius. primo cœli. tex. cõmẽ. 190. idẽ in. 2. cœli. cõmen. 64.

Alimentum contrarium dicitur eſſe. 8. phy. tex. com. 55.

Alimento nihil cõfert ſonus, neq; color, neq; odor, ſapor autem unum tangibilium eſt. 2. de anima. tex. com. 28.

Alimentum omne eſſe extrinſecus, hoc uerè non dicitur, ſed protinus ut in plantarum ſeminibus ineſt aliquid tale primum quod lacteum uocatur, ſic in animalium materiã extremum conſtitutionis alimentum eſt. Ariſto. in. 2. de generatione animalium. cap. 4.

Alimentum utile duplex, & duplex etiam excrementum, primum



mum & nouiſſimum. ita excrementum aliud eſt primi alimẽti, aliud nouiſſimi. Vide in. 1. de genera. aïalium. ca. 18.

[A]liquid eſſe non corpus, dicitur quatuor modis diuerſis. ſ. de intellectu materiali, de pręparatione exiſtente in materiis, de prima materia, & de formis abſtractis. 3. de anima. cõ. 5. & in. 4. colũna.

Aliquando, eſt tempus determinatum per inſtans pręcedẽs & inſtans poſterius terminantia rem factam: & etiam eſt terminum per ſuam diſtantiam ab inſtãti preſenti. 4. phy. tex. cõ. 123. & 124. Et nota ꝙ ita eſt ẽt reſpectu futuri.

Aliud ex alio fieri multifariã dicit. 1. de genera. aïaliũ. ca. 18. iuxta dimidium capituli, ubi dicit: Aut. n. aliqd dicitur, fieri ex alio, ut ex nocte diẽ, qa hoc poſt hoc: aut ex alio qđ inſit, ut ex ligno ſcãnũ: aliud ut ex contrario, ut ſanum ex ęgro: aut ut ex efficiente, ut ex maledictis pugna. Vbi nota quòd ſunt quatuor modi, ut bene ponderauit Auer. in illo loco.

Allatio facit generationem actualiter, quia adducit & abducit generans. 2. de genera. tex. cõmen. 55.

Allatio prima nõ eſt cauſa generationis & corruptionis, ſed quæ circa obliquum circulum. ſupra tex. cõ. 56.

Alcmeon crotoniates à Pythagoricis, aut ipſi ab eo hũc ſermonem ſuſceperũt, ꝙ decem ſunt principia ſecũdum correlationem dicta, uidelicet finitum & infinitum, par & impar, dextrũ & ſiniſtrũ, unũ & multitudo, mas & fœmina, quieſcens & motũ, rectũ & curuũ, lux & tenebre, bonũ & malũ, altera parte longius & quadrãgulare. 1. meta. cap. 2.

Aloes non niſi à ſtomacho trahit. 7. colliget. cap. 28.

Alpharabius, Auicẽ. & Auẽpace hiſpanus crediderũt Ariſt. in principio octaui, loqui de motu ſecundum genus, utrum ſit æternus uel nouus: ſed Auer. tenet eum loqui de motu cœli. 8. phyſi. cõmen. 1.

Alpharabius licet ſit maximus in iſtis, tamẽ ſequitur opinionem Alexãdri de intellectu materiali, & addit unum inopinabile: in libro enim de Nicomachia, uidetur negare continuationem eſſe cũ intelligentijs abſtractis. 3. de aïa. cõ. 14.

Alpharabius aſſeruit ꝙ ex diffõne motus in uľi apparet cõtinuatio in motu, & ſermo eius nõ eſt uerus, qa nõ apparet principaľr niſi in motu locali. 8. phy. cõ. 23 in calce cõmẽ. ¶ Vbi aduerte ꝙ Auer. in. 3. phy. cõ. 6. illud idem dixit, qđ nunc aſſerit eſſe falſum. Vide in concordantiis.

Alpharabius contradixit ponẽtibus cõtinuationẽ intellectus abſtracti cũ hoïe. Nam cũ perueniſſet ad ętatem ſenectutis & reputaſſet ſe eſſe ꝑfectum, & non conſequutus ſit eã, adduxit ĩcõueniẽtia ex rebus per ſe notis: & ideo dixit ꝙ ſunt uanitates ſenectutis. ex libello de cõtinuatione intellectus abſtracti cum homine. Idem in. 3. de anima. com. 36.

Alpharabius in duobus deuiauit à uia Ariſt. primò quia credidit ꝙ uia qua inceſſit in ſuo libro de entibus tranſmutabilibus de æternitate motus, eſt uia Ariſt. 2. in arte demonſtratiua. 8. phyſi. cõmen. 78.

Alteratio largè ſummitur tam pro tranſmutatione in ſubſtãtia ꝗ pro tranſmutatione in qualitate. 2. phyſi. com. 1. uide etiam. 5. phyſi. com. 15. & 6. phyſi. com. 32.

Alterans quodlibet eſt ſimul cum alterato in qualibet alteratione. 7. phy. tex. com. 11. & 12.

Alteratio alia ſpiritualis alia corporalis. 7. phy. cõ. 11. et. 2. de aïa. tex. cõ. 57. & 58. & 3. de aïa. tex. cõ. 28.

Alterationis duæ ſunt ſpecies, altera quę in qualitate paſſiua conſiſtit, & iſta propriè dicitur alteratio: alia quæ pertinet ad ſubſtantiam, & iſta propriè dicitur tranſmutatio. The. 1. phy. ſuper tex. com. 63. idem Com. 2. phy. com. 1.

Alteratio eſt in prima cõtrarietate, q̃ eſt in tactu. ſ. in q̃litatibus primis, q̃ ſũt caliditas, frigiditas, humiditas et ſiccitas. Et ſiľr uidet ẽẽ in cõtrariis ſequẽtibus iſta. ſ. duritie & mollitie: ſed tñ primo eſt in primis q̃litatibus, in iſtis aũt eſt ſecundo, & mediãtibus primis. 7. phy. cõ. 14. idẽ cõ. 11.

Alteratio quę in ſonis uidetur eſſe modo æquiuoco cum alteratione, quę in primis qualitatibus. 7. phy. com. 14.

Alteratio reperitur in re diuiſibili ſecũdum magis & minus 7. phy. com. 18. Idem. 5. phyſi. tex. com. 10.

Alterationis cõparatio ſi fuerit æqualitate ſm ſubiectũ tm̃, erit per accidens: & ſi fuerit ſm ſolam paſſionem, non erit ęqualitas perfecta, ſed ſolũmodo ſimilitudo: Ideo in conſideratione æqualitatis perfectæ hęc duo exiguntur. ſ. ſimilitudo paſſionis, & ęqualitas ſubiecti. 7. phy. com. 33.

Alterans primùm uidetur ꝙ illud per qđ alterat in pluribus alterationibus non alterari. 8. phy. cõ. 37. & 2. cœli. cõ. 42.

Alterationes quædam carent principio temporali, ut ſunt ſubitæ alterationes. 1. phy. tex. cõ. 23. & 6. phyſi. cõ. 32.

Alteratio quędam eſt paſſiua, & eſt quam ſequitur generatio & corruptio: q̃dã uerò nõ, ut illuminatio. 1. cœli. cõ. 20.

Alteratio paſſiua eſt quæ fit à qualitatibus actiuis, ut eſt caliditas, frigiditas, humiditas & ſiccitas. 1. cœli. com. 2.

Alteratio cõtrariorũ coegit oẽs credere ꝙ omnia corpa ſunt compoſita. 1. phy. com. 51. et. 83. aduerſus Auicen. Vide cõſimile. 1. cœli. tex. com. 20. & 8. meta. com. 12. Caueant ergo ponentes formam corporeitatis perpetuam in materia.

Alteratio dicitur communiter & proprie. 4. cœli. com. 24.

Alteratio & generatio differunt. 1. de genera. tex. com. 23.

Alteratio ſecundum quam tranſmutatur ſubſtantia alterati, uidetur eſſe propria corporibus quorum ſubſtãtię admiſcentur potentiæ, & ſunt corpora generabilia & corruptibilia. 2. cap. de ſubſtantia orbis. idẽ. 1. cœli. tex. com. 20. et. 21.

Alterationis paſſiuæ cauſa eſt materia quę eſt in potẽtia. 8. meta. cõ. 12. & 1. cœli. tex. cõ. 20. & 21.

Aluntur omnia uiuentia ſiccis & humidis, calidis & frigidis 2. de anima. tex. cõmen. 18.

Amaritudo ſequitur complexionem calidam & ſiccã, & cõplexionem frigidam & ſiccam, contra Gaľ. 5. colliget. cap. 27. & in. 2. de anima. cõ. 105. ubi ponit differentiam. Nam ſapor amarus qui præcedit dulcem, fit à frigiditate, ut in glãdibus et xylocharacis: ſed ſapor amarus qui ſequitur dulcẽ, fit à calore.

Amaritudo eſt in ultimitate contrarietatis nutrimẽto animalium, & eſt contraria dulcedini propter ſiccitatem, & ideo in aqua maris maioris, quia eſt nimis ſalſa & multũ amara, non poteſt uiuere aliquod animaľ. 5. colliget. cap. 27.

Analogum non dicit naturam unam & eandem communẽ analogatis, et uide cauſam in. 7. diſputa. in ſolutione ultimi dubij. Iſta etiam eſt ſententia lucidiſſimi Themiſt. in paraphraſi. 2. de anima. ſuper tex. com. 30.

Analogum mediat inter unicum & æquiuocum. ibidem. Et 4. metaphy. cõmen. 2.

Analoga quę dicuntur ſecundum prius & poſterius, neceſſe eſt ut illud quod eſt prius ſit cauſa poſterioris. ex paraphraſi meta. tracta. 4. coll. 16.

Analogum non dicit unam naturam cõmunem analogatis.

Analogum apud Peripateticos non dicit unam naturam cõmunem analogatis, ut aſſerit Themiſ. ex intentione Ariſt. in. 2. de aïa. tex. cõ. 30. Idẽ Them. in. 3. phy. in tex. com. 70. ubi Ariſto. dicit infinitum non idem eſſe in motu, in magnitudine & tempore, tanquàm una quædam natura, ſed poſterius dicitur & prius. Vbi Themiſt. dicit: Sed ſcire licet, cum infinitum dicimus in magnitudine, tempore, motu cõſtare, non ita loquimur ut putemus infinitum eſſe genus quoddã & commune ad naturam illorum, ſed ita ut eo ordine quem res illæ gerunt inter ſe, eodemq; ſint infinitudinem aſſequutæ. Hoc etiam elicitur ex intentione Auer. 4. phy. cõ. 2. ubi reddens cauſam difficultatis inueſtigãdi diffinitionem loci dicit: Quia locus nõ inuenitur in omnibus corporibus naturalibus dici uniuocè, ſed dicitur modo dubitatiuo. i. multipliciter: et ſcire quidditatiue huiuſmodi entia eſt difficile, quia appropinquat ei quod non habet naturam communem. Vide etiam de ente & uno, Auer. 10. metaphyſi. cõmen. 8. & in. 12. meta. cõmen. 20. in calce commen. ubi expræſſe dicit, ꝙ hoc nomen ens non ſignificat aliquam naturam communem decem pręadicamentis. Et ens apud Ariſto. eſt analogum, ut patet. 4. meta. tex. cõmen. 2. Dicitur enim de entibus ſicut ſanum de ſanis.

Anguium magnitudo in Affrica mira, ita ut triremes euertãt & boues abſumere credantur. 8. de natura animaliũ. c. 28.

Angues Aethiopię uolare narrantur. Ariſto. in. 1. de hiſtor. animalium. c. 5.

Anguilla in genere piſcium, et mugillũ quoddam genus qđ requiritur in fluuijs lutulentis, nõ eſt, neq; mas, neq; fœmina. Ariſt. in. 2. de generatio. aĩaliũ. c. 4. iuxta dimidiũ. Vide ẽt clare ĩ. 4. de nã aĩaliũ. c. ul. ubi dicit ꝙ anguilla neq; mas neq; fœmina eſt, neq; prolem aliquã ex ſe gignere poteſt. Idẽ ĩ. 6. de natura aĩaliũ. c. 14. ubi dicit ꝙ anguilla neq; ouũ neq; ſemẽ ſortita eſt. Vide ẽt in. 8. de natura aĩaliũ. ca. ulti. ubi dicit Ariſt. ꝙ anguilla fruſtra nomẽ fœminę accepit.

Anguillarum generatio inter ſanguineorũ genus ſola, neq; ex coitu, neq; ex ouo fit. 6. de natura animalium. c. 16.

Anguillæ mortuæ non ſuperfluitant, nec ſurſum, ut cęteri piſces efferuntur. Vita earum ad ſeptem uel octo annos protrahitur. 8. de natura animaliũ. cap. 2.

Angulus in quo genere contineatur dubitauerunt quidam, adeo ꝙ poſuerunt quartum genus magnitudinis, uidelicet lineam, ſuperficiem, corpus, & ſolidum.

Anhelitus in animalibus dat qualitatem. 8. phy. cõmen. 51. quia non eſt datus niſi ad infrigidandum calorem naturalem, & temperandum ipſum.

Anhelitus prima neceſſitas eſt ad ĩmittendum ſecunda ad extrahendum: prima eſt propter cor, ſecũda autem eſt propter pulmonem. 2. de anima. cõmen. 89.

Anhelans, eſt animal ambulans habens ſanguinẽ, ut dictũ eſt in libro de animalibus. 1. de aĩa. cõ. 84.

Anima in quieſcendo & ſedendo maximè fit prudens. 7. phyſi. tex. cõmen. 19.

Anima mouet corpus per ſuam naturam, & corpus mouet per ſuam naturam ab ea. 8. phyſi. tex. & cõ. 27.

Anima dũ mouet corpus ad illã partẽ ad quã mouetur corpus per motum elementi dominãtis, motus ille eſt naturalis ex parte animæ & ex parte corporis: ſi uerò ſit ẽ contrario, tunc motus corporis ab anima erit non naturalis. 8. phy. cõmen. 27. & 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Anima nõ põt eſſe ſine corpore niſi ęquiuocæ. 8. phy. cõ. 30. ¶ Ratio eſt quia aĩa diffinitur per corpus: Vnde de Aui. dicit in. 6. naturaliũ. cap. 1. ꝙ hoc nomẽ anima nõ eſt ex eius eſſentia, nec ex ꝑdicamẽto in quo cõtinet. Nã oẽ qđ eſt principiũ emanãdi a ſe actiones, q̃ nõ ſunt unius modi, & ſunt uolũtariæ, imponimus ei hoc nomẽ aĩa. Et Ariſt. 2. de aĩa. tex. cõ. 26. inqt: Et propter hoc bene opinãtur, quibus uidet neq; ſine corpore eſſe, neq; corpus aliquod aĩa. Dixit autẽ Cõ. niſi æquocè, ꝓp argm̃ Alex. q credidit diffinitionẽ aĩæ uniuocè dici de omni aĩa & de intellectu. Cõmẽ. aũt tenet oppoſitũ: nã. 2. de aĩa tex. cõ. 21. uidetur ĩtellectus aliud genus animę eſſe, & hoc ſolũ cõtingere ſeparari ſicut ꝑpetuũ à corruptibili. Vbi Cõ. iquit, ꝙ dignus eſt ut ſit nõ anima. Vnde Ariſt. in erroribus, 1. de aĩa, taxat antiquos, qui nullã poſuerunt differentiam inter animam & intellectum.

Aĩa q̃ eſt primus motor in aĩalibus, licet ſit indiuiſibilis mouet accidẽtaliter, qa cõſtituit ꝑ corpus. 8. phy. cõ. 51. et. 83.

Anima nõ eſt ex elemẽtis, quia nõ poſſet reddi cauſa actionum aut paſſionum animæ. 2. de genera. tex. cõ. 45.

Aĩæ paſſiones q̃dã ſunt proprię, & q̃dã ſunt cões: & qđ eſt magis deſideratũ de animę paſſionibus, eſt ſcire utrũ aliq̃ de eis poſſit eſſe abſtracta uel non. 1. de aĩa. com̃. 3.

Anima eſt fons & origo omniũ motuum. Themi. primo de aĩa. tex. 2. Idem Auer. 2. de anima. cõmen. 37.

Anima ſi ſeipſam primò cognouerit bene ac plane, utiq; erit dignisſima, cui de rebus alijs diſputanti diffinientiq; fides habeatur. Themiſt. primo de anima. tex. 2.

Aĩam nõnulli multarũ eſſe potẽtiarũ reentur, ſub una tñ uniuerſitate ſubiectoq; collocatã: alij partibus & mẽbris multiplicibus dirimũt, quã & loco diſcludũt et diſparãt, quẽadmodũ Stoici fortaſſe & Plato. Themi. 1. de aĩa. tex. com̃. 7.

Aĩa à tribus ſectis fuit diffinita: qdã. n. diffinierũt eã per motũ, qdã ꝑ cognitionẽ, qdã uerò ꝑ utrũq;. 1. de aĩa. t. cõ. 28.

Anima in quibuſdam partibus non mouetur, neq; eſſentialiter neq; accidentaliter ut in intellectu, in quibiſdã aũt mouetur accñtaliter nõ eſſentialr. 1. de aĩa. cõ. 66. ¶ Ex hoc collige de mente eius, aĩam intellectiuã non dare eſſe formaliter hoĩ: qa uidelicet impoſ̃e eſſet eã non moueri accñtalr.

Quod anima intellectiua non det eſſe.

Anima aliqd melius eſſe aut antiquius impoſ̃e eſt, impoſſibilius aũt adhuc intellectu: rõnabilisſimum enim hunc eſſe, nobilisſimũ, & diuinum ſecundum naturã. 1. de anima. tex. 82. ¶ Videat ergo Pomponacius q̃uo intellectus ĩ uia Ariſto. mortalis eſſe poſſit, cùm longa ſit differentia inter aĩam & intellectũ in uia eius: unde. 1. de aĩa reprehẽdit antiquos, qui non dixerũt inter aĩam & intellectũ. Vnde bene uerum eſt in uia eius ꝙ aĩa non poteſt eſſe ſine corpore, & ex conſequẽti eſt generabilis & corruptibilis, ſicut & cęterę formę naturales. Dicit enim Philoſophus. 3. cœli. tex. cõ. 1. oẽs ſubſtãtię naturales, aut corpora ſunt, aut cum corporibus generãt & corrũpũtur. unde. 2. de aĩa. tex. cõ. 26. inquit: Et ꝓpter hoc bene opinãtur quibus uidet neq; ſine corpore eſſe, neq; corpus aliquod anima: ſed intellectus q̃tenus intellectus in uia Peripateticorũ dicit uirtutẽ abſtractam à corpore, uere immaterialem & uere incorruptibilẽ. Vnde. 2. de aĩa. tex. com̃. 21. poſtq̃ præmiſit diuiſionem illã in tex. cõ. 18. uidelicet ꝙ aĩa ijs uidetur eſſe determinata uegetatiuo & ſenſitiuo, intellectiuo & motiuo: ſubditi in tex. cõ. 19. Vtrum aũt unũquodq; ſit aĩa, aut pars aĩæ: & ſi pars, utrũ ſit ſeparabile ratione ſolũ, aut & loco, dubiũ eſt; de quibuſdam aũt non eſt difficile uidere. Et poſtq̃ in. 20. tex. iã declarauit in quibus nõ erat difficile uidere, an tales uirtutes eſſent eædem ſubiecto, & plures in intentione, ſtatim in tex. 21. inquit, continuando intentionẽ ſuam ad ꝑcedentia: De intellectu aũt & perſpectiua potẽtia nihil adhuc manifeſtũ eſt, ſed uidetur genus alterum eſſe aĩæ, & hoc ſolum cõtigere ſeparari ſicut perpetuũ à corruptibili. ubi ex ꝑſſe colligit intellectũ eſſe uirtutẽ abſtractam, & incorruptibilẽ, & eſſe aliud genus animę à ꝑdictis, quia eſt longe diuerſũ, ſicut natura ĩmortalis à natura corruptibili. Quod Com̃. bene ponderauit dicẽs: Q. ſi dicatur anima, erit ſm æquiuocationẽ. Conſimile ſcribit Com̃. in. 2. de aĩa cõ. 32. ubi Ariſt. dicit in litera: De intellectu aũt ſpeculatiuo altera ratio eſt. Dicit Auer. ꝙ ſermo de eo eſt, ita ꝙ ſit extra iſtã naturã. Exiſtimat. n. ꝙ nõ eſt aĩa, neq; ꝑs aĩæ, & innuit nobilitatẽ & diuerſitatẽ illius ad alias partes. Opinãdũ ẽ. n. ꝙ eſt de natura ſuperiori naturę aĩę. Et iſta eſt expoſitio Themiſtij, Simplicij, Io. grã. Auer. & oĩum expoſitorũ: & nullus uſq; ad iſta tempora legit illũ textũ per uiã ĩterrogationis, ſicut finxit iſte bonus homo, ꝙ Ariſt. mouet ibi q̃ſtionẽ de intelligẽtiis. Non aĩaduertit ꝙ illa particula / Autem, eſt nota cõtinuationis cũ ꝑcedentibus: quia ſermo Ariſto. eſt continuus, & depẽdet ex diuiſione facta ĩ tex. cõ. 18. & 19. & 20. Vnde Ioannes Grã. in princi. libri de genera. q incipit: De generatione aũt & corruptione, notat, ꝙ ly ãt, dicit continuationẽ cũ fine. 4. libri de cœlo & mundo. De graui quidẽ & leui, & circa ipſa accidẽtia determinatũ ſit hoc hõ. Et deinde ſequit principiũ libri ſequentis, De genera. autem et corruptione. Vbi igit ſermo eſt cõtinuus cum ꝑcedentibus, dicit continuationẽ, & nuſq̃ legitur in iis caſibus eſſe notã dubitationis, ſicut finxit iſte ſomniator. Vnde lucidisſimus græcorũ interpres Them̃. inquit: De intellectu uerò & ea ui, q̃ cogitat & commentatur, nihil adhuc liquet quid ꝓbandũ ſit aut ſentiendũ. Vbi refert hoc ad intellectũ de quo. 3. de aĩa. inquit: De ĩtellectu uerò per quẽ anima intelligit & ſapit. Amplius Ariſt. 3. de anima. tex. cõ. 4. talẽ intellectũ dicit eſſe ĩmixtum, & laudat Anaxagoram de hoc, & dicit ipſum eſſe ſimplicẽ, impaſſibilẽ, & ĩmortalẽ, ut patet. 3. de anima. Iſta aũt uerba non poſſunt intelligi niſi de uirtute, quæ uerè eſt immaterialis. ¶ Nec ualet gloſa eius ꝙ talia debẽt intelligi ſecundũ quid, primũ quãto unde intellectus non eſt paſſibilis, neq; corruptibilis, ſicut ſunt cæteræ uirtutes animæ quæ ſunt organicę. Nã tũc uerba Ariſt. in grauisſima quęſtione & omnium deſideratisſima, aliud prętenderent, & aliud ſignificarent: quod non decet uirum ingenuum ac Philoſophũ. Inquit eñ lucidisſimus Them̃. in primo de anima. capit. 20. Non eſt æquum in altisſimis philoſophiæ quæſtionibus aliud ſentire aliud dicere. Cùm enim ſemper digna homine res eſt, ne à mente uerba diſſentiãt, tum id maximè in rebus obſcuris & creperis obſeruandum,

Intell's nõ ẽ mortalis aduerſus Pomponacium.



uãdum, cũ ea quę ſuopte ĩngenio remota & cõdita uidẽtur uerbis illuſtribus & quãmaxime poteſt declarantibus uẽdicentur à tenebris. ¶ Amplius aũt Ariſt. plerũq;, dãnat antiquos, & ꝑcipue Platonẽ qui metaphoris utebatur, & abutebatur terminis philoſophicis. Vnde ipſe pręcipit in. 2. poſte. nõ eſſe diffiniendũ per metaphoras, neq; diſputãdũ. Et Com̃. plerũq; dicit, ꝙ Ariſt. reꝑhendit Platonem, aut quia malè ſenſit, aut qa malè docuit, ut eſt uidere. 1. cœ. cõ. 105. & 106. de generatione mundi. & 3. cœli. tex. cõ. 68. inquit: Quare ſi quis certè loqui uoluerit, & nõ ex tranſumptione rationes ſuſcipere elemẽti, ipſos auferentes uidebit generationem ex entibus. Sed ĩmorari in hoc amplius eſt ſupfluũ nam in libro noſtro de intellectu plura ad hoc adduximus.

Te. cõ. 22.

Anima præcedit elementa cauſalitate & nobilitate, elementa autem tempore. primo de anima cõmen. 82.

Anima & intellectus ſunt principia entium ſecundum ſinẽ & formam, elementa autem ſecundum materiam. ſuprà.

Anima uidet magis continere corpus, q̃ corpus animã. 1. de aĩa. tex. cõ. 90. ¶ Vbi Auer. ſcribit in com̃. ꝙ anima eſt magis digna ut ſit cauſa copulationis corꝑis, & ſuæ unitatis in numero, q̃ ut ſit corpus cauſa copulationis animæ. Omne enim qđ eſt unũ & continuũ, nõ eſt per ſuã materiam, ſed per ſuã formã: qđ intellige principaliter per alias authoritates, quæ dicũt materiã eſſe etiã cãm unitatis numeralis. dicitur enim. 5. meta. tex. com̃. 12. Vnũ numero ſunt quorum materia eſt una. ¶ Ex pręſenti loco collige apertè ex mente Auer. eſſe, unitatẽ numeralem intimius depẽdere à forma q̃ à materia. Cuius oppoſitũ tenuit Diuus Tho. & Egidius romanus. Cõſilẽm ſentẽtiã habet Com̃. 4. phy. cõ. 28. & 2. de aĩa. cõ. 7. & 8. & 60. & 3. phy. cõ. 60. et alibi frequẽter.

Aduerſus Diuũ Tho. & Egidiũ.

Anima eſt una ſecundũ ſubiectũ, & plures ſm uirtutes.

Anima in animalibus anuloſis & in plantis eſt una in actu, & plures poteſtate: et ſunt plures numero in potentia, licet ſint eiuſdem ſpeciei. primo de anima. cõmen. 93. & 94. idem. 2. de anima. 19. & 20.

Animam ponere eſſe accidens eſt impoſſibile, ſecũdum ꝙ dat nobis prima cognitio naturalis. 2. de anima. cõmen. 2. Reddit aũt cauſam: opinamur. n. ꝙ ſubſtantia eſt nobilior accidẽte, aĩa ãt ẽ nobilior oĩbus accidẽtibꝰ exiſtẽtibus hĩc.

Anima nutritiua nunq̃ inuenitur in animalibus, niſi ſecundum poſtremam perfectionem. 2. de anima. tex. cõ. 5. idẽ 8. phyſi. 20. & 3. de anima. 44. & 59.

Animã ex motu diffinierunt Democritus, Anaxa. forſitã etiã Plato: hi enim arbitrabantur ꝙ id quod non mouetur, alia mouere non poſſet. 1. de anima. Themiſt. cap. 10.

Anima eſt actus corporis phyſici, habentis uitam in potentia. 2. de anima. tex. cõ. 4. & 6. & 7.

Anima eſt perfectio corporis, ſecundum quod perfectiones conſtituuntur per materiam. ex. 2. de anima. cõ. 21. Differẽtia enim magna eſt inter animam & intellectum apud Peripateticos, ut notaui ſuperius.

Animæ diffinitio comprehendit omnes animas, non ꝙ eiuſdem ſpeciei ſint, ſed quia ordinem quempiam inuicem habeant. Alexan. in paraph. de anima. cap. 3.

Anima eſt fons et origo oĩum motuũ ſcđm Anax. Themi. 1. de aĩa. cui non contradicit Ariſt. Nam Themi. etiã in principio libri de aĩa, hoc idem aſſerit, et inquit: Naturę uerò & mundi contemplatores quĩ eſſe poterimus, ſi nobis ignorabitur ea natura, quæ fons & initium eſt oĩum motuum?

Anima eſt quo uiuimus & ſentimus & intelligimus primò 2. de anima. tex cõmen. 24.

Animæ potentiæ ſunt uegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuũ, motiuum ſecundũ locum, & intellectiuũ. 2. de aĩa. t. cõ. 27.

Anima eſt cauſa corporis animati ĩ triplici genere cauſæ. 2. de anima. tex. cõmen. 36.

Anima & corpus utrunq; non ſunt niſi propter animatum. 2. de anima. cõmen. 37.

Animę nutritiuę actiones ſunt tres, nutrire, augumentare, & generare. 2. de aĩa. cõ. 42. & tex. cõ. 47.

Animas plures in quolibet hoĩe cõtineri deridiculũ eſt, ut inquit Plato, tanq̃ troianũ equũ inſideãt ſed ſingulas ĩ ſingulis cõtineri, q̃ ꝑtibus tñ differẽtibus cõſtẽt. Them̃. 1. de aĩa. ſuꝑ tex. 9. ¶ Ex quo patet falſo ĩponi Platoni plures aĩas eẽ ĩ uno hoĩe, ſed ẽ una aĩa hñs pl̃es ꝑtes ĩ diſtĩctis mẽbris ſm Pla. Et qa Plato & eius ſeq̃ces nõ fecerũt differẽtiã ĩ mõ loquẽdi, ĩter ꝑtes aĩæ & aĩam, ide emerſit iſte error. Vñ Galenus Plat. ĩ hoc & ĩ alijs pleriſq; ſequutus ẽ, ut ĩqt ĩ lib. de ſeq̃la uirtutũ aĩæ ad corꝑis cõplexionẽ. Vide ẽt The. 1. de aĩa. ca. 35. ubi recitat opinionẽ Plat. ĩ Timęo. et Auer. in. 1. de aia. ſuꝑ tex. cõ. 90. & ĩfrà ubi Ariſt. ĩpugnat in hoc ſenſu Platonẽ, ꝙ poſuit aĩam hẽre plures ꝑtes ĩ diuerſis mẽbris.

Vnam tantum animã in uno homine ſecũdum Platonem.

Aĩa ẽ cã efficiens oẽs motus tã ueros q̃ exiſtimatos. 2. de aĩa. cõ. 37. ¶ Ex quo patet ſẽſationẽ, cũ ſit unus ex motibus imaginatis, & ĩtellectionẽ, effectiuè eẽ ab aĩa & ĩtellectu. De ĩtellectu patet. 3. de aĩa. cõ. 19. ubi Auer. uult ꝙ intellectus materialis ſit paſſio & actio. Licet. n. ĩtellectus materialis ut mouet à phãtaſmatibus et ĩtellectu agẽte ſit paſſiuus, qa recipit ſpẽm ĩtelligibilẽ, tñ poſtea ſit actiuus & ꝓductiuus ĩtellectionis. ¶ De ſenſatione ẽt tenẽdũ ẽ ꝙ ſenſatio, actio ẽ ex ꝑte aĩæ, & paſſio ex ꝑte corꝑis: & vr̃ eẽ ſñia Ariſt. ĩ. 7. phy. t. cõ. 12. ubi loquẽs de ſẽſibus, ĩqt: Actio. n. ipſorũ motus ẽ, patiẽte aliqd ꝑ corpus ſẽſu. Nã cũ obiectũ moueat organũ, tũc uirtus aĩę ſẽſitiua ſit ꝓductiua ſẽſationis. Licet igitur ſenſus ponãt de uirtutibus paſſiuis, hoc eſt quo ad receptionẽ ſpẽi, q̃ recipit ĩ organo ĩ quo ẽ uirtus ſẽſitiua. Sed ſenſus ẽ q ĩformatus ſpẽ recepta ĩ organo, ĩ quo ſẽſus exiſtit, ſit ꝓductiuus ſẽſationis. Vñ nõ ẽ credẽdũ ĩ uirtutibus aĩę ſenſitiuæ nullã eẽ actionẽ, qa iudicare de obiecto ſenſibili ꝑtinet ad formã, & ex cõſequẽti dẽt agere, & nõ pati. Vñ Cõ. ĩ. 2. de aĩa. cõ. 149. ubi loqt de ſenſu cõi, ĩqt ꝙ ſẽſus cõis ut mouet à ſẽſibis exterioribus, hẽt rõnẽ ſubiecti et recipiẽtis: ſed ut iudicat de illis, ponẽdo cõueniẽtiã aut differentiã, ſic hẽt rõnẽ actus & formę. Vñ dicit ꝙ iudiciũ iſtius uirtutis, magis ẽ ſm ꝙ ẽ actus, q̃ ſm ꝙ ẽ potẽtia: quẽadmodũ motio eiꝰ paſſiua à ſẽſibꝰ, dignior ẽ attribui ſibi ſm ꝙ ẽ ſubiectũ recipiẽs. Eſt. n. ut vr̃, recipiẽs ſm ſenſus, & agẽs ſm iudiciũ, recipere. n. ẽ aliud à iudicare illud. Sicut aũt ſe hẽt ſenſus cõis ad ſenſus exteriores, ſic ſenſus exterior ſe hẽt ad ſẽſibile extrà. Sicut igit ſenſus cõis ẽ patiẽs, ut mouet à ſenſibus, & ẽ agẽs, ut iudicat: ſic pariformiter ſenſus exterior ut mouet mediãte organo ſenſibili, eſt patiẽs, ut uerò elicit iudiciũ, ſic ẽ agẽs: nõ. n. ẽ idẽ receptio cũ iudicio, qa ſtat ꝙ ſit receptio ĩ organo, & ꝙ nõ ſubſeq̃t iudiciũ. Dicit. n. Phus ĩ lib. de ſẽſu & ſenſato, ꝙ ad alia fortiter ĩtẽti delata ſub oculis nõ uidemus. ¶ Vñ nõ ẽ credẽdũ ꝙ ſenſus ſint ſolũ patiẽtes, & nullo mõ agẽtes. Nã Cõ. 2. de aĩa. c. 140. dicit ꝙ ſenſibilia ſunt uirtutes agẽtes, ſenſus ãt agẽtes & patiẽtes. Cõſil̃e habet ibidẽ. cõ. 143. ubi põderat dictũ Phi ĩ textu aſſerẽtis ſẽſũ auditus eẽ aliq̃ ꝓportionẽ, ĩqt. n. Et dicit ꝙ neceſſe ẽ ut auditus ſit aliq̃ ꝓportio, & nõ dicit ꝓportio ſimpl̃r, qa exiſtimat ꝙ iſta ꝓportio, q̃uis ſit ĩ ca rel̃onis, tñ ẽ ꝓportio agẽs: & ꝓportiões ĩ eo ꝙ ꝓportiões nõ ſũt agẽtes, ſed ĩ eo ꝙ q̃litates. Sẽſus igit ſũt ul̃ nũerãt ĩ rel̃one uno mõ, & ĩ q̃litate alio mõ. Et nota bñ hoc, qa pauci potuerũt ĩtelligẽ.

Ca. de odoribus uerſus finem.

Animæ uirtutes quædam ſunt actiuæ & quædam paſſiuæ, & iſta eſt prima differentiarum earum. 2. de anima. cõ. 52.

Aĩa plurimũ tp̃s ꝓfuit ĩ deceptiõe & ignorãtia. 2. de aĩa. tex. cõ. 150. Vbi lucidisſimus The. ait ꝙ ea q̃ nouimus, portione mĩma ꝯtinẽt, ſi collata ꝯparataq; ijs fuerit, q̃ ignoramus.

Anima eſt locus ſpecierum, non tota, ſed intellectiua. 3. de anima. tex. com̃. 6. Themiſt. etiam dicit de ſenſitiua. & uide quomodo anima dicitur locus, non ſicut ille qui nos ambit ſed pro quanto aĩa quodãmodo ſit illa q̃ ĩtelligit & ſentit.

Anima ſenſibilis eſt qualitas exiſtẽs ĩ cõplexione addita cõplexioni. 3. de aĩa. cõ. 6. ubi per qualitatẽ intelligas formã.

Anima eſt unum entium naturalium, & conſideratio de aĩa eſt conſideratio naturalis. 3. de anima. cõmen. 17.

Anima concupiſcibilis, per eandem uirtutem proſequitur & fugit. 3. de anima. tex. cõmen. 29.

Anima nequaq̃ ſine phãtaſmate ĩtelligit. 3. de aĩa. te. cõ. 30.

Anima eſt quodãmodo oĩa ea q̃ ſunt. 3. de aĩa. tex. cõ. 37. Vide ꝓ hoc pulchrè Alex. ĩ paraphraſi de aĩa ĩ ca. ubi declarat.

quomodo anima eſt omnes res, & inquit põderans ly quodammodo, ꝙ anima non ſimpliciter idẽ eſt, ſed ſolùm quatenus excipit rerũ ſpecies, quæ res ipſæ quodãmodo ſunt, quũ per eaſdem ſpecies anima id ſorciatur ut ſit. Neq; uerò coaceruatas ſimul res animam ob id eſſe cõceſſeris, ſed quia ſingulatim cuicunq; rei anima ſeſe ſimilem præſtare poteſt, ea ratione res omnes quadamtenus & eſt & fit. Et intelligitur non de omni anima, ſed de perfecta & abſoluta (ut inquit) quæ preter ſenſum, intellectũ etiã obtinet.

Animę ptes quodãmõ infinitę eſſe uidẽt. 3. de aĩa. te. cõ. 41.

Anima concupiſcibilis mouet ad rem, quæ eſt in actu uoluptuoſa; anima autem rationalis multoties prohibet, et hoc quia reſpicit nouiſſimum futurum, ſed anima concupiſcibilis non inſpicit contriſtationem contingentem in futuro 3. de anima. cõmen. 53. & habetur ex tex.

Anima ſenſibilis impedit in maiori parte intellectum. 3. de anima. cõmen. 61. &. 2. de anima. cõ. 151.

Anima recipit formas contrariorum inſimul, & hoc non ſolum inuenitur in anima, uerumetiam in medio. Apparet. n. ꝙ per eandem partem aeris uidens recipit contraria. ſ. album & nigrum. 6. metaphy. com̃. ultimo.

Anima eſt una in ſubiecto & multa ſecundum uirtutes, & ideo quãdo utitur una uirtute debilitatur in uſu alterius uirtutis, uerbi gratia quando utetur comprehenſione extrinſeca debilitatur in comprehenſione intrinſeca. Cõmen. in cõ. libri de diuinatione ſecundum quietem.

Anima brutalis quando deſiderauerit aliquam rem, innata eſt facere ſimilitudinem formæ illius rei deſideratæ in illa diſpoſitione deſiderata, & præſentare idolum illius rei: & ideo qui deſiderat mulieres uidetur coire, & habens ſitim uidetur bibere. ſuprà iuxta finem.

Animæ corporum cœleſtium non ſunt formę in materijs. ſ. quæ in materia acquirant æternitatem ex formis immaterialibus, ut dicunt incipientes philoſophari. Contingeret enim ut illud qđ non habet naturã eſſendi ęternũ, acquirat æternitatẽ ab alio, qđ eſt ĩpoſſibile. 1. c. de ſubſtãtia orbis.

Anima cœli non eſt abſtracta à corpore ſuo, & cum hoc ſeparata eſt ab ipſo inquantum ipſum non indiget ipſa, quia eſt permanens per ſe, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus cũ uirtutibus naturalibus, & oportet ut illa anima ſit in eo: nam omne motum ex ſe, mouetur per uirtutem exiſtentem in eo, de ſubſtantia orbis, cap. 4. ¶ Et ex hoc loco patet qm̃ intelligentia non eſt forma formaliter perficiens orbem, ut dixerunt nõnullis, ſed eſt forma ſeparata dans ſibi motum & appetitũ: & iõ Alex. in paraphraſi de aĩa. dicit ꝙ ĩtelligẽtia æquocè dr̃ eẽ forma reſpectu cœli, et aĩa reſpcũ corpis.

Contra ponẽtes intelligentiam eſſe formã perficiens orbem formaliter

Anima ſecũdum ueritatem non attribuitur corporibus cœleſtibus, niſi æquocè. ex lib. deſtru. diſpu. 13. ĩ ſolu. 1. dub.

Animam additam eſſe formis complexionalibus manifeſtũ eſt. 7. meta. com̃. 31. Conſimile. 3. de aĩa. cõ. 5. contra Alex. ubi dicit: Et magis inopinabile de opinione Alexã. eſt hoc quod dixit, ꝙ primæ pręparationes ad ĩtellecta & ad alias poſtremas perfectiões de aĩa, ſunt res perfectę à cõplexione, non uirtutes factæ à motore extrinſeco, ut eſt famoſum ex opinione Ariſt. & oĩum Peripateticorum. Iſta enim opinio, ſi eſt ſm quod nos intelleximus, eſt falſa: quia à ſubſtãtia elementorũ & à natura eorũ nõ poteſt fieri uirtus diſtĩguẽs aut cõphenſiua, qm̃ ſi eſſet poſſibile, quod à natura eorũ, & ſine extrinſeco motore fierent tales uirtutes, tunc eſſet poſſibile ut extrema perfectio quæ eſt intellecta, eſſet aliquod factũ à ſubſtãtia eorũ, ut color & ſapor fiũt. Et iſta opinio eſt ſil'is opinioni negantium cauſas agentes, & non concedentiũ niſi cauſas materiales tantũ. Et ſunt illi qui dicunt caſum. ¶ Vbi aduerte ꝙ ut ſcribit Com̃. in. 3. de aĩa. com̃. 6. omnis uirtus exiſtens in corpore cõpoſito, aut attribuitur primis qualitatibus. ſ. formæ complexionis, aut erit uirtus exiſtens in forma cõplexionali. Vbi per uirtutem attributã primis qualitatibus, intelligas formas elemẽtarias: quę ſecundũ ſentẽtiã Philoſophi. 2. de generatione, reſultãt ex cõbinationibus quatuor qualitatũ primarũ, ut patet ibi. in tex. cõmen. 16. Et ſcias ꝙ forma mixti perfecti eſt ſuper addita formis elemẽtarijs, & diſtincta ab eis, alioquin non eſſet mixtio niſi ad ſenſum: ut patet ex fine primi de gener. Et eſt apta ſnĩa Auer. in. 7. meta. cõ. 60. & ĩ. 3. cœ. cõ. 67. & 1. de aa. cõ. 77. ubi dicit ꝙ eſſentię rerũ ſupadditæ ſunt elementis. Idẽ. 1. met. cõ. 12. Et multò magis aĩa eſt forma ſuperaddita & diſtincta à formis elemẽtorum, ſicut patet in 2. de aĩa. contra Empedoclem & antiquos. t. cõ. 41. & ĩfra.

Animæ ſunt aliæ uirtutes præter formas complexionales. Auer. 2. colliget. cap. 7. idem. 3. de aĩa. cõ. 5. &. 6.

Aĩæ eſſe, & aĩa idẽ, & circulo eſſe, et circulus. 7. met. t. cõ. 35.

Animam dicere eſſe animal, eſt falſum: & ꝙ eſt animatum, eſt uerum. 7. metaphy. tex. cõ. 36. quod quomodo ſit intelligendum, uide ibidem in cõmen. 21.

Anima eſt quædam ſubſtantia prima, corpus uerò materia. 7. meta. tex. com̃. 39. ¶ Vbi nota per primam ſubſtantiã intellexiſſe formam, & non ſubſtantiã compoſitam ſingularẽ, ſicut ſumpſit in p̃ntis: qñq; ẽt prima ſubſtãtia accipiẽ ꝓ ſubſtãtia abſtracta, ut. 7. me. te. cõ. 41. ubi dr̃ ꝙ in q̃buſdã idẽ eſt qđq̃deſt cũ eo cuius ẽ qđq̃deſt, ut ĩ p̃mis ſubantijs.

Anima dupliciter dicitur, alij nanq; ut animam, alij uerò ut totum. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 39.

Anima quia eſt exiſtens in alio, non habet perfectam diffinitionem, 7. meta. tex. cõmen. 40.

Animam & corpus aſſerentes eſſe duo diuerſa, non poſſunt aſſignare cauſam, quæ ſit cauſa ligamenti animę cum corpore; ſed qui ponit ꝙ anima eſt perfectio corporis, & ꝙ nõ exiſtit corpus ſine aĩa, non ſunt apud ipſum duo diuerſa. 8. meta. tex. cõmen. 16.

Anima ita ſe habet ad corpus, ſicut figura ad cuprũ, & albedo ad ſuperficiẽ: oĩa enim ſunt perfectiones & formę ſubiecti. 8. meta. cõmẽ. 16. ¶ Ex quo colligiẽ ꝙ cũ anima intellectiua ſm Ariſt. & Auer. 2. de anima. tex. com̃. 21. ſit aliud genus animę, & Auer. in cõ. dicat ꝙ rectius eſt, ut ſit non aĩa quod nõ eſt forma formal'r perficiẽs per inherentiã ipſum corpus; ſicut multi ex mẽte Auer. dicere uoluerunt, ut defenderẽt unitatẽ, immo fatuitatem intellectus eius. Anima enĩ ꝓpriè eſt quæ ita ſe habet ad corpus, ſicut albedo ad ſuperficiẽ: &. 2. de aĩa. tex. cõ. 26. bñ dixerũt, qcũq; dixerũt aĩam nõ eſſe corpus, neq; ſine corpore eſſe. Manifeſtè aũt ĩ. 3. de aĩa intellectus nullius corporis actus eſſe aſſeriẽ: licet ſm fidẽ & ueritatem ego teneo, animam intellectiuam eſſe formam ſubſtantialem hominis & multiplicatã atq; immortalem. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Anima cum corpore ſunt unum, ſic ut dicimus ꝙ prima materia cum forma ſunt unum. 8. meta. tex. cõ. ultimi.

Anima non propriè diſponitur per ſcientiam, niſi quãdo fuerit ſciens in actu, & maximè quando fuerit in ſua ultima perfectione. ſ. quando utitur ſcientia. 9. meta. com̃. 16.

Aĩas eſſe ſeparatas à materia, utrũ ſit opinio cõceſſa à Philoſophis. uide in lib. deſtru. diſpu. prima, ĩ ſolutio. 7. dubij.

Aĩa uerè ẽ ſil'is luci, q̃a ſicut lux diuidiẽ diuiſione corporum lucẽtium, ſic eſt de anima cum corporibus. ex libro deſtru. diſpu. prima, in ſolutione octaui dubij.

Animæ innouatio eſt relatiua, & nullus ſapiẽtum dixit aliter niſi Auic. ſuprà in ſolutione. 22. dubij.

Anima inter cæteras formas materiales purior inuenitur, & maximè intellectus. ſ. anima intellectiua, de qua fuit maximum dubium apud Philoſophos utrum eſſet de materialibus formis. ex diſpu. 10. in ſolutione. 2. dubij.

Anima rõnalis q̃uo ĩtelligatur ex duplici natura eſſe cõpoſita ĩdiuidua & diuidua, uide Themi. 1. de aĩa. ca. 12. ſuper tex. 26. ubi pertractat opinionem Thimęi dicentis aĩam eſſe cõpoſitam ex eodem & diuerſo, dicit enim hoc eſſe ſimilitudinem & non uere. Pro hoc facit authoritas Auer. de duplici medio ſm cõpoſitionẽ, & ſm cõparationẽ. 4. cœ. cõ. 26. ſic ẽt dicit Them̃. Cũ dr̃ aĩam ex duplici natura cõſtare, id ita accipiendũ eſt, ut rõnabilis aĩæ natura, minoris eſſe q̃ intellectus, & pluris quã irrationabiles potẽtię iudicentur: cum utroq; tamen cognationem quandam habere, qualem ferè mixta & compoſita cum his ex quibus formantur.

Animæ ſermo eſt multum profundus, & ideo deus appropriauit



priauit eum hominibus ſapientibus, & multum profundis in ſcientia. ex diſputationibus phyſi, diſputat. 2. in ſolutione. 7. dubii. Et eſt authoritas Philoſophi in primo de anima. tex. cõmen. 4.

Animæ contemplatio naturali ſcientiæ conuenit, cùm anima ſit ultima forma animalium. ex primo de partibus animalium. Cõmen. in. 2. colũna.

Animam ignẽ eſſe arbitrari, ſimile eſt ac ſi ſerram aut aſciã fabrum, aut artẽ fabrilem eſſe idẽ arbitreris: quia opus nõ niſi inuentis iis effici poteſt. ex. 2. de partibus. c. 7.

Anima eſt corpore melior, animatum inanimato præſtat ꝓpter animam: & eſſe q̃ non eſſe, & uiuere q̃ nõ uiuere melius eſt. Ariſto. in principio ſecundi de generatione animalium. Quod etiam diuus Auguſtinus confirmat primo de trini. Viuentia non uiuentibus, exiſtentia nõ exiſtentibus, beata miſeris præferenda eſſe iudicamus.

Anima ſenſualis & ĩtellectualis, potẽtia prius haberi q̃ actu neceſſe eſt. Ariſto. 2. de genera. aĩalium. cap. 3.

Animę uegetabilis facultas ſeu uirtus in animalibus & plãtis, ex alimento efficit incremẽtum, utendo caliditate & frigiditate quaſi inſtrumentis: motus enim in his conſiſtit, & ratione aliqua unumquodque efficitur. ſuprà cap. 4. uide ĩn contradictionibus.

Anima quodãmodo ſunt omnia plena. Ariſto. in. 2. de gene. anima. cap. 11. ubi declarat quomodo calor uiuificus eſt in aere, aqua, & terra, oĩa animata generans. Hoc etiam ſentit Auer. in. 12. meta. cõ. 18. ubi ſcribit. Calor ſolis & ſtellarum diffuſus in aere & aqua generat aĩalia ex materia putri, & omnia ſine ſemine nata. uide in cõtradictionibus.

Animæ propriæ dicuntur, quia ſunt organicæ, & non ſunt uirtutes naturales: ꝙ ſi medici appellant eas naturales largo modo, hoc eſſet ueritas ſi ipſi crederent ꝙ ipſa eſt ſecundum relationem, aut ſecundũ operationem: ſed ipſi credũt ꝙ ipſa in ſui eſſentia ſit uirtus ꝓpria ſolum, iſtud eſt error. 2. colliget. cap. 7. ¶ Ex hoc ſcire potes, ꝙ eſt differentia magna ualde inter animam & intellectũ. Hoc enim eſt in quo taxat Ariſto. antiquos, ut Democritum & alios, qui non diſtinxerunt inter intellectum & animam: & ex hoc fundamento patet ſolutio magni Achillis illius Pomponacii, ſuper ratione illa in primo de anima fundata, in tex. cõmen. 12. ut alibi notaui diffuſius.

Anima nutritiua quæ eſt in embrione, præparata eſt recipere animam ſenſibilem, & ſtat cum ea loco formæ & finis, & nutritiua eſt ei loco materiæ. Auer. ſententia. 2. colliget. cap. 11. de iuuamentis membrorum officialium deſeruientium ſenſui in generali. ¶ Et adurte ꝙ iſta eſt ſententia oĩum Peripateticorum. Vnde lucidiſſimus Them. in. 3. de anima, cap. 27. ſcribit: Sane ordo naturæ & ꝓceſſus hic eſt, ut reſpectu inferiorum ſuperioribus utatur uice formarũ, reſpectu ſuperiorum inferioribus loco materiæ. ¶ Et ex hoc bene intelligere poteris frater mi quomodo ſemper uiuus compoſui, una ſolũmodo eſt ſubſtantialis forma, ut aliàs notaui tibi in Theorematibus, & ex iſto fundamento mirabiles quæſtiones ſoluuntur iu ſcientia naturali. Et pondera & obliuioni non tradas hoc.

Notãdũ

Animam aſſerentes terreri per humorem melãcholicum nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro, dicunt in hoc uerba cantionum: quia aliqua læſio non aduenit animę in obſcuro niſi priuatio ſenſati ſenſui uiſibili: quia non uidet anima in corpore, ut poſſit dicit, quia ſentiat terrorem nigredinis. Et magis fedum eſt dicere ut uideat extrà, quia anima non eſt intrà, nec extrà. 3. colliget cap. 40. quod eſt de accidentibus trium uirtutum.

Animæ habitus ſequuntur corporis cõplexione. ſuprà.

Animæ affectiones maiorem affinitatem habẽt cum corpore q̃ ſenſationes. Dicit enim Themi. primo de anima: neque enim corpus tanq̃ inſtrumentum machinamentumq; affectionum eſt, qualia ſunt ſenſibilium uirium ſua organa, & intermunia ſentiendi: ſed maior quędam affinitas eſt corpori cum perturbationibus animi, q̃ ſenſibus cum inſtrumẽtis, & reddi cauſam: Hæc enim ſi laceſſita, pauloq; affecta fuerit, munus ſentiendi legitimum abrũpunt & impediunt: corporis autem mala permixtio non impedit affectiones, ſed promouet potius atq; exhaurit. ¶ Ex hoc nota animam magis eſſe abſtractam in ſentiendo quàm in appetendo, & uirtutes concupiſcibiles ſunt magis immerſæ q̃ uirtutes cognitiuæ.

Animæ eſſentiam non conſtitui per modum, probatur primo de anima. tex. cõ. 43. &. 44. & uide ibi Themi.

Anima de cœleſti quadam natura particeps eſt: nam apud Platonem uehiculum illud rarum ac ſplendidũ, nihil aliud. q̃ ingenium è quo animus conſtet, oſtendit. Apud Ariſto. quoq; naturam quandam animæ tributam inuenias, quæ quinto corpori proportione reſpõdeat, quam & ad omnes animalium animas pertinere cenſuit Themi. primo de anima. cap. 20. ¶ Vbi aduerte Platonem triplex animę uehiculum dediſſe, ut refert Proclus in Timæo, & etiam Simplicius in primo de anima. uidelicet ſenſibile, phantaſticum, & æthereum. Ariſto. autem opinionem require in. 2. de generatione animalium. cap. 3. ubi inquit: Ineſt enim in ſemine omnium quod facit ut fœcunda ſint ſemina: unde q̊d calor uocatur, idq; non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore contineẽ, & natura quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemẽto ſtellarum. ¶ Et aduerte ꝙ talis natura, quæ eſt in ſpiritu gignitiuo incluſio in ſemine, eſt uirtus informatiua, quę eſt à decidente ſemen & à ſole: in calce cõmenti.

Animam magnitudinem aut corpus eſſe, impugnatur primo de anima. tex. cõmen. 47. contra Timæum: & uide ibi lucidiſſimum Themiſtium.

Animam non eſſe harmoniam corporis, deſtruitur uariis rationibus ab Ariſt. & Platone. Themi. primo de aĩa. tex. cõ. 54. & infrà. Et eſt in Themi. cap. 23. ubi multas rationes adducit, quæ non adduntur ibi ab Ariſto.

Animæ diffinitio data ab Ariſto. non fuit data pro anima illa unica ſingulari, q̃ tam longè abeſt à corpore, ſed ad perfectionem iunctam, quæ organicis corporibus, ab illa ſua ſingulis corporibus tribuiẽ. Themi. primo de anima. cap. 24. Vbi tenet dari animam mundi, à qua proueniunt animæ ſingularium animalium: quam (ut aſſerit) manifeſtant animalia ſponte naſcentia ex materia putri. Vide tamen impugnationem ab Auer. 7. meta. cõmen. 31. &. 12. meta. cõmen. 13. &. 18.

Anima quæ uitam uegetabilem præſtat, & quę iracundiam & cupiditates continet, non põt intelligi qua ratione ſeorſum à corpore maneat, nã ea quæ princeps eſt & quæ intellectus uocatur, fortè poteſt abiuncta defendi, quę uim intelligendi animæ inijciat & influat. At reliquas naturas inherere, & quodãmodo intexi corporibus neceſſe eſt, ſi præſtare uires & actiones ſuas debeat. Themiſt. primo de anima. cap. 24. ¶ Nota quomodo poteſt in uia Peripateticorũ tueri per principium ſeparatum hominẽ intelligere, quod tamen apud multos Latinorum ne dum difficile, ſed impoſſibile uiſum eſt.

Anima non iraſciẽ neq; gaudet, ſed animalia. primo de anima. tex. cõmen. 63. ¶ Vbi aduerte ꝙ Themi. inquit ꝙ anima ita ſe habet in hoc ſicut gladius qui incidit per aciem, & ſphæra uoluitur per figurã, non tamen incidit acies, nec figura uoluitur: ita homo iraſcitur per animam, non tamen anima hominis iraſcitur. Et ibi uide pulchram drĩam inter aĩam & accidentia, quia (ut ĩquit) globus neq; ſeip̃m q̃rit ſimul diuerſis conuerſionibus agi põt: gladius quoq; neq; per ſe incidit, neq; multas ſimul ac uarias cæſuras exercet: & anima ipſa eſt fons motus, ipſa præbet initium, ipſa procurat, ipſa ſe de motu uno ad alium refert, ipſa per ſe hanc tranſitionem facit non in tempore ſed momento: ut uiſio à cãdidis ad nigra, ab his ad rubida, à quibus ad uiridia cõfertur. Eſt etiam alia differentia quam Themiſtius ut notã omiſit, quia anima facit hoc aliquid, ſed accñtia quale ſolũ.

Anima uidetur ſolo motu locali mouere animal. primo de anima. tex. cõmen. 83. quod ſecundum Auer. eſt ex opinione antiquorum, ſecũdum Themi. uerò intelligitur etiam &

ſecundum Ariſto. Nam ſolius motus localis anima uidetur eſſe dux & princeps, nam in cæteris motibus tota ratio nõ transfertur ad animam. nam exteriora ad hoc ſuum habent momentum, ad ſenſum ſenſibilia, ad nutritionem auctionemq́; alimenta.

Anima eſt una ſubiecto, quæ ſe tamen multis uiribus ſpargit: ſicut pomum quod ſubiecto unum eſt, uarias tamen & diuerſas obtinet qualitates. primo de anima Themiſt. & Auer. tex. cõmen. 92.

Animam intellectiuam cum Plato & Ariſto. uidiſſent uim quandam immortalem habere, cæteras uerò caducas atq; mortales: alter in prima hominis conſtitutione rationabilem. i. mentis optimam portionem in proprium habitaculũ condidit. Alteri extrinſecus accedere uiſa eſt. Themi. 1. de anima. cap. 35. quod ideo dicit, quia Plato in Timæ. collocauit partem intellectualem in cerebro, appetitiuam uerò in corde, iraſcibilem in iecore: Ariſto. uerò in. 2. de genera. animalium, mentẽ deforis accedere opinatus eſt, quæ nullius organi corporei actus eſt.

Animam non habere partes in diuerſis membris exiſtentes, impugnatur cõtra Platonem in primo de anima à tex. cõmen. 90. uſq; ad finem primi libri.

Anima cognoſcimus aĩal & cadauer, utpote per q̃ et adſit & abſit aĩantibus uita. Themi. 2. de aĩa. cap. 3. Rectum enim ut dicitur. 1. de anima, eſt iudex ſui & obliqui.

Anima neq; cadaueris neq; ſeminis perfectio eſt: alterum q̃a deſijt uiuere, alterum uerò quia nondum in uitam promotum eſt. Item alterum non poteſt amplius uitã habere, alterum poteſt quidem, ſed nondum habet. põt uerò quia fieri organum poteſt, & uitam accipere. Them. 2. de aĩa. cap. 6.

Anima utraque perfectione deſcribitur, ſed prima diffuſius. Themiſt. 2. de anima. cap. 6.

Anima eſt forma formarum, nec propterea omnia eſſe dicĩt quia formas omnium cognitione complectitur, ſed etiam ꝓpterea ꝙ materiæ formas exhibet, & uultus imponit. Ipſa enim eſt anima quæ materiã rudem ſignificatione & impreſſione formarũ inſignit. Nam & uiuacitas omnis & uigor qui plurimus in materia cernitur, ab anima uidetur ortum habere: atq; hoc in animalibus quidem conſpicuum incontrouerſumq́; eſt, ſed in plantis & elementis obſcurius. Themi. 3. de anima. cap. 52. hanc authoritatem allegat Cõmenta. 7. meta. cõmen. 31. Et conſidera quòd poſitio Auicen. ponentis colchodeam, ſeu datricem formarum, hinc ſumpſit originem.

Animæ diuiſio ſecundum Platonem erat ſecundum partes locis & intercapedinibus differentes, ſed ſecundum Ariſt. eſt per poteſtates ſola diffinitione & ratione diſtãtes, ut eſt diuiſio boni in candorem, odorem, & dulcorẽ. Themi. ſententia in. 3. de anima. cap. 56. & idẽ habet ipſe in primo de anima. cap. 3. idem Cõmen. primo de anima. cõ. 89.

Anima de qua agit Ariſto. in libris de anima, eſt quæcunq; uerſatur in corpore q̃d generatur & interit. Alexan. in principio enarrationis de anima. ¶ Hinc patet error eorum qui uolunt diffinitionem datam de anima competere intelligẽtiæ mouenti orbem. Vide etiam contra iſtam opinionem iſtorum Themi. in. 1. de anima. cap. 20. contra illos qui uolebant aĩæ diffõnẽ cõpetere aĩæ mũdi. Itẽ nota ex Them. ex 2. de aĩa. cap. 5. ubi uult corpus organicũ poſitum in diffinitione animę eſſe corpus quod generatur & interit, cui ad uitam cibi præſidio ſit opus. Idem notat Simplicius ibi & Ammonius & oẽs qui ſapiunt. Idem expreſſe notat Alexã. ibidem in illo capite, ubi agit quot & quæ ſint animæ, ubi uult talem animæ diffinitionem ſolis animabus quæ generantur & corrũpuntur cõpetere, & ibi expreſſe dicit Alexã. ꝙ anima deorum ſi anima dicenda eſt, per rationis cognomen anima nuncupari poteſt.

Anima corpus non eſt, ſed aliquid corporis. Ariſto. 2. de anima. tex. cõmen. 26. ¶ Vbi aduerte ꝙ cum pluribus modis aliquid eſſe in alio dicatur, ut patet ex. 4. phyſi. tex. cõmen. 23. Anima nullo illorum modorum in corpopre dicitur, niſi eo modo quo forma eſſe dicitur in materia. Et uide ſuper hoc Alexan. pulchre in ſua paraphraſi de anima. cap. 3. ubi probat aĩam eſſe formam corporis. Et ibi nota quia Ariſto. ipſam in. 2. de aĩa endelechiam appellat, eò quia, ut inquit, eius cã ſit ut ea res cuius eſt in fine ac ꝑfectione cõſiſtat.

Anima non eſt actus corporis, ſicut nauta nauis. Alexan. in paraphraſi de anima. cap. 5. ubi probat ꝙ nullum ex ſimplicibus corporibus ſit anima. Cogita de anima intellectiua ſecundum uiam Auer. & Themi.

Anima Stoici ſpiritum quendam ex igne aere compoſitum faciunt. Itemq́; Epicurei, qui ex quibuſdam corporibus inter ſe differentibus animam compoſitam faciunt. Alexan. in paraphraſi de anima cap. 7.

Animę poteſtates plures eſſe & finitas. Vide pro hoc Alexã. pulchre in ſua paraphraſi de anima. cap. 8. ubi agit de partibus animæ. ¶ Et ibi nota rationes contra illos qui aſſerunt, animam ſecundum quãlibet poteſtatem eſſe in qualibet parte corporis, licet non operetur in qualibet propter organi defectum. Quam opinionem nititur defendere Io. Gandauenſis. q. 7. in. 2. de anima. & male. *Cõtra opinionẽ Ioã. de gauda.*

Anima aĩalium non eſt ſimilium ꝑtium, ſicut anima ſtirpiũ. Alexan. ſuprà. cap. 10. ubi reddit cauſam propter quid ꝑtes plantarum deciſæ uiuunt, non autem animalium.

Animæ poteſtates diximus uegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundum locum, cogitatiuum. Ariſto. in 2. de anima, tex. cõ. 27. ¶ Vbi aduerte ꝙ textus græcus habet dianoiticon, ubi cõmuniter interpretes tranſtulerunt intellectiuũ, ſed uerè cogitatiuum dicitur: nam dianoea eſt in parte ſenſitiua, ut notat Simplicius in. 2. de anima. in expoſitione tex. 29. ubi Philoſophus dicit. quod quibuſdam autẽ ineſt cogitatiuum & intellectus. Vnde animaduerte ꝙ inter potentias animæ quæ ſimul ſunt in eadem eſſentia coniunctæ, intellectus particularis qui dicĩt paſſiuus. 3. de anima coniungitur in homine cum alijs potentijs minus perfectis: quia in mortalibus ubi inuenitur potentia perfecta, ibi etiam inuenitur imperfecta. Sed intellectus per quem homo uniuerſaliter diſcurrit, eſt abſtractus & deforis accedit & iſte non eſt de potentijs illius animæ à qua emanãt aliæ potentiæ, quare illę uidetur eſſe aliud genus animæ, & hoc ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuum à corruptibili. Vnde etiam in. 2. de anima. tex. cõmen. 18. Anima his uidetur eſſe determinata ſeu definita, uegetatiuo, ſenſitiuo, dianoitico, & motu: ubi per dianoiticum ĩtelligit cogitationẽ. Inquit enim luciddiſſimus Themi. in cõmen. ſuper libro de memoria & reminiſcentia. lib. 2. cap. 14. Dianoea nihil aliud eſt q̃ cum imaginatione actio intellectus cõiuncta. ¶ Vnde nota bene hoc, quia multi ſunt grauiter decepti in hoc, & Petrus ille Pomponacius eſt unus de illis in lib. ſuo de animę mortalitate. Et hoc notat Cõmen. in. 2. de anima cõmen. 20. & 21. qui uult Ariſt. ſoluere illas duas quæſtiones, quarum una fuit, utrum potentiæ animæ ſint diuiſæ ſecundum magnitudinem: ſecũda autem erat, utrum omnes ſint anima aut partes & potentiæ animæ. Et ſoluta prima in tex. cõmen. 20. ſecunda ſoluitur in. 21. & 22. Nam de intellectu & perſpectiua potentia Ariſto. dicit ꝙ nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed uideĩ eſſe aliud genus animæ, & illud ſolum cõtingere ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili. Et ibi notat Cõmenta. ꝙ intellectus ſm Ariſto. per quem homo ſpeculatur & cogitat, non eſt anima nec potẽtia animæ: reliquæ autem uirtutes animę manifeſtum eſt ꝙ ſunt potentiæ animę & inſeparabiles. Idem habet infrà. tex. cõ. 32. ubi Ariſt. dicit enumeratis omnibus uirtutibus animæ, & dixerat ꝙ ubi dixerat ꝙ ubi ſunt perfectiores, ſunt etiã imperfectiores in mortalibus, & non econtra. Tandẽ excipit à numero potẽtiarum animæ intellectum ſpeculatiuũ. & inquit: De intellectu ſpeculatiuo alia ratio eſt. Vbi lucidiſſimus Themi. notat, mentem qua cogitamus & ſapimus non inire cõmunem rationem cum alijs uirtutibus: neque enim potentia aut pars aĩæ eſſe poteſt ut cæteræ, ſed ſubſtantia quædam, intelligitur longe præclarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorem ignobilioremq́; ſe inſerta receptaq́; ſit. ¶ Vbi nota contra illos qui ponunt intellectum eſſe potentiam aĩæ, & de ſecunda ſpecie qualitatis, & non eſſe ſubſtantiam. Vtrunq; enim ſecundum Peripateticos falſum eſt, quia neq; anima, neq; potentia animæ eſt, ſed eſt ſuperior natura q̃ ſit anima: ſicut anima eſt ſupra naturam, ſic intellectus ſupra animã, & Deus ſupra intellectum apud Peripateticos, nec etiam qualitas eſt, ſed ſubſtantia. Vnde oẽs expoſitores excepto Alexan. & Peripateticis antiquis, notant iſtud. *Supra ĩ digreſſione cõtra Põponacium* *Aĩa ẽt natura dici poteſt.*

Anima propriè corpus mouere non dicitur. Alexan. in paraphraſi de anima. in cap. de impulſu & uirtute impulſoria. uide in contradictionibus.

Animæ principatus ſecundũ oẽs ſuĩ poteſtates, ĩn corde eſt, uel in proportionali cordi. Ariſt. in. 3. de partibus aĩalium. cap. de corde. & Alexan. diffuſe in paraph. de aĩa cap. ulti.

Animam hominis à puerili ætate, nihil à beluarũ aĩa differre propè dixerim. Ariſto. in. 8. de natura animalium cap. primo. ¶ Facit pro tenentibus animam hominis eſſe mortalem. Sed tu dic quòd iſti non faciunt differentiam apud Ariſto. inter animam & intellectum: & hoc eſt maximus error ut alibi notaui.

Anima ſenſibilis nõ eſt niſi ad qualitates. 3. colliget. ca. 31.

Animatum fere æquiuocè dicitur de iſtis quę ſunt hîc, & de ſuperioribus. 2. cœli. cõmen. 60. & 71.

Animatum nobilius eſt in animato neceſſario. ſecundo cœli. cõmen. 61. & textu.

Animata quædam & ſcĩa non mouẽtur localiter, ut ſpõgia maris. primo de anima, cõ. 83. & 2. de aĩa. com̃. 16.

Animatorum ſemper in eo quod conſequens eſt in potentia, eſt id quod prius eſt: ut in figuris trigonum in tetragono. 2. de. anima. tex. & com̃. 31.

Animatum corpus ex aeræ aut aqua conſtare impoſſibile eſt. 2. de anima. tex. com̃. 111. Idem. 4. metheororũ. tex. cõ. 29. & 2. de generatione. tex. com̃. 50.

Animatorum nobiliſſimum non poteſt inaĩatum eſſe, neq; æternum poteſt uilius eſſe corruptibili authoritate. Alexã. in paraphraſi meta. Auer. tracta. 4. coll. 3.

Animatum differt ab ianimato ſenſu & motu. primo de anima. tex. com̃. 19. idem. 2. de anima. 16. quo ad ſenſum, & 2. de anima. 14. quo ad motum.

Animata alterantur alteratione ſpirituali exiſtente in ſenſibus, & alteratiõe corꝑali exñte in ſenſib libus. 7. phy. c. 11.

Animalia & uegetabilia ſunt uiliora corporibus cœleſtibus 2. phyſi. com̃. 46. 2. cœli. tex. cõ. 50. & 61.

Animal eſt paruus mundus. 8. phyſi. tex. com̃. 10. idem Galenus 3. de utili. particu. cap. 10. prope finem.

Animal dicimus ipſum ſeipſum mouere, quia non uidemus ipſum moueri ab aliquo extrinſeco: ſecus autem de rebus inanimatis. 8. phyſi. tex. cõmen. 17.

Animalia & inanimata, licet utrunq; indigeat in rei ueritate motore extrinſeco, tamen eſt latentius in rebus habẽtibus animas. 8. phyſi. com̃. 17.

Animalia dicuntur mota ex ſe, inanimata uero non: quia animalia exiſtimantur poſſe moueri & quieſcere ex ſe, quod non inuenitur in eis quæ mouentur naturaliter. ſuprà.

Animal quod mouetur ex ſe aſſimilatur toti mundo. ſuprà tex. cõmen. 7.

Animalia ſemper habent motum naturalem ĩntrinſecũ, ab anima nutritiua per calorem naturalem, & etiam alteratur à continente. 8. phyſi. com̃. 20.

Animali non accidit appetitus, niſi ex imaginatione. ſuprà. & 2. de anima. tex. com̃. 20.

Animalis quies in ſomno, eſt ꝑfectiſſima quies quæ fit poſt motum: & expergefactio ab eo, eſt perfectiſſimus motus poſt quietem perfectam. 8. phyſi. com̃. 20.

Animal cùm ſit motum ex ſe, eſt motũ naturaliter, quia mouetur per principium intrinſecũ, & tale eſt natura. 8. phy. tex. cõmen. 27. ¶ Ex quo patet quòd anima, ut eſt principium intrinſecum reſpectu motus exiſtentis in animatis, natura dici poteſt. Ita etiã notat Simpli. authoritate Alexã. in. 2. phyſi. de diffinitione naturæ.

Animalis proprium eſt & animatorum ipſa à ſeipſis moueri, & facere ſtare poſſe ipſa ſecundum ſeipſa. 8. phyſi. tex. com̃. 29. Idem ibidem. tex. com̃. 17.

Animal mouetur motu proceſſiuo cum phantaſia, & appetitu. 3. de anima. tex. com̃. 44.

Animalia multa ĩmobilia ſunt. 3. de aĩa. tex. com̃. 45.

Animalia non indigent in principio ſui motus cauſa extrinſeca, ſicut inanimata. ſuprà.

Animal corruptibile non continuè mouetur ex ſe, quia corpus eius mouetur ab extrinſeco. 8. phyſi. tex. com̃. 20. & 51.

Animal generabile quandoq; mouetur per partem inſtrumenti, & quandoq; per totum inſtrumentum, uerbi gratia quandoq; mouetur per partẽ caloris naturalis, & quãdoq; per totum: & dum mouetur per totum, mouetur per duas potentias. 2. cœli. com̃. 36.

Animalium omnes impotentiæ præter naturã ſunt, ut ſenectus & decrementum. ſupra. tex. com̃. 37.

Animalibus quæ ſunt hîc, accidit tranſmutatio & corruptio propter duo: quia ſunt compoſita ex elementis contrarijs, tum quia elementa ex quibus conſtant non ſunt in locis ꝓprijs. Vnde propter contrarietatem tranſmutantur adinuicem: & quia nõ ſunt in ſuis locis, appetunt ſeparationẽ, & reuerti ad ſua loca naturalia. 2. cœli. com̃. 37. & habetur ex tex. ¶ Ex quo patet quantum deuiauerit Tho. de Garbo in ſumma ſua à ueritate, qui tenet ꝙ ſi humanum ſubſtantificum poſſet æquè perfectum reparari, ꝙ poſſent una homines perpetuari. Paralogiçat enim per fallaciã conſequẽtis: nam ſunt illæ cãę mortis naturalis, ultra illam. Elementa enim exiſtentia in animali naturaliter appetunt ſeparationem, et reuerti ad ſua loca naturalia: & ille appetitus fruſtrari non poteſt, cùm ſit à natura. Deus autem & natura nihil fruſta faciunt. Oportet igitur ꝙ quandocũq; ad actũ reducaĩ: diſſolutio autem illa & ſeparatio neceſſario inferret corruptionem ipſi compoſito, ut manifeſtum eſt. *Digreſſio cõtra Simplicium.*

Animalium generabilium motus uariari poteſt in uelocitate & tarditate ex ſola apprehẽſione, quia moueĩ ab extrinſecis: aĩal autem cœleſte hoc non patitur, quia extra ipſum nihil eſt quod moueat ipſum. 2. cœli. com̃. 37.

Aĩal cœleſte ſemper habet imaginationem in actu, ſed aĩal corruptibile quãdoq; in potẽtia, & quãdoq; in actu. ſuprà.

Aĩalium progreſſiuus motus in medio intẽdiĩ. 2. cœli. 35.

Animal ligatum, & animal diuinum non ligatum, non dicũtur unũ niſi æquiuocè, ſicut etiam non dicũtur unum motũ niſi æquiuocè. 2. cœli. cõ. 71. Conſimile. ſupra. cõ. 60. & ibi moderatius loquiĩ, quia dicit ꝙ dicuntur ferè ęquiuocè.

Animalia quæ non inueniũtur in tota habitatione terrę niſi in aliquo loco, propria ſunt illis locis. Et cauſa in hoc eſt cõuenientia illorum locorum in complexione conuenienti illis animalibus, & hoc dat ut non ſint ualde remota adinuicem: naturæ enim remotorum locorum ſunt diuerſæ. ſecũdo cœli. tex. com̃. 111.

Animalia ſunt nobiliſſima corporum generabilium & corruptibiliũ, & anima eſt nobilior omnibus, quæ ſunt in animalibus. primo de anima cõmen. 2.

Animal uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt. primo de anima. tex. com̃. 8. quomodo ſint intelligendum, uide. pulchre Alexan. in libro naturalium quæſtionum.

Animal quodlibet dicitur uiuere dum nutritur. 2. de anima. tex. cõmen. 14.

Animal non poteſt eſſe ſine ſenſu. 2. de anima. tex. com̃. 15. idem tertio de anima. tex. cõ. 60. & 2. cœli. 61. & 12. meta. 36. intelligitur de animali generabili.

Animal eſt per ſenſum primum. 2. de anima. tex. cõmen. 16. ¶ Intelligitur in mortalibus, huius autem ſignum eſt ſpongia maris quæ dicitur animal, & tamen nõ habet niſi ſenſum tactus, & non mouetur: & multa ex habẽtibus teſtam dicuntur animalia, & non ſolùm uiua, ſed & ſenſum habẽtia, quæ tamen non mouentur.

Animalis anuloſi quælibet pars habet naturam ſenſibilem, imaginatiuam, & deſideratiuam, & motiuam ſecũdum locum. ſecundo de anima. tex. cõmen. 20.

Animalia diminuta non hñt imaginatiuam in abſentia ſen-

ſatorum, ſicut animalia perfecta. ſupra cō. 20.
Animalium quædam habent quinque ſenſus, quædam habent quoſdam, ut talpa: & quædam habent unum. ſ. tactū, ut ſpongia maris. 2. de anima. cōmen. 22.
Animal inuenitur quod nutritur ex rebus carentibus ſapore, & nutritur à ſuis radicibus ſicut plāta, ut eſt ſpongia maris. ſuprà. cōmen. 31.
Animal quodlibet habens os, habet aliquem guſtum. ibidē.
Animalium complementum & finis eorum qui intendebāt in generatione. quem cùm natura potuit pertingere ſtetit, eſt modus animalium habens uirtutem cogitatiuam. i. intelligibilem. ex. 2. de anima. com̄. 32. ex quo patet hominem finem eſſe omnium generabilium.
Animalia carentia ſanguine non habent uocem, ex habentibus autem ſanguinem, piſces. 2. de anima. tex. cō. 87.
Animalia excedunt nos, nō in comprehendendo differētias odorum, ſed in comprehendendo eas à remoto ſpatio. 2. de anima. cō. 92. Idem Ariſt. 5. de generatione aīalium. cap. 2. uide etiam pro hoc in fine libri de ſenſu & ſenſato.
Animal quodlibet quod eſt innatum eſſe in aere aut aqua, non ſentit aliquam qualitatem caliditatis aut frigiditatis in eis, ſi fuerit in ſimplicitate quam dicunt habere: quia eſt locus eius naturalis, & locus eſt ſimilis locato, & ſenſibile debet eſſe contrariū ante paſſionem. 2. de aīa. cō. 115.
Animal non ſentit calorem aut frigus in aere aut aqua, niſi quādo cum eis admiſcētur corpora calida aut frigida, quæ ſunt extranea ab aere & aqua naturali. ibidem.
Animalia quæ generant ſibi ſimilia, perfecta ſunt. 3. de anima. tex. cōmen. 45.
Animalis corpus ſimplex eſſe non poteſt. tertio de anima. tex. cōmen. 66.
Aīalia ſolo tactu priuata, neceſſario moriuntur. ibidem.
Anima non eſt neceſſarium habere alium ſenſum à tactu. 3. de anima. tex. com̄. 67.
Animal habet alios ſenſus à tactu, non propter eſſe, ſed propter bene eſſe. 3. de anima. tex. com̄. ultimi.
Animal per uirtutem quā Auicēna uocauit exiſtimationem, fugit naturaliter nociua, licet nunquam ſenſit ipſa. ex com̄. libri de memoria & reminiſcentia.
Animalia & uegetabilia longæ uitæ, habent plus de calore ꝗ̃ de frigore, & plus de humido ꝗ̃ de ſicco: & ideo animalia & uegetabilia in quibus dominatur caliditas et humiditas, & ſimiliter uirtutes actiuæ, ſunt lōgæ uitæ. ex libro de cauſa longi. & breui. uitæ.
Animalia marina ſunt longioris uitæ ꝗ̃ agreſtia. ibidem.
Animal dictum de animali cœleſti & corruptibili, non dicitˀ æquocè, ſed ſm̄ prius & poſterius: & in talibus naturis neceſſe eſt ut prius ſit cauſa poſterioris. 2. cap. de ſubſtantia orbis. uide in concordantijs.
Animal non fit in ipſa digeſtione, ſicut quidam aiunt, ſed in ſegregatione putrefacta in inferiori uentre, deinde aſcendit ſurſum. 4. meteororum. tex. com̄. 28.
Animalia ſolum in terra & aqua ſunt, in aere aūt & igne nō ſunt; quia corporum materia hæc. ſupra. tex. cō. 29.
Animalia hn̄tia memoriam ſunt prudentia, & ſunt diſciplinabiliora non potentibus memorari. ex procœmio meta.
Animalia prudentia, ſine adiſcere ſunt quæcunq; ſonos audire non poſſunt. ibidem.
Animalia non habentia inuolucra in inteſtinis, ſunt uoratia, & inſatiabilia, & oīno cibo dedita, ſicut plantæ. Gal'. 4. de utilitate particu. cap. 17. authoritate Platonis & Ariſto.
Animalis partes quando anima ſeparatur æquiuocè dicuntˀ. 7. meta. tex. cō. 35. 37. &. 39. & primo de parti. animalium cap. primo. & in fine quarti meteo.
Animalia quædam diuiſa uiuunt, ſed tamen potentia omnia erunt quando fuerit unum & continuum natura, ſed nō ui, aut copulatione. 7. meta. tex. cō. 56. & in cōmento redditur cauſa. uide etiam in. 2. de aīa. com̄. 20. & tex.
Animal primò ſignificat formam, & ſecundò cōgregatum 8. meta. tex. com̄. 7.
Animalia non uident ut uiſum habeant, ſed ut uideāt uiſum habent. 9. meta. tex. com̄. 15. ibi enim dicitur ꝙ potentia eſt propter actum & non econtra.
Animalia genita ex putrefactione, generātur ex corporibus orbiū, & ipſa corpora dant eis uitā, quia uiua ſunt, ex diſp. 9. in ſolu. 2. dubij. idem. 12 meta. com̄. 13. &. 18.
Animal non ſanguineum diuiditur in quatuor genera manifeſta, in cruſtata, teſtata, inſecta, & molia. ex primo de partibus animalium. cap. 3. &. 4.
Animal ſecundum totum, & non ſecundum partes animal eſt. Cōmen. in. 2. de partibus. cap. de carne.
Animalium actiones quandoq; fiunt per membra ſuperaddita, uel melioris notæ gratia, uel ex neceſſitate contingente ipſis ex aliquo accidente ſuperueniēte. ex ſecundo de partibus. cap. de carne.
Animalia quæ non ſunt utrinq; dentata, & cornua habent, ſeuum plurimum habent. 2. de partibus. cap. 5.
Animalia utrinq; dentata & cornua habentia, uice ſeui, adipem habent. ibidem.
Animalia teſtata, teſtā hn̄t propter duas cās. ſuprà. cap. 3.
Animalia inſecta habent naturam corporis mediam inter carnem & neruum. ſuprà.
Animalia ꝗdam exanguia, ut apes & formicæ, prudentiora ſunt quibuſdam ſanguine ꝓditis. uide cām in. 2. de ꝑti. c. 4
Animalia exanguia tumidiora ſunt ſanguineis. ſuprà.
Animalia magni incrementi ſunt minus fœcunda, parua fœcundiſſima ſunt. 1. de genera. animalium. cap. 18.
Animali ſanguine carentia, neq; uenam, neque pulmonem, neq; ueſicam, neq; renes, neq; hepar habent: & hoc indicat ipſa nutriri corde atq; ſentire. Eſt tamen in iſtis animalibus membrum cordi proportionatum, in quo ſenſus fundatur. Auer. in. 4. de partibus. cap. de molli, cruſtaceo, teſtato, & genere inſectorum. & elicitur ex ſententia Ariſtote. ibidem. cap. 5. in principio.
Animalia quædam ſunt media inter plantas & perfecta animalia. ſ. ſanguine prædita. ibidem. ¶ Et nota ꝙ iſta à græcis zoophyta appellantur. Et nota ſecundum Themi. in. 2. de anima. in expoſitione tex. 131. ꝙ iſta animalia zoophyta, quædam habent tactum tantum, quædam etiam guſtū, ꝗdam etiam hn̄t olfactū. Sed Simplicius in eodem loco uidetur dicere oppoſitum, uidelicet ꝙ zoophyta nullū habēt alium ſenſum præter tactum. Cui reſpondebis ꝙ Themi. largius intellexit, & ut comparatio fiat inter plantas & animalia habentia omnes quinq; ſenſus, omnia talia zoophyta dicuntur, ſic & alia: ſed Simplicius ſtrictius.
Aīalia inſecta plures pedes hn̄t, & priores maiores hn̄t poſterioribus. uide cām in. 4. de partibus. cap. 6. de inſectis.
Animalia omnia ſanguine prędita, excepto homine, formam gerunt pomilionis. Eſt autem pomilio cuius pars ſuperior magna eſt, inferior uerò parua quæ pondus ſuſtinet, motumq; exercet. ex. 4. de partibus. cap. 9. Et ibidē ea de cauſa dicitˀ animalia dementiora eſſe homine, & inter homines pueri uiris, & inter uiros pomiliones mente deficiunt.
Animalia ouipara mām̄is carent, quia non habent lac: mām̄a enim lactis conicctaculum eſt, & tanquam uas lactis eſt. In ouo autem lacteus ille humor ingenitus continetur. ex 4. de partibus. cap. 10.
Animalia quædam ſunt, ut aquatilia & terreſtria: & quædā cum uolucribus & pedeſtribus cōmunicant. ex. 4. de partibus. cap. 11. prope finem.
Animalia ſanguinea non poſſunt moueri pluribus pedibus ꝗ̃ quatuor. Iſta enim eſt proprietas animalis exanguis. ſuprà. & Auer. ibidem cap. de piſcibus.
Animalium partes reſpectu totius ut materia, ſunt ꝑtes diſſimilares, diſſimilarium uerò ſimilares, ſimilarium uerò uocata elementa. ex primo de gene. animalium. cap. 1. Cōſimile in. 2. de partibus. cap. 1.
Animalium quædam ex coitu maris & fœminæ procreantˀ, quædā uerò ex putri materia atq; excrementis. ſuprà.
Animalia ex putri materia genita, generant quid diuerſum, quod non eſt mas neq; fœmina. ſuprà.
Animalium ſanguine carentium ſunt quatuor genera, ſcilicet cruſtatum, molle, inſectum, & teſtatum. Auer. primo de generatiotione animalium exanguium.



Animalia tanquam plantæ diuiſa ſunt, & dum coeunt ſicut plantæ euadunt, fiunt enim ut unum aīal: in plantis enim mas à fœmina diuiſa non ſunt. Ariſto. in primo de generatione animalium. cap. ultimo in fine.
Animalium alia perficiunt partum foras q; mittunt ſibi ſimile, alia uerò nondum explanatum ſuamq; formam adeptū pariunt: quorum ſanguinea ouum pariunt, exanguia uerò uermē. ex. 2. de genera. animalium. cap. primo.
Animal eſt pars animæ ſenſualis. 2. de generatione animalium. cap. 3. & in. 2. de anima. tex. com̄. 17.
Animalia quæ non ex coitu generantur, non generant neq; marem neq; fœminam. ex. 2. de generatione aīalium. cap. 4. contra Latinos, in opinione ſua de genitis ex putredine, ubi iniuſtè Auer. reprehēdunt. Idem etiam habetur primo de generatione animalium cap. primo.
Animalia quæ non unigena coeunt, quod ea faciūt quorum tempus par, & uteri geſtatio proxima, et corporis magno non multò diſcrepās: hæc primos partus ſimiles ſibi ædūt cōmuni generis utriuſq;, (quales ex uulpe & cane generātur, aut ex perdice & gallinaceo) ſed tempore procedente diuerſi ex diuerſis proueniunt, demum forma fœminæ inſtituti euadunt. Ariſto. in. 2. de genera. animalium. cap. 4. Idem repetit & clarius in cap. ſeq. uidelicet cap. 5. ubi reddit cauſam quare in prouerbio eſt: Affrica ſemper aliquid noui afferre.
Animalium quartum genus non in iis locis querendum eſt, (ꝗ̃ꝗ̃ aliquid eſſe exigit ordine ignis, id enim quartum corpus enumeratur. Verum ignis ſemper formam nō propriā habere uidetur, ſed in alio corpore, aut aer, aut fumus, aut terra eſſe uidetur, quod ignitum eſt) ſed genus hoc apud lunam quærendum eſt: hoc enim quartam illam diſtantiam adipiſci uidetur. ſed de his aliàs. Ariſt. ſententia in. 3. de generatione animaliū cap. 11. ¶ Vbi animaduerte quod dixit Io. Philoponus in iſto loco: Ariſto. dicit hoc ex intentione Platonis qui poſuit in æthere animalia ignea, rōnalia, multum diuturna quę tandem morti ſunt obnoxia: ſed Ariſto.
» non aſſentit ei. Iſtud etiam genus animaliū uidetur innuiſſe
» Ariſto. in. 2. de anima. tex. cōmē. 29. ubi dicit: Quibuſdam
» autem cogitatiuam & intellectum, ut hominibus, & ſi qd
» aliud genus animalium eſt melius & honorabilius, ut notat
ibi Ammonius & Simplicius in una expoſitionū, quia tres ponit. Et hoc notat etiam dominus Albe. philoſophū illud dixiſſe propter opīonem Platonis, nō ꝙ illa ſit Ariſt. opīo. Nam Ariſto. in fine tertij de anima. demonſtrat non poſſe dari animal ex elemento ſimplici conſtitutum.
Animalia teſtata ſponte naſcuntur. 3. de generatione animalium. cap. ultimo in fine.
Animal nullum in loco ignis exiſtentis in concauo lunæ generari poteſt, & uide cauſam in. 3. de genera. animalium. cap. de generatione apum. & Auer. prope finē. Ariſto. enim illud dicit alibi eſſe declaratum.
Animalia multa teſtibus carentia generant mares & fœminas, ueluti ea quæ carent pedibus, ut piſciū genus atq; ſerpentum. Ariſto. in. 4. de genera. anima. cap. 1.
Aīalium ꝗdam ſupfœtāt, ꝗdam uero nequaꝗ̃. ſuprà. cap. 5.
Animalibus omnibus partus fit pronis in caput cōuerſis. & uide cauſam. 4. de genera. animalium. cap. 9.
Animaliū alia unicolora, alia uerſicolora, alia toticolora ſunt 5. de generatione animalium. cap. 6.
Animalium diuiſiones diuerſas, require. 1. de hiſto. aīa. ca. 1.
Animalia inſecta illa appellantur, quorum corpus inciſuris præcingitur, aut parte tantùm ſupina, aut etiam prona Ariſto. primo de hiſto. animalium. cap. primo. & in. 4. libro etiam cap. primo.
Animalia uno initu, plura concipere poſſunt. Et uide cauſam in. 4. de generatione animalium. cap. 4. ubi impugnatˀ opinio antiquorum aſſerentium hoc prouenire ex multitudine locorū & acceptabulorum, & eſt opinio quā multi uulgares Philoſophi & Medici tenent hodiernis tꝑibus.
Animalia hn̄tia partem qua excrementum humidum emittitur, habent etiam illam per quā emittitˀ excrementū ſiccū: ſed non oīa quæ hoc habēt, illud habere dicimus. primo de hiſto. animalium. cap. 2. Vnde omnia animalia habentia ueſicam, habent aluum, ſed non econtra.
Animalia quæcunq; ambulant, pedes pari numero poſſident. primo de hiſto. anima. cap. 5.
Animal ephemerum, quod à uita die uno deſcribenda ita appellatum eſt, pedibus quatuor pēnisq; totidem mouetur ſupra. Vide etiā de hoc in. 5. de natura aīaliū. cap. 19. in fine. Inde fortè Medici, genus febris ephemeram nūcupauerūt.
Animalibus teſta opertis deeſt diſcrimen ſexus. Ariſto. in. 4. de natura animalium. cap. ultimo.
Animalia cum ſtirpibus cōmune habent, ut alia ex ſemine, alia ſponte naſcantur. 5. de natura animaliū. cap. primo. Et primo de generatione animalium. cap. primo.
Animalia ſponte nata, ſi ſexus diſcrimē maris & fœminæ obtinent, ijs coeuntibus gignitur quidem aliquid, ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit. ibidem.
Animalibus qui ex uermibus proueniunt, & omnibus uermibus cōmune eſt ut primordium generationis, aut à ſole, aut à ſpiritu preſtetur. Ariſt. in. 5. de natura animalium. cap. 19. Idem Auer. 12. meta. cōmen. 18.
Animalia quędam naſcūtur in ijs etiam, quæ nullam putredinem recipere poſſe exiſtimantur, ut in niue uetuſtiore & in igne. Ariſto. ſententia. in. 5. de hiſto. aīalium. cap. 19. Et cōſidera bene ꝗ̃ notauerim in cōtradictionibus nuper æditis.
Animalibus omnibus cōmune eſt, ut cupidine uoluptateque rei uenereę maximè geſtiant incitenturq;. 6. de nā aīa. c. 18.
Animalia imbecilliora utrauis ratione prius diſcedunt. ſ. uel ꝓpter æſtus, uel ꝓpter frigus. nam ſcombri priuſq̃ tunni, coturnices anteq̃ grues. altera enim Auguſto, altera Septēbri menſe incipiunt 8. de natura animalium. cap. 12.
Animalia habere quādam uim naturalem in quauis animi affectione uidentur, hoc eſt prudentia, ſtultitia, fortitudine, ignauia, clementia, acerbitate, et reliquis habitibus generis eiuſdem. 9. de natura animalium. cap. 1.
Animalia alia ab homine, quæ ſcilicet auditu non carent, nō modò ſtrependi, uerūetiam ſignificandi differentias poſſunt dignoſcere. ſuprà.
Aīalia multa, ut ſpongia marina & multa alia bruta, nō uidētur indigere crebro & neruo magno deſcēdēte à cerebro, & propterea talia inciſa uiuunt. 2. coll'. cap. 11.
Animalium corpora calidiora ſunt terræ naſcentibus, & ꝓpterea non inuenitur in terræ naſcentibus calor in actu. 5. colliget cap. 24 Vide in contradictionibus.
Animalium complexiones diuerſificantur in una ſpecie propter paſſiua, & propter aquam. ſupra. cap. 30.
Animalia ſanguinea ſunt calida & humida, ſed exāguia ſunt frigida & ſicca. ſuprà.
Animalia ouatilia ſunt calida & humida, & quæ non, frigida & ſicca. ſuprà.
Aīalia quæ naſcuntˀ in aqua, ſunt frigida & humida. ſuprà.
Animalia uolatilia ſunt magis aerea ambulatiuis. ſuprà.
Aīalia anhelantia ſunt calida, nō anhelantia frigida. ſuprà.
Animal ſi quod ex aere ſolo conſtaret, quāuis uiſus ab auditu ab eo non diſtaret propterea ꝙ toto ſe & uideret & audiret: argumento tamen ſenſilium negari non poſſet duos eſſe ſenſus. Themi. 2. de anima. cap. 39. ¶ Inde elice ex mēte Peripateticorum, non eſſe neceſſarium ſemper diuerſorū ſenſuum diuerſa eſſe organa ſecundum rē: nam, ut ibidem dicit Themi. in eadem parte linguæ eſt tactus & guſtus.
Animalia cætera præter hominē delectari & contriſtari uel dolere poſſunt, quod genus non niſi pręſentibus & inſtantibus rebus contingit: quæ uoluptatis & quæ doloris inuehunt ſenſum: non autem poſſunt confidere, timere, & ſperare. Nam audatia mentis & ſpes ſtatim oſtendunt ſe rationalis animæ ditioni ſubeſſe, quia futurum & conſequens tempus uidentur reſpicere, quod bruta non poſſunt. Themiſt. 3. de anima. cap. 38.
Animal depictum, & animal eſt & imago: & licet ſint eadē

ſubiecto, differunt tamen cognitione, et ratione. ex libro de memoria & reminiſcentia.

Animal in utero nutritur ut planta nõ ut animal: nam anima ſenſualis poſterior aduenit. Them. in lib. de ſomno & uigi. cap. 13. Et uidetur eſſe ſententia Ariſto. in. 2. de genera. animalium. cap. 3. ¶ Vide de hoc diffuſe Ammonium ſuper. 2. de anima, in expoſitione textus tertij. ubi dicit naturam gradatim ab inanimato trãſire per gradum uegetabilem, qui conſtituit plantam, ad gradum medium, qui conſtituit zoophyta, & tandem ad gradum perfectum, quando uerè animalia dicuntur: unde embriones alligati matricibus. cum nutriantur per umbilicum & non per os, & moueantur ad motum matricis cum qua ſunt alligati, dicuntur eſſe zoophyta: ſed quando in lucem ueniunt, & poſſunt proprijs inſtrumentis nutriri & ſentire, & præcipuè ingredi, tunc uere animalia dicuntur. Vide etiam Alexan. in paraphraſi de anima. cap. 10. ubi reddit cauſam quare à ſtirpibus abſciſſæ ꝑtes uiuũt, ubi dicit ꝙ aĩal in utero nõ dr̃ ſimpl'r aĩal, neq; ſimpl'r uiuere: quia nutrimentũ ſumit ueluti pars, licet per propriam uirtutem fiat nitritio in eo. Idem Alexan. in eodẽ libro in cap. de ui impulſoria dicit; In animalibus à primis generationis exordijs uis altrix ineſt, alimento enim utitur iam effectum animal, & in utero degẽs uiuit, & hac ſola poteſtate utitur: Sẽſualis autem anima mox animalibus dum naſcuntur innaſcitur. Contractio enim & extenſio nõnullarum partium, quibus id quod in utero eſt ſæpius utitur, ex peculiari & addicto ſenſu non eſt, ſed uelut animati portio, per has affectiones motu agitatur. Et nota ꝙ, ut notat Philoponus in cõmento ſuper lib. 2. de generatione animaliũ, hoc nõ debet intelligi, ꝙ anima ſenſitiua quo ad actum ſit poſterior in fœtu uegetatiua, ĩmo eſt una anima ſecundum eſſentiam: ſed prius apparent opera uegetatiuæ ꝗ̃ ſenſitiuę, ita etiam tenet ibidem Albertus magnus.

Animalium quædam habent tactum tantum, ut ſpongia marina & urtica marina, ſed non habent guſtum, quia ſpongia maris nutritur per radices ex rebus carentibus ſapore ſicut plantæ. Quædam autem habent ultra tactum guſtum, ut aiunt, ut oſtrea & cochleæ, nam uidemus talia paſci rebus ſapidis, et in iſtis cernitur membrum ſimile ori, & uentri ꝓportionale. In quibus autem os, aut ori proportionale eſt in animalibus, neceſſe eſt guſtum ineſſe, talia autẽ olfactu carent: non enim eſca talia uenantur. Purpuræ uerò & murices ultra guſtum, habent olfactus ſenſum, nam uidemus talia ſequi eſcam, & uenantur piſcatores talia per eſcam: non autem habent auditum, quia nihil à ſonis patiũtur huiuſmodi. Nonnulla uerò animalia ultra os tres ſenſus habent auditus ſenſum, ut talpa quæ caret uiſu. Animalia uerò perfecta habent ultra iſtos, uiſum, qui eſt perfectiſſimus ſenſuũ. Vbi cum in potentijs animę, ſemper perfectior & poſterior ĩnferat priorem, & non econtra: ſic omne habens uiuſm habet auditum, & omne habens auditum habet olfactum, & omne habens olfactum habet guſtum, & omne habens guſtum habet tactum, ſed nõ econtra. Ammonius in. 2. de anima ſuper expoſitione tex. 31. ¶ Et ex hoc ſcire potes ordinẽ naturæ, ꝙ quæ diſperſa ſunt in impſectioribus, unitiuè continẽtur in ſuperioribus, & nobiliori modo. Et hoc eſt quod plerũq; dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus.

Animalia habentia unam potentiam animæ tantum, non ꝓpriè animalia ſed animata uiuentiaq; nuncupantur. Themi. in. 2. de anima. tex. cõmen. 23. ubi Ariſto. dicit ꝙ quædam habent unam tantum. Et ita notat Ammonius in illo loco aſſerens animal ibi accipi pro animato.

Animalia quædam magis ĩmortalitatem participant, quedã uerò minus. Illa enim quorum generatio eſt continua, magis participant ſempiternitate: quæ uerò ſtatis temporibus & deſcriptis, modo comparent, modo uerò penitus abolentur minus. Themiſt. 2. de anima. cap. 14. in expoſitione tex. 34. & 35.

Anaxagoras partes ſimilares & intellectum diuinum principia ſtatuit. 1. phy. tex. com̃. 32. & 33. & Themi. ibidem.

Anaxagoras ponit intellectũ (qui eſt Deus apud ipſum) ſegregare elementa quæ erant ĩn mixto. 8. phyſic. cõmen. 2. & 3. de anima. tex. cõmen. 4.

Anaxagoras dixit intellectum impasſibilẽ, affirmans & immixtum eſſe: ſic enim mouebit cum ſit immobilis, & imperabit cum ſit immixtus. 8. phyſi. tex. com̃. 37. Et Cõmenta. ĩn cõmen. dicit ꝙ Anaxa. fuit primus qui cognouit proprietates primi principij. Idem. 3. de anima. tex. cõmen. 4. ¶ Ex hoc loco collige, ꝙ ad hoc ꝙ forma dominet materiæ, requiritur ĩmixtio & ſeparatio: hoc enim requiritur ad imperium, contra rudes qui non poſſunt imaginari primũ motorem mouere orbem, niſi formaliter perficiat orbem, & non animaduertunt ꝙ intellectus diuinus propter ſui puritatem & abſtractionem eſt per ſui ſciẽtiam cauſa totius entis, ut ſcribit Cõmen. 12. meta. cõ. 51. unde eſt maximè actiuus. Nam per intelligere & uelle mouet, intellectus autem nullius corporis eſt actus. 3. de anima. tex. com̃. 4.

Anaxagoras & quicunq; poſuerunt mundum de nouo genitum, poſuerunt motum localem præcedere omnes motus. 8. phyſi. tex. cõmen. 77.

Anaxagoras nominat ęthera pro igne, & nõ bene utitur nomine. primo cœli. tex. cõmen. 22.

Anaxagoras poſuit mũdũ ſemel fuiſſe generatũ, ſed Emped. ĩnfinities. 1. phyſi. tex. cõ. 32. Vide in concordantijs.

Anaxagoras infinita aſſeruit eſſe principia, & generationem & corruptionem congregatione & ſegregatione fieri aſſeruit, in prooemio metaphyſicæ.

Anaxagoras rectè dicit, intellectum ĩmixtum & ĩmpasſibilẽ eſſe affirmans, quoniam quidem principium motus ipm̃ eſſe fecit: ſic enim utiq; ſolus mouebit, cum ſit ĩmobilis: & ĩmperabit, cum ſit ĩmixtus. 8. phyſi. tex. cõ. 37. cõſimile ibidem. tex. cõ. 77. & 3. de anima. tex. cõ. 4.

Anaxagoras artificialiter utitur ad mundi generationem intellectu. primo meta. cap. 2.

Anaxagoras omnia mixta eſſe dixit, præter intellectum: hũc autem dixit impmixtum ſolum & purum.. 1. meta. tex. cõ. 18. idem. 3. de anima. tex. cõmen. 4.

Anaxagoras bonum ut mouens dixit eſſe principium. 12. meta. tex. com̃. 55. Vide. 2. phyſi. tex. com̃. 75.

Anaxagoras ſolus intellectũ impasſibilem eſſe dixit, & cõmune nihil alicui aliorum habere. 1. de anima. tex. cõ. 34. idem. 3. de anima. tex. cõmen. 4. & 8. phyſi. tex. cõmen. 37. Et aſſeruit eum eſſe cauſam efficientem in prima mundi generatione, ſed in alijs rebus non utitur cauſa efficiente. Et in hoc mordetur à Platone in Phœdone, & ab Ariſto. ĩn. 2. phyſi. tex. cõmen. 75.

Anaximenes & Diogenes, aerem priorem aqua, & maximè principium ſimplicium corporum poſuere. ex erratis primi metaphyſicæ.

Anni aliqui ſunt pluuioſi, aliqui uerò ſicci, ꝑꝑ diſpoſitionẽ materiæ, uel ꝑꝑ illud quod accidit elemẽtis ex corporibus cœleſtibus, uel ex ambobus. primo meteo. cap. 4.

Anatomia ideſt ars ſectionis corporis humani fuit ꝑfectior tempore Galeni ꝗ̃ tempore Ariſto. Auer. in primo de ꝑti bus. colũna penultima. & in. 2. de anima. cõ. 108.

Anomiomera augentur cũm augentur homiomera. primo de generatione. tex. cõmen. 35.

Anterius eſt principium profunditatis, dextrum latudinis, ſiniſtrum uero longitudinis. 2. cœli. tex. com̃. 8.

Anterius eſt principium ſenſationis. ſuprà.

Antiqui omnes reducebant neceſſitatem in generabilibus. 2. phyſi. tex. com̃. 75. & 87.

Antiqui opinabantur ꝙ formæ ſequantur materiam, & diuerſantur per materiam: & Ariſto. opinatur oppoſitum. 2. phyſi. cõmen. 87. Idem primo de anima. cõmen. 53. & 2. de anima. 36. & 60. Idem. 2. phyſi. 91.

Antiqui non perceperunt actum medium ĩnter potentiam & actum, qui eſt perfectior potentiæ ſecundum ꝙ eſt potentia. 3. phy. cõmen. 14. Conſimile primo phyſi. tex. com̃. 78. & primo de anima cõmen. 43.

Antiqui non perceperunt motus diffinitionem. 3. phyſi. tex. cõmen. 15. propter latentiam ſuæ naturæ.

Antiqui



Antiqui ponentes ĩnfinitum, poſuerunt illud pro principio. tertio phyſi. tex. cõmen. 25.

Antiqui naturales omnes poſuerunt infinitum accidẽs principijs: tertio phyſi. tex. cõmen. 27.

Antiqui omnes conuenerunt in hoc ꝙ ex nihilo nihil fit. 1. phyſi. tex. cõ. 34. & Auer. in prologo tertij phyſi.

Antiqui omnes negauerunt cauſam agentẽ, præter Anaxagoram & Empedoclem. 3. phyſi. tex. cõ. 30.

Antiqui opinabãtur locum eſſe neceſſarium ĩn eſſe cuiuslibet entis. 4. phyſi. tex. cõmen. primi.

Antiqui ponentes uacuum, exiſtimabãt ꝙ omne ens eſt corpus. 4. phyſi. com̃. 52. & habetur ex tex.

Antiqui quia aer eſt inſenſibilis, crediderunt ꝙ omnia plena aere ſint uacua. ſuprà.

Antiqua uidetur opinio eſſe ꝙ unum, & ſuperabundantia, & defectus, principia rerum ſunt. 1. phyſi. tex. com̃. 55. ubi Auer. dicit eſſe antiquam, quia non fuit inuenta à Platone.

Antiqui conueniunt in diffiniendo aĩam per motum localẽ, & per cognitionem. 2. de aĩa. tex. cõ. 150. & 1. de aĩa. 19.

Antiqui dubitauerunt utrum principia rerum corruptibiliũ ſint corruptibilia, aut æterna. 8. phyſi. com̃. 15.

Antiqui oẽs dixerunt corpus cœleſte nõ eſſe patiẽs: ĩmo oẽs dixerunt ipm̃ eſſe ignem, aut cõpoſitum in quo dominatur ĩgnis: & maximè de ſtellis. primo cœli. com̃. 68.

Antiquorum quidam dixerunt nihil oĩno generari aut corrũpi, ut Parmenides & Melliſſus: quidam uerò dixerunt ſermonem contrarium, ꝙ omnes res generantur, & iſti ſunt bipartiti. Quidam enim dicunt ꝙ quædam ſunt generabilia & corruptibilia, quidam uerò ꝙ quædam ſunt gñabilia & nõ corruptibilia, ut Plato de mũdo. 3. cœ. t. c. 2. & 3.

Antiqui de elementis diuerſimode opinati ſunt: quidã enim aſſeruerunt eſſe ſimplicia, & quidam ꝙ eſſent compoſita. 4. cœli cõmen. 20.

Antiqui negauerunt cãm formalem, & nõ conceſſerunt niſi cãm mãlem. ſupra. cõ. 37. idẽ. 1. phyſi. 9. & 7. meta. 7. & 8.

Antiquorũ quidã opinati ſunt gñationem & alterationẽ idẽ eſſe, quidã uerò non. 1. de generatione. tex. cõ. 1.

Antiqui duo quidem facere, unum uerò pati: poſteriorũ autem quidam contrarium, unum quidem facere, duo autem pati dicunt magis. 1. phyſi. tex. com̃. 55. ¶ Vbi notat Simplicius ꝙ Ariſt. ponit differẽtiam inter antiquos & Platonẽ, quia licet in numero ternario principiorum cõuenerit Plato cum prioribus, tamen diſcrepauit in modo, quòd antiq poſuerunt duo principia ex ꝑte formæ (quia contraria erãt duo ex quibus eſt actio) & unũ ex parte materię. Plato aũt poſuit ecõtrario duo ex ꝑte mãę, & unũ ex ꝑte formæ. Dicit aũt Platonẽ dum aſſeruit unũ eſſe ex parte formæ agẽtis: Si per efficiens ipſe intellexit id q̃d eſt propriè efficiens tunc non poteſt hoc ſaluari de principijs quæ ſunt elemẽta: quia tale eſt principium extrinſecum non intrinſecum. Si autem intellexit hoc de forma, tunc loquutus eſt ſecundum morem Pythagoreorum, qui per numeros ſignabant res: unde formam appellabãt unum, & materiam dualitatem: quia forma eſt cauſa unitatis, & finitudinis, & terminationis, ſicut eſt unitas in numeris: materia aũt eſt cauſa diuiſionis & infinitudinis, ſicut dualitas in numeris eſt prima alteritas, & ab ea incipit infinitudo: ut dicit Boetius in. 2. arithmeticæ, authoritate Nicomachi. Et ſubdit p̃ſatus Doctor, ꝙ etiam Ariſto. eſt iſtius ſententiæ, uidelicet ꝙ dualitas ſit ex parte materiæ, quia primo phyſi. tex. cõ. 66. dicit ꝙ ſubĩectum qdem eſt numero quidem unum, ſpẽ uerò duo: reducit enim Ariſto. priuationem ad materiam, & ita Ariſto. ĩn hoc non diſcrepat à Platone. Iſta eſt opinio Simplicij. ¶ Nobis autẽ uidetur ꝙ opĩo Ariſto. potius faueat opinionĩ antiquorum ponentiũ duo ex ꝑte formæ: quia infrà in tex. cõ. 56. Ariſt. dicit ꝙ ad patiendum ſufficit unum: ita ꝙ cũ apud ipſum tria ſint principia, duo ſunt contraria, & tertiũ eſt ſubiectum cõmune illis contrarijs, ita ꝙ uni contrarietati correſpondet unum ſubiectum. Et ſi contrarietas multiplicaretur, oporteret multiplicari ſubiecta, ſicut eſt uidere ibidem. Vnde uidetur mihi ꝙ Ariſto. diſcrepauit ab opinione Platonis multum: quia Plato ponens ideam, aſſerebat formas diuerſificari ex diuerſitate materię, & aſſerebat formas dari ſecundum merita materiæ. Sed Ariſto. ut ſcribit Cõmen. in. 2. phyſi. com̃. 85. tenebat oppoſitum, ꝙ potius diuerſitas materierum ſequatur diuerſitate formarum ꝗ̃ econtra. unde primo de anima. com̃. 52. Membra cerui non differunt à membris leonis, niſi quia anima differt ab anima. & 2. de anima. com̃ 60. Melius eſt exiſtimare ꝙ diuerſitas formæ ſit cauſa diuerſitatis materiæ, ꝗ̃ econtra. Et tertio de anima. cõmen. 5. iuxta principium dicit ꝙ diuerſitas naturæ receptæ facit diuerſitatem naturæ recipiẽtis. Et primo de anima. com̃. 90. etiam ſcribit, ꝙ oẽ quod eſt unũ & continuum, eſt unum per ſuam formam, & nõ per ſuam materiam. Licet igitur Philoſophus in tex. cõmẽ. 66. ponat differentiam ſecundum rationem inter materiam & priuationẽ, quam ignorauit Plato: propter hoc tamẽ non tenuit ex numero trium principiorum modum Platonis: quia (ut ipſe dicit primo phyſi. tex. cõmen. 80.) eſt alius modus trinitatis iſte ab illo quem poſuit Plato. Nam Plato ponit magnum & paruum ex parte materię, ſed non ponebat unum iſtorum eſſe priuationem & aliud materiam: ſed Ariſt. ponit materiam, priuationem, & formam. Quæ priuatio licet ſit idem numero cũ materia, non tñ̃ eſt eadem ſm̃ rõnẽ.

Digreſſio cõtra Simplicium.

Antiqui omnes poſuerunt unum quatuor elementorum eſſe principium materiale omnium præter terram: præter ponentes leges. primo meta. cõmen. primo. & 7. meta. 12. & 14. Idem primo de anima. 32.

Antiqui non cognouerunt de cauſis niſi mãlem tñ̃. ſuprà.

Antiqui poſuerunt materiam eſſe corpus, et errauerunt: quia corpus uidetur eſſe compoſitum, & ideo contingit ei generatio & corruptio: primum autem elementum non generatur neq; corrumpitur. 1. meta. tex. cõ. 11. ¶ Caueant ergo ponentes formam corporeitatis ſubſtantialem in materia.

Contra ponentes formã corporeitatis ſubſtantialẽ.

Antiquis contingit dicere ſermonem non conuenientem ĩn ſenſibilibus, quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex ĩmobilibus. primo meta. cõ. 21. idem com̃. 19. & 3. cœli tex. com̃. 61. & 2. cœli 59. primo de generatione. 7. idẽ primo meta. 22. & 29.

Antiqui opinabantur unum dici de una ĩntentione indiuiduali ſubſtantiali, ſicut opinabantur de hoc nomine ens, & errauerunt in hoc. primo meta. com̃. 41.

Antiqui tẽpore Ariſto. cognouerunt quatuor cauſas. uide primum meta. com̃. 50. uide in concordantijs.

Antiq in maiori ꝑte de rebus naturalibus locuti ſunt de materia, & non de forma propria rebus mobilibus: excepto Empedocle qui innuit eam, ſed nõ dixit eã apertè. 1. meta. com̃. ultimo. Vide primum phyſi. 6. & 2. phyſi. cõ. 9.

Antiquorum quidam poſuerunt tria genera ſubſtantiarum, uidelicet abſtractas ſubſtãtias, & ſubſtantias ſenſibiles, & ſubſtantias medias inter iſtas. 3. meta. tex. com̃. 7.

Antiqui opinabãtur ꝙ naturæ elñtorum ſint naturæ rerum: & iſta fuit opinio eorum qui negabant formã eſſe. 5. meta. cõ. 5. idem. 2. phyſi. 9. & 8. meta. 8. & 2. de aĩa. 37.

Antiqui de corpore q̃d eſt trina dimenſio, duas opĩones habuerunt. 7. meta. 5. uide. 3. cœli. 60. & 4. cœli. 40.

Antiqui dicebant quòd cognitio fit per animam & corpus, ſed cauſa ueritatis eſt anima, & falſitas accidentis in ea, cauſa eſt corpus. 8. meta. 16.

Antiqui putabant, ſubſtantias rerum eſſe materias earum, & ꝙ formæ non ſunt ſubſtantiæ. 12. meta. cõmẽ. 14. authoritate Alexan. idem. 2. phyſi. 9.

Antiqui faciunt principia omnium entium contraria tantũ, & peccant in duobus, quorum alterum eſt ꝙ principia omnium non ſunt contraria, cum in principijs corporum cœleſtium non eſt contrarietas: & ſecundum eſt ꝙ ſola contraria ſunt principia. 12. metaphyſi. cõmen. 53. ¶ Hinc patet error quorundam aſſerentium Ariſto. in primo phyſic. inueſtigaſſe principia omnium tranſmutationum tam cœleſtiũ ꝙ corruptibilium, & tenent iſtud etiam ex mente nedum Ariſt. uerum & ex ſnia Cõmentatoris: quorum ſnię Ariſto. magis apertè reclamat in. 1. cœli. tex. cõ. 20. aſſerens in cœ-

Cõtra modernos, de qbus principiis agat in libro. j. phyſi.

lo non eſſe materiam neq; contrarium,& in præſenti loco dānat antiquos aſſerentes omniū principia contraria eſſe, & primo phy.57.&.68.fatetur ſe principia gn̄ationis phyſicorum corprum ibi explorare. Et Auerro.expreſſè in.12. meta. com̄.5.contra Alexan.fatetur. Ariſto.in.1.phyſi.exploraſſe principia ſubſtantiæ ſenſibilis,gn̄abilis,& corruptibilis:& in.8.phyſi.inueſtigaſſe ſubſtantiam æternam, quæ eſt principiū ſubē ſenſibilis æternæ,& diffuſè in paraphraſi primi de cœlo in fine contra Auic.aſſerētem in omni corpore eſſe materiam,expreſſe dicit in primo phy.fuiſſe declaratum talem compoſitionē ex materia & forma de corpore gn̄abili et corruptibili. Ita dicit etiam lucidisſimus Themi. Alexan.& Simpli.in.1.phyſicæ auſcultationis in uarijs locis,ut aliàs notaui tibi.

Antiquum opus eſt ab agente antiquo,& nouum opus eſt ab agēte nouo.ex lib.deſtru.diſpu.3.in ſolu.11.dubij.

Antiquum à Philoſophis non conceditur reperiri conſtitum ex partibus nouis inquantum illæ partes ſunt infinitæ:ut ſunt partes motus & temporis. Et uide cauſam in.4.diſpu. in ſolutione.6.dubij,ubi dicit ꝙ bene ꝓcedunt Philoſophi ꝙ talia genera & eis ſimilia,prout cōſtituuntur ex ꝑtibus posſibilibus particularibus,habent ſine dubio cām extrinſecam, à qua prędicta genera æterna procedunt.

Antiquorum entium quædam ſunt quæ nouitatem non recipiunt, quæ tranſmutant ſub̄am: nouitatem tn̄ quæ ſub̄am ſubiecti non tranſmutat,ut eſt motus localis,& locus mobilis corporis,& ſplendor,recipiunt. Sunt aūt quædā antiqua quæ nullā prorſus admittunt nouitatē,ut ſunt antiqua incorporea.ex diſpu.12.in ſol'.tertij dubij.

Antiqui ex cauſis quatuor materialem & efficientē cognouerunt,ut Emped.qui poſuit quatuor el'nta & lucē et aīam. Et Anaxa.qui poſuit mixtionem,infinitum, & intel'm diuidētem. Formalis uerò & finalis cauſa nō fuit cognita uſq; ad tempora Socratis,ut dicit Ariſt. ex cōmēto ſuper primo de partibus aīalium.in colūna.2. Vide de hoc in primo meta. tex.cōmen.5.&.2.phyſi.com̄.9.

Antiquorum opiniones de ſemine,aſſerentes illud ex oībus partibus ꝓuenire,fuerunt duæ:quarum una dixit in ſemine prodire membra in actu,alia uerò tenuit ſemen eſſe fluxum & ſpumam oīum mēbrorum propter motum,& hæc fuit opinio Hippo. Auer.primo de generatione aīalium in illo cap.ubi ponitur improbatio antiquorum.& habetur in tex.ab Ariſto.ibidem.cap.18.

Antiſthenes fatuè opinatus eſt,nihil dici dignatus niſi ꝓpria ratione unum in uno:ex qbus accidit non eſſe cōtradicere neq; mentiri,eſt enim unūquodq; dicere,nō ſolum ſua ratione,uerūetiam ea quæ alterius.5.meta.tex.cō.34.

Aper piſcis quem achelous gignit, uocalis habitus eſt.4.de natura animalium.cap.9.

Apri & tauri animoſi & iracundi ſunt:ſanguis enim eorum fibris refertior eſt, & taurorum ſanguis omniū celerrimè coit & dureſcit.2.de partibus animalium.cap.4.

Apria eſt humor quem ſues tempore coitus emittunt, ſicut equę tale quid emittunt,quod Hyppomenes appellatur.6. de natura animalium.cap.18.

Apes & hirundines agūt actiones artificiales,ſine arte & cognitiōe.2.phy.cō.80. Et nota ꝙ fuit ſn̄ia Hip.ut recitat Gal'. in primo libro de utilitate ꝑti.cap.3.ubi dicit:Naturæ animalium indoctæ ſunt,ut ait Hippo. Et uide Galenum etiā ibi hoc idem ſentientem.uide in concordantijs.

Apum gn̄ationis uaria eſt opinio.5.de natura aīaliū.c.21.

Apes generantur ex corporibus uaccarum mortuarum, & ueſpæ ex corporibus equorum mortuorum,& ranę ex putrefactione aquæ,& muſciliones ex uino corrupto.12.met. authoritate Them.in cōmen.18.in princip.digresſio. Vide opinionem illam Themiſt.in paraphraſi ſuper primo de anima.cap.24.

Apes habent intra ſe ſexum maris & fœminæ, ſicut plantæ. Ariſt.in.3.de generatione animalium.cap.10.

Apes ſunt unicolores,crabrones uerò & ueſpæ uerſicolores. uide cauſam.5.de gener.animalium.cap.6.

Apum reges ducesq; aculeum habent,ſed non utuntur eo.5. de natura animalium.cap.21.

Apum examen non unum tantum ducem habet ſed plures, quod non tam principis deſiderio q̄ꝫ ortus,ut aiunt,ad quē illi neceſſarij ſunt incidit.5.de natura anima.cap.22.iuxta illud:Pluralitas principum mala.

Apis una ex inſectis, nullis putridis asſidet, nec utitur alio cibo quàm dulci. Aquam etiam libentisſimè inde haurit quam ſinceri clarisſimique fontes ſcaturiunt.8.de natura animalium.cap.11.

Apes ægrotant maximè, cùm ſylua flores profert æruginoſos, atque etiam temporibus ſiccis. ex octauo de natura animalium.cap.27.

Apibus mos eſt ne florum plura genera petāt uno eodemq; profectu, ſed ſingulis ſingula,uerbi gratia, à uiola ad uiolā aduolant, nec aliud attingūt,donec in ſuū alueum redeāt, 9.de natura animalium.cap.40.

Apes necant duces,quando plures quàm ſatis ſit habeātur, & potisſimùm improbos,ne principum multitudo ſeditiones in examine faciat.ſuprà.

Apum reges nunquam procedunt foras uel ut paſcātur, uel alia cauſa,niſi uniuerſa cum plebe. Et ſi cum pergunt rex ipſe fortè aberrauerit,omnes inqrere odoratuq; ſagaci perſequi donec inueniant accepimus. Geſtari etiā eū à plebe cùm uolare non poteſt, & ſi perierit oēs diſcedere.ſuprà.

Ab apibus equus occiſus eſt.ſupra.

Apis mundisſimum eſt omnium animalium,& odit non ſolum fœdos odores,ſed etiam unguētorum delicias, ex quo fit ut homines ijs delibutos percutiant.ſuprà.

Apes an audiant,incertum eſt.ſuprà.

Apes præſagiunt hyemem & imbres.ſuprà.

Apoſtema quod non facit ſaniem,non habet calorem extraneum,ſicut apoſtemata quæ ſunt cauſa uentoſitatis aut duriciei.4.colliget.cap.46.

Apoſtemata melancholica raro fiunt intrinſecus,& dum fiūt incurabilia ſunt:quia non niſi medicinis ſortibus indigent, quas membra intrinſeca tollerare non poſſunt, eò quòd horum cura non fit niſi cum ferro:qm̄ tali apoſtemata non reſoluunt̄ niſi poſt longitudinem temporis, & tunc uirtus infirmi inuenit̄ defecta.7.colliget.cap.29.

Apoſtemata in emunctorijs membrorum principalium exiſtentia,& quæ per uiam criſis eueniunt, non ſunt curanda cum medicinis repercuſſiuis & refrigeratiuis.ſuprà.

Apparentia dicentes omnia uera eſſe, omnia ad aliquid eſſe faciunt.4.meta.tex.com̄.26.

Apparentia refractionis cauſatur ex debilitate uiſus,ſicut accidit ex groſſitiæ medij. Auer.primo meteo. in digreſſio.de uia lactea,in media ſua expoſitione.

Appetitus eſt principiū motionis in agendis rebus:id enim quod appeti aut declinari natum eſt, principium eſt in agēdis rebus. Impulſus enim nihil aliud eſſe uidetur quàm animati corporis motus,qui à re aliqua quæ declinari aut expeti nata eſt imaginatione gignitur. Alexan. in paraphraſi de anima.cap.de impulſu.ubi uide quomō ad imaginationem rei appetibilis conſequitur caliditas,frigiditas & alteratio in toto.

Appetitio in materia quonam modo eſt, profectò uerisſimum puto ꝙ dicitur prouidentiam fuiſſe,quæ & turpi deſiderium honeſtatis, & ęgentis opulentiæ quantum ſit ſatis iniecerit. Them.primo phyſi.ſuper tex.cō.81.

Appetitus quidem concupiſcentia, & ira, & uoluntas, ſunt. 2.de anima.tex.cōmen.27.¶ Vbi aduerte quòd appetitus eſt ueluti genus,concupiſcentia autem in animalibus propriè eſt appetitus reſpectu delectabilis & contriſtabilis exiſtentis in parte ſenſitiua,ut eſt reſpectu cibi & ſimilium quæ delectare apta ſunt. Ira autem eſt appetitus uindictæ uel uictoriæ. Voluntas uerò eſt appetitus boni ſecundum rationem uel exiſtentis uel apparentis. Ita notat Simplic. 2.de anima.17.& Alexan.in paraphraſi.de anima.in cap. de impulſu & impulſoria ui.

Appetitu plerūq; perciti accidit ut nihil agamus, quoties appetitui



petitui neq; conſilium neq; deliberatio ſuffragatur. Alexā. in para.de anima.ca.de phantaſia. ¶ Vbi nota ordinem poſitum ab eodem inter ſenſum,imaginationē,aſſenſum, impulſum,qui eſt idem quod appetitus & actionem.

Appetitus eſt in parte practicæ ſiue actiua ui,agēdi enim & operandi facultatem habere uidetur:eſt enim cauſa animalium motionum. Senſualis aūt uis in pasſione, & affectione quadam conſiſtit. Alexan in paraphra.de anima cap.de impulſu & impulſoria ui,& ibi require alias d'rias.

Appetitus alius naturalis,alius animalis.1.phy.cō.81.

Appetitus naturalis eſt ſine cognitione.ſuprà.

Appetitus animalis eſt cum ſenſu ſeu cognitione.ſuprà.

Appetitus materiæ eſt illud quod habet materia de motu ad recipiendum formam.ſuprà.

Appetitus eſt propter indigentiam ſuprà & tex.

Appetitus & intellectus mouentia duo eſſe uidentur, ſi quis poſuerit phantaſiam & intelligentiam quandam. Alia animalia non habent intelligentiam,neq; rationem,ſed phantaſiam.3.de anima.tex.cōmen.48.

Appetitus omnis propter aliquid eſt.3.de aīa.tex.cō.49.

Appetibile mouet.ſuprà.

Appetitus & intelligētia practica mouent hæc duo.ſuprà.

Appetitus & phantaſia recta & non recta. ſuprà.tex.cō.51.

Appetitus ſunt contrarij adinuicē,cùm ratio & concupiſcentiæ contrariæ fuerint.ſuprà.tex.com̄.53.

Appetitus alius ab itellectu, alius ab imaginatiōe.9.meta. cōmen.10.¶ Vbi nota quòd Peripatetici appetitum intellectiuum appellant uoluntatem,appetitum ab imaginatione appellant appetitum ſenſitiuum. Et aduerte ꝙ uirtus quælibet apprehenſiua habet propriam appetitiuam ſibi correſpondentem. Dicit enim Cōmenta.in.12.primæ philoſophiæ.cōmē.39.ꝙ uoluptas ſequitur comprehenſionem ſicut umbra corpus. Et ſunt unum in ſubiecto,& duo ſecundum modum,ſicut deduci poteſt ex uerbis Ariſto.& Auer. in.3.de anima.tex.cō.49.ubi dicitur ꝙ intellectus eſt mouens,ut eſt deſiderans,non ut eſt comprehēdens: neq; ſecūdum ꝙ deſiderium eſt alia uirtus ab intellectu.

Appetitus principium eſt intelligentia.12. meta.tex.cō.36.

Appetitus eſt cauſa motus,& motus eſt in corpore.

Appetitus neceſſariò eſt in corpore animato.ex libro deſtru. diſputa.10.in ſolu.primi dubij.

Appetitus toties contrarij attolluntur,quoties ratio cupiditati aduerſa eſt,quorum alter quia reſpicit futurum & conſequens tempus obſiſtit & renitit̄ uitio,alter quia præſens lętabile attendit nec ſpectat à tergo quod īminet, dat ſcelerī manus & præceps agitur. Eſt enim hoc ingenium uoluptatis eius quæ ſenſus titillat,ut quum pręſens eſt ſi de futuro nō cogites, ſummum bonum abſolutumq; uideatur. Themi.aurea ſententia.3.de anima.cap.64.& eſt Ariſto. ibi in tex.cōmen.53.

Appetitus in homine & cum opinione & ſine opinione eſſe poteſt,itaq; fit ut oīs uoluntas in nobis appetitus ſit,ſed nō omnis appetitus ſit uoluntas. Them.ſuprà.

Appetitus irrationalis in homine, quandoq; mouet rationalem,quandoq; uerò econtrario: mouet tamen ſemper appetitus ualidior & uehementior debiliorem. Themi.ſuprà & habetur ex tex.57.

Appetitio ſenſus concupiſcentia & deſiderium dicitur,appetitio intellectus dicitur uoluntas.tertio de anima.29. Themiſtius cap.48.

Appetitio ſenſus,& ſenſus,ſunt idem ſubiecto: & appetitio intellectus ſeu uoluntas,& intellectus,ſunt idem ſubiecto, ſed cogitatione rationeq; diſcrepant. Themi.expreſſe.3.de anima.cap.48. Idem Cōmen.3.de anima.com̄.49.¶ Collige ſecundum Peripateticos uirtutem apprehendentē non eſſe re,ſed ratione diſtinctam à potentia,ſeu uirtute appetēte. Cuius oppoſitum tenuit D.Tho.& multi alij,& potisſimum argumentum eſt,quia in.3.de anima Ariſt.non fecit capitulum ſeparatum de uoluntate,ubi de intellectu pertractat,& de poteſtatibus animæ intellectiuæ.

Appropinquatio & remotio non operantur niſi in motibus, quorum motor eſt extrinſecus.1.cœli.com̄.81.uide.7.phy. com̄.10.& primo cœli.89.

Aqua eſt potentia aer,aer aūt eſt actus quidam & eſt potētia aqua alio modo.4.phyſi.tex.& cō.49.ubi Cōmentator Aqua eſt creata in potentia primitus,& prima intētione ut ſit aer:aer uerò eſt quaſi in potētia aqua ꝑꝑ formam māæ. ¶ Inde patet ꝙ deterius ſemper eſt nobilioris gratia,ut dicit Ph̄s in.7.politicæ:ſed quia forma māæ eſt ipſam nō habere formam,ſed eſſe in potentia oēs formæ,ſiue ſint ul'es, ſiue ꝑticulares,ſiue ꝑfectæ,ſiue imꝑfectę. Iſta enim eſt forma māæ,ipſam uidelicet eē priuatam oī forma, & hr̄e oēm formam in potentia.7.meta.cō.60.&.1.cap.de ſub̄a orbis: Materia ſub̄atur per poſſe,et potentia eſt d'ria ſub̄alis eius. &.2.phy.cō.15. Priuatio in materia nō eſt priuatio ſimpl'r, ſed eſt ſicut forma materiæ.&.12.meta.cō.18. Oēs formæ ſunt in actu in primo motore, & ſunt in potentia in prima materia. Alio mō igitur aqua(ut dicit Ariſto.in tex.& Auer. in cōmento)dicit̄ eſſe in potentia aer, & alio mō aer dicit̄ eſſe in potentia aqua:quia in aqua eſt potentia tam ex parte materiæ,q̄ꝫ etiam ex parte naturæ agētis ꝑꝑ finem,q̄ nō errat,cum rememoret̄ ab intelligentia nō errante: & ideo ex eius intentione primaria,& ex eius primo cōſilio fuit ut uiliora ordinentur ad nobiliora. Sed in aere non eſt potentia aqua,niſi ꝑꝑ materiam q̄ indiſcriminatim & cōfuſè habet oēm formam. In fundamento.n.naturæ nihil diſtinctū eſt,ſed non eſt ibi potentia q̄ dirigat̄ ad actū ab agente ꝑꝑ finem ex prima intentione,& ex primo cōſilio,ſed ex ſecūdo:quia ſm̄ naturæ agentis conſilium eſt, ut oēs formæ q̄ ſunt in poteſtate materiæ,educant̄ ad actum. Alioquin potētiæ paſſiuæ materiæ non correſponderet potētia actiua primi motoris adæquate,& accideret ꝙ potentia illa materię eſſet fruſtra.& nō oē quod eſt poſ'e ex parte paſſi eſſet poſ'e ex parte agentis,q̄d eſt falſum, & contra Ariſt.in.4.meta. in cap.de poteſtate.& in.9.tex.cō.2.ubi diffinit potētiam paſſiuam per actiuā,& econtra. Et Cōmen.ibi dicit in cōmento. Immo Ariſt.in tex.ꝙ in diffinitiōe cuiuslibet potētiæ pasſiuæ accipitur diffinitio potentiæ primæ materiæ, & in diffōne cuiuslibet potentiæ actiuæ accipitur diffinitio actionis primæ formæ. Et ne uideat̄ tibi ſermo extraneus de duplici naturæ cōſilio,uide frater mi Auer.in ſil'i in primo cœli & mundi.in cō.10. Placuit aūt nobis in hoc digredi,quia locus ille multos in errorem detruſit,ponētes formam corporeitatis de mente Auer. Sed uideant quæſo ipſi Auerroem ſeipſum declarantem quæ ſit forma materię.7. metaphyſi.cōmen.ultimo.

Digresſio de forma materię,et de duplici naturæ cō ſilio.

Aquę ſuꝑficies ſphęrica eſt.2.cœli.t.c.30.& ibi demōſtrat̄.

Aqua ſemper nata eſt fluere in magis cōcauum, tale autem eſt quod eſt centro propinquius.ſuprà. tex.cō.31.& ibi uide Auer.quomodo hoc intelligatur.

Aqua uidet̄ magis recipere figurā rotūdā q̄ terra, ꝑꝑ ꝙ eſt corpus liquidum,& de facili deſcēdit ad centrū.ſuprà.cō.

Aqua non naturaliter mouetur ad medium totius, niſi terra eſſet extra ſuum locum naturalem.ſuprà.

Aqua licet nō nutriat,tn̄ eſt utilis,q̄a facit nutrimentū penetrare ad anguſtas ꝑtes corꝑis.Gal'.in.4.de uti.ꝑticu.ca.5.

Aquæ uniuerſum.ſ.mare,ſi non ſentiretur tunc ex hoc ꝙ uidemus ꝙ omnes fluuij currunt ad medium,ſciremus ꝙ inter aerem & terrā eſt locus eius,& ꝙ uniuerſum aquæ eſt in illo loco.4.cœli.cōmen.32.

Aqua facilius mouet̄ ad locū terrę q̄ ad locū aeris,& aer facilius mouet̄ ad locū aquæ q̄ꝫ ad locū ignis.4.cœli.cō.39.

Aqua ꝑꝑea primū ſub̄m eē credebat̄,ꝙ & iformiſſimū uideretur,& longè carētiſſimū figura.2.phy. Them.ſuꝑ tex.7. uide etiā aliam cām poſitam ab Ariſt.in.1.primę ph̄ię.

Aqua eleuat̄ in uaſe ignito ſuperpoſito aquæ,& aer non eleuatur qui eſt in eo. Cuius ꝓblematis expoſitores nō poſſunt reddere cām,quā tu require ab eo.4.cœli.cō.39.

Aqua ſpōte mouet̄ ad locū terrę,& uiolenter mouet̄ ad locū aeris:aer aūt ſpōte mouet̄ ad locū aquę,& uiolēter ad locū ignis:ſed ignis uiolēter mouet̄ ad locū aeris,& terra uiolēter mouet̄ ad locū aquę.4.cœli.cō.39. Vide in cōcordātijs.

Aqua non calefit dum fuerit aqua pura.2.de aĩa.cõ.115.

Aqua à uulgo conſueuit exiſtimari dũ liquefactio remanet in ea,& ideo exiſtimatur frigiditatem non eſſe inſeparabilem ab aqua,ſicut eſt caliditas inſeparabilis ab igne:ſed in rei ueritate non eſt aqua pura,ſed admixta.2.de aĩa.cõ.115.

Aqua & terra dominantur in generatione corporum homogeneorum.4.meteo.cõmen.primo.

Aqua non ingroſſatur ſola humidorum.4.meto.tex.cõ.21.

Aqua ꝓpriiſſime eſt humidi,& terra ſicci.ſupra.tex.cõ.29. idem.2.de generatione.tex.com̃.23.

Aqua mollis non eſt, non enim cedit impreſſioni ſupficies in profundum,ſed econtra circũſtat.4.meteo.tex.cõ.43.

Aqua & aer ſunt media inter materialia & formalia, licet ignis ſit ueracius medium inter materiam & formam: & ſunt media in ſenſu uiſus.3.colliget.cap.38.de uiſu & accidentibus ei.

Aqua feruens calidior eſt quàm ignis exiguus, quãuis citius refrigeſcat,quippe qui ignis quãuis exiguus, nunquam frigidus fieri poſſit,ex.2.de partibus animalium.cap.10. Vide in concordantijs nuper æditis.

Aqua feruens plenius calefacit quàm flamma, ſed flamma urit aut liquat rem uri aut liquari idoneam,quod aqua efficere non poteſt.ſuprà.

Aqua feruens calidior ſentitur,ſed celerius refrigeſcit & cõgelaſcit q̃ oleum.ſuprà.

Aquæ natura uiuatior eſt quàm natura terræ,& ideo animalia aquatilia ſunt multiformia & plura quàm animalia terreſtria.Auer.in.3.de gene.aĩalium.cap.de gñatione apum in fine.& elicitur ex mente Philoſophi ibidẽ in princi.cap.11.ubi agit de generatione & ortu teſtatorum.

Aquæ crudæ ſterilitatem aut partum fœmineum faciunt.4. de generatione animalium.cap.2. Vide etiam in.6.de natura animalium.cap.19.ubi agit de coitu fœtuq; ouium & caprarum.

Aquæ calidę efficiunt colorem album,frigidę uerò nigrum. Ariſt.in.5.de generatione animalium.cap.6.& ibi uide in quibus animalibus hoc uerificetur. Vide etiam hoc clare in 3.de natura animalium.cap.12.de duobus fluuijs in Antãdria,quorum alter candorem,alter nigritiem in pecoribus facit:& de Scamandro qui flauas reddit oues, unde Xanthum pro Scamandro apud Homerũ nuncupari autumãt. Vide etiam ibi de amne Traciæ quem Pſyorum uocant, qui nigras oues producit,ſi ipſius aquæ ante coitũ bibant.

Aqua hordei quomodo fiat. Vide.5.colliget cap.31.

Aqua melior,ſecundũ Hippocratem, eſt aqua fontium oriẽtalium, quæ ſcaturit ex terra quæ non habet groſſam ſubſtantiam,nec luteam,ſed eſt mediocris:& ꝓpterea eſt ſubtilior & leuior,& cito permutatur à calido & frigido. Sed Rhaſis ſentit ꝙ melior aqua eſt fluminum magnorum ductuum.Et mihi uidetur ꝙ Rhaſis non laudarit flumina magna groſſa,niſi propterea quia ſol operatur in eis unã operationem,per quam ſeparantur partes groſſæ à ſubtilibus. At opus quod fit in aqua,eſt diuerſum ab aqua: & quod inſpiciendum eſt in aqua,eſt diuerſitas terrarum:quia nõ poteſt eſſe in æſtate quin fluant ad flumina aquæ multitudo & pluuię.Et ꝓpterea quantò plus elongatur flumen à ſuo ortu,tantò eſt deterius. Vbi finaliter cõcludit opionẽ Hippocratis eſſe magis ueram.5.coll'.cap.38.de aquis.

Aqua calida quæ eſt inter calidam & frigidam tẽperata,corpus refrigerat & humectat,& paucam diſſolutionem opatur:& in hac pauca diſſolutione abſtergit ſorditiem q̃ in cute retinentur.6.coll'.cap.3.de balnei iuuamento.

Aqua grauis eſt reſpectu aeris, & leuis reſpectu terræ, & ideo ſi eſſet in centro mundi ſcilicet in loco naturali terræ, moueretur ad concauitatem aeris.primo cœli.cõmen.17. Conſimile de aere ſi poneretur in loco ignis,ut patet.1.cœli.cõ.8.contra.Ioan.Grãmaticum ponentem loca mediorum non eſſe ſpecie diſtincta ab extremis.

Aqua quodammodo & aer continent ſub deſcriptione grauis & ſub deſcriptione leuis,ſed in aqua magis abũdat grauitas,quia deſcendit in duobus elementis:in aere uerò magis abundat leuitas,quia in duobus elementis aſcendit.primo cœli.cõmen.17.

Aquæ ſunt duę ſpẽs,una eſt ſub terra,reliqua ſupra terrã, & q̃libet iſtarum ſpẽrum uel fluit uel ſtat.cap.5.primo met.

Aqua etiam ſub terra gñari poteſt ex aere qui eſt infra terrã, cùm adiuuabitur per locum conuenientem huic, ſm̃ diſpoſitionem conuenientem ei ſupra terram.ſuprà.

Aqua non eſt exhalabilis ſed uaporabilis,ecõtrario aũt oleũ eſt exhalabile ſed non uaporabile.4.meteo.tex.cõ.48.

Aquila ſola apud hoĩes diuina perhibetur.9.de natura aĩaliũ cap.32.ubi uidere licet unde locus datus ſit fabulæ de hoĩe conuerſo in aquilam,qui hoſpiti iniuriam intulit.

Aquila ſuos pullos excludit,quos oſſifraga libenter recipit, tuetur,& alit.ſuprà.cap.33.

Aquila utplurimum tria oua ædit, ſed binos pullos excludit, ut ex uerſu quem ad Muſæum authorem referunt, colligitur: Excludit binos,ædit terna, educat unum.6.de natura animalium.cap.6.

Aquilonis flatu mares potius concipiuntur,auſtri fœminæ. Vis tanta eſt aquilonis ut uel ea q̃ nõ niſi fœminas pariãt, inuitet ad prolis maſculæ ꝓcreationẽ.Ariſt.in.6.de natura aĩalium.cap.19.ubi agit de coitu & fœtu ouiũ & caprarũ.

Aranei ſtatim cùm æditi ſunt fila mittunt,non intrinſecus tã quam excremẽtum,(ut Democritus ait)ſed extrinſecus de ſuo corpore ueluti corticem,more eorum q̃ ſuis uillis iaculantur,ut hiſtrices.9.de natura animalium.39.

Architectores manu artificibus circa q̃dlibet honorabiliores,& magis ſcire putamus,& ſapientiores eſſe,quia factorum cauſas ſciunt.ex prooemio metaphyſi.

Architas approbauit terminos qui utriuſq; ſunt.i.diffinitiones datas per materiam & formam.8.meta.tex.cõ.6.

Argentum uiuũ & oleum ſunt plus aeris.4.meteo.t.cõ.43.

Aridum ſicci eſt.2.de gñatione.tex.cõmen.12.

Arietes ĩ Affrica ſtatim cornigeri gñantur,nec ſolũ mares(ut Homerus ſcribit)ſed etiam fœminæ.8.de nã aĩaliũ.c.28.

Ariſtippus mathematicus ſcias deſpexit.3.meta.tex.cõ.3.

Ariſtoteles tres ſcientias inuenit,logicam,naturalem,& diuinam.& nullus error inuẽtus eſt uſq; ad hoc tempus, quod eſt mille & quingentorum annorum.Et talem diſpoſitionẽ eſſe in uno indiuiduo potius eſt miraculoſum q̃ humanũ. Auer.in prologo primi phyſi. Conſil'e uide in.3.de aĩa.14. & in.3.meteo.ultimo,in expõne media.&.2.cœli.cõ.primo.&.12.meta.cõ.14.&.1.de genera.cõ.38.

Ariſtoteles ea quæ ſunt manifeſta per ſe,quandoq; ponit ꝓ manifeſtis,apud eos qui ĩnati ſunt recipere illud quod eſt manifeſtum per ſe. Et quãdoq; utitur in declaratione eorũ propoſitionibus famoſioribus eis ad confirmãdum eas, & ideo quandoq; fit iteratio ſermonis.2.phyſi.cõ.85.¶ Colli ge ex hoc hanc eſſe unam cauſam reiterationis in ſcientia. Alia cauſa tangitur ex diuerſitate conſiderationis,& hoc ob ſeruauit Ariſto.in prima philoſophia, ubi multas demonſtrationes philoſophicas reiterauit,ſed altiori modo, ut dicit Cõmenta.2.meta.cõ.6.Tertia cauſa eſt ad rememorã dum,& hoc præcipue obſeruat in logica,ut dicunt expoſi tores in libro priorum. Idem habet Cõmenta.2.phyſic. cõmen.90. Quarta cauſa eſt quando ordo ſcientiæ hoc re quirit.uide.3.phyſic.cõmen.48.de reiteratione tracta.de infinito,in libro de cœlo.

Ariſto.conſuetudo eſt præordinare ſermones logicos ſermonibus demonſtratiuis,qui habẽt cum cognitione rei,diſſolutionem illorum ſermonum contrariorum.4.phy.cõ.3.& 2.de aĩa.cõ.136.&.3.meta.com̃.primo.quod q̃uo ueritatem contineat,uide in concordantijs.

Ariſtoteles utitur exemplis rhetoris, propter difficultatem imginandi.4.phyſi.cõmen.84.& primo phyſi.81.& tertio de anima.14.

Ariſto.ut dicitur,compoſuit philoſophiam extraneã.4.phy. cõmen.87. Et ibi uide quid ſit philoſophia extranea.uide etiam in primo cœli.tex.cõmen.100.

Ariſto.in inueniẽdo diffinitiones,multotiẽs utitur uia ablationis,q̃ uiam dãnauit Alpharabius.4.phyſi.c.101.

Ariſto.



Ariſto.plerũq; adducit exempla ĩn literis, ut ſermo eius ſit magis manifeſtus.6.phyſi.com̃.16.

Ariſtoteles & omnes Peripatetici dicunt hîc eſſe tranſmutationes quæ fiunt in non tempore.6.phyſi.com̃.32.

Ariſto.in.7.phyſi.uerſus finem non loquitur niſi de motoribus materialibus.Auer.7.phyſi.com̃.35.

Ariſtotelis prima intentio eſt in.8.phyſi.pertractare de primo motore, ideo quæſiuit utrum motus ſit antiquus uel nouus.8.phyſi.cõmen.primo.

Ariſto.opinio non eſt ut ante motũ cõtinentem totũ ſit motus,aut ante tranſmutationem quæ eſt prima trãſmutatio, ſit tranſmutatio.8.phyſi.com̃.primo.

Ariſto.opinio fuit ꝙ principia trãſmutationis ſunt quatuor q̃litates,caliditas,frigiditas,humiditas,& ſiccitas:ſed opinio antiquorum fuit ꝙ principium trãſmutationis ſunt raritas & denſitas.8.phyſi.com̃.55.

Ariſtoteles opinatus eſt impoſſibile eſſe,aliquid eſſe ęternũ, in quo eſt potentia ad corruptionem:& hoc demonſtrauit in fine primi de cœlo & mundo,contra Alexan. Cõmen. 8.phyſi.cõ.79.& eſt contra opinionem Platonis, & Auic. idem.1.cap.de ſubſtantia orbis.& 12.meta.41.

Ariſtoteles primo inuenit & ſciuit naturam primæ materiæ principaliter.primo phyſi.com̃.78.

Ariſto.ſcripta atq; cõmentationes ſunt duarum ſpecierum, una eorum quæ exteriora nominabat, altera uerò q̃ auſcultatoria. Vide pro hoc Simplicium clarè loquentem in prologo phyſi.uide etiam Auer.in primo.cœli.100.

Ariſto.uia eſt minoris ambiguitatis in philoſophia,& remotior à contradictione:& ideo ſubſtẽtatis ſumus ſuper ſententia eius. Auer.2.cœli.com̃.primo.authoritate Alexan. & 12.metaphyſi.18.

Ariſtotelis intentio eſt in libro de cœlo & mundo,inquirere de mũdo eiuſq; primarijs partibus,& de omni inſuper q̃d mundum ipſum parteſq; primarias cõſequitur. Auer.ſententia in paraphraſi libri de cœlo.in princ.& in 3.cœli.cõ. 1.& ultimo.ubi notat ꝙ aliter conſiderantur elementa in libro de cœlo,& aliter ĩn libro de generatione:quia in ſcientia libri de cœlo conſiderantur inquantum ſunt partes mundi, in ſcientia autem libri de generatione inquantum ſunt cauſę corporum compoſitorum.¶ Ex quo patet Auer. non diſcrepare ab Alex.in ſubiecta iſtius libri.ſicut quidã ei falſò impoſuere,ꝙ ſit corpus ſimplex ut tenuit Simpli. — Cõtra Pe. Põponac.

Ariſto.utitur diuiſione & inductione,in declaratione eorum quæ ſunt latẽtiora primis cognitionibus, & apertiora primis quæſtionibus.1.cœli cõ.2.& 6.phy.41.et 2.phyſi.cõ.3.&.1.priorum.in digreſ.de ſyll'o.hypothetico.

Ariſto. conſueuit adducere rationes famoſas poſt rationes certificantes.primo cœli.cõmen.2.idem primo de anima. cõmen.65.uide in concordantijs.

Ariſto.fuit primus ex Græcis,qui poſuit cœlum eſſe ingenerabile & incorruptibile:ſed fuit opinio antiqua Chaldeorum.primo cœli.com̃.22.&.102.

Ariſto.utitur ſermonibus probabilibus duobus modis,aliquando præinducens eos ante demõſtratiuos,& ad exercitandum,& ad dubitandum: & aliquando poſt, ut faciat conuen re.primo cœli.com̃.85.

Ariſto.ſermo eſt breuis,& ita eſt de quolibet uerbo eius.1. phyſi.cõ.35.idem.1.de genera.cõ.38.&.1.phy.cõ.6.¶ Aduerte tamen ꝙ breuitate utitur ꝓpter obſcuritate, iuxta illud Horatij: Cum breuis eſſe laboro obſcurus fio.Et præſertim hoc obſeruat in principijs librorum,(ut notant græci expoſitores)ut rudiũ ingenia deterreat.Nã nouit Ariſto. non quemlibet eſſe aptum ad philoſophandum.

Ariſto.opinatur ꝙ ſub polo meridionali ſit habitatio.2.cœli com̃.16.idem.3.de anima.cõ.5.in.ſol'one.2.q̃ſtionis.

Ariſto. opinabatur ſolem eſſe ſub Mercurio, econtrario q̃ Ptolomæus.2.cœli.cõmen.53.

Ariſto.fecit librum qui dicitur de regiminibus cœleſtibus. ſecundo cœli.cõmen.68.

Ariſto.plerũq; ſolet deſtructionem conſequentis prætermittere, conſiderando ꝙ audiens intelligit,ſicut dimittit multas propoſitiones manifeſtas per ſe.3.cœli.com̃.23.

Ariſto.fuit primus qui dixit modum quo ſit generatio in ſubſtantia,& nullus antiquorum ante ipſum dixit illum.3.cœli.com̃.68.&.12.meta.cõmen.18.

Ariſto.ſæpe utitur iſto mõ arguendi,ex falſo poſſibili deducendo falſum impoſ'e. Auer.in paraphraſi.3.cœli.in ſumma.3.parte.2.in cõtradictione prima.idem.4.phy.cõ.72. ubi etiam aſſerit ꝙ etiã Plato ſępe utitur iſto mõ.uide pro hoc 6.phy.cõ.15.&.7.phy.cõ.2.&.5.phyſi.cõ.45.

Ariſt.reſiſtit Platoni quia forma non eſt cauſa agens ſimpl'r, ſed quia ſunt cauſæ propinquæ & eſſentiales: ponit enim Ariſt.formas agẽtes, quãuis eſſe earũ apud ipſum ſit aliud ab eſſe earum apud Platonem. Differt q̃dem à Platone in mõ eſſendi formas,et in mõ actionis earum tm̃:non in eſſe earum ſimpl'r neq; in actiõe earum ſimpl'r.2.de gñatione cõmen.52.uide calce cõmenti.18.12.meta.

Ariſt.iſtis uerbis, uidet̃,& exiſtimat̃,utit̃ loco certitudinis, in locis in quibus certitudo eſt famoſa.1.de anima.c.19.

Ariſtoteles aſſimilat intell'm ſphæræ,quia reuertit̃ ſupra ſe, & intelligit ſe.ſed aĩa ſenſibilis & deſideratiua hoc non habet,quia motus earum & actio non aſſil'atur circulationi.1. de aĩa.cõ.46.& habet̃ in tex.¶ Ex hoc patet quãtum à ueritate deuiauerit. Pet.Põnatius,in apologia ſua de falſa illa opinione de mortalitate aĩæ intellectiuæ,q̃ ĩpoſuit Ariſto. Expſſe enim in Timæum arguens dicit nõ bene dici aĩam magnitudinẽ eſſe,eam enim q̃ uniuerſi,manifeſtum ꝙ talẽ eſſe uult qualis ẽ aliq̃n uocatus intell's, nõ enim ueluti ſenſitiua eſt,neq; ut deſideratiua. harum.n.motus nõ circulatio eſt.Vbi Cõmẽ.notat pallegatam authoritatẽ, ꝙ intell's apud Ariſto.aſſil'atur ſphæræ, quia ĩntelligit ſe & reuertit̃ ſupra ſe.Sed dicebãt ꝙ oculus ẽ organicus, & nullus ſanĩ capitis negare poteſt oculũ cognoſcere ſe uidere:& cogitatiua nõne cognoſcit an de aliquo cogitet? Negare enĩ hoc, ut aſſerit,ſil'e eſt inſaniæ.Nam Ariſto.Themi.& cæteri interp̃tes illud manifeſtè ponũt in.2.de aĩa.Authoritas eſt ẽt Them.in.1.de aĩa ſuper.tex.10.ubi dicit: Sentire ſe & imaginari,nemo eſt qui nõ intelligat, fide ad id uel experimẽti ducta,quorũ iudicio nullũ exq̃ſitius eſt. Diuus etiam Tho. in q̃õnibus de ueritate,q̃ſito.9.primæ q̃õnis apertiſſimè dicit unũquẽq; ſenſum ſentire ſe ſentire.Decima etiam q̃õne quæ eſt de mẽte,dicit uiſum uidere:quis aũt neget ſenſum uirtutem eẽ organicam?Et ſubdit ꝙ non eſt uerũ ſemp ꝙ organũ mediat inter uirtutẽ & obiectũ, licet fortaſſis illud ueritatem hr̃e põt de primo obiecto,non aũt de ſecũdario: Nam quãuis uiſus diſtet à colore uiſo,q̃d eſt eius primariũ obiectum,non tñ à ſua operatione q̃ eſt ſecũdarium obm̃. ¶ Dicimus nos ꝙ mirum eſt de iſto uiro,q̃uo talia Ariſtoteli & Themiſtio & alijs expoſitoribus in.2.de aĩa imponat.Immo Them.in.2.de aĩa.ĩ expõne tex.148.ubi Ariſt. q̃õnem motam,an per uiſum cognoſcamus nos uidere abſoluit,inq̃t: Quẽadmodũ enim quãuis multi magiſtratibus libelliones,pragmatici,exceptores aſſideant; unus tñ eſt q̃ iús habeat ſnĩæ proferẽdę. Ita & his tãetſi multa inſtrumẽta machinamentaq; ſint,in q̃ rerum ſimulachra receptent: una tñ uis arbitra eſt q̃ de oĩbus ſciſcat,pronũciet,iudicet. Hæc illa uis eſt qua nos uiſu uidere,& auditu audire ſentimus:eadem enim potentia percipi actiones ſenſuũ neceſſe eſt,qua drĩas actionum ꝑcipimus.Non ergo uerũ eſt quod paulò antè uiſi ſumus ꝓbare,quũ diximus uiſu nos ſentire hoc ꝙ cernamus,& auditu ꝙ audiamus,hoc ſuum eſt ſenſus cõis ingenium munuſq;, cui notitiã oĩum ſenſibilium natura mandauit.Vbi quid clarius?¶ Iſtius ſnĩæ etiam q̃ ſequitur Themiſtius eſt Cõmen.2.de aĩa.cõ.144.qui cõtinuando intentionẽ Ariſto.dicit,ꝙ licet Ariſt.illam q̃õnem mouerit & ſoluerit ſuprà,in tex.cõ.136.& interpoſuerit.q̃dam in medio,iterum tñ reuertit̃ ſupra eandem q̃õnem & ꝓbat ꝙ uirtus illa ſit una,ut dicit in tex.145.¶ Ita etiã tenet Alber.in.2.de aĩa.trac.3.cap.7.in digre.de uirtutibus interioribus.Dicit.n.ꝙ ſenſus cõis utiq; ꝓpriũ eſt apph̃ẽdere opationes ſenſibiles.¶ Amplius Ariſt.in lib.de ſom.et uig. in colũ.3.expſſe dicit. Qm̃ autẽ exiſtit unicuiq; ſenſuũ ali-

Digreſſio an uirtutes ſẽſitiue cognoſcãt ſuos act9, cõtra diuum Thomã,& Pet.põpo.

Aduerſus Pet.põpo.

quid proprium, illud uerò aliquid cõmune: proprium quidem, uel ut uiſui uidere, auditui audire, & alijs ſecũdum eũdem modum. Eſt autem quædam & cõmunis potentia q̃ ſequitur omnes, quia & q̃d uidet & quod audit, ſentit. Non enim uiſu uidet, qm̃ uidet & iudicat. ¶ Vide etiam Themi. in lib. de ſomno & uigilia. cap. 6. & Alexan. in. 2. de anima. in cap. de ſenſu cõmuni. ubi dicit: Hoc autem ſenſu cõmuni, & uidentes nos & audientes, & ſingulis ſenſibus ſentiẽtes ſentimus: qui enim uidet audit'ue, audire ſeſe & uidere iam ſentit. Nãq; non alia poteſtate q̃ ſenſu nos ſentire percipimus: neq; tamen nos uidere uidemus, neq; nos audire audimus, quũ nec uidere ipſum haud uiſio uiſibilis ſit, neq; audire haud auditio audibilis ſit: ſed hoc primi et ꝓprij ſenſus qui communis dicitur, opus & functio eſt. Simile in paraphraſi de anima. cap. de impulſu, & ui impulſoria. Item in cap. de intellectu in actu. Idem in trac. de intellectu. cap. 1. Quid igitur clarius aut apertius ex mente Ariſt. Thimiſtij, Alexandri, Alberti, & Auerrois? Ariſt. enim ibi in. 2. de anima expreſſe. tex. cõmen. 148. & . 149. dicit ſenſum cõmunẽ ſecundum ꝙ quodãmodo eſt uirtus una & indiuiſibilis exiſtens, licet ſecundum alium modum quodãmodo exiſtens diuiſibilis iudicet de contrarijs: nã ut iudicat, eſt una: ut recipit quodãmodo, ut plures. Vnde Cõmen. cõm. 149. dicit & quaſi opinatur ꝙ uirtus primi ſentientis melius eſt, ut dicatur una forma & multa inſtrumentis copulatis cum ea, quæ pertranſeunt motus ſenſibilium, quouſq; copulentur cum ea q̃ dicere ipſam unam eſſe ſubiecto, & multa ſecundum formas quæ deſcribuntur in ea. Illud enim eſſe eſt dignius ſecundum ꝙ eſt iudicans, iſtud autem ſecundum ꝙ eſt recipiens. ¶ Amplius Ariſto. contra antiquos. 4. meta. tex. cõmen. 25. expreſſe dicit. Non enim ſenſus ſuimet eſt, ſed aliquid alterum preter ſenſum, quod prius eſſe ſenſu neceſſe eſt. Mouẽs enim moto prius eſt natura, & utiq; ſi hęc adinuicem dicantur nihil minus. Quem locum exponens Alexan. inquit: Poſtq̃ ex eorum opinione hoc ſequi docuit uidelicet ꝙ ſi ſublatus fuerit ſenſus, auferuntur ſenſibilia: ꝓtinus addit uerum eſſe ſenſationes actionesq́; ſenſuum nõ fore, ſi ſenſus non fuerint: at non item ſubiecta non fore in quibus ſenſuũ affectiones efficiunt̃. Falſum eſt enim dictu ſublatis ſenſibus ſubiecta tolli, à quibus affectiones in ſenſibus gignunt̃. Si enim ſenſus non ſui ſenſus et perceptio eſt, ſed extraneæ ſemper cuiuſpiam rei certæ, quod ſenſationẽ & ſenſus affectionem efficit id, ut prius ſit q̃ ſenſus percipiens ipſum neceſſe eſt. Nec ualet ſi dicas ꝙ hoc eſt uerum reſpectu primarij obiecti, ſed non reſpectu ſecũdarij: nam Alexan. dicit ꝙ ſenſus ſemper eſt externæ cuiuſpiam rei, alioquin oporteret dicere ſenſum cognoſcere ſeipſum, poſt cognitionem aliorum, ſicut eſt de intellectu materiali qui non cognoſcit ſe niſi poſt aliorum cognitionem. 3. de anima. tex. cõmen. 8. quod dicere eſt figmento ſimile. Et beatus Thom. ibi etiam in expoſitione tex. 25. expreſſe dicit ꝙ uiſus non uidet ſe, ſed colorem. Vide tamẽ cõmentum. 39. 12. meta. in fine & cogita. Vide in phyſicis diſputationibus contra Algazelem, diſputa. 2. in ſolutione 6. dubij. Et in libro de coniunctione intellectus abſtracti cum homine, expreſſe dicit ꝙ formæ apprehendentes, materiales. ſ. uirtutes ſenſitiuę, non apprehendunt ſeipſas neq; finem ſuæ diſpoſitionis. ¶ Ioãnes etiam grãmaticus in principio primi de aĩa, ubi ſpecialiter probat intellectum non eſſe corpus, oſtendit quia nullum corpus nec uirtus in corpore eſt conuerſiuum ſupra ſe, nec cognoſcit ſe: unde neq; uiſus cognoſcit ſe neque auditus. ¶ Sed quid cauſæ fuit ꝙ iſte uir deceptus eſt? proculdubio illud q̃d aſſerit Cõmen. 4. phyſi. cõm. 95. ubi Ariſto. reprehendit illos qui aſſerebãt tempus eſſe motũ, ubi Cõmenta. inquit ꝙ multotiens exiſtimatur ꝙ illud quod ſequitur rẽ, ſit ipſa res: ita in caſu noſtro, quia cum nos oculo uidemus aliquam rem, quia coniungit̃ uirtus ſuperior, uidelicet ſenſus cõmunis qui eſt apprehendens oculi uiſionem, & quia per ſenſum cõmunem oculo applicatum diſcernimus & percipimus nos uidere, credimus iſtud iudicium fieri in nobis per oculum, cum re uera ſit ſenſus cõmunis. Nam quãdo aliqua operatio attribuitur duobus, quorum alterum concurrit ut organum, alterum uerò ut agens principale, illa operatio ſimpliciter attribuitur agenti principali & non inſtrumento: ut colligit̃ ex. 2. de anima. tex. cõmen. 41. contra antiquos qui motum augmenti attribuebant igni. Ariſto. autem. uult ꝙ augmentatio ſit ab anima, & non ab igne, quia ignis concurrit ut inſtrumentum & ut concauſa. Immo. 2. de generatione tex. cõmen. 55. inquit: Motio ignis eſt deterior q̃ motio organi, cuius cauſam uide ab Auer. ibi. ¶ Ad propoſitum igitur bene ſentimus nos ſentire, & percipimus nos uidere, ſed hoc nõ eſt per uirtutem particularem cuius eſt talis actus. Vnde non percipimus nos uidere per uirtutẽ uiſiuam oculi, ſed per uirtutem ſuperiorem illa uirtute, puta per ſenſum cõmunem. Et bene percipimus nos ponere differentiã inter ſenſibilia ꝓpria diuerſorum ſenſuum, quod eſt opus ſenſus cõmunis: ſed ſenſus cõmunis non eſt qui percipiat ſe illum actum exercere, ſed eſt uirtus ſuperior & ſpiritualior. In homine enim eſt cogitatiua, & in brutis eſt æſtimatiua. Si autem inter ſenſitiuas iſtæ ſunt ſuprẽmę, dicemus hominem actum cogitãdi percipere, aut per intellectum qui eſt uirtus abſtracta, aut ſi hoc cõpetit cogitatiuæ hominis, eſt ex ſpeciali quodam priuilegio, ex quo eſt multum uicina intellectui, & aliquid ex proprietatibus ĩtellectus participat. Pro hoc autem facit authoritas Simplicij in 2. de anima. in expoſitione tex. 136. ubi locum Iamblici ꝙ ſenſitiua æquiuoce dicitur de ſenſitiua bruti & ſenſitiua noſtra interpretatur, dicens ꝙ ſentire ſe ſentire eſt humanæ uitæ, quæ rationalis eſt proprium, & ſoli homini competit: nam rationalis uitæ opus eſt ſupra ſeipſum cõuerti. Et ratio quia uirtus organica & corporalis non poteſt conuerti ſupra ſeipſam talis eſt. Nam omne corpus & uirtus in corpore eſt diuiſibilis, & habet partes extra ꝑtes, loco & ſubiecto diſtinctas. Conuerſio autem alicuius in ſeipſum in indiuiſibili cõſiſtit. Corpus autem & uirtus in corpore in indiuiſibili conſiſtere non poteſt: omne enim corpus eſt diuiſibile in ĩfinitum. Et ideo ſolius uirtutis ĩmaterialis eſt proprium ſupra ſeipſam conuerti. Tenet autem Simplicius ſenſitiuas uirtutes eſſe potentias animæ rationalis, ſicut & intellectus, & ideo tenet illud eſſe proprium ſenſitiuę hominis, licet Cõmenta. illud non teneat. ¶ In conſimili tamẽ habet Diuus Thom. ĩn. 2. de anima. lec. 13. in expoſitiõe tex. 65. ubi inq̃t ꝙ differenter ſe habet cogitatiua hominis ab æſtimatiua bruti. Nã cogitatiua apprehendit indiuiduum ut exiſtens ſub natura cõmuni, quod contingit ei inquãtum unitur intellectiuæ in eodem ſuppoſito, ut cognoſcit hunc hominem prout eſt hic homo. Aeſtimatiua autem bruti non apprehẽdit aliquod indiuiduum ſecundum ꝙ eſt ſub natura cõmuni, ſed ſolum ſecundum ꝙ eſt terminus aut principiũ alicuius actionis aut paſſionis: ſicut ouis cognoſcit hunc agnum, non inquantum eſt agnus, ſed inquantum eſt lactabilis, & hanc herbam inquantum eſt eius cibus. Ita etiam dico ꝙ licet in brutis uirtus ſuperior apprehendat actũ inferioris uirtutis, quia ſunt differentes in perfectione & gradu altiori, una ſit reſpectu alterius: ubi tamen deuentum eſt ad actum ſuprẽmæ uirtutis, qualis eſt actus ęſtimatiuę aut memoratiuę, dico ꝙ bruta non poſſunt illum actum apprehẽdere: quia neq; per inferiorem uirtutem hoc fieri poteſt, ut clarũ eſt, neq; per uirtutem illam cuius ponitur actus, cum ſit organica. Nulla enim uirtus organica conuerſiua eſt ſupra ſuum actum, q̃a ſi eſſet conuerſiua ſupra actum ſuum, eſſet etiam cõuerſiua ſupra ſuam eſſentiam, & ita in uirtute ſenſitiua eſſet motus & actio circularis, quod Ariſto. expreſſe negat contra Timæum. Themiſtius etiã in libro primo de memoria & reminiſcentia. cap. 5. ponens differentiam inter memoriã hominis & brutorum, ponit duas differentias: quia bruta hoc ſolum cognoſcũt præſens & præteritum tempus, in quibus eſt memoria, non futurum ut homo. Secunda differẽtia eſt quia homo percipit ſe recordari, quod tamen brutis eſt negatum. Ecce igitur ꝙ cum memoria ſit altior uirtus & ſpiritualior, ut dicit Cõmen. 3. de aĩa. cõ. 6. & tñ non percipit

actum



Inſtat aduerſus Diuum Tho.

actũ ſuũ in brutis. ¶ Nõ poſſum aũt nõ mirari de D. Tho. ĩ loco ꝑallegato, nã tenet ſenſum nõ poſſe apꝑhẽdere ſuã eſſentiã. Cuius rõnẽ (ut inq̃t) Auicẽna talem adduxit, q̃a ſenſus nihil cognoſcit niſi ꝑ organũ corporale: nõ ẽ aũt poſſibile ut organũ corꝑale mediũ cadat ĩter potẽtiã ſẽſitiuã & ſeipsũ. Sed ſi hoc eſt, q̃uo ſenſus cognoſcit ſuum actum? ſi enim per ſe organum non eſt neceſſarium potentiæ ſentiẽti ad ꝑcipiẽdũ actũ ſuũ, uidebit̃ igit̃ ſequi actum ſenſitiuæ uirtutis eſſe magis abſtractum à materia, q̃ ſit eſſentia ipſius uirtutis: itaq; accidentia erũt magis abſtracta q̃ eſſentia, quod uidetur abſurdum. Confirmatur quia actus ille magis dependet à potentia iudicante actum & eliciente, q̃. ab obiecto. Igitur ſi actus ſine organo poteſt cognoſci ut dependet ab obiecto, multo magis ut dependet à potẽtia. ¶ Et cõfirmatur melius, quia actus iſte uirtutis ſenſitiuę eſt organicus, & dependet à corpore ut ab obiecto, & ut à ſubiecto. Si igit̃ aĩa & potẽtia ſenſitiua nõ eſt cõuerſiua ſupra ſe, q̃a eſt uirtus alligata organo: nõ ẽt erit conuerſiua ſupra ſuum actum. Nam ſi inter actum & potentiam nõ mediat organum, cum deuẽtum eſt ad actum, quid prohibet quin poſſit progreſſus ab actu fieri ad potentiam? nõ uideo. Implicat igitur manifeſtè ſenſum poſſe conuerti ſupra actum ſuum, & non poſſe conuerti ſupra ſeipſum, niſi poneretur actum illum eſſe abſtractum ab organo, ſicut eſt de actu intellectus, & potentiam eſſe organicam: quod nullus ſani capitis adhuc ſomniare potuit. Si enim organum eſt neceſſarium propter primarium obiectum, & non propter ſecundarium, cuius eſt actus per uos: ſequitur iſtum actum non eſſe organicum, & ita non erit ſentire actus coniuncti ſed actus animæ tantum. Cuius oppoſitum dicit Philoſophus. 1. de anima. tex. cõ. 14. ubi dicit: Videntur autem & animæ paſſiones omnes cum corpore eſſe, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia: adhuc autem & amare & odire, ſimul enim ijs patitur aliquid corpus. unde cõtra antiquos ibidem. tex. cõ. 64. ſubiungit: Dicere autem irraſci animam, ac ſi aliquis dicat eam texere aut ædificare. ¶ Præterea. Si potentia ſenſitiua percipit actum ſuum, quare non percipit ſuum organum? Vnde Auic. dicit in. 6. naturalium. in fine. ꝙ imaginatiua non imaginatur ſuum organum, & ita etiam nõ imaginatur ſuam imaginationem. Sicut enim uiſio nõ eſt uiſibilis, ſic nec imaginatio eſt imaginabilis. Illa enim ratione Alex. probat in. 2. de anima ꝑ ſenſum communem ſentire nos uidere, & nos audire, q̃a non uidemus ipſum uidere, quia uiſio non eſt uiſibil'. Amplius eſſentia animæ potentia & actus ita ſe habent, ſecũdum iſtam uiam, ꝙ potẽtia mediat inter eſſentiam et actũ: quia tenet D. Tho. potentias animæ realiter diſtingui ab eſſentia animæ. Si igitur potentia ſenſitiua quæ eſt organica poteſt cognoſcere actum ſuum, quare non poteſt eſſentiam animæ cognoſcere? Dices quia inter potentiam et eſſentiam nõ cadit medium organum corporeum, quia ſenſus q̃cq̃d cognoſcit, cognoſcit ꝑ organũ corporale: Modò ſtãte eadẽ cã ſeq̃t̃ eadẽ conclo, q̃a neq; cognoſcit ſuũ actũ. ¶ Vnde Alber. cognomento magnus in. 3. de aĩa. ca. 14. in trac. 1. expreſſe tenet ꝙ nulla uirtus organica apprẽhendit ſe uel inſtrumentum ſuum, quin imaginatio nec ſe nec inſtrumentum ſuum imaginatur, & ſic eſt de omnibus alijs organicis. Vnde ſi uiſus cognoſcit ſuũ uidere, deberet etiã cognoſcere oculum quo fit uiſio, & cognoſcere ſeipſum, ut deduximus. ¶ Veruntamen ipſe etiam Diuus Tho. in. 2. de anima, ut prætactum eſt, in expoſitione tex. 65. expreſſe dicit ꝙ ſenſu cõmuni percipimus nos uidere, quod nõ poſſunt facere ſenſus particulares. Idem etiam tenet in commento ſuper libro de ſomno & uigilia. ¶ Tandem contra iſtos qui tenent uiſum ſentire ſuum uidere, quærendum eſt cur non ſortiat pariformiter ſua organa? cur nõ ſpecies quibus fit uiſio? unde Ariſto. iſtam quæſtionem terminauit in 2. de anima, & præcipuè ſecundum Themiſt. & Alexan. in tex. cõ. 57. huius ratio eſt, quia ſentire conſiſtit in quodã moueri: nullus autem motus à iunctis inexiſq; prouenit, nam talia organa ſenſitiua licet uim ſentiendi contineant, non tamen ipſa ſeipſa mouent, ſed ſenſibilia: ſenſibilia autem non mouent nec impellunt, niſi remotiuſcula ſint: unde ſenſibile poſitum ſupra organum ſentiendi non cauſat ſenſationẽ. Et ſic à iunctis & innexis nulli ictus eueniũt, quia iam ipſi ſe ferirẽt ſenſus, quod fieri poſſe reclamat ratio: etenim neq; malleolus per ſe excudendo eſt, neq; ſerra ſecando, neq; terebrum inforando, ſed excuſſor & faber adhibẽdi, extrinſecus ſunt, quorum opera atq; ui & entia illa conſiſtant, excusſio, inforatio, ſectio. Themiſtius ibidem: Modò actus uidendi eſt immediatè coniunctus potentię per uos quia non indiget organo, ergo non mouet potentiam propter eandem rationem: quia potentia ſenſitiua ad hoc ut exeat in actum ſentiendi, oportet ut moueatur, & forma exiſtẽs in ſubiecto non mouet ſubiectũ nec alterat ipſum.

Ariſtotelis conſuetudo eſt inducere ſermones ſufficientes, aut poſt demonſtratiuos, aut in locis in quibus non poteſt habere ſermones demonſtratiuos. 1. de anima. cõm. 65.

Ariſtoteles non opinatur ꝙ anima faciat actiones diuerſas, per uirtutes diuerſas et unica membra tãtum, neq; per unicas uirtutes & membra diuerſa tantum, neq; etiam per uirtutes diuerſas & membra diuerſa tantum. Sed opinatur ꝙ faciat per uirtutes diuerſas & membra unica. ſ. principalia & membra diuerſa. 1. de anima. cõmen. 89. & . 92. Vide lucidisſimum Themiſt. in. 1. de anima. in cap. 3. in expoſitione tex. 7. Et eundem ibidem. cap. 35. ubi ponit differẽtiam inter opinionem Platonis & Ariſtot. quorum alter diuiſit animam per partes, alter uerò per potentias: magna enim eſt differentia inter potentiam & partem.

Ariſtoteles tenuit ꝙ non eſt habitatio ſub æquinoctiali, propter dominium caliditatis. 2. meteo. cap. 2.

Ariſtoteles fuit regula in natura & exemplar, quod natura inuenit ad demonſtrandum ultimam perfectionem humanam in materijs. 3. de anima. cõm. 14. Conſimile etiam habes ſuprà in prologo primi phyſi. & . 1. de genera. cõm. 38. & . 3. meteo. cap. de iride. Auer. inſuper in. 1. de generatione animalium in digresſio, contra Galenum, ita ſcribit de Ariſtotele audemus Deum qui ſuperauit hunc uirũ ab alijs in perfectione, appropriauitq́; ei ultimã dignitatem humanam, quã non oĩs homo poteſt in quacũq; ætate attingere.

Ariſtoteles narrauit ꝙ quidam paſſus fuit debilitatem uiſus qui uidebat ante ſe ſuam imaginem ſeu figuram ĩ aere: nã aer fuit ſicut ſpeculum reſpectu uiſus eius. 3. meteo. cap. 1.

Ariſto. in ſcientia diuina adducit multa, quæ fuerunt declarata in ſciẽtia naturali propter tres cauſas, quarum prima refertur ad rememorationem, quæ tangitur. 1. meta. cõ. 15. Secunda quia utraq; ſciẽtia cõſiderat de principijs ſubſtantię ſenſibilis inquantum ſenſibilis eſt, ſed diuinus de principijs ſubſtantiæ quatenus ſubſtantia, & inquantum ens, iſtam etiam cauſam tangit Cõ. in eodem loco, & in cõ. 18. & . 7. met. tex. 9. & . 39. & . 12. met. 1. 5. 6. & . 29. cõ. & in. 8. met. cõ. 4. & . 4. met. cõ. 1. & . 6. met. tex. cõ. 1. & . 2. phy. cõ. 4. & . 21. Tertia cauſa, quia licet eædem demonſtrationes adducantur in naturali philoſophia & in ſcientia diuina, tamen uniuerſaliori modo in ſcientia diuina adducuntur. Vide pro hoc. 2. met. cõmen. 6.

Ariſt. opinabatur ꝙ intellecta rerum notificant ſubãs rerũ, & non ſunt ſubæ earum. 1. met. cõmen. 45.

Ariſto. innuit ſe comprehendere ueritatem ſimpliciter, aut in maiori parte, ſecundum ꝙ eſt poſſibile in humana natura. 2. meta. cõmen. 1. Idem. 3. de anima. cõ. 14. & alibi.

Ariſto. in metaphy. dum adducit demonſtrationes ſcientiæ naturalis, tamen inducit eas uniuerſalius: quoniam quãtò demonſtratio fuerit uniuerſalior, tantò magis erit propria illi ſcientiæ. Et Ariſto. obſeruat ſe in hac intentione. ſ. in inducendo demõſtrationes uniuerſales, alio modo q̃ in ſciẽtia naturali. Et hæc eſt cauſa reiterationis earum demonſtrationum in ſcientia diuina. 2. meta. cõmen. 6. ¶ Contra fatuos qui dicunt Ariſt. fuiſſe malum metaphyſicum, quia utitur eiſdem rationibus, quibus uſus fuit in ſcientia naturali. Iſti enim non animaduertunt ꝙ uniuerſaliori & altiori modo inducuntur ibi q̃ in naturalibus.

Ariſtotelis conſuetudo fuit in omnibus ſcientijs, in queſtionibus difficilibus inducere ſermones diſputatiuos, qui affirmant & deſtruunt idem: nullus enim ſcit quantum ſint difficiles, niſi ſciat illas per ſermones diſputatiuos. 3. meta. com̃. 1. Idem. 4. phyſico. com̃. 3. &. 51.

Ariſtotelis mos eſt inducere res famoſas poſt demonſtrationes. 4. phyſi. cõmen. 133.

Ariſtotelis ſermo in. 3. metaph. eſt ſecundum probabilitatẽ hominum. 3. metaphy. cõmen. 11.

Ariſt. in. 5. met. nõ intẽdit loq de ſpeciebus q̃titatis & qualitatis ſecundũ ꝙ ſunt prædicamẽta, ſed ſolũmodo intendit numerare intentiones quas ſignificant hæ dictiones, quantitas & qualitas. Sententia Auer. 5. meta. com̃. 19.

Ariſto. motus fuit ad ponendum motorem ſeparatum in uirtutum intelligentium factione, quia uirtutes intellectuales apud ipſum ſunt nõ mixtæ cum materia. Vnde neceſſe eſt ut illud quod non eſt mixtum cum materia, fiat à non mixto cũ materia quoquo modo, quemadmodum neceſſe eſt ut omne mixtum cum materia generetur à mixto cum materia. 7. meta. com̃. 31. ¶ Ex quo patet, ſecundum mentem Auer. intelligentias depẽdere à prima etiam in genere cauſæ efficientis quoquo modo, contra Grego. & Io. de Baccone, in. 2. ſententiarum diſt. 1. q. 1. qui uiolenter gloſant p̃ſentem authoritatem. Dicunt enim ꝙ per uirtutes intellectuales intellexit intellectionem, propter quam Ariſt. coactus fuit in. 3. de anima ponere intellectum agentem. Sed tunc impropria eſſet Auer. oratio ac ſermo, ſumere habitũ per ipſam potentiam, & actum ſecundum per actum primum. Virtutes enim intellectuales ſunt intelligentiæ, propriè loquendo, non intellectiones, ſed tales ſunt habitus talium uirtutum, aut ſignificantur per modum habitus.

Ariſto. ſententia (ut dicit Alexan.) eſt minoris ambiguitatis omnium ſentẽtiarum, & magis conueniens ut ſit uera. 12. meta. cõ. 18. in. 2. col. Idem. 2. cœli. com̃. 1.

Ariſtote. opinio de generatione quomodo fiat requiratur. 12. metaphyſico. cõ. 18. iuxta dimidium commenti ibi. Tertia autem opinio Ariſto.

Ariſto. concedit ꝙ mundus eſt unus & ab uno procedit, & ꝙ unum eſt cauſa unitatis quodammodo, & pluralitatis cauſa alio modo. ex libro deſtruct. deſtr. diſp. 3. in ſol. 12. dub. in fine.

Ariſto. opinio eſt ſumma ueritas, prout ſuus intellectus fuit finis humani intellectus: quare præclarè de Ariſto. dicitur, ꝙ ipſe creatus fuit & datus nobis diuina prouiſione, ut nõ ignoremus poſſibilia ſciendi. ex libro deſtruct. diſputa. 3. in ſolutione. 13. dub.

Ariſto. conſueuit in omnibus ſuis libris adducere rationes ſuorum aduerſariorum, et cauſam. ex libro deſtru. diſpu. 3. in ſolutione. 18. dubij. col. 8.

Ariſto. fuit princeps quo perficiuntur omnes ſapientes poſt eum, licet differant in intelligendo uerba eius, & in eo ꝙ ſequitur ex eis. ex libello de cõtinuatione intellectus abſtracti cum homine. Idem. 3. de anima. 14. & alibi ſæpe.

Ariſto. utitur uia compoſita ex diuiſione & ex ſenſus, conuenientia in enumerandis ſubiectis ſcientiæ de animalibus. Cõmen. in. 1. de partibus. col. penul.

Ariſto. in libris nouem de natura animalium proceſſit ex fide ſenſus, & ex ijs quæ reuelata ſibi fuerunt, per indubitatam reuelationem. Auer. ibidem. ¶ Et inde ſcis quare liber ille dicitur liber de hiſtorijs animalium.

Ariſto. demõſtrationes ſuaptæ ſunt ex propoſitionibus naturalibus primis, & uniuerſalibus, & eſſentialibus: & ꝓprietas talium demonſtrationum eſt, ut nullus ex quinque ſenſibus eis contradicat. Cõmẽ. in. 2. de partibus animalium contra Gale. in cap. de cerebro. Vide de iſtis demõſtrationibus etiam. 8. phy. &. 1. cœli. 22.

Ariſto. opinatus eſt principium ſanguinis & uenarum eſſe cor, propter duas rationes, quas require in. 3. de partibus animalium. cap. de corde.

Ariſt. in libris de partibus animalium, uniuerſalia iuuamenta proſequutus eſt per ſummas, ſed reſtat multa particularia iuuamenta proſequi, quæ Galenus ſolum de homine ꝓſequutus eſt, promittens idem de omni genere animalium ſe facturum. ex Auer. ſuper cõmen. libri. 4. de partibus animalium. in fine libri.

Ariſto. dixit ꝙ in terra Latinorum ſunt duo flumina, ex quorum uno oues bibentes generant maſculos, & ex alio fœmina. 3. colliget. cap. 3.

Ariſto. philoſophiæ pater, non ſtuduit in maiori parte librorum ſuorum facere diuiſiones in unaquaq; re, quia illę nõ inducuntur ab authoribus niſi propter debilitatem diſcretiuæ ſcolarium. ex ſententia Auer. 1. colliget. cap. 1.

Ariſtoteli non debet tribui in defectum, ſi eius tempore non fuit cognitum aliud iuuamentum diaphragmatis, niſi ut diſtinguat membra ſuperiora ab inferioribus. Nam eius tempore ars anatomię nõ erat completa ſicut fuit tempore Galeni, qui poſuit ꝙ prima operatio iſtius mẽbri eſt propter modum anhelitus. 2. colliget. cap. 19. de iuua. membro. motus anhelitus. Idem. 2. de anima. 123.

Ariſtotelicus mos eſt generum loco uti uocabulis ſpecierũ. Themiſtij ſententia in. 4. phy. in tex. com̃. 45. ubi dicit per accidens ibi ſummi generalius q̃ ſuprà, ut eſt per aliud.

Ariſto. in. 1. de anima potius cauſa diſcernẽdi diſputandiq; diligentia, q̃ cum ſententia aut fiducia decernendi diſſeruit. Themi. 1. de anima. ca. 26. & eſt in expoſitione textus. 66. ¶ Ex hoc patet ſolutio ad Achillem Pet. Pomponatij, qui ꝓpter rationem Ariſto. in. 1. de anima. tex. cõ. 12. tenuit animam intellectiuam ſecundum Ariſt. eſſe mortalem, & nõ animaduertit ꝙ Ariſto. ibi proponit quæſtiones difficiles circa animæ ſubſtantiam, & circa accidẽtia eius, & eſt ſermo eius in diſputatione. Nam locus decernendi eſt in. 3. de anima, ut omnes expoſitores fatentur.

Solutio ad Achillem Pet. Pomponatii.

Ariſtoteles mediam quandam rationem ſequutus, frutices animata non animalia nuncupauit, quę Plato confunderet: Stoici uerò neq; animata, neq; animalia faterentur. Them̃. 2. de anima. cap. 8. in fine.

Ariſtoteli in more eſt ſubſtantiæ & ſubiecto accidentis appellationem aſciſcere. Themi. in. 2. de anima. cap. 21. in expoſitione tex. 65. Vbi Ariſto. loquens de ſenſibili per accidens, dat exemplum de Diarij filio. Dicit enim ꝙ accidit albo hoc ꝙ ſentitur. Et probat hoc etiam per illud Ariſto. in prædicamentis, in cap. de ad aliquid. ubi inquit: Circumſcriptis ſemotisq; reliquis rebus quæ accidunt domino. i. circũſcripto ſemotoq; homine, & cæteris de genere hoc.

Ariſtoteles in multis libris aliud doctrinæ principium fecit à principio quod eſt principium in re ueritate. Auer. ſentẽtia. 5. metaphy. com̃. 1. & eſt de mente Philoſophi ibi. Dicit enim ꝙ inter alias acceptiones principij, principiũ quãdoq; ſummitur pro principio rei, ſed à quo quis facillimè addiſcet. ¶ Et per hoc frater mi, poſſunt conciliari tot altercationes & rixæ inter Arabes, Latinos, & antiquos expoſitores de ordine librorum in ſcientia naturali, ſicut declaraui latè in Theorematibus.

Arithmeticus & geometra in enumerãdis ſuis ſubiectis utũtur uia diuiſionis, ſed aſtronomus enumerat ea ex ſenſu. ex com̃. ſuper primo de partibus animalium. col. 4. Sed naturalis ſcientiæ diuiſio non ſemper ſufficit de per ſe. Cauſa autem quare mathematicis ſufficiat in hoc diuiſio, & naturali ſcientiæ non deſeruiat, eſt quia ibi eadem ſunt naturæ nota & nobis, in naturalibus ſecùs eſt. Com̃. ibidem.

Ars medica & aliæ artes, per ſe ſunt paratæ ut agant in alia à ſubiecto in quo ſunt. 2. phy. com̃. 3. &. 2. &. 5. phy. cõ. 2.

Artes ſunt duobus modis, aut ars cuius principium extrinſecum eſt neceſſariò, ut ędificatoria: aut ars in qua per accidens poteſt contingere quòd principium ſit intrinſecum, ut medicina. 2. phyſico. cõmen. 3.

Artium quædam faciunt formas, & quędam præparãt materiam. 2. phy. tex. cõ. 24 &. 25.

Artes principãtes ſunt duobus modis. ſuprà. &. 1. ethi. ca. 1.

Artes ſunt tribus modis, aut operans ſimpliciter, aut utens ſimpliciter, aut operãs quodammodo et utens quodammodo. 2. phyſico. cõmen. 15.



Ars aliqua perficit quæ natura nõ poteſt operari, aliqua uerò imitatur. 2. phy. tex. & cõ. 78. &. 77.

Ars agit extra, natura uerò intra. 2. phyſi. cõmen. 86. 3. de anima. 18. 12. metaphy. 13.

Artes quædã utuntur cogitatione, quędã non. 2. phy. cõ. 86.

Ars eſt inducens ad cognitionem conuenientiæ & diuerſitatis in ſpeciebus, cùm non fuerint manifeſtæ per ſe, ſecundum regulas datas in. 7. topicorum. de eodem et diuerſo. 7. phyſico. cõmen. 31.

Artes mechanicæ & ſcientiæ uoluntarię omnes utuntur motu, & cùm motus deſtruitur, deſtruũtur omnia iſta. 8. phy. tex. cõmen. 22.

Artes ſpeculatiuæ dicuntur ueræ, quia conſiderans in eis uadit à determinatis rebus ad res determinatas, et per media terminata. 1. phy. cõmẽ. 1. Et ita Alexã. expoſuit locum illũ. ¶ Aduerte tamen ꝙ etiam ſcientiæ ſpeculatiuę appellantur ueritates, ut patet. 1. de anima. tex. cõ. 2. quia à fine unumquodq; denominare fas eſt, ut patet. 2. de aĩa. tex. com̃. 49. Finis autem ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt ueritas, et actiuarum opus. 2. meta. tex. cõmen. 3.

Artium ſpeculatiuarum aut ſuarum partium, ſunt quædam conſiderantes de rebus ſimplicibus carẽtibus principijs. Et hæc eſt diſpoſitio ſcientiæ conſiderantis de principijs cuiuslibet entis. 1. phyſic. com̃. 1. ¶ Vbi aduerte ꝙ iſta eſt ſcientia diuina. Ipſa enim eſt quę conſiderat altisſimas cauſas omnium entium in quantũ entia ſunt, ut patet ex proœmio meta. &. 4. meta. tex. com̃. primi. Nam in una ſui parte conſiderat de principijs entium ſenſibilium, inquãtum entia ſunt & inquantum ſubſtantiæ ſunt: in alia uerò de principijs entiũ ſempiternorũ, ut teſtat Auer. 12. met. cõ. 1. 2. 29. ¶ Ex hoc loco aliqui accipiunt entia æterna nõ habere cauſam efficiẽtem, quia Auer. exponit hìc per principium, cauſam agentem & mouentem. Vide in contradictio.

Artes non differunt abinuicem niſi aliquo iſtorum modorũ, aut confirmatione demonſtrationis, aut nobilitate ſubiecti aut utroq; primo de anima. cõmẽ. primo.

Ars imponit formam in tota materia, abſq; eo ꝙ in materia ſit aliquid exiſtens de intentione formæ, anteq̃ artificium fecerit eam. 3. de anima. cõ. 18. Idem. 6. ethi. cap. 5. &. 7. metaphy. cõ. 29. &. 12. meta. 13. &. 2. phy. 1. 3. &. 86. cõmẽ.

Artes operatiuæ exiſtimatum eſt ꝙ poſſunt acquiri in ſomno, ſed de ſcientijs ſpeculatiuis remotum eſt, in commento libri de diuinatione.

Ars imitatur naturam inquãtum poteſt. 4. meteo. tex. cõ. 28.

Ars fit cùm ex multis experimẽtalibus conceptionibus una fit ulꝭs, uelut de ſimilibus acceptio. ex ꝓœmio metaphy.

Ars eſt ulꝭium cognitio, experientia uerò ſingulariũ. ſuprà.

Arte ſcire et ĩtelligere, magis q̃ experimẽto arbitramur. ſup̃.

Artibus pluribus repertis, alijs quidem ad neceſſaria, alijs uerò ad introductionem: tales illis arbitrandum eſt ſapiẽtiores eſſe, propter id qđ ſciæ eorũ ad uſum nõ ſunt ſuprà.

Ars quælibet conſiderat de cauſis ſui ſubiecti. 1. met. cõ. 47. Vnde quomodo in. 2. phy. 22. &. 26. &. 12. met. 5.

Ars non deliberat. 2. phy. tex. cõ. 26. ¶ Nota ꝙ habet ueritatẽ ut in pluribus, ſed fallit in artibus utentibus coniectura, ut nautica & medicina: & ita gloſant Gręci & Auer. in commento, ut patet.

Arte & natura conſtantia habent materiam & agens. 7. metaphy. tex. cõmen. 22.

Arte confecta quædam eadem à natura etiam fieri poſſunt, quædam uerò ſolùm ab arte. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 29. Et ibi redditur cauſa.

Artes quædam adiuuant ſeinuicem. ſuprà. & in principio libri ethicorum.

Artium quædam materiam exornant, quædam uerò defectum & inualentiam corrigunt: Materiam exornant excuſſores, ſignifici, ſellularij: inualentiam corrigit medicina & agricultura. Themiſt. 1. de anima. 16.

Ars eſt ſpecies. 7. meta. tex. com̃. 30. ¶ Vbi, ut bene deduxit Cõmen. in com̃. iſta eſt differentia inter generata à natura & generata ab arte, quia in generatione rerum naturalium totum congregatum ex materia & forma eſt, ꝙ generat & ꝙ generatur, ſed in generatis ab arte totum non generatur à toto. Artificium enim non eſt niſi forma tantum generati, & non congregatũ ex materia & forma. Vide. 2. phy. 13. &. 3. de anima. 18. & in. 2. de anima. 8. &. 8. met. 12.

Artium quarundam actio cõponitur ex natura & arte, quarundam uerò artiũ à ſola arte eſt. 7. met. tex. cõ. 29. &. 30.

Artes omnes & factiuæ ſcientiæ, potentiæ ſunt. 9. met. tex. com̃. 3. Et ratio eſt (ut ibi dicitur) quia ſunt principia permutabilia in alio inquantum aliud.

Artes operatiuæ quædam acquiruntur per conſuetudinem, & quædam per rationem, & quædam per rationem & aſſuefactionem. 9. meta. cõmen. 10.

Ars nihil agit in corpore niſi in extremitatibus tantũ, natura uerò in ipſo corpore toto. 12. met. com̃. 18. authoritate Themiſtij. & eſt in prima parte digresſio.

Ars medicinalis eſt aliqualiter ſanitas. 12. met. tex. com̃. 24.

Artes multæ (ut multi opinati ſunt hominum) non acquirũtur ex humanis cõprehenſionibus: imo dicunt aliqui ꝙ traduntur à demonibus, aliqui uerò ꝙ traduntur ab angelis. ſ. prophetis: & ideo dixit quidam ſapientum ꝙ hæ artes ſunt maximum teſtimonium prophetiæ. ex libro deſtruct. diſpu. 3. ſol. 18. dub.

Ars quælibet cõtemplatiua duos habet habitus ſeu modos notitiæ, unus eſt rerum inquiſitarum in illa arte, alter uerò eſt canonum & ſemitæ propriæ ſecundum quam ſpeculatur artifex, ſi quid uerum aut falſum dictum eſt. ex cõmen. ſuper primo de partibus animalium. Et habetur in principio ab Ariſtote.

Ars extra opus ſuum & lucerna extra domus incendium. 1. de generatione animalium. cap. 18. iuxta dimidium.

Artes practicæ inquantum ſunt artes tria cõtinent, primum eſt ſcire loca ſuorum ſubiectorum, ſecundum eſt ſcire finẽ quæſitum ad ducẽdum ipſum in locis ſubiecti, tertium eſt ſcire inſtrumenta quibus ualeamus ducere finem illum in locum illius ſubiectu. 1. colliget cap. 1.

Artes omnes quæ ſuper materiam dominantur, aut ipſam ſunt manifeſtantes, tribus ſunt modis, aut erunt ſuperſiſtẽtes abſolutè quæ neq; materiam neq; formam faciunt, ſed præcipiunt: aut efficientes abſolutè quæ non præcipiunt, ſed faciunt formam in materia præparata: aut ſunt mediæ ut ſint efficientes in parte, & ſuperſiſtentes in parte. 6. colliget. cap. 1. Et habetur. 2. phyſi. tex. cõmen. 23. &. 24.

Artes operatiuæ nonnullæ materiam faciunt, ſed artes ſpeculatiuæ materiam cognoſcũt. Them̃. 2. phy. ſuper tex. 24.

Artes & ſcientiarum genera ſunt tria, uel. ſ. artes ſpeculatiuæ, & ſunt illę quarum finis eſt ſcire tantum: uel artes practicæ, quarum finis eſt propter opus: uel ſunt artes auxiliãtes ijs & dirigentes, et ſunt artes logicales. Auer. ſententia eſt in paraphraſi ſuæ meta. tra. 1. cap. 1. in prin. ¶ Et ex hoc ſcire potes, male ſentire illos qui aſſerũt logicam eſſe uerè ſcientiam: quorum aliqui dixerunt ipſam eſſe ſpeculatiuam ut Scotus & Antonius Andreæ, nonnulli uerò practicam. Sed ſententia Alexan. in topicis & in libro priorum, & ſententia Auer. (ut uides) fuit logicam non eſſe partem philoſophiæ, neq; practicæ, neq; ſpeculatiuæ, ſed organum. Et colligitur ſatis bene ex. 2. topicorum, ut notauit ibi Alexã. Et propterea in. 2. metaphy. dicitur ſciendi modus. Conſimilem ſententiam habet Cõmen. in. 2. poſteriorum. In cõmento magno, in principio.

Artes ſpeculatiuę ſunt uniuerſales & particulares, ut dicitur in libro poſteriorum.

Ars uniuerſalis eſt quæ contemplatur de ente abſolutè, & de cõcomitantibus ipſum eſſentialibus: cuius ſpecies ſunt tres. ſ. ars topicorum, ars elenchorum, & ſcientia diuina. ſuprà. Et habetur etiam. 4. metaphy. tex com̃. 5.

Ars particularis eſt quæ de ente quoquo modo ſpeculatur, & diuiditur in duo, in naturalem, quæ de ente tranſmutabili conſiderat: & in mathematicam, quæ de quantitate denudata à materia contemplatur. ſuprà.

Artes omnes actiuæ dicuntur potentiæ. Auer. in paraphra.

metaphyſi.tracta.1.cap.de potentia & actu. & ſunt potentiæ actiuæ, ut notat Alexan.in.1.topicorum.

Ars & natura dum errant, non longè diuertunt à fine: neq; id quod euenit diuerſum admodum aut alienum eſt ab eo quod propoſuerant. Themiſt.2.phyſi.82.

Ars & natura intendunt actum & non potentiam.9.meta. tex.cõmen.16.

Artifex neceſſe eſt ut ponat ſubiectum, de quo conſiderat et diuidat genera eius quaſi manifeſta in eſſe.

Artifex enim non poteſt demonſtrare ſubiectum ſuæ artis neq; ſpecies illius ſubiecti.2.de anima. com̃.27. Idem.7. meta.cõ.1.&.12.meta.cõ.5.&.1.phyſi. cõ. ultimo. &.2. phy.cõ.22.¶ Nota tamen ꝙ aliquibus ſcientijs ſufficit diuiſio in numerandis ſubiectis, ut arithmeticæ & geometrię, quædam autem talem numerum uenãtur ex ſenſu, ut aſtronomia: quædam uerò neutra uia ſibi ſufficit, ſicut ſcientiæ de animalibus. Com̃.in.1.de partibus animalium.col'.4.

Artifex demonſtratiuus diſtingit nomina ęquiuoca in ſcientia.4.phy.cõmen.24. quomodo ſit intelligendum, uide.3. meta.cõmen.1.&.5.meta.cõmen.1.

Artifex naturalis non ſolùm conſiderat corpora, et magnitudines & paſſiones iſtorum, uerumetiam & quę ſunt extra iſta, ut uacuum & infinitum.1.cœli.cõmen.1.

Artifex primò debet deſcribere genus de quo conſiderat.1. cœli.cõmen.2.

Artifex qui poteſt ſe aſſimilare naturæ ſecundum ſuum poſſe, eſt melior. Com̃.in lib.de ſenſu & ſenſato.

Artifices ſapientiores eſſe expers opinamur. ex procemio metaphyſicæ.

Artifex quilibet cùm uoluerit, nullo exiſtente impedimento agit ſuũ actũ. Iſta enim eſt diffinitio communis omnibus actis ab artificio.9.metaphy.tex.com̃.12.

Artifex artis inquantum eſt artifex, alterius artis non poteſt cognoſcere principia recepta in illa arte, quamuis ſciant illa. Neſcit enim ea niſi inquantum eſt artifex alterius artis. Auer.1.colliget.ca.1.Idem.2.phyſic.22,&.26.&.12.meta. cõmen.5.contra Auicen.

Artificiales res non agunt in ſe niſi per accidens.5.phyſico. com̃.2.idem.2.phyſi com̃.1.&tex.com̃.3.

Artificialia non habent uniuerſalia extra animam, nullus enĩ dixit hoc.1.metaphy.com̃.34.

Artificiales res uoluntate fiunt, ſed naturalia fiunt à natura. ex diſpu.1.in ſolu.1.dub.Et ex principio.2.phyſi.

Artificialia & naturalia conueniunt in iſtis tribus, uidelicet ꝙ habent materiã, & ꝙ ſunt per aliquid, & ꝙ ſunt aliqd. 7.meta.cõ.22.idem.3.de anima tex.com̃.17.

Artificiale indiuiduum eſt unum per uiolentiã.10. metaphy. com̃.1.&.11.& elicitur ex tex.

Artificiatum & uoluntas idem ſunt in forma.6.meta.cõ.1.

Arteriæ non dilatantur quia implentur ſicut utres, ſed contrà quia dilatantur ideo implentur ſicut folles. Gale.6.de utilita.particu.cap.ultimo.

Aſilum quid ſit, uide in.8.de natura animalium.cap.19.ubi dicitur eſſe ceu uermiculum effigie ſcorpionis magnitudine aranei.

Aſina conceptus incontinens eſt, genituram enim iniectam emittit: quamobrem uerberibus eam ſectantes cogunt ne id faciat. Ariſt.2.de generatione animalium.cap.6.idem.6. de natura animalium.cap.23.

Aſinus eſt animal frigidum, ideo in locis frigidis gigni non poteſt.ſuprà.

Aſinus ſi ſuperuenerit equam quam equus inierit, peruertet initum ob ſui ſeminis frigiditatem. Si uerò equus ſuperueniat aſinam quam aſinus inierit, non peruertet initum. Ariſto.2.de genera.animalium.cap.6. &.3.de generatio. aĩalium, cap.ulti.&.6.de natura aĩalium.cap.23.

Aſinus eſt animal maximè frigoris impatiens, quapropter ſcythica & pontica terra aſinis caret.8. de natura animalium.cap.25.

Aſperitas ſignificat ſiccitatem multam in ſuperficie rei aſperæ, lenitas uerò humiditatem in ſuperficie rei lenis. Et ideo lapides qui generantur in aqua ſicci ſunt et duri, & tamen ſunt lenes.

Aſſata habent exteriora ſicciora interioribus, in elixatis eſt è contrario.4.meteo.tex.cõ.28.

Aſſare magis opus eſt manus artificium q̃ elixare.ſuprà.

Aſſub & fulmina deſcendunt per partem aeris humidã permixtam cum eis.4.cœli.cõ.39.

Aſtra ſi non uiderentur à nobis, non minus exiſtimo forent ſempiternæ ſubſtantiæ, poſt eas quas nos uidemus.7.metaphy.tex.cõmen.58.

Aſtra & ſol ſemper agunt, et non eſt timendũ ne quandoq; ſtent.9.meta.tex.cõmen.17.

Aſtrologus conſiderat de figura ſolis & lunæ ſecundum ꝙ mens abſtrahit eas à motu.2.phy.cõmẽ.18. & idem habet Themiſt.uide in concordantijs.

Aſtrologus de ordine & ſitu & qualitate motuũ cœli, ut plurimum dat quia: & naturalis, propter quid.2.cœli.c.57.

Aſtrologus & naturalis licet eandem quęſtionem à priori et per cauſam abſoluant, differenter tamen.2.cœli.57.

Aſtrologi omnes diſſentiunt ab opinione tenente, Solem eſſe ſub Mercurio & Venere.2. cœli.cõ.58.

Aſtronomi non dantur ad iudicandum res futuras, niſi quia exiſtimant ſcire ex corporibus cœleſtibus, cauſas proprias generationis cuiuslibet indiuidui modorũ ſpeciei in com̃. libri de diuinatione ſecundum quietem.

Aſtrologiæ ſubiecta licet ſint mota.ſ.corpora cœleſtia, non tamen conſiderat de eis aſtrologus ſecundum ꝙ ſunt mota, ſed conſiderat de figuris & ſitibus eorum ſecundũ qualitatem motuum, & ſecundum uelocitatem & tarditatem: & conſiderat etiam quantitatem eorum. Naturalis uerò cõſiderat de naturis eorum ſecundum ꝙ ſunt mobilia, & declarat qualis modus motuum eſt poſſibilis in eis, & qualis non.1.met.cõ.19. Vide etiam.12.met.cõ.44.& in.2.phy. tex.cõ.18.19.&.2.cœli.com̃.57. Vide de differentia aſtrologi & phyſici, Themiſt.2.phyſi.ſuper tex.18.& pondera bene uerba eius.

Aſtronomi dicunt ꝙ quædam ſtellæ ſunt fortunatę & quędam infortunatæ & hoc non eſt poſſibile, ſed tantũ eſt poſſibile ſcire de eis ꝙ quędã ſunt meliores quibuſdam. Hoc enim inuenitur in abſolutis à motu, nedum in immobilibus.9.meta.com̃.19. & elicitur ex tex. in quo dicitur ꝙ in ſempiternis non eſt malum, neq; peccatũ, neq; corruptio.

Aſtronomi ponunt motum cœli menſuram omnium motuum, & iſte motus ẽ motus cœli diurnus: tẽpus enim iſtius motus eſt minimũ omnium temporum.10. met.tex.cõ.4.

Aſtrorum natura eſt ſempiterna.12.meta.tex.cõ.43.

Aſtrologia ſola mathematicarum de ſubſtãtia ſenſibili ſempiterna theoriam facit, aliarum uerò de nulla ſubſtãtia, puta quę circa numeros, et geometria.12.met.tex.cõ.44.¶ Inde ſcire potes quantum deuiauerint qui poſuerunt ſubſtantiam corpoream eſſe ſubiectum mathematicarum, & qui materiam intelligibilem à qua mathematicus non abſtrahit, dixerũt eſſe ipſam ſubãm, ut Scotus & Egidius Roma. Cõtra Scotum.6.ſuę meta.q.j. & Egidius ro.2.phy.

Aſtrologi omnes conueniunt in hoc, ꝙ motus orbium decliuium reuoluuntur in motu diurno, in circuitu, ſuper polis totius.12.meta.com̃.47.

Attractio in rebus naturalibus eſt attrahere aliquid ad ſe, ſed in rebus uoluntarijs eſt utrunq;.7.phy.c.10.

Attractio in rei ueritate eſt quando attrahens ſimul mouetur cum attracto, ſed attractio in qua attrahens quieſcit, & attractum mouetur, eſt attractio æquiuocè.ſuprà.

Attractio conſimilis non operatur niſi diuiſionem conſimilem ex omnibus partibus, non ut non ſit diuiſio omnino cũ potentia attrahentis, et quod ſit fortior potentia re attracta. contra Themiſt.Cõmen.2.cœli.93.

Attractio quædam fit prima qualitate, & quędã proprietate & eſt differentia, quia illa quæ attrahunt per primam qualitatem, attrahunt quodlibet: ſed quæ attrahunt determinatam rem, ut adamas ferrum.5.colliget.ca.18.

Attractio generaliter quocunq; modo fiat, non fit niſi per calorem.ſuprà.



Attractio medicinarum quæ fit per calorem in eo ꝙ calor, eſt duobus modis: quædam enim attrahunt per calorẽ naturalem exiſtentem in ipſis, & quædam per calorem putredinalem, ut ſtercus columborum, & fermentum.ibidem.

Attractio inquantum eſt attractio, licet ſit appropriata calori, non tamen propterea quod attrahat accidit ut attrahat ferrum, ſed propterea quod attrahit tali attractione ꝓpria: & hoc accidit propter proportionem & conuenientiam q̃ eſt inter ipſum & ferrum. Et hæc proportio & conuenientia non eſt niſi in menſuris mixtionis elementorum in eis, hoc eſt in trahente et attracto. Et propterea eſt poſſibile inueniri in una re proprietates infinitas, & hoc eſt comparando entibus quaſi infinitis. Et hæc operatio eſt quaſi ſicut accidens in ipſis uirtutibus elementorum, quæ ſunt infuſæ in re quę habet hanc proprietatem, & non inſunt ſubſtantialiter. Et propterea eſt impoſſibile ſcire per arbitrium mẽſuram mixtionis, propter quã fit hęc operatio in ipſo ente ſicut ſciuntur operationes quæ proueniunt à materia quæ non ſciuntur niſi per arbitrium. Auer.5.colliget cap.21.

Attractio humoris à medicina quæ proprium humorem attrahit, differt ab attractione ferri à magnete, quia calor proprius quo medicina attrahit, humorem non habet ipſa medicina ipſum in actu, ſed acquirit illum à corpore in determinata quantitate: ſed adamas habet calorem illũ in actu, quoniam per ſuam formam ſpecificam attrahit magnetẽ.5. colliget.cap.21.ubi redditur pulchra cauſa quare medicina purgatiua adaucta in doſi, euacuat alium humorem ab humore proprio: quia illa operatio debetur ei per calorem acquiſitum à corpore, ut eſt in tali quantitate & proportione determinata, & non aliter.

Aucti quælibet pars eſt aucta.1.de genera.tex.com̃.31.

Auctum non dicitur augeri in eo ꝙ eſt quantum, ſed in eo ꝙ eſt quantum habens formam.1.de genera.cõ.38.

Auditus eſt connaturalis aeri.2.de anima.tex.cõ.82.

Auditus eſt aeris, pupilla uerò aquæ, olfactus horũ alterius eſt.2.de anima.tex.com̃.130.

Auditus dupl'r eſt, & ſonus ẽt dupl'r. ſuprà.tex.cõmẽ.139.

Auditus datus eſt aĩali q̃tenus aliqd ſibi ſignificetur, lingua autem quatenus ipſum aliquid ſignificet alteri.tertio de anima.tex.cõmen.ultimi.

Auditũ nõnulla aĩalia in capite habẽt.ex.2. de ꝑtibus.c.10.

Auditus ſenſorium aeris eſſe fatemur.ibidẽ.&.2.de aĩa.130.

Auditus attribuitur aeri, uiſus aquæ, & olfactus igni.3.colliget.cap.36.

Audimus tonitrua poſt uiſionem corruſcationis, & uidet homo ictum lotricis ultra aquam, anteq̃ audiat ſonum: q̃uis cauſa amborum ſit eadem, & uide cauſam.3.colliget ca. 37.& in.2.de anima.in trac.de ſono & auditu.

Auditus phantaſticus quomodo fiat, uide.3.coll'et.cap.37.

Auditus incolumis argumẽtum eſt cum aures inſonant tinniuntq;, utpote unde conſtet aeri cognito naturalem uigorem & utilitatem ineſſe. Themiſtius.2.de anima.cap.28.et eſt tex.cõmen.84.

Auẽpace dixit ꝙ opinio eius eſt opinio omnium Peripateticorum, uidelicet ꝙ continuatio cum intelligentijs eſt poſſibilis, & ꝙ eſt forma & finis.3.de anima.cõ.14.&.36.

Auẽpace opinatus eſt ꝙ diffinitio loci, quæ ẽ data ab Ariſt. ꝙ eſt continens diuiſum à re, intelligitur de corporibus rectis ab extrinſeco, & in rotũdis ab intriſeco.4.phy.cõ.43.

Auerrois fatetur ſe uidiſſe arietem abſciſſo capite ambulare huc, atq; illuc, multotiens.7.phy.contra Galenũ.cõ.4.

Aues & piſces aures non habent, ſed meatus quoſdam, & uide duas cauſas huius.2.de partibus.cap.12.Et ab Auer. ibidem.in ca.de olfactu, quia Ariſto.unam tantum expreſſit de duabus.

Aues pro labris & dẽtibus utuntur roſtro.2. de parti.ca.16.

Aues quæ literas proferre maximè poſſunt, lingua ſunt latiore q̃ cæteræ.2.de parti.cap.ultimo.

Aues omnes lingua etiam utuntur ad ſui ſenſus mutuam interpretationem.ex.2.de partibus.cap.ultimo. Vide etiam nono de hiſtoria animalium.cap.10.

Aues quæ habent ungues aduncas, habent roſtrum aduncum, & quare.uide in cap.1.tertij de parti.aĩalium.

Aues, & piſces, & ſerpentes, & inſecta, & cortice tecta, ueſica carent. Vide cauſam.3.de partibus.cap.8.

Auibus roſtrum oſſeum uice dentium manuſq; datum eſt. 4.de partibus.cap.11.

Auibus quibus longa ſunt crura, & collũ longum eſt: & quibus breuia, collum breue, exceptis palmipedibus.ſuprà.

Auis nulla eſt q̃ pariter & calcar & ungues adũcas habeat: natura enim nihil ſuperuacaneum efficit ſuprà.

Auibus omnibus teſtes adeſſe certum eſt, ſed intus lumbis adherentes.ſupra.cap.11.in fine.

Auium proprium eſt pennas habere.ſuprà.

Auium rapacium terreſtrium collum breue exiſtit, ſed degẽtium in aqua longum eſt, cuius cauſam uide.4. de partibus.cap.11. Et ibidem Auer.clariſſimè cap.de auibus.

Aues & animalia quæ pedibus uacant, inſtrumẽtum ad coitum accommodatum habere non poſſunt, cuius cauſam uide.1.de generatione animalium.cap.1.

Aues paruæ ſunt fœcundiores.3.de generatio.aĩaliũ.ca.1.

Aues aduncæ ſunt infœcundiores propter duas cauſas, propter ſiccitatem complexionis earum, et propter multitudinem pennarum & magnitudinem roſtri & unguium, in quibus abſumitur excrementũ ſui corporis. Auer.& Ariſt. 3.de generatione animalium.cap.1.

Aues nonnullæ imperfectos & cęcos pariunt pullos, uidelicet quæ cum corpore paruæ ſint, multos progenerant, ut cornix, pica, paſſer, hirundo: & pauciperi generis qua copiã alimenti parere una cum prole non ſolent, ut palumbes, turtur, columba. Quamobrem ſi quis hirundinum nouellarum adhuc oculos præpungat, rurſum incolumes reddentur. Cùm enim fiunt, non facti iam, corrumpuntur, itaq; denuò oriuntur ac pullulant. Ariſtote. in quarto de generatione animalium.cap.6.

Aues minores ſunt garrulæ, & linguaciores. quarto de natura animalium.cap.9.

Aues quibus ungues aduncę ſunt, pullos cum primum prouolandi facultas fuerit, nido expellunt, percutienteſq; cogunt diſcedere. Et cæteræ quoq; aues maxima ferè ſui parte id faciunt, cumq; enutrierint, nihil amplius adhibent curæ: excepta cornice, quæ aliquãdiu prouidet, quippe quæ uolantes iam ſuos pullos paſcens ipſa comitatur. Ariſto.in 6.de natura animalium.cap.13.

Auibus anni pluuij incommodi ſunt, piſcibus uerò ſicci.8. de natura animalium.cap.12.

Aues aduncæ uiuunt propè dixerim ſine ullo potu, quod Heſiodus neſciuit. Facit enim in narratione obſeſſionis Nini aquilam augurij præſidẽ bibentẽ.8.de natura aĩaliũ.ca.18.

Auibus ægrotantibus plumę indicium proferunt: turbantur enim nec poſituram eandem ſeruant, quam habẽt cum rectè ualent.8.de natura animalium.cap.18.

Aues cùm coeunt, plurimas tũc & maximas uoces emittunt 9.de natura animalium.cap.49.

Aues quibus ungues aduncæ ſunt, carniuoræ ſunt. Fruges autem etiam ſi in os indideris, nequeunt deuorare. Ariſto. in.8.de natura animalium.cap.3.

Aues omnes uncæ & breues collo & lingua lata, aptæ ſunt ad imitandum. Nam & indica auis, cui nomen pſitacę, quã loqui aiunt, talis eſt: & loquacior cum biberit uinum redditur.8.de natura animalium.cap.12.

Aues & piſces mãmis et lacte carẽt.3.de nã aĩalium.ca.20.

Auferens impedimentum eſt mouens per accidens.8.phyſi. tex.cõmen.32.

Augmentatio contingit ingrediente aliquo, ex alteratione, ut ſi ex aqua fiat aer.4.phy.tex.cõ.63.

Augmentum in rebus inanimatis dicitur tranſumptiuè, ſed augmentum uerum eſt in rebus animatis, & per aliquod extrinſecum.4.phy.com̃.63.&.1.cœli.23.

Augeri & diminui impoſſibile eſt continuè, ſed eſt & medium, octauo phyſico.tex.commen.23.

Augmentum quod eſt digitale in anno, non poteſt dici ꝙ in

qualibet parte temporis demonſtrata inueniatur pars magnitudinis in actu, ſicut in ubi. Et cauſa eſt quia quælibet talis in intellectu, eſt determinata in actu: & quælibet earum fit in inſtanti, cum ſit indiuiſibilis in factione. Intelligas quo ad factum eſſe. 8. phy. com. 23. &. 3. phy. cō. 6.

Augmentationem eſſe impoſſibile eſt alteratione non exiſtente. 8. phyſi. tex. com. 55.

Augmētatio quodāmō fit à ſili, & quodāmō à ꝯtrario. ſup.

Augmenti & diminutionis termini oppoſiti ſunt, magnitudo aut paruitas, aut perfectio magnitudinis aut imperfectio. 8. phy. tex. cō. 62. idem. 4. phy. tex. com. 18.

Augmentatio tam in compoſitis ꝗ in ſimplicibus, fit in corporibus naturalibus & partibus eorum, mediāte alteratione paſſiua. 1. cœli. tex. com. 21.

Augmentabile quodlibet eſt alterabile, & non conuertitur. primo cœli. cōmen. 22.

Augmentatio ſummitur largè & propriè. ſuprà.

Augmentatio largè eſt tribus modis, aut eſt ſecundum augmentum uerum, & hæc eſt tantum in animalibus & plantis: aut ſecundum raritatem & denſitatem, ut contingit aeri & aquæ: aut ſecundum accumulationem & iuxta poſitionem, & hæc inuenitur in corporibus conſimilium partiū, ut in mineris. 1. cœli. com. 22.

Augmentatio in infinitum eſt ex materia, & nō ex forma. 3. cœli. cōmen. 6. idem primo cap. de ſubſtantia orbis. &. 3. phyſico. cōmen. 60.

Augmentabilis finis conueniens eſt menſura terminata in longitudine, & latitudine, et profunditate. 4. cœli. com. 24. conſimile. 5. metaphy. com. 1.

Augmentatio eſt præexiſtentis magnitudinis additamentum, diminutio uerò minoramentū. 1. de genera. tex. cō. 31.

Augmentatio fit adueniente aliquo ab extrinſeco. ſuprà. tex. cōmen. 32.

Augmentatio tria requirit, quorum unum eſt, quamcunqꝫ partem maiorem eſſe eius quod augetur, & adueniente aliquo, & tertium ut ſaluetur quod augetur & maneat. ſuprà. tex. cōmen. 33.

i de ortu cap. 5 ui de expositoribus ibi

Augmentatio fit ſecundum partes formales & non materiales. 1. de genera. tex. com. 35. &. 37.

Augmentatio quodammodo fit à ſimili & quodammodo à diſſimili. ſuprà. tex. cō. 38.

Augmentum eſt perfectio actionis nutrimenti. 2. de anima. cōmen. 14. idem primo de generatione tex. cōmen. 38. &. 42. 1. cœli. 21.

Augmentationis initium prius eſt in magnitudine, in longitudine, deinde in latitudine, deinde in profundum. 5. metaphyſi. cōmen. primo.

Augmentum differt ab additione, quia augmentum propriè eſt in uiuentibus, & per aliquod extrinſecum, & eſt in omnibus partibus: ſed additio eſt in rebus inanimatis in quibus corpus non augetur in omnibus partibus. ex. 4. phyſi. cōmen. 63. idem primo cœli. 22.

Augmentum in magnitudine poteſt fieri dupliciter, ex extrinſeco, & per alterationem. 4. phy. tex. cō. 63. &. 84.

Augentur in profundum præcipuè animalia poſtꝗ ſuę longitudinis & latitudinis modum adepta ſunt. Ariſt. 3. de natura animaliū. cap. 18. ubi loquitur de ijs quę pingueſcunt. Et nota ꝙ illud non eſt uerum augmentum.

Augures diſſidia & conſidia colligunt ab auibus, diſſidio bellum omnemq; diſcordiam ſtatuunt: conſidio pacē omnemq; concordiam. 9. de natura animalium. cap. 1.

Auicenna credidit ꝙ naturalis nō loquitur niſi de materia propinqua, ſed primus Philoſophus conſiderat de prima materia, & peccauit. 2. phyſi. cōm. 22.

Auicennæ ſermo ſemper eſt medius inter Peripateticos & loquentes. 2. phyſi. 22.

Auicenna opinatus eſt ꝙ cœlum nō eſt in loco, neqꝫ per ſe, neqꝫ per accidens. 4. phyſi. cōmen. 45. &. 6. phyſi. 85.

Auicenna opinatus eſt ꝙ motus cœli non eſt in loco, ſed in ſitu. ſuprà.

Auicenna exiſtimauit ꝙ motus qui mutat locum ſecundum formam & non ſecundum ſubiectum, eſt motus in ſitu, & hoc eſt error. ſuprà.

Auicenna non diſtinxit alietatem in loco per ſe, ab alietate per accidens. 6. phyſi. cōmen. 85.

Auic. exiſtimauit, & Algazel ſequutus eſt ipſum, ꝙ diuinus debet demōſtrare primum principium eſſe. Quod ad hoc quòd falſum, etiam tenue eſt et minimè demonſtratiuū. 3. phyſi. com. 3. &. 1. phyſi. com. ultimo.

Auicenna dixit hominem poſſe generari ex terra, ſed conuenientius in matrice 8. phy. cō. 46. &. 2. meta. 15.

Auic. in ijs quæ tranſtulit ab Ariſt. in prima facie, talia uidētur eſſe ut demonſtrationes Ariſt. ſed non ſunt in rei ueritate. Vnde libri huius hominis potius faciunt à ſapientia recedere, ꝗ ipſam largiantur. 8. phy. com. 78. conſimile. 3. de anima. 30. &. 3. cœli. 67. &. 2. phy. 22.

Auicenna opinatus eſt duplex eſſe neceſſarium. ſ. ex alio, quod tamen de ſe eſt poſſibile: & neceſſarium ex ſeipſo. 8. phyſi. cō. 79. uide pro hoc. 1. cœli. com. 124.

Auicenna nō eſt imitatus Ariſt. niſi in dialectica, ſed in alijs errauit, & maximè ī meta. et hoc ꝗa īcipit ꝗſi à ſe. 3. de aīa. cōmen. 30. uide conſimile de Auicenna. 3. cœli. cōmē. 67.

Auic. credidit ꝙ diſpoſitio trium dimēſionum exiſtentium in prima materia ſimpliciter. ſ. non terminatarum, eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum: quapropter dixit neceſſe eſſe primam formam exiſtere in prima materia primitus, antequam dimenſiones exiſtant in ea. Ex quo accidūt ei multa impoſſibilia, quæ uidentur in primo cap̄. de ſubſtantia orbis. cōtra temerarios tenentes formam corporeitatis ſubſtantialem, in uia Auer. ꝗ ex propoſito deſtruit tā in hoc loco, ꝗ etiam. 1. phy. com. 63. ſicut late diſputatū eſt à nobis in quæſtione ſpeciali de hoc.

Auicēna cum tota ſua famoſitate in philoſophia, dixit hominem generari ex terra, ſicut murem & alia multa. ſecundo metaphy. cōmen. 15.

Auicenna admiſcuit ſuam ſcientiam diuinam cum loquentibus in ſua lege. 4. meta. cō. 3. conſimile. 2. phy. 22.

Auic. credidit ꝙ ens & unum ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ, & ꝙ unū ꝙ dicitur de omnibus prædicamentis, eſt illud unum quod eſt principium numerorum. 4. metaphy. cō. 3. &. 10. meta. com. 8. uide ibi motiua eius & impugnationem ab Auer.

Auic. credidit omnes formas eſſe ab intelligentia agente, quam uocat datorem formarum. 7. meta. cō. 31. ubi etiam dicit ꝙ exiſtimatur ꝙ Themiſt. etiam dicat hoc. Vide clare Them. in. 3. de anima. cap. 52. & eſt ſuper tex. 38. ubi Philoſophus dicit animā eſſe quodammodo omnia. Ibi enim dicit Themiſt. animam eſſe formam formarum, nō ſolùm quia omnes formas cognitione complectitur, uerumetiam quòd materiæ formas exhibet, & uultus īponit: ipſa enim anima eſt quæ materiam rudem ſignatione & impreſſione formarum inſignit. Nam & uiuacitas omnis & uigor, qui plurimus in materia cernitur, ab anima uidetur ortum habere. Atqꝫ hoc quidem in animalibus conſpicuum incōtrouerſumq; eſt, ſed in plantis & elementis obſcurius.

Anima eſt forma formarum: & quare.

Auicenna ignorauit ꝙ unum quod eſt principium numeri, eſt aliud ab uno quod conuertitur cum ente. 10. met. cō. 5. &. 8. &. 4. metaphy. cōmen. 3.

Auic. exiſtimauit ꝙ unū & ens ſignificant accidēs in rebus, & deceperunt ipſum duo. uide. 10. meta. cō. 8. &. 4. met. 3.

Auic. ignorauit ꝙ hoc nomen ens quod ſignificat genus, differt ab hoc nomine ens ꝙ ſignificat uerum. ſuprà.

Auic. abſolutè dixit ꝙ primus Philoſophus habet declarare prima pricipia ſenſibilis ſubæ, ſiue ęternę ſiue nō. 12. met. cō 5. idē. 2. phy. cō. 22. &. 26. idem. 2. phy. de nā. com. 3.

Auic. poſuit ꝙ animæ hominum ſunt infinitę, & infinitas nō eſt impoſſibilis niſi in rebus ſituatis: ſed nullus ueracium Philoſophorum poſuit hoc. ex. diſpu. 4. in ſolutio. 4. dubij.

Auic. uiam ad probandum primum principiam per neceſſarium & poſſibile, & per cauſam & cauſatum ſumpſit à loquentibus, & non eſt nota de ſe diuiſio illa. Diſpu. 4. in ſolutione quinti & ſexti dubij: & ad hunc locum remiſit ſe.

Cōmen.



Cōmen. 1. phy. com. ultimo contra Auic. dum dixit, ꝙ certior illorum ſermonum non pertranſit rationum probabilium ordinem, & huius cauſam innuimus alibi.

Auic. opinatus eſt ꝙ deus benedictus ſit omnia, modo uniuerſali tempore non ingrediente: & ꝙ ipſe ignorat particularia quia ſequitur ex particularium ſcientia permutatio in ſubſtantia. Diſpu. 6. authoritate Algazelis in. 1. dubio.

Auicēna ſolus ex Peripateticis dixit, ꝙ hoc nomen ens ſignificat cōſequēs uniuerſale in ſubſtantijs rerū, & nullus alius dixit hoc. ex diſputa. 7. in ſolutione primi dubij. Et. 4. met. com. 3. &. 10. metaphy. com. 8. & in libro deſtru. ſæpe.

Auicēna negauit iſtam naturam mediam, inter naturam ſignificatam per nomina uniuoca, & naturam rerum quæ tantum in nomine conueniunt: ita ꝙ negauit analogū mediare inter uniuocum & æquiuocum. Et iſtam uiam tenuit Scotus. uide in. 7. diſpu. in ſol. ulti. dub.

Auicennæ uia ad probandum neceſſe eſſe, eſt inſufficiens. uide cauſam. diſputa. 8. in ſolu. primi dubij.

Auicen. & ſequaces eius poſuerunt datorem formarum ſeparatarum. ex diſputatio. 9. in ſolutio. 2. uide. 7. metaphyſi. cōmen. 31. &. 12. met. 18.

Auic. ſolus ex Philoſophis dixit ꝙ corpora cœleſtia habent imaginationes, quantò magis ut habeant infinitas imaginationes? Sed Alexan. in libro de principijs totius, dixit ꝙ iſta corpora non imaginantur. ex diſpu. 16. in ſoluti. primi.

Auic. ſolus opinatus eſt nō dariunū mēbrū in corpore, qđ ſit principiū uenarū. Et nullus antiquorū opinatus eſt hoc. ex 3. de partibus animalium. Auer. in cap. de corde.

Auicenne declarationes ad probandum primum principiū ſunt topicæ & non ueræ. Et tu ſcies hoc ex contradictionibus adductis ab Algazele contra eas in libro deſtru. Auer. in epitome meta. tracta. primo. cap. 1. Idem. 1. phy. cō. ultimo. uide in libro deſtru. diſp. 4.

Aures ſunt in medio capitis, & cauſam uide in. 2. de partibus animalium. cap. 10. Et Com. dicit hoc eſſe in homine: at in alijs animalibus quadrupedibus ſunt in parte ſuperiori, ut patet ab eo ibidem. in cap. de olfactu.

Aurīū foramē eſt tortuoſum, ne aer frigidus ingrediēs aliquo modo ledat auditū. Sed melius eſt dicere tortuoſum, ne auditus ledatur à fortiſſimis uocibus. 2. colliget. cap. 16. de iuuamento inſtrumenti auditus.

Auribus internus aer immobilis dicitur, quia non diffunditur, neqꝫ alius ad eius uicem corrogatur. Themiſt. 2. de anima. cap. 28. & eſt ſuper tex. 84.

Aurū & margaritę à tota ſuba cōſortāt cor. 5. colliget. c. 19.

Auſter eſt humidus & grauis. 8. de natura aīalium. cap. 12.

Aut, eſt nota diuerſitatis & dubitationis. Com. 1. phy. com. 1. ubi dicit ꝙ Ariſt. induxit ſermonē in forma dubitationis & dixit: habentibus principia, aut cauſas, aut elementa.

Autem, eſt nota continuationis, præſertim in pricipijs librorum qui continuantur cum præcedētibus, aut in principijs tractatuum præſupponentium præcedentes. Ita notat Io. Philoponus in principio ſuper libro de generatione, qui incipit: De generatione autem & corruptione. Ex illa enim coniunctione Autem, innuitur cōtinuatio cum ultimis uerbis quarti de cœlo, ubi dicitur: De graui quidē igitur & leui, & circa ipſa accidentibus determinatum ſit hoc modo. De generatione autem & corruptione &c. Ita etiam apparet in principio tertij de anima. ubi incipit: De parte autem animæ, per quam anima cognoſcit & ſapit. Nam debet cōtinuari cum fine ſecundi, ubi fuit dictum: De phantaſia quidem igitur quid ſit, & propter quid ſit, intātum dictum ſit. De parte autem animæ, per quā anima cognoſcit, &c. Nā (ut inqt lucidiſſimus Them. in ca. 44. ſuper. 2. de aīa) erat maxima ſimilitudo inter phantaſiam & intellectum, quæ eſt cauſa deceptionis, ſecundum quam multi non diſtinxerunt inter itellectum & imaginationem: & ideo eorum diſtinctio ex ſuis diffinitionibus erat perquirenda. Et ideo tractatus de intellectu continuatur cum tractatu de phātaſia.

Autem, particula ſignificat diuiſionem. 1. de anima. cōmen. 84. &. 1. phyſi. cō. 1. &. 3. de anima. com. 16.

Autumni tempus tempori ſenectutis aſſimilatur, & propterea tunc plurima terræ naſcentia ſeneſcunt: nam uirtus generatiua hoc tempore in uegetabilibus & animalibus debilitatur. quarto colliget. cap. de tactu.

¶De litera B.

BABYLONICI et Aegyptij habuerunt magnam ſolicitudinē circa ſciētias. 2. cœli. tex. cōmen. 60.

Babylonici conſiderātes operationes ſtellarū, aſſerebāt ſtellas habere operationes proprias, in proprijs generibus entium: & operationes cōmunes ī generibus communibus: & nō ſolū in corporibus, uerumetiam ī animalibus. 2. cœ. c. 68.

Balneum duplicem formam habet, in anima et extra animā & propter illam formam quæ eſt in anima, deſideramus illā ꝗ eſt extra aīam. Forma igiť balnei inꝗtum eſt ī anima, eſt agēs deſideriū et motū: ſm aūt ꝙ eſt extra animam, eſt finis motus, & non eſt agens motum. 12. meta. cōmē. 36.

Balnei iuuamenta require. 6. colliget. cap. 3.

Barbari & Arabes & habentes complexiones denſas, à fortibus ęgritudinibus euadūt ſine medico & medicina: & illi qui in deſerto habitant: et hoc fit quia aliquantulum cum brutis aſſimilationem habent. Et pro maiori parte accidit hoc illis qui habent complexionē effrenē. 7. colľet. cap. 31.

Bene non ſemper fit quod ſæpe fit, nec idem eſt bene ꝙ ſæpe. Themiſt. 1. de anima. cap. 20.

Benefacientem neceſſe eſt facere, ſed ſolum facientem non neceſſe eſt benefacere. 9. meta. tex. com. 4.

Beſtiarum nulli ineſt fides. 2. de anima. tex. com. 157.

Bonitati quæ eſt in intelligentijs ſeparatis, nullum malū eſt oppoſitum: ſed bono quod eſt in materia, malum opponitur authoritate Platonis. Ammonius in prædicamentis.

Bonitas in intellectu & malitia, ſunt ſicut uoluptas & dolor ſunt in ſenſu. 3. de anima. 28. uide Themiſt. ibi. c. 47.

Bonitas diſcretionis non ſequitur niſi bonitatem ſenſus tactus, et nō ſeqť bonitatē aliorū ſenſuū. Boni. n. uiſus pōt eē indiſcretus, & ſiľr boni auditus: ſed boni tactus ſemper uidetur eſſe diſcretus. 2. de anima. com. 94. & elicitur ex tex.

Bonitas inuenitur tam in potentijs actiuis ꝗ etiam in potentijs paſſiuis. 5. meta. tex. cō. 17. in cap. de poteſtate.

Bonitas tranſumptiuè dicitur de malis, ut bonus latro & bonus calūniator. Et ſi bonitas trāſumptiuè diciť de malis, à fortiori ꝑfectio. 5. meta. tex. cō. 21. in ca. de ꝑfecto. ¶ Valet aūt argumētū ꝑ locū à minori, ꝗa malū opponiť bono, nō aūt opponiť ꝑfecto, ſed imperfectū perfecto opponitur.

Boni naturā auferūt infinitū faciētes. 2. meta. tex. cōmen. 8.

Bonū ītētū ī rebus nālibus ē bonū uerū, ſed bonū intētū ī rebus uolūtarijs ē bonū apparēs. 2. phy. cō. 31. ¶ Huius (ni fallor) cā ē, ꝗa opus naturę ē opꝰ ītelligētię nō errātis, ut dicit Cō. i. 12. met. cō. 18. Vñ nā cū agat ꝑꝑ finē, dirigiť ī illū (et ſi ipſa nō cognoſcat) ab intelligētia cognoſcēte, cui nō pōt ꝯtigere error. Et iō bonū intētū ī nā ē bonū uerū, licet raro nā ꝑ accidēs ex aliquo īpedimēto fruſtreť ſuo fine: ut dř in 2. phy. Sed bonū & finis ītētus à nobis a nřa rōne ꝓpoſitus cui plerūqꝫ accidit error ꝑꝑ mixtionē aut depēdētiā ꝗ hēt à corpe. Et iō bonū iſtud ē apparēs, & raro ē bonū ī rei ueritate: pauci enī dignoſcere pñt uera bona, atqꝫ illis multū diuerſa remota erroris nebula, ut dixit poeta.

Bonū ſimpľr ē cui nō accidit ī ſua actiōe fatigatio. 2. cœ. c. 3.

Bonū in aīalibus eſt poſſibile, ſed in ęternis eſt neceſſariū id qđ eſt melius ex duobus poſſibilibus. 2. cœli. com. 34.

Bonum, aut apparens bonum, eſt appetibile quod ſemper mouet. 3. de anima. tex. cōmen. 51.

Bonum nō omne ſed actuale bonum eſt quod mouet ſuprà. ¶ Vbi Themi. notat ꝙ non omne bonum appetitum mouet, nam & ſummum bonum, aut ſi quod ſimpliciter & perpetuò bonū eſt, quale fortaſſe id oībus rebus cōiter cupitū & deſideratū habeť, nō mouet aut pellit, ulla alia rōne ꝗ qua nūc agitur: de quo nobis in alia inſtitutione dicetur.

Hoc autem propterea puto dictũ fuiſſe à Themiſtio, quia motio ſummi boni eſt in ratione finis, ut eſt declaratum in 12. meta. tex. cõmen. 36. ſed motio obiecti mouẽtis appetitum animalium, eſt in ratione cauſę efficientis. Et facit iſta Themiſtij ſententia pro tenentibus æterna nõ habere cauſam efficientẽ, ſed finẽ, ut tenuit Alex. cuius ipſe eſt emulus.

Bonũ cõe omnibus eſt bonum purum. 3. de anima. cõ. 51.

Bonum actuale eſt motor immobilis, appetitus autẽ eſt motor motus. 3. de anima. tex. cõmen. 54.

Bonũ eſt qđ cuius gratia una cauſarũ eſt. Ex pœmio meta.

Bonum nihil dicit eſt niſi propter cauſas finales. 2. meta. 8.

Bonum quodlibet quod per ſe bonum eſt & propter ſuam naturam, finis eſt: & ita cauſa, ꝙ illius cauſa & ſunt & fiunt cætera. 3. metaphy. tex. cõmen. 3.

Bonum in rebus imobilibus nõ eſt per ſe ſed per accidẽs. 3. meta. com̃. 3. Vide quõ ſit intellligendum infrà, ubi de mathematicis feci digreſſionem, an in eis ſit bonum.

Bonum eſt per quod diſponitur cauſa finalis: bonũ. n. eſt deſiderabile, et cauſa finalis eſt deſiderabilis. 3. meta. com̃. 3. idem. 2. phyſi. tex. cõmen. 31.

Bonum & malum non ſolùm ſunt in rebus diuerſis numeratis, ſed etiam in partibus eiuſdem rei cùm fuerint diuerſarum uirtutum. 4. met. cõmen. 18.

Bonum & malum multorum & cognitionis & motus principia ſunt. 5. meta. tex. cõmen. primi.

Bonum, largitas, & propter quid ſeu finis, idem ſunt, ſed tñ non ſunt ſynonyma ſimpliciter. 5. meta. cõ. 1. in calce.

Bonum, complementum, & largitas, non inueniuntur in rebus niſi per cauſam finalem, et ideo quod caret cauſa finalĩ caret bono. 5. meta. cõ. 3. idem. 2. meta. tex. cõ. 8. &. 2. phy. tex. cõmen. 31. &. 3. meta. tex. cõmen. 3.

Bonũ & malũ maximẽ inanimatis, qualitatẽ ſignãt, & horũ maximè in habẽtibus pro hæreſim. 5. met. 19. in ca. de q̃li.

Bonũ nõ eſt qđ nõ habet boni eſſentiam. 7. met. tex. cõ. 20.

Bonũ et bonĩ q̃dditas sũt idẽ, ſicut ens et entis q̃dditas. ſup.

Bonum eſt natura prius malo. 9. metaphy. tex. cõmen. 19.

Bonum & melius reperitur in rebus abſolutis à motu, nedũ in rebus mobilibus. 9. met. cõ. 19. uide in concordan.

Bonum maius neceſſe eſt ut ſit magis deſideratum: deſiderium enim non eſt niſi propter exiſtimationem eius, ꝙ aliquid ſit bonum. 12. metaphy. cõmen. 36.

Bonum uniuerſi conſiſtit in ordine. 12. metaphy. 52.

Bonum uniuerſi eſt duobus modis ſicut bonum exercitus, uidelicet in duce & in exercitus ordine. ſuprà.

Bonũ uniuerſi qđ ɔſiſtit ĩ prĩo principio, eſt maius bonũ, q̃ bonũ uniuerſi cõſiſtẽtis in ordine: q̃a ſicut bonũ ducis, eſt maius bonum, q̃ bonum ordinis exercitus, quòd dux eſt cauſa illius ordinis, & nõ ordo ẽ cauſa ducis: ita pariformiter eſt de primo principio, cum ordine exiſtẽte in entibus adinuicem comparatis. 12. metaphy. tex. & com̃. 52.

Bonum uniuerſi eſt ſicut bonum in una domo in qua ſunt ſerui & liberi. ſuprà.

Bonum & malum quæ ſunt forma & materia, ſunt principia omnium entium ſecundum quoſdam. 12. met. 54.

Bonum ut mouens ſecundum Anaxa. poſitum fuit principium omnium. ſuprà. tex. cõ. 55.

Bonum ualde eſt in quacunq; quæſtione audire & ſpeculari rationes duarum partium, maximè q̃ñ partes ſunt prudentes & celebres. ex libro deſtru. diſp. 2. in ſol. 2. dubij.

Bonum & malum ſunt in rebus, uerum et falſum ſunt in mẽte. 6. meta tex. cõmen. 8. ¶ Intelligitur iſto modo. nã ex. 2. de anima, à fine unumquodq; denominare iuſtum eſt. tex. commen. 49. Et quia bonum eſt obiectum in quod tendit appetitus, & obiectum non habet rationem terminandi appetitum niſi ſecũdum eſſe reale quod habet extrà, & nõ ſecundum eſſe cognitum quod eſt eſſe ſecundũ quid & diminutum, quod habet in anima. Nam ut dicit Com̃. entia quæ ſunt in anima cogitatiua, ſunt entia diminuta & in potentia, ut patet. 9. meta. tex. com̃. 7. Vnde auarus appetit aurũ quod eſt ĩ burſa, non aurũ quod eſt imaginatum in anĩma. Sic igĩt bonũ et malũ ſunt ĩ rebus. uñ Auer. 12. met. cõ. 36. dicit ꝙ balneũ in aĩa mouet ut efficiẽs, & balneũ extra aĩam mouet ut finis, q̃a rõ finis eſt rõ boni amati & deſiderati: & res hẽt bonitatẽ ĩ eſſe extrà, & nõ eſſe intrà, qđ eſt eſſe diminutum & aduenticium. Sed ueritas et falſitas fundatur in re, & terminatur ad animam: quia ut dicit Cõmẽ. in prima diſputatione libri deſtru. in ſolutio. 22. dub. Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum. unde quando res oſtendit ſe ĩntellectui ſicut eſt, ĩ hoc cõſiſtit eius ueritas, & ideo ueritas dicitur ĩn mente conſiſtere. Non propterea autem Ariſto. intentio fuit non eſſe bonitatem in rebus animatis immo bona animi ſunt diuiniora bonis corporis, ut patet. 5. metaphyſi. tex. cõmen. 19.

Bonum & diuinum uoco primam formam & primam cauſam, quo referuntur collimantq; omnia, & cui quæq; res cupit fieri q̃ ſimillima quantum poteſt. Themiſt. 1. phyſic. ſuper tex. com̃. 31. Et ita etiam exponit Auer. locum illum. ¶ Ex quo patet quantum deuient à ueritate, qui per primã formam interpretantur formam corporeitatis.

Bonũ & malũ pertinẽt ad intellectũ actiuũ, ueritas & mendaciũ ad intellectũ cõtemplatiuũ. 3. de anima. tex. cõ. 31.

Bonum & melius eſt quærendum in his quę ſecundum q̃d deficiunt à ſummitate, & non in his quæ omnino ſine culpa ſunt. Galenus. 3. de utilitate particularum. cap. 11. ¶ Senſus eſt ꝙ ſummum in quolibet genere conſiſtit in ĩndiuiſibili: ſed quæ circa ſummum ſunt latitudinem habent, iuxta illud Ariſto. 10. metaphyſi. tex. com̃. 5. In omni genere eſt unum primum quod eſt metrum et menſura omnium: menſura aũt ĩter alias cõditiones req̃rit ꝙ ſit minĩa. ibidẽ.

Bobus fœminis uox grauior eſt q̃ maribus: in cęteris autem uox fœminarũ tenuior eſt & acutior. In. 4. de natura aĩaliũ cap. ultimo. &. 5. de natura animalium. cap. 14.

Boues in Phrigia et alibi, cornua ueluti auriculas mouẽt, idq; argumentum eſt cornua cuti potius q̃ oſſi adherere. 3. de natura animalium. cap. 9.

Bouis ſtruma idẽ eſt ꝙ ĩ hoĩe febris. 8. de natura aĩaliũ. c. 23.

Bos niſi aqua ſit limpida, frigida, & clara, non uult bibere, è contrario equus bibit aquas turbidas libentius. 8. de natura animalium. cap. 24.

Bos ſi à recenti caſtratu ineat, procreare poteſt. Ariſto. 9. de natura animaliũ. cap. ultimo. ¶ Contra medios ponẽtes uirtutem generatiuam in ſemine acquiri. in teſtibus.

Bruta percipiũt ſenſibilia ſicut cortices fructuũ, hõ aũt ſicut medullam de cortice. Auer. in fine lib. de ſenſu & ſenſa.

Bruta non mouentur ita à ſenſibilibus ſicut homo: mouetur etenim homo apud cantum, quod non faciunt bruta, & ſimiliter homo mouetur a picturis & figuris motu quo bruta non mouentur. Ibidem.

Bruta carent actione intellectus. i. uoluntaria, non tamen carent actione abſolutè. ex diſpu. 3. in ſolutio. 4. dubij.

Brutorum cognitio non deſiderat aliquã cognitionẽ 2. cœli. cõ. 77. ¶ Ex quo patet error illorũ, q̃ aſſerũt cognitiuas potẽtias brutorũ eſſe eiuſdẽ ſpẽi cũ potẽtijs cognitiuis hoĩs, in q̃bus hõ cõicat cũ brutis. Vñ aſſerũt uiſiuam hoĩs eſſe eiuſdẽ ſpẽi cũ uiſiua aq̃lę, qđ ſtare nõ põt, tũ q̃a aĩę à q̃bus fluunt iſtę potẽtię, ſpẽ diſtinguũt, tũ etiã q̃a ſenſus aĩalibus tm̃ dati ſunt ad ſalutẽ: ſed homini nedũ ad ſalutẽ, uerũetiã ꝑꝑ cognitionẽ. Oẽs enim hoĩes natura cognoſcere deſiderãt, ut dicit Ariſt. in principio primæ philoſophiæ, qđ ꝓbat à ſigno dicẽs: Signũ aũt eſt ſenſuum dilectio. Præter enim utilitatẽ ꝑꝑ ſeipſos diligũt, & maximè aliorũ q̃ eſt per ipſos oculos. Nõ enĩ ſolũ ut agamus, ſed & nihil agere debẽtes, ipſũ uidere præ oĩbus, ut ita dicã, diligimus. Cã aũt eſt q̃a maximè hic ſenſuũ cognoſcere nos facit, & plures dr̃ias rerũ demõſtrat. Vñ Com̃. in com̃. ſuper libro de ſenſu & ſenſato, aĩaduertẽs iſtã differẽtiã ſcribit: Proprietas cõp̃hẽſiõis iſtorũ ſenſuũ ĩ aĩalibus nõ ẽ eadẽ: hõ. n. cõp̃hẽdit differẽtias rerũ, & intẽtiones earũ ꝓprias, q̃ ſunt in re ſenſata, quaſi medullã de fructu. In animali uerò bruto comprehẽduntur ea quæ ſunt extrà, quæ ſunt quaſi cortices fructum.

Butyrum & ſperma ingroſſant à calido ꝑꝑ admixtionẽ partium aerearum cum aqueis. 4. meteo. com̃. 1. in colũ. 6.

¶ De



¶ De litera. C.

CALIDVM ſimpliciter ſi eſt ignis ſimpliciter, & aliquod calidũ eſt aliquis ignis. 4. phyſi. com̃. 102.

Calido & frigido res attribuũtur duobus modis, ſecũdum naturam & accidentaliter. Cõ. 4. meteo. in ſumma.

Calidum & frigidum, humidum et ſiccum ſunt cauſæ in formis elementorum, & ſunt cauſatę in formis animalium. 4. cœli. com̃. 40.

Calidum & frigidum ſunt actiua, humidum & ſiccum ſunt paſſiua. Non intelligitur in comparatione actionis & paſſionis in ſe, ſed in comparatione indiuiduorum mixtorum. Auer. 4. meteo. in paraphraſi com̃. 1. ¶ Vult dicere ꝙ iſtæ quatuor qualitates primę ſi in ſe conſiderẽtur, omnes ſunt actiuæ, quia ſicut caliditas calefacit, & frigiditas infrigidat, ſic humiditas humectat, et ſiccitas exiccat. Sed ſi dicuntur duæ actiuæ puta caliditas & frigiditas, & duæ reliquæ paſſiuæ. ſ. humiditas & ſiccitas, hoc eſt in comparatione ad generationem mixti. Generant enim calidum & frigidũ, ut ĩnquit Ariſto. obtinentia materiam. Et ita debet ſtare litera commenti, quia cõmuniter locus ille ĩuenit depravatus.

Calidum & frigidum, humidum & ſiccum quatuor modis dicuntur. ex. 2. de partibus animalium. cap. 2.

Calidum & frigidum, quæ omnium quę ſenſu ſentiũtur maniſeſtiſſima ſunt, ſi tantam ambiguitatem recipiunt & controuerſiam, quid de alijs rebus exiſtimare debemus? ex. 2. de partibus animalium. cap. 2.

Caliditas non eſt motus, ſed calefactio. 11. metaphy. cap. 10. &. 5. phy. tex. com̃. 5. non eſt albedo motus, ſed albatio.

Calidorũ q̃dã externũ calorẽ retinẽt, q̃dã uerò ſuum. ſuprà.

Calefacta oĩa quę ſolida & firmiora ſunt, uehemẽtius q̃ humida calefaciunt. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 4. Inde dixerunt medici ſiccitatem lunam eſſe caloris.

Caliditas habet diſſoluere res congelatas per frigiditatem, ſi ſunt reſolubiles, ut eſt plumbũ & ſtannum. 5. colliget. c. 6.

Calidum decoctionẽ operat. 2. de anima. tex. cõ. 50. ¶ Intelligitur aũt nõ dę calore abſolute, ſed de calido naturali et cõuenienti, ut gloſat Cõmen. in his q̃ determinata ſunt in. 4. meteo. tex. cõ. 14. unde Auẽzoar in prĩcipio ſui theyſir: Nõ oẽ calidũ digeſtionẽ procurat, ut dixerunt uulgares.

Calor in igne eſt propinquior ſubſtantię q̃ ſit in alijs compoſitis, et ideo ponitur in diffinitione eius. 5. phy. com̃. 10. Vide idem. 8. meta. com̃. 5. &. 7. meta. 41. &. 4. cœli. 6. &. 26.

Qualiter autem ſit propinquior ſubſtãtię in igne q̃ in rebus compoſitis, uide clare Auer. 4. cœli. 40.

Calor naturalis eſt motor & motum in animalibus neceſſariò. 8. phy. cõ. 43. &. 37. &. 7. phy. com̃. 1.

Calor & lumen generatur à ſtellis attrito aere ab earum latione. 2. cœli. tex. cõ. 42. &. 1. meteo.

Calor naturalis innatus eſt cõſumere humiditatẽ, quũ ſit q̃ſi materia & nutrimẽtũ illius ex cõ. libri de lõgi. & bre. uitę.

Calor ęquiuocè dicitur de calore cœleſti, q̃a calor ignis corrũpit entia, & maximè ignis illuminãtis: calor uerò corporũ cœleſtium largĩt uitam uegetabilẽ, ſenſibilẽ, et animalẽ. 2. cap. de ſubſtãtia orbis. Idem. 12. met. cõ. 18. & eſt ſententia Ariſt. 2. de generatione aĩalium. cap. 3. ¶ Per ignem uerò illuminantẽ intellige ignẽ qui eſt hĩc apud nos: talis enim eſt ſupabundantia caliditatis quẽadmodũ glacies frigiditatis, ut dicit in. 2. de gene. tex. cõ. 21. unde, ut ſcribit ibi Auer. authoritate Alexan. hoc non inuenitur niſi in igne qui eſt hĩc, ignis autem qui eſt in ultimo continentis, non eſt in fine caliditatis & ebullitionis; quapropter plura elementa ſunt cauſę generationis.

Calor dicit duobus modis, q̃dã q̃ eſt de qualitatibus paſſiuis q̃ trãſmutant ſubſtantiam in qua ſunt: & calor qui non eſt de qualitatibus paſſiuis. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Caloris naturalis materia eſt ſanguis. 5. colliget cap. 3.

Calor cũ quo ſit ſenſus, non eſt idẽ cũ eo cũ quo ſit motus: et diuerſitas quæ eſt inter eos, nõ eſt niſi menſura temperantiæ quæ in eſt unoquoq; ipſorum. 2. colliget. cap. 33.

Calor eſt qui trãſmutat materiã ad recipiẽdũ aliquã formã, & ſeparare faciẽs priorẽ formã à materia de neceſſitate eſt calor: ſed tñ reſpectu corporis corrupti & putrefacti eſt extraneus, & reſpectu generati eſt naturalis. 4. meteo. cõ. 1.

Calor duplex, naturalis & extraneus: naturalis operatur generationem, extraneus corruptionem. ſuprà.

Calor extraneus generatur à duabus cauſis, una eſt per ſe, & eſt calor extrinſecus cũ nõ fuerit conueniẽs calori naturali: nã diſſoluit ipſum & frigefacit ipſum, & ideo putrefactio multiplicat ĩ ęſtare. Efficiẽs uerò ſecũdaria intẽtione eſt frigiditas caloris naturalis, & cõgelatio eius. Nam cũ ipſe fuerit debilis, nõ potẽs cõgregare materiã, & dominari ſuper ĩpſam, putrefit materia ſicut fit ĩ corporibus mortuorum & ſenum & in corporibus inanimatis frigefactis. ſuprà.

Caloris naturalis oꝑatio in rebus poſſibilibus, de quarũ cõſuetudine eſt ꝓcedere ad ꝑfectionẽ, eſt prima decoctio, & poſtea alia decoctio: & eſt quando apparet in re quædam corrugatio ſeu maturatio, & poſtea digeſtio. 4. mete. cõ. 1.

Caloris extranei operatio prima et ꝑ ſe ĩ rebus, in quibus eſt calor extraneus, eſt cum dominatur ſuper illas indecoctio ſiue combuſtio. ſuprà.

Calor extraneus aliquando facit indecoctionẽ & corruptionem cum eſt debilis, ſicut accidit in febribus flegmaticis putridis, & multotiẽs in fine febrium combuſtiuarum: ſed hæc operatio ineſt ei per accidens. ſuprà.

Caloris extranei cõſuetudo eſt extinguere naturalẽ, & reſoluere humiditates ſubtas ei: & accẽdũtur illę res & cõburũt ut in febribus, quæ dicuntur combuſtiuæ. ſuprà.

Calor naturalis eſt forma rei. Cõmenta. 4. meteo. in ſumma.

Calor qui trãſmittitur à corde ad hepar & cerebrum, mediãte quo iſta membra operant artes ſuas. Quia calor non eſt proprius in eorum eſſe, niſi calor partium conſimilium ex quibus ſunt cõpoſita: & ille eſt ſicut materia: ſed calor trãſmiſſus eis à corde eſt ſicut forma. 4. colliget. cap. 2.

Calor qui eſt in corpore, aut eſt pars ſanitatis, aut eſt ſanitas in potentia: quia ſequitur ipſum pars ſanitatis quæ eſt quaſi ultima perfectio. 7. meta. tex. cõ. 30. ¶ Vbi aduerte ſicut bene dicit Pluſq̃cõmẽtator in 2. paruæ artis: Sanitas in cõplexione non eſt caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut ſiccitas formaliter loquendo, ſed temperamentum in iſtis qualitatibus exiſtens.

Calor non poteſt eſſe differentia ſubſtantialis in igne. 8. metaphyſi. cõmen. 5. idem. 5. phyſi. 10.

Caloris ablatio aufert ignem, ſed non primò, ſed per ablationem formæ ignis: ſicut ablatio riſibilitatis aufert hominem, ſed non primò ſed mediante ablatione rationabilitatis. 8. metaphy. cõmen. 5.

Calor ſi in aliquo eſſet ſubſtantia, & in aliquo accidens, tũc diceretur ęquiuocè, ſicut hoc nomen ens dicitur de ſubſtãtia & accidente. 8. meta. cõ. 5. ¶ Vbi clarè elicitur ꝙ in uniuocè dictis impoſſibile eſt, quod uni eſt ſubſtantia, alteri ſit accidens. Caueant igitur tenentes uniuocationem entis.

Calor in igne eſt ſicut abſciſſio de acumine gladij, & nõ eſt ſicut ablatio in ablato. 8. meta. cõmẽ. 5. ¶ Hoc eſt, dictu eſt actio ſeu proprietas eius. Actio enim ignis eſt calor maximus & motus ad ſuperius, & ideo non eſt in igne calor ſicut ablatio in ablato. i. ſicut differentia ſubſtantialis ſpecifica ignis, ad cuius ablationem primò, ſequitur ablatio ſpeciei. Nam licet calor auferat ignem, hoc non eſt primò, ſed mediãte ablatione formę ignis. Vñ eſt à ſigno, nõ à priori.

Calor extraneus ex quo debilitat calorem naturalem & facit ipſum exhalare, non eſt impoſſibile ut ſequantur ipſum accidentia frigida: & ideo non oportet ut omnem ægritudinem factam propter apoſtemata calida ſequatur ſitis, & permutatio cibi ad fumoſitatem & accidentia calida. 3. colliget. cap. 40. de accidẽtibus eueniẽtibus tribus uirtutibus.

Calor cœleſtis generat animalia, ſed calor ignis deſtruit. 12. metaphyſic. commen. 18. idem. 2. cap. de ſubſtantia orbis. & quarto cœli. 32. pro quo uide Ariſtote. 2. de generatione animalium. cap. 3.

Calor quĩ eſt in ſemine habet formam per quam conſeruatur in ſua menſura, et iſta forma non eſt anima in actu, ſed in potentia: & eſt quam Ariſto. aſſimilat arti et intellectui. Et ideo uocat calorem iſtum calorem animę non animatũ. 12. meta. cõmen. 18. in. 4. colũna.

Calor qui eſt in ſeminibus fit ab habente ſemen & à ſole, et ideo dicit Ariſt. ꝙ ſol & homo generat hominem, et factus eſt iſte calor ex terra & aqua, & ex calore ſolis admixto cũ calore aliarum ſtellarum. ſuprà.

Calor intrinſecus dum extinguitur, accenditur extraneus ĩn materia extranea. 3. colliget. cap. 6.

Caloris natura eſt aperire & extendere partes, niſi fuerint ſiccæ, eò ꝙ ſiccitas reſiſtit extenſioni. 4. colliget. cap. 2.

Calor ſolis & ſtellarum diffuſus in aere et aqua generat animalia ex putrefactione generata, & uniuerſaliter omnia q̃ non fiunt ex ſeminibus. 12. metaphy. cõmen. 18. prope finem. & nota ꝙ eſt authoritas Philoſophi in. 3. de generatione animalium. cap. 11.

Calores generati ex caloribus ſtellarum generantes quamlibet ſpeciem ſpecierum animalium, habent menſuras proprias illius caloris, ex quantitatibus motuum, & diſpoſitionibus earũ adinuicẽ in propĩquitate & remotione. ſuprà.

Calorum menſura prouenit in generatis à uirtute diuina intellectuali, quæ eſt ſimilis formę unius artis prĩcipalis, ſub qua ſunt artes plures. ſuprà.

Calor hepatis quando fuerit augmentatus, ita ut exeat à ſua forma naturali, tunc operatio proueniet ab eo in eo ꝙ calor, non in eo ꝙ talis. 3. colliget. cap. 21. Vbi poteris uidere quomodo calor naturalis & pręter naturã diſtinguunt.

Calor extraneus refrigerat intrinſecum, ſicut ſol refrigerat ignem. 3. colliget. cap. 24.

Calor naturalis primò mouet maſculum, maſculus autem membra in quibus non ſunt oſſa, & non ſunt ramificata, & ſunt parua mouet ſine medio: membra autem ramificata mouet mediante chorda quæ oritur ab extremitatibus eius. ſecundo colliget. ca. 18.

Calor naturalis differt proprijs differentijs in unoquoq; mẽbro, ſecundum operationes quibus appropriatur, & maximè in operationibus nutrimenti, & in hoc nullus diſcordat. 2. colliget. cap. 18.

Calor naturalis eſt corpus, et eſt primum quod mouetur ab anima. 2. colliget. c. 18.

Calor cuſtoditur per euentationem, & extinguitur per eius priuationem. 3. de parti. aĩalium. Com̃. in cap. de pulmone.

Caloris certus pręfixusq; terminus eſt, ultra quem ſi ignem augeat nihilo reddes aquam calidiorem, ſed efficies ut magis euapdretur exicceturq;, ac deleatur. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. ca. 4. Contra Sophiſtas & philoſophaſtros, q̃ non concedunt dari minima in qualitatibus aliquo modo, ſed ſolũ ĩ magnitudinibus, cũ locus iſte apertè ſit cõtra iſtos, & Auer. ſnĩa in pleriſq; locis, ut alibi notauimus.

Calor ac frigus indurant: namq; euenit ut ab utriſq; humor euaporetur, ſed à calore per ſe, à frigore ꝑ accidens. Ariſto. 5. de generatione animalium. cap. 3.

Calor naturalis non habet aliquam uiam generandi frigiditatem, & ideo medici quando ſpeculãtur operationes medicinarum in corpus, facile eſt eis dicere quomodo calefaciunt, ſed difficile eſt eis dicere qualiter refrigerant. Vnde Galenus dicit ꝙ hoc non fit niſi per diuiſionem in paruas partes. 5. colliget. cap. 3. & ibi uide impugnationẽ Galeni.

Calor in actu in nullo cõpoſito reperitur, niſi in animalibus propter eorum perfectionem: & ideo alia compoſita indigent calore extrinſeco ad hoc ut calefaciant, & propterea non inuenitur in eis temperantia elemẽtorum, ſicut in animalibus. ſuprà.

Calor dominatur in omnibus animalibus et in omnibus terræ naſcentibus, ſed quædam eorum reperiuntur calida reſpectu humani corporis, & quędam frigida: & non ſolum frigida, uerũetiam mortifera ꝑꝑ frigiditatẽ. 5. collˀet. ca. 24.

Calor naturalis mouetur à uirtute animæ, & ipſæ mouet & alterat nutrimentum: ſed uis animę remanet immota. 2. de anima. tex. cõ. 50. Vbi lucidisſimus Themiſt. notat ꝙ ſicut nauta nauim regit manu & clauo, disſimilis tamen eſt ratio manus & claui in regenda naui, nam manu ut coherente & coalita, clauo ut extrinſecus adiũcto atq; applicito utitur: ita duo ſunt quibus ĩ nutritione anima utitur, primum uis animæ ipſa quæ nutrit, deinde calor inſitus innexusq; corpori. Hæc autem duo eo differunt, ꝙ anima uim ſuam ipſa ex ſe confert, & tanq̃ de ſinu ſuo promit ad calorem, & tanquam ad machinamẽtum quodam extrinſecus adhibet eumq; incidens inſtar gubernatoris intemperat. Vbi patet motum caloris naturalis ab anima uel uirtute animę eſſe ab extrinſeco. Inſuper ex Themiſt. authoritate collige calorem naturalem non eſſe animatum.

Calor naturalis qui eſt in ipſis animalibus ſtatim conuertit multas res quę conuerti non poſſunt à calore ignis, ſed hoc non prouenit propterea ꝙ calor animalium ſit fortior calore ignis, quia hoc uerbum eſſet uanum, ſed hæc res prouenit à tota ſubſtantia, ſicut dicitur ꝙ cum ſtrucionibus datur ad comedendum aurum & in continenti extrahatur à ſtomacho, inuenitur multum diminutum, & hoc eſt ueritas. quãuis aurum dure patiatur ab igne. 5. colliget. cap. 24.

Calor naturalis eſt humidus, & eſt debilioris caloris quam ignis. 5. colliget. cap. 26. Idem ibidem. ca. 25. ubi dicit ꝙ calor ſtrucionũ nõ ẽ fortior calore ignis, qa hoc uerbũ ẽ uanũ.

Calor naturalis quando diminuitur, non poteſt regere corpus: & omnes operationes frigidiores debito exiſtunt. 7. colliget. cap. 16.

Calor naturalis duobus modis ſecundum Ariſto. extraneus euadit propter frigiditatem, unde debilitatur & non poteſt corporibus humidis dominari, & accidit putrefectio: & ꝑpter calorem extrinſecum uenientẽ. Auer. 3. colliget. ca. 4. contra Gale. de generatione febris cholericæ & diariæ. ubi uult dari febrem cholericam uſtiuam, quæ nõ eſt per uiam putrefactionis, ſed aſſationis & uſtionis.

Calor tum liquandi, tum cogendi uim habere uidetur. 2. de partibus. cap. 2.

Calor ad miniſtranda omnia opera animæ maximẽ opportunum eſt. 2. de partibus. cap. 7.

Calor extraneus ramificatur à naturali. 7. colliget. cap. 2. ubi impugnat medicos aſſerentes frigidiora magis cõpetere ſeni q̃ inueniri febrientibus æquali gradu caloris. ¶ Et ex iſta authoritate ſcire poteris calorem naturalem & extraneum, non eſſe duos calores eſſentialiter & realiter diſtinctos, ut tenuit Gentilis.

Callias eſt ratio cum materia. 10. metaphy. tex. com̃. 25.

Caluitium homini in parte anteriori capitis contĩgit, quia ĩn ea cerebrum continetur. 4. de gene. aĩalium. cap. 3.

Caluitium non contingit mulieribus, neq; pueris, neq; ſpadonibus. uide cauſam in. 5. de generatio. animalium. ca. 3. Et. 9. de natura animalium. cap. ultimo.

Caluis quare pilus non redeat, cum tamen auibus quæ pennas amiſerint, & plantis fronde priuatis, rurſus ipſæ pennas recipiant, & iſtę denuò frondeſcant. uide cauſam. 5. de generatione animalium. cap. 3. in fine.

Calueſcere minus ſolent qui mento ſunt bipartito. 3. de natura animalium. cap. 11.

Calui non dicuntur diminuti. 5. meta. tex. com̃. 32.

Chameleo ſolus pedeſtrium ouiparorum tenuiſſimus eſt, & multiformis efficitur propter metum: metus enim refrigeratio eſt propter inopiã ſanguinis atq; caloris. ex. 4. de partibus animalium. cap. 10.

Cancri ſuperiorem ſui forcipis partem mouent, & non inferiorem. uide cauſam. 4. de partibus aĩalium. cap. 10.

Canicies & ceſitas oculorum ſunt duæ affectiones cõſequẽtes cruditatem humoris, & eius paucã concoctionẽ. Auer. in. 5. de genera. anima. cap. de cauſa uarietatis coloris oculorum. & habetur ab Ariſt. ibidem. cap. 1.

Caniciem effici putredine quadam inditium eſt, quod pili pileo aut alio tegmine intecti celerius caneſcunt: flatus enim putredinem prohibent, operimentum autem flatum arcet. Ariſt. in. 5. de generatione animalium. cap. 5.

Canities



Canities in equis maxime omnium animalium quæ nouerimus innoteſcit, ꝙ os in quo cerebrum continetur tenuis habeant. ſuprà.

Canities non cauſatur à phlegmate, quia phlegma eſt nutrimentum primum, & capillus nutritur ex nutrimento ultimo: nutritur autem phlegmate poſtq̃ fuerit tranſmutatum magna tranſmutatione: quia non poſſumus dicere hunc eſſe colorem phlegmatis. Bene tamen poteſt diciphlegma eſſe unam ex cauſis caloris putrefactiui dealbãtis canitiem. Auer. 5. de generatione animalium. cap. de caluitie.

Caneſcunt imbecilla quæq; celerius, quapropter ruſſĩ celerius caneſcunt q̃ nigri: ruſſitas enim imbecillitas quædam pili eſt. 5. de generatione animalium. cap. 5.

Canities quibuſdam ob ægritudinem contingit, qui mox ubi ualetudini fuerint reſtituti, nigri iterum facti ſunt. uide cauſam. 5. de generatione animalium. cap. 4.

Canitiei reſiſtit olei aquę permixti perunctio: aqua enim refrigerat, oleum uerò ne celeriter exiccetur prohibet: aqua namq; facilẽ exiccatur. 5. de generatione aĩalium. cap. 5.

Canes ſomniare declarant ſuo latratu quem agunt ſecũdũ quietem. ex. 4. de natura aĩalium. cap. ultimo.

Canum ætas dentibus iudicatur: iuuenibus enim candidi & acuti, ætate prouectis nigri, obtuſiq;. 2. de natura anima. cap. 2. &. 6. de natura animalium. cap. 20.

Canes laconici pariunt catellos, qui uiſum non recipiunt ante duodecim dies. 6. de natura aĩaliũ. cap. 20.

Canum mares ſexto menſæ ætatis mingunt, crure erecto: fœmine omnes conſidentes mingunt, licet in hoc ſexu nõnullæ crure etiam erecto mingant. ſuprà.

Canes nonnulli uſq; ad uigeſimum annum protrahunt uitã quamobrem recte apud Homerum Canem ulyſſis. &c. uigeſimo anno mori aliqui iudicant. ſuprà. authoritatem Homeri require in. 17. odyſſeæ.

Canes & lupi non alio tempore herbas guſtãt, q̃ dum morbo laborant: herba enim ingeſta euomunt, atq; ita purgantur. ex. 8. de natura anima. cap. 5. &. 9. de natura aĩaliũ. c. 6.

Canes cum lumbricis infeſtantur, comedunt herbam tritici 9. de natura animalium cap. 6.

Canis lupi ſemen poteſt recipere, & ecõtra ad prolem generandam: & uulpes canis, & ecõtra: ſicut equus et aſinus. 3. de utilitate particularum Galenus, & ibi reddit cauſam q̃re non ſic eſt de homine & equa.

Canæ pulmonis longitudo utrum ſit propter neceſſitatem uel propter bene eſſe, uide Auer. in cõmen. ſuper. 3. de partibus anima. c. de collo.

Canon maior appellatur prima philoſophia. 1. cœli. cõ. 10. & hoc ſecundum arabicam tranſlationem.

Capillorum criſpitudo ex duobus cauſis exoritur ſecundum Ariſtote. 5. de generatione anima. require eas cap. 3. & ab Auer. ibidem cap. de uarietate pilorum. Prima enim cauſa eſt, fumus ex quo pilus criſpus generatur eſt cõpoſitus ex portione ignea & terrea, ex quo cõtingit ut pars terrea moueat ipſum deorſum, & ignea ſurſum: quare contingit pilũ ĩnflecti propter hos duos motus contrarios. Secunda cauſa eſſe poteſt propter ſiccitatem & humiditatem, nam ſi ſiccus fuerit pilus et igneus ualde, tunc pilo accidit tortuoſitas ſi uero humidus, contingit ipſum extendi.

Capillorum & pilorum diuerſitas caloris cauſatur ĩn cæteris animalibus ex cute: alborum enim alba eſt cutis, nigrorum nigra, uariorum permixtorumq; partim nigra conſpicitur: at in homine cutis nulla cauſa eſt, qui enim ſunt albi admodum, nigros habent capillos. Ariſt. 5. de generatione anima. cap. 5. & ibi redditur cauſa. ¶ Aduerte tamen illam ſententiam Ariſto. ueritatem habere in regionibus temperatis, quia certum eſt ꝙ apud æthiopes omnes capilli eorũ nigri ſunt & eſt gloſa Gale. in. 2. paruæ artis.

Capra gerens cornu in crure uiſa eſt. Ariſt. in. 4. de genera. anima. cap. 4. ubi Auer. dicit ꝙ hoc eſt mõſtrum extraneũ.

Capris paſtores nullum ducem conſtituunt, quia natura earum mobilis eſt. 6. de natura animalium. cap. 19.

Capras ſylueſtres in Creta inſula ſagitta trãsfixas, dictamũ herbam quærere aiunt: hac enim ſpicula corpore eijciuntur. 9. de natura animalium. cap. 6.

Caprificus ficarios culices generat, qui mutata ſede ficus immaturas petunt, quibus ſe inſinuantes efficiunt ne decidãt: quamobrem agricolæ appendere ficis caprificos, & iuxta eaſdem caprificos ſerere aſſolent. 5. de natura anima. c. 32.

Capita in principijs librorum quæ præmitti conſueuerunt, ſecundum expoſitores octo ſunt: intentio, utilitas, diuiſio, ordo doctrinæ, proportio, uia doctrinæ, nomen librĩ, & nomen authoris. Auer. ſententia in prologo primi phy. & idẽ Simplicius ibidem. ¶ Aduerte tamen ꝙ Latini quatuor capita dũtaxat conſueuerunt præmittere, iuxta quatuor genera cauſarum, uidelicet materialem, formalem, efficientem, & finalẽ. Hac uia inceſſit Doctor Subtilis in principio quæſtionum ſuarum metaphyſicalium, & multi ſequaces.

Capitis natura in animalibus eſt natura radicis in plantis. 2. de anima. tex. & cõmen. 38.

Caput carne priuatum eſſe neceſſe eſt. ex. 2. de partibus animalium. cap. 10. & ibi redditur cauſa.

Capitis pars, etiam poſterior carne caret. ſuprà.

Capitis pars poſterior caret cerebro. ſuprà.

Caput abſciſſum uocem emittere non poteſt. ex. 3. de partibus. cap. 10. ubi agitur de ſepto tranſuerſo.

Capite detracto corpus moueri poſſe non temere credi poteſt: nam quæ ſanguine carent, abſciſſo capite, uiuere diutius poſſunt. ſuprà.

Caput. i. os quo cerebrũ tutatur, utrum ſit propter cerebrũ abſolutẽ, an ut cerebrum ſit in modo nobiliori. uide Auer. in. 4. de partibus animalium. cap. de membris animalium ſanguineorum extrinſecis, ubi defendit Ariſtotelem ab argumentis Galeni, qui non intellexit Ariſto. opinionem.

Caput hominis habet partes, priorem, quæ ſinciput: & poſteriorem, quæ occiput dicitur. 1. de hiſto. animaliũ. cap. 7.

Capitis forma eſt rotunda, ſicut ſphæra ex utroq; latere leniter compreſſa. 1. colliget. cap. de forma capitis. & fuit ſententia Galeni in. 2. paruæ artis.

Caput non omnibus animalibus commune eſt. Alexander in paraphraſi de anima. cap. ultimo.

Cardiaca ægritudo, à qua plerunq; redduntur incolumes, non propriẽ cordis, ſed ſtomachi ægritudo cenſenda eſt: nam cor non poteſt tollerare magnam & diuturnam ægritudinem. Alex. in paraphra. de anima. cap. ultimo.

Caro ſecundum Alexã. eſt organum tactus: & uide rationes eius, & impugnationem eiuſdem à Them̃. in. 2. de anima. cap. 40. ¶ Pro Alexan. autẽ dici poteſt ipſum de carne cordis locutum fuiſſe. & uide pro hoc magnum Alber. in. 12. lib. de animalibus. tracta. 2. cap. 8. & uide quæ amplẽ ſcripſi ſuper hoc in contradictionibus nuper ęditis. iſtam opinionem Alexandri. uide in ſua paraphra. de aĩa. cap. ulti.

Caro organum tactus eſſe non poteſt, quia qualitates cum materia recipit, more quo ſolent ĩnanima. Nemo enim eſt cui hæc ſæpe non ĩncoluerit, humuerit, frixerit: itaq; & hæc materia qualitatum efficitur, quod in cæteris inſtrumentis non contingit: Pupilla enĩ nõ albeſcit, aer qui in auditorio eſt, nec grauis, nec acutus redditur. Themiſt. 2. de anima. cap. 44. ¶ Inde collige contra multos aſſerentes organum tactus realiter ĩmmutari, nedum ſpiritualiter in ſentiendo: cum tamen Ariſto. generaliter dixerit proprium eſſe uniuſcuiuſq; ſenſus, receptiuum eſſe ſpecierum ſine materia.

Caro habet magnitudinem terminatam in paruitate quam non pertranſit. 1. phyſi. tex. com̃. 37. &. 38. &. 2. de anima. tex. com̃. 41. &. 97. 6. phyſi. 91. &. 7. phyſi. com̃. 1. 8. phyſi. cõmen. 62. 1. cœli. cõmen. 116. &. 1. cap. de ſubſtantia orbis. contra negantes minima.

Caro porci (ut ſentit Auicen.) ex animalibus ambulãtibus eſt magis homini naturalis; & experientia dictat hoc. 5. colliget. cap. 31.

Caro differt ab oſſe in quidditate & diffinitione. primo de anima. cõmen. 77.

Caro eſt medium, & non eſt organum in ſenſu tactus. ſecũdo de anima. cõmen. 116. contra Alex. uide in cõcordantijs.

Caro non eſt terra & ignis ex quibus componitur, ſed eſt, aliud quoddam additum. 7. meta. tex. com̃. 60.

Caro nec pars aliqua eiuſmodi primum eſt tactus ſenſoriũ, ſed aliquid intimum. ex ſecundo de partibus animalium. cap. 10. uide in concordantijs.

Caro nõ ẽ organũ tactus.

Caro eſt primum & proprium organum tactus, ſecundum Ariſto. & uide demonſtrationem eius bene declaratam. 2. de partibus animaliũ. cap. de carne, per Auer. cõtra Gale. ponentem cerebrum & neruum eſſe principium ſenſus tactus. Cumq́; omnium ſententia, tactus conſiſtat in temperamẽto qualitatum primarum, & cerebrum ſit frigidum & humidum, & neruus frigidus et ſiccus, quomodo ex iſtis reſultare poteſt temperamentum? Caro autem eſt magis tẽperata inter omnia membra humani corporis. ¶ Vide etiã Auer. in. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium, ubi ponit duas ſpecies carnis, ſimplicem & muſculoſam: & ibi dicit ꝙ neruus ſecundum Ariſto. eſt inſeruiens carni in ſenſatione, inquantum contemperat calorẽ tranſmiſſum à corde. & ita dicit ibidem de neruo, ubi ponit iuuamenta nerui.

Caro ẽ organum tactus.

Caro eſt proprium inſtrumentum ſenſus tactus, propterea quia cõmunicat omnibus animalibus, ſicut ſenſus tactus, qui eſt communis omnibus animalibus. Et in animaliũ perfectorum carnibus ſunt ſparſi multi nerui, ad temperandã complexionem carnis, quia nerui ſunt ſimiles complexioni cerebri. 2. colliget ca. 13. quod eſt de proprio inſtrumento ſenſus tactus. uide in cõtradictionibus nuper editis.

Carnis temperantia ſequitur pro maiori parte temperantiã complexionis cordis, & propriè caro exiſtens in hoc loco: & propter hoc caro habens temperatam complexionẽ cordis non erit macilenta, neq; pinguis. 4. colliget. ca. 2.

Caro mollis arguit bonitatẽ ingenij. 2. de anima. tex. cõ. 94. dummodo mollicies illa ſit naturalis, non arte comparata, aut genere aliquo exercitamenti quæſita. Cauſa fortè illa ꝙ in molli corpore primus innatusq́; ſpiritus animæ facilius funditur, & libentius expeditiusq́; diſcurrit. Cõtrà durities & craſſities, repagulo ſunt, & meatus obturãt oppillantq́;, ne purus & liquidus tranſmittatur. Themi. ibidem.

Carnis, quamuis in eo ꝙ corpus eſt, infinitam ſectionẽ poſſis agnoſcere: in eo tñ ꝙ caro eſt nõ potes. The. 1. phy. 37.

Caro eſt primum membrum ex ſimilaribus quod generatur: et generatur ex minori concoctione q̃ uenę, et nerui, & membranæ, & minori tempore. Auer. in. 2. de generatione animalium. cap. 2. prope finem.

Carnis duæ ſunt ſpecies. 2. colliget. cap. 8.

Caro, quã Gale. uocat muſculoſã, eſt mẽbrũ officiale. ſuprà

Caro ſpongioſa, ut inguinum & ſubaſſellarum, eſt propter expulſionem ſuperfluitatum. ſuprà.

Carnem aliquam eſſe ad replendum loca uacua, nõ eſt multum longinquum ad credendum. ſuprà

Caro in ſumma eſt membrum ſimplex, in quo communicãt omnia alia, ſicut cor eſt membrum officiale in quo cõmunicant oĩa aĩalia. 2. colliget. ca. 8. de iuuamento mẽbrorũ cõſimiliũ. Intellige tñ de carne uel proportionali carni.

Caro eſt tutela æſtus & hyemis. Plato. ſentẽtia in Thimæo citata per Galenum in. 1. de utili. parti. ca. 13.

Carnis tres ſunt ſpecies. ſ. mixta cum neruo, & dicitur lacertus: et caro pura, tertia eſt glandoſa. 1. colliget. ca. de carne.

Caro fœminarum eſt humidior. Ariſto. in. 4. de natura animalium. cap. ultimo. ¶ Et ideo cum humidæ diætæ omnibus febricitantibus competant, caro pullarum magis expedit q̃ caro pullorum: etiam caro illa eſt frigidior, ſicut bene notat Gentilis in cap. de cura putridarum in generali.

Cartilago & oſſa eandem naturam habent, quapropter neutrum præciſum recreſcere poteſt. ex. 2. de parti. aĩaliũ ca. 9.

Cartilago rupta nunq̃ reparatur, quemadmodum oſſa præciſa nunquàm recreſcunt. 3. de natura animalium. cap. 7.

Cartilago enumeratur inter partes ſimilares animalium ſiccas ac ſolidas. 1. de natura animaliũ. cap. 1. Gale. 7. de utilitate particula. cap. 3. dicit ꝙ eſt pars ſimplex durior omnia alia parte ſimilari excepto oſſe, nam eſt mollior oſſe.

Caſtrati plus uiuunt q̃ non caſtrati, multum enim coeuntes parum uiuunt: unde propter paucitatem coitus mulus uiuit plusq̃ equus. ex commento lib. de longi. & bre. uitæ.

Caſu facta ſunt monſtruoſa non naturalia. 8. phy. com̃. 46.

Caſu factum ſemper eſt oppoſitum ei, quod ſit à natura: & ideo eadẽ ſpecies non poteſt inueniri à natura & à caſu. 8. phy. cõ. 46. idem. 7. meta. com̃. 22. uide in concordantijs.

Caſu facta rarò fiunt, & citò cõſumunt. 1. cœli. tex. cõ. 135. & 138. idem. 2. phy. 48. & 77. & 1. cœli. tex. cõ. 15.

Caſus non inuenitur in ſempiternis. 2. cœli. tex. cõmen. 33.

Caſus non eſt in corporibus cœleſtibus. 2. cœli. cõ. 44. & 2. phyſi. tex. com̃. 46. & 48.

Caſus impoſſibile eſt ut ſit ĩ uniuerſo alicuius ſpeciei, in cuius genere non cadit caſus: nedum in ſpecie, in qua impoſſibile eſt cadere caſum. 2. cœli. cõmen. 44.

Caſus reperitur in poſſibilibus, non in neceſſarijs. ſuprà. & 2. phyſi. tex. com̃. 45. & 48.

Caſus non eſt in corporibus cœleſtibus, quia ibi nõ eſt materia. 2. cœli. cõ. 45. uide cauſam iſtius deductionis. 6. meta. tex. com̃. 5. & 2. phy. 45. & 48. & 9. metaphy. 19.

Caſu generata quorũcũq; materia põt à ſeipſa moueri hoc motu quo ſperma mouet, poſſunt ex ſe & aliter generari: quorumcunq; uerò non ea, impoſſibilia ſunt aliter q̃ ex ſeipſis generari. 7. meta. tex cõ. 31. Facit pro tenentibus genita ex ſemine & ex putri materia eſſe eiuſdem ſpeciei, cuius oppoſitũ ſenſit Auer. 8. phy. cõ. 46. uide in lr̃a H / ibi hõ nõ põt gñari à nõ ſemĩe hoĩs, ubi Cõ. ſubtiliter defendit.

Caſus eſt inopinatæ rei euentus. 2. phyſi. tex. cõmen. 61.

Caſu facta non habent ordinem, neq; ſunt ſpecies intentę à natura. 12. metaphyſi. cõmen. 12. idem ibidem cõmen. 18. & 7. metaphy. cõmen. 31. & 8. phyſi. 46.

Caſus & fortuna, hoc eſt, cùm uoluntas aut natura alicuius facta eſt per accidens cauſa. Themi. 2. phyſi. ſuper tex. 50. & elicitur ex tex.

Caſu factũ differt ab eo quod temere ſeu fruſtra euenire dicitur. uide Themiſt. 2. phyſi. ſuper tex. 62. & 63.

Caſus & fortuna nõ ſunt in his quę ſunt ut in pluribus, neq; ſemper: ſed in his quę ſunt rarò. 2. phy. cõ. 48. cõtra Auic.

Caſus rectus uidetur ſignificare ſubſiſtens & permanẽs, ſed inflexio de recto uidetur abiens quoddam & recedens ſignificare. Themiſt. 1. phy. ſuper tex. 61. ubi reddit cauſam quare in quibuſdam aliquid fieri ex alio, ut de ſubiecto loquimur in recto, in quibuſdã uerò in obliquo. & uide pro opinione eius Ariſto. in. 7. metaphy. tex. cõmen. 25.

Catarrhi, urinæ, & ſeceſſiones homa ſeu cruda dicuntur, eò ꝙ non ſunt obtenta à caliditate. 4. meteo. tex. com̃. 22.

Cauda quadrupedibus data eſt ad cooperiẽdum anum: ſed homini nates & ad hoc, & ad ſeſſionẽ accommodauit natura. 4. de partibus animalium. cap. 9.

Caudæ lacertorum & ſerpentum truncatę renaſcuntur. 2. de natura animalium. cap. ultimo.

Cauſa, in propria ſignificatione ſumitur pro fine, ſed cõmuniter poteſt ſumi pro qualibet cauſa. Auer. 1. phyſi. com̃. 1. ¶ Huius ratio, ni fallor, eſt quia cauſalitas finis eſt incauſata: finis enim eſt cauſa cauſarum. Aduerte tamen apud expoſitores ꝙ differentia eſt inter cauſas & concauſas, ut notat Simpli. in prologo. Nam cauſæ apud Ariſtotelicos ſunt efficientes & fines, concauſæ uerò materia & forma & poſtremo elñta. Verũtñ Plato cauſis addidit exemplarẽ, q̃a poſuit ideas, concauſas uerò officialẽ ſiue inſtrumentariã.

Cauſę communes omnibus rebus naturalibus inueſtigantur ĩ libro. phy. ex prologo Auer. & etiam ibidẽ cõ. 4. & 5.

Cauſæ priæ. ſ. prĩa materia, & primus motor cõſiderãtur in ſcientia naturali, ſed prima forma, & primus finis à diuino ſuprà. uide idem. 3. meta. cõ. 3. & 7. meta. cõ. 5. & 9. & in ſuo procœmio ſuper. 12. meta. Et ibi patet error modernorũ qui per primam formam intellexerunt formam corporeitatis: nam tunc, ſi iſta daretur pertineret ad naturalem, nõ ad diuinum. Amplius prima forma apud Auer. & primus motor, & primus finis ſunt idem ſubiecto, & differunt ratione. 12. meta. cõmen. 5. & 6.

Cauſæ



Examinatio ꝑticule primi cõ. ꝑmi phy. Io. de Bac. impugnaẽ

Cauſæ ſimplices exiſtentes in re non ſunt compoſitæ: quæ enim ſunt prĕter primam materiam & ultimam formam, ſunt materiæ compoſitæ & formæ cõpoſitæ. primo phyſi. cõmen. 1. ¶ Non intelligitur (ut expoſuit Ioannes de Bacco. in quolibetis, quolibet. 2. quæſtione qua quærit utrum materia ſit pura potentia) per ultimam formã primus motor. Nã licet (teſte Auer.) prima materia, & primus motor ſint extrema latitudinis ſubſtantiarũ, ex hoc ꝙ omnes formæ ſunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore. 12. meta. cõmen. 18. tamen non de tali formam loquitur hîc: nam primus motor non eſt de cauſis exiſtentibus in re, imo eſt extrinſecus. Cõmen. autem loquitur de cauſis ſimplicibus exiſtentibus in re. & mirum eſt per uitam meam quomodo iſte uir in re notiſſima adeo hallucinatus ſit. Amplius mos eſt Auer. & Peripateticorum dicere Deũ eſſe primam formam, non ultimam, ut patet. 12. meta. cõ. 5. & 6. & alibi frequenter.

Egidius.

Egidius Romanus habet pulchrum modum dicendi, fundatum ſuper ꝓpoſitione Auer. primo meta. 17. ꝙ in materia ſunt gradus, quia prius recipit formam uniuerſaliſſimam, deinde formas minus uniuerſales, uſq; ad indiuiduales: ita ꝙ omnes cauſæ medię inter primam materiam, & ultimam formam uidelicet generis generaliſſimi, poſſunt dici materiæ cõpoſitæ & formæ compoſitæ. Et licet ille modus ſuſtineri poſſit, non tamen credo ꝙ illud intellexerit Cõmen. hîc, quia hîc loquitur ſecundum eſſe quod habent cauſæ in re, quia naturalis eſt artifex realis. Talis autem imaginatio ſecundum gradus penes magis abſtractum & minus abſtractum, potius pertinet ad artificem cõmunem & rationalem, q̃ ad naturalem.

Burleus.

Et ideo dico ꝙ etiam expoſitio Burlei ſtare nõ poteſt, qui per ultimã formã ĩtelligit formã nõ reſolubilẽ in ulteriorẽ formam, cuiuſmodi eſt forma elementi. Nam tunc propoſitio Auer. non eſſet uniuerſaliter uera, cuius contrarium patet ex uerbis eius. Inquit enim ꝙ Ariſto. per cauſas ſimplices intellexit cauſas exiſtentes in re, & ſunt prima materia & ultima forma: quę enim ſunt præter primam materiam & ultimã formã, ſunt materiæ cõpoſitæ & formæ cõpoſitę cuiuslibet rerum nãlium. Si igitur forma ultima eſt, quę nõ poteſt reſolui in aliam formam, accideret ꝙ mixta non haberent ultimam formam: quia forma mixti per te eſt reſolubilis in aliam, quę continet ipſam in uirtute.

Opinio authoris.

Et ideo dico ꝙ Cõmenta. loquitur de cauſis intrinſecis componẽtibus, non ſecundum eſſe rationis, ſed ſecundũ eſſe reale: & in uia compoſitionis intelliguntur uerba eius, non in uia reſolutionis. Vnde debes ſcire ex doctrina eius in libro de ſubſtantia orbis, ꝙ unum compoſitum ſubſtantiale non habet niſi unam formam ſubſtantialem: quia unius rei eſt unum eſſe. Et ideo prima materia quæ eſt prima uia compoſitionis, & forma ultima, etiam in uia compoſitionis, & eſt illa quę dat eſſe in actu & ꝑficit rem, ſunt cauſæ ſimplices. Quæ autem ſunt in aliquo ente naturali, ultra formam perficientẽ & primam materiam, dicuntur materiæ compoſitæ, & formæ compoſitæ. Pro quo debes ſcire ꝙ omnes ſubſtantiæ cõpoſitæ naturales ſunt aut ſimplices, aut mixtæ: dico modò ꝙ in ſimplicibus non eſt niſi forma elementi, iſta enim eſt prima forma perficiens elementum, & prima materia: & ideo iſtæ ſunt cauſæ ſimplices in elementis inuentæ prima materia & forma elementi, ita ꝙ in elemẽtis non eſt reperire materias compoſitas neq; formas compoſitas, ſed ſolum cauſas ſimplices. ſ. primam materiam & formam ultimam, quæ eſt elementaria meritò ſuę ſimplicitatis. Nam ſi aliquam ulteriorem materiam aut formam contineret elementum, non amplius ſimplex eſſet, ſed mixtum. In mixto autem cauſæ ſimplices ſunt prima materia, & forma mixti ex ultima forma, quia illa perficit mixtum: inter autẽ primam materiam & formam mixti ſunt elementa, & talia dicuntur materiæ compoſitæ cum forma, & forma compoſita cum materia. Sic igitur in qualibet re naturali uniuerſaliter eſt reperire cauſas ſimplices exiſtentes in re. ſ. primam materiam & ultimam formam in uia compoſitionis: quia prima materia eſt quæ concurrit primitus in uia compoſitionis, quæ eſt ſubiectum præſuppoſitũ generationi: & forma perficiens eſt ultima in uia compoſitionis, quia generatio terminatur ad formam. Non tamen in qualibet re naturali eſt inuenire materias compoſitas & formas compoſitas, ſed in mixtis tantum. Naturalis enim ut dicit Cõmen. primo cœli com̃. 1. habet conſiderare cauſas corporum ſimplicium, quæ ſunt prima materia & forma, & ꝑtes ſeu cauſas corporum cõpoſitorum. Et ne uideamur iſta gratis dixiſſe, adduco authoritatem Auer. in. 3. cœli. cõmen. 31. ubi Ariſto. diffinit elemẽtum. Ponit enim Cõmen. ibi documẽtum dicens, ꝙ hæc elementa ſunt alia ab elementis de quibus perſcrutatur in. 1. phyſi. Illuc enim declarauit elementa uniuerſalia corporum ſimplicium & compoſitorum. ſ. primam materiam & formam, hîc autem declarare intendit elementa corporum compoſitorum tantum, quæ ęquiuocè dicuntur elñta cum illis, q̃m cum compoſitum diuidiẽ, non exiſtũt in actu: forma enim corrumpitur, & materia induit aliam formam. Manifeſtum eſt autem ꝙ ſic elementa de quibus Ariſt. agit in. 1. phy. ſunt prima materia & forma. in hoc enim oẽs expoſitores conuenerunt. Vnde Simplic. aperte dicit in. 1. phyſi. agi de cauſis. ſ. materia & forma, & de priuatione: in ſecundo uerò de efficiente cauſa q̃ naturam eſſe dicit, & ſimiliter de ipſo fine. Cauſæ igitur ſimplices cõmunes omnibus rebus tam ſimplicibus q̃ compoſitis, exiſtentes in re, non ſunt niſi prima materia, & forma perficiens. Amplius Cõmen. in. 2. phyſi. com̃. 10. ſuper illis uerbis: Vno quidem igitur modo natura ſic dicitur de materia prima unicuiq; ſubiecta. Inquit ibi Cõmenta. ꝙ ideo dixit prima, quia non prima eſt compoſita ex forma & materia: quoniam, quia unumquodq; entium habet ſubiectũ proprium, neceſſe eſt præter commune ſubiectum ipſum hr̃e ſubiectum proprium: eſt igitur non materia pura, ſed compoſita: eſt igitur habens naturam, non natura. Vide pro hac expoſitione etiam. 1. phyſic. cõmen. 82. & 5. meta. cõmen. 29. & 1. cœli. cõ. 1. Sed contra iſtam expoſitionem eſt unum ſatis manifeſtũ, quia Auer. per elementa hîc exponit cauſas propinquas & eſſentiales: ſi igitur per cauſas ſimplices intellexit primam materiam & ultimam formã, intelligendo per ultimam formam in uia compoſitionis q̃ eſt forma perficiens, tunc idem cauſa ſimplex & elementũ, & tunc non haberet Auer. intentum ſuum: quia ipſe ꝓpter hoc deductus fuit ad illud in quo cõmuniter ab expoſitoribus dãnatur, quia mutauit expoſitionem illorum trium terminorum, principium, cauſam, & elementum, in probatione maioris à ſenſu quem poſuit in maiori, ut eliceret documentum illud, quod ex modo loquendi Ariſto. in tali propoſitione innuit nobis ordinẽ doctrinę. inquit enim: Tunc enim arbitramur cognoſcere unũquodq;, cum cauſas ſimplices cognouerimus, & principia prima, & uſq; ad elemẽta. Vbi innuitur quidam motus in ſcientia inter terminum à quo, & terminum ad quem per medium: nam terminus à quo ſunt cauſæ ſimplices medium ſunt principia prima, & terminus ſunt elementa. Oportet igitur ꝙ cauſa ſimplex & elementum non coincidãt, ſicut terminus à quo, & terminus ad quem non debent coincidere. Et per uitam meã hoc argumentum demonſtrat apud me in hoc loco, contra illam expoſitionem quam alibi in theorematibus ſuſtinui: quæ etſi in ſe poſſit ſuſtineri, non tamen in loco ſatisfacit menti authoris ſicut uides. Inquit enim & innuit ꝙ doctrina ordinata eſt incipere à cognitione cauſarum primarum rei cognoſcendæ perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum cauſarum remotarum ſecũdum ordinem, donec perueniatur ad cauſas propinquas. Niſi eſſet propter diuerſitatem compoſitorum, quorum cauſas naturalis conſiderat: quædam enim ſunt ſimplicia, & quædam compoſita ex ſimplicibus, ut ſunt mixta: non inconuenit cauſas ſimplices, & elementa coincidere in idem ſecundum ſubiectum, licet non ſecundum rationem: in aliquibus autẽ diſtinguit utroq; modo. Vnde dico ꝙ in mixtis, aliæ ſunt cauſæ ſimplices, & aliæ ſunt elementa: cauſæ ſimplices ſunt prima materia, quæ non præſupponit priorem materiam: & forma

ſimplex eſt forma elementi, quæ nõ præſupponit priorem formam. Elementa autem in mixto ſunt cauſæ propinquæ, ex quibus mixtum imediatè reſultat, & ſunt forma mixti & elementa ipſa quatuor, quę formaliter ſunt in mixto, ſub eẽ tamen refracto ſecundum Auer. 3. cœli. cõmen. 67. In ſimplicibus autem eædem ſunt cauſæ ſimplices & elementa, diſtinctis tñ rationibus: quia pro quanto mã prima non p̃ſupponit aliam materiam in elemento, & forma elementi non præſupponit aliam formam, ſic dicũtur cauſæ ſimplices: inquantum aut elementum immediatè ex iſtis duabus ſubſtantijs reſultat, ſic dicuntur elementa. Vnde non poteſt inueniri eadem ratio præciſa in ſimplicibus & in mixtis, ꝓpter diuerſitatem naturæ ſimplicis à natura compoſitorum ex ſimplicibus. Ordo igitur doctrinæ in naturalibus eſt, ut ſemper à ſimplicioribus procedant ad cauſas propinquas compoſitores, ſiue ibi ſit diſtinctio ſecũdum rationem tantum, ſiue ſm rem & rationem ſimul. Et ideo in hoc loco melius eſt dicere, ꝙ cauſę ſimplices ſunt prima materia & ultima forma: per ultimam formam intelligendo formam elementi q̃ licet ſit etiam ipſa prima in compoſitione reſpectu aliarum formarum, ſicut prima materia reſpectu materierum propinquarum: compoſitio tamẽ magis appropriat materiæ, qua materia uerè & proprijſſimè eſt ex quo ſit aliquid ut in exiſtente: & ad hoc exprimendum, talem primitatem per antonomaſiam attribuit materiæ, & ultimitatẽ ex parte reſolutionis appropriauit formæ. Et ex hoc patet error eorum qui tenent in uia Auer. formam mixti eſſe formam realiter compoſitam ex elemẽtis, & ſpecie diſtinctã ab eiſdem. Fuerunt enim moti ex hac authoritate, quia prę ter primam materiam & formam ultimam. ſ. elementariã, omnes aliæ ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitę. ¶ Amplius autem Cõmen. 3. cœli. com̃. 67. tenet ꝙ elementa ſunt in mixto refracta, ſicut ſunt colores medij ex extremis: ſed forma coloris medij eſt compoſita ex extremis. 5. phyſi. cõmen. 52. & ſpecie differt ab extremis, ut patet. 10. meta. cõmen. 23. Igitur eodem modo eſt forma mixti. Sed hoc quidem ſtare non poteſt, quia elementum eſt materia formæ mixti: modò materia nõ poteſt eſſe pars eſſentialis ſuæ formæ. ¶ Amplius ſi forma mixti eſſentialiter eſt compoſita ex formis elementorum, cum formæ illæ non ſint ſeparabiles, tunc igitur erit etiam forma illa cõpoſita ex materia elementorum, & ita forma mixti eſſet eſſentialiter cõpoſita ex corporibus: ſed oẽ compoſitum ex corporibus eſt corpus, igitur forma mixtionis eſſet corpus. Sed nullũ corpus eſt perfectio neq; forma corporis, ut probatur in. 2. de anima. tex. cõmen. 26. quia corpus non eſt innatum eſſe in ſubiecto, ſicut forma. Amplius ſequeretur ꝙ forma mixti poteſt intendi & remitti, ſicut colores medij intendũtur & remittuntur, quia extremi ex quibus componuntur intenduntur & remittuntur: eodem modo cum elementa ſecundum Cõmenta. intendantur & remittantur eſſet de forma mixti. Et præterea Cõmenta. expreſſè dicit in. 7 meta. cõ. 60. ꝙ caro non eſt terra & ignis, ſed eſt aliquid additum. & primo de anima. com̃. 77. idem & primo de generatione, tex. cõmen. 84. & 5. meta. cõmen. 6. & alibi uult ꝙ in compoſitis eſt natura ſuperaddita naturis componẽtibus. ¶ Ad authoritatem igitur reſpondetur ꝙ aliæ formę dicuntur cõpoſitæ præſuppoſitiuè, quia præſupponunt alias priores. Ad illud de extremo, non requiritur uerificatio, ſed manifeſtatio: currit ſimilitudo quantum ad permanentiam eorum in medio, ſicut elementa in mixto. Sed aliud eſt mixtum, aliud eſt forma mixti: & ratio diuerſitatis eſt, quia forma coloris non habet materiam ſicut forma elementi: & ideo formæ colorum poſſunt refrãgi ut reſultet tertia forma, nec tamen ſic eſt de elementis.

Examinatio ꝑticule 3. cõmẽ. 1. phyſi.

Cauſæ ſunt notiores quo ad naturam, quia natura facit compoſita ex cauſis, Cõmenta. 1. phyſi. cõmen. 3. ¶ Alij ſubtiles dicunt ꝙ ideo cauſa eſt notior naturæ, quia res ſicut ſe habet ad eſſe ita ſe habet ad cognoſci: & per conſequẽs ſicut ſecundum naturam præcedit in eſſe, ita ſecundum naturam prius eſt cognoſcibilis. Aduerte tamen in illo cõmen. 3. ꝙ Cõmenta. facit iſtam rationem: Si nos faceremus res naturales, cauſæ eſſent nobis notiores: ſed quia non poſſumus agere res naturales, ideo cauſæ nõ ſunt nobis notiores. Videtur enim peccare per fallaciam conſequẽtis. Arguit enim penes ſecũdum modum ſyllogiſmorum hypotheticorum, deſtruendo antecedẽs, cum ſit contra artem. Nam ut dicũt Peripatetici, & Auer. in. 1. priorum. in digreſsi. de ſyllogiſmo hypothetico, ſyllogiſmorum conditionalium quidam eſt conſtructiuus continuus, & iſte eſt à poſitione antecedẽtis ad poſitionem conſequentis, & non econtra: ut iſte eſt primus modus. Secundus eſt à cõſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, & non ecõtra: niſi eſſet ꝙ in materia conuertibili licet utroq; modo arguere. nam ꝓpria ſeinuicem ponunt, & ſeinuicem deſtruũt, ut dicit Porphyrius. Sic in propoſito, ſi res naturales eſſent opera noſtra, in his quæ ſunt nr̃a opera iſta conuertuntur, ꝙ qcqd eſt notius, eſt cã: & qcqd eſt cã in talibus, eſt notius: qa in talibus à cauſis incipimus opari. Et apud agentẽ ꝑ cognitionem, oportet cauſam à qua incipit operari eſſe ſibi notiorem. Sed contra in agentibus per cognitionem effectus prius cognoſcitur: quia. 2. phy. finis eſt primus in cognitione, & ultimus in executione. Soluitur, effectus non eſt primus in cognitione in ratione effectus ſecundum eſſe, ſed q̃ ad cauſalitatem: unde id quod eſt finis quo ad ſuam cauſalitatem ſecundum q̃ mouet agentem metaphoricè, prius occurrit in cognitione & in intentione agentis. unde Philoſophus in. 1 de genera. tex. cõmen. 55. ubi ponit differentiã inter cauſam efficientem & finalem inquit: Eſt autem efficiens cauſa ut unde principium motus: cuius autem gratia non actiuum niſi ſecundum metaphoram: nam ſanitas nõ factiuum eſt niſi ſecundum metaphoram. Id igiť quod eſt finis, ut habet rationem in intentione agentis, & ſic eſt cauſa, & mouet metaphoricè in genere cauſę finalis: non tamẽ pro eſſe quod habet in anima, quia finis non mouet niſi ratione qua habet bonitatem. Si enim ratione bonitatis mouet in ratione amati & deſiderati, bonitatem habet in eſſe reali, quia aurum ſi appetitur, nõ appetiť ab auaro ꝓ eſſe cognito quod habet in mẽte, ſed pro eſſe reali quod habet in burſa. Ideo Cõmenta. dixit. 12. meta. Balneum in anima mouet ut efficiens, & balneum extra animam mouet ut finis: non ꝙ id quod producitur ſecundum eſſe in effectu habeat rationem cauſæ, imo ut ſic eſt effectus agentis reliter productus ab agente: ſed quia bonitas ſecundum quã mouet in ratione finis eſt ſecundum eſſe reale, ſic finis in intentione agentis, cum tali tendentia ad talem bonitatem, eſt cauſa finalis, & metaphoricè mouet agentem. &, ſic habet rõnẽ cãæ, & non effectus. Et hoc ual de pauci intellexerũt.

Diſcuſſio ꝑticule. 4. & 5. cõ. 1. phyſi.

Cauſa in hoc ꝙ uiæ demonſtrationum in ſcientia naturali ſunt de compoſitis ad ſimplicia, & in hoc ꝙ principium doctrinæ eſt ab uniuerſalibus ad propria, & quod uniuerſale eſt notius apud nos proprio, eſt ꝙ uniuerſum demonſtratum eſt notius apud ſenſum q̃ partes. Auer. 1. phyſi. cõ. 4. & idem repetit cõmen. 5. ¶ Vbi aduerte quantam uim habeat cognitio ſenſitiua in nobis. Tres enim propoſitiones illius prologi dependent ab iſta radice, quia omnis noſtra intellectualis notitia à cognitione ſenſitiua ſumit exordiũ. ¶ Nota tamen diligenter ꝙ intellectus imitatur ſenſum in ſua prima cognitione naturali, ſic enim incipit à cõfuſis, & à toto ſupra partes: in cognitiõe autem diſtincta procedit à cognitione partium ad cognitionem totius. hoc quidem obſeruauit. 1. cœli, tex. com̃. 5. ubi inquit: De totius autem natura utrum finitum ſit aut infinitum magnitudine, poſterius dicendum. Et imediatè in principio ſexti textus infert: Nunc autem de his quę ipſius partibus ſecundum ſpeciem dicamus. Nõ enim poteſt haberi diſtincta cognitio totius, niſi diſtinctè cognoſcantur omnes eius partes, & principia, & elementa: ut dicit Ariſto. etiam in principio. 1. phyſi. & ibidem. tex. cõmen. 35.

Notula de primo cognito ab itellectu.

Cauſæ ſubiecti licet non poſſint demonſtrari in ſcientia demonſtratione ſimpliciter, & demõſtratione propter quid: poſſunt tñ demonſtrari demonſtratione quia, ubi latuerint



2. phyſi. cõ. 22. & 26. idem. 12. meta. com̃. 5.

Cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ. 2. phyſi. tex. cõmen. 30. & 5. metaphyſi. tex. cõmen. 2.

Cauſa contrariorum eadem eſt. ibidem.

Cauſæ multæ poſſunt eſſe eiuſdem, non ſecundum accidẽs. 2. phyſi. tex. cõmen. 30.

Cauſa per ſe & per accñs qualiter. 2. phy. tex. cõ. 33.

Cauſa in actu & cauſa in potentia. ſuprà. tex. cõ. 34.

Cauſa ſimplex & cauſa cõplexa. ſuprà. tex. com̃. 36.

Cauſa in actu ſimul eſt cum effectu. 2. phy. tex. cõmen. 37. & 5. metaphyſi. tex. com̃. 3.

Cauſæ uniuerſalium ſunt uniuerſales, & particularium particulares. 2. phyſi. tex. cõmen. 38.

Cauſata ſunt notiora apud nos cauſis. 2. phyſic. cõmen. 48. & primo phyſi. tex. cõmen. 3.

Cauſæ per accidens non ſunt terminatæ. 2. phyſi. tex. cõ. 50. & 6. metaphyſi. tex. cõmen. 4.

Cauſæ per accidens remotæ, magis ſunt de capitulo accidẽtis, q̃ cauſæ per accidens propinquæ. 2. phyſi. 55.

Cauſa agens aut eſt naturalis aut uoluntaria, & non dať tertia cauſa alia ab iſtis duabus cauſis. 2. phyſi. tex. cõ. 65.

Cauſæ tres multotiens ueniunt in unum ſcilicet efficiẽs, formalis, & finis. 2. phyſi. tex. cõmen. 70.

Cauſa quòd corpora mouentur ad loca propria, eſt quia ultimum corporis continentis conuenit cum ultimo rei motæ. 4. phyſi. com̃. 48.

Cauſæ eſſentiales ſunt finitæ neceſſariò. 8. phyſi. cõmen. 46. & habetur prolixe. 2. meta.

Cauſa fatigationis contingens ex motu, eſt quia motor dum mouet mouetur: & hoc ꝓuenit quia eſt in materia. 8. phyſi. tex. cõmen. 83.

Cauſæ quædam ſunt cauſæ ſimplicium, ut materiam & forma: quædam uerò ſunt cauſæ compoſitorũ, ut quatuor elementa reſpectu corporum cõſimilium partium. primo cœli. com̃. 1. uide in concordantijs.

Cauſa prima aliter attribuitur continenti q̃ orbi, quia ibi dicitur eſſe ubi apparet eius operatio primo cœli. com̃. 100. uide. 8. phyſi. tex. cõmen. 84.

Cauſæ diuiduntur in duas partes, nam quædam ſunt cauſæ per uiolentiam, q̃dam uerò per naturã. 8. phy. tex. cõ. 31.

Cauſa fatigationis in animalibus eſt, quia principiũ motus in eis eſt contrarium motui animæ. 2. cœli. cõmen. 3. idem 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Cauſa laboris in animalibus eſt quia potentia moti eſt oppoſita potentiæ motoris. 2. cœli. cõ. 71. idem. 8. phy. 79.

Cauſatorum conſimilium, cãæ ſunt conſimiles. 2. cœli. 86.

Cauſarum contrariarum contrariæ ſunt operationes. 2. cœli. 92. & 93.

Cauſa motus & quietis naturalis eſt una & eadem ſm diuerſas diſpoſitiones. 2. cœli. cõ. 92. contra Them.

Cauſa ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. 3. cœli. cõmen. primo & 2. de anima. cõmen. 2.

Cauſa ꝙ ſuperficies exiſtat in materia eſt, quia prima forma ſubſtantialis exiſtit in ea, ſcilicet grauitas & leuitas. 3. cœli. cõmen. 17. in calce cõmenti. ¶ Contra illos qui ponũt formam corporeitatis in materia ſubſtantialem eſſe primam formam, & coæternam materiæ.

Cauſas quarum natura eſt eadem, & non differunt niſi ſecũdum magis & minus, non ſequitur natura diuerſa niſi ſecũdum magis & minus. 3. cœli com̃. 72.

Cauſa non eſt cauſa per quantitatem ſuam, niſi accidẽtaliter: quantitas enim eſt non terminata, & cauſa agentes & patientes ſunt terminatæ. 3. cœli. com̃. 72.

Cauſa æquiuocè dicitur de cauſa agente & fine. primo de generatione. cõmen. 55.

Cauſa propter quam non potuerunt confeſſa uidere, inexperientia fuit: ideo quicunq; magis inſudauerũt naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia q̃bus poſſunt multa complicare. Qui autem ex multis ſermonibus indocti exiſtentium entis intuentes & ad pauca reſpicientes de facili enunciant. primo de gñatione. tex. cõmen. 7. ¶ Vbi reddit cauſam propter quam errauerit Plato in naturalibus, & eſt paucitas exercitationis & experientiæ in rebus naturalibus. Verſabatur enim in mathematicis, & ex intelligibilibus cauſis uolebat aſſignare rationes rerũ ſenſibilium. unde. 3. de cœlo. tex. cõmen. 61. Amor geometriæ & magiſtri duxerunt Plato. in errorem rerũ nãlium. Dicit enim Philoſophus in. 6. ethicorum. cap. 9. ꝙ pueri mathematici quidẽ fieri poſſunt, ſapientes autẽ uel phyſi. fieri non poſſunt. Ratio autem eſt quia principia ſcientiarum mathematicalium experimento non indigent, ſicut principia ſcientiarum naturalium. longitudo autem temporis experientiam facit, ut aſſerit. Sic Auer. reprehendit Auicẽ. 3. cœli. cõ. 67. ubi ſcribit: Paucitas exercitationis iſtius uiri in naturalibus, & bona confidentia in proprio ingenio, induxerunt ipm̃ in multos errores. ¶ Placet autem nobis adducere alias cauſas ꝓpter quas contingit error in ſcientia naturali, & eſt ignorãtia logicæ. Nam Ariſto. plerũq; taxat antiquos, & oſtendit eos erraſſe, & paralogiçaſſe propter logicæ defectum. Neceſſe enim erat eos falli qui abiecta ſcientia diſputãdi de rerum uarietate perquirerent, ut ait Boetius ſuper Porphyrium. ¶ Alia cauſa erroris eſt, quia propoſitiones naturales ſunt dubitabiles ꝓpter duas cauſas, ut teſtatur Auer. 1. cœli. cõmen. 90. aut enim hoc euenit propter alias propoſitiones probabiles contrarias eis, aut propter exiſtimationem ꝙ principia iſtius artis debẽt eſſe in fide ſicut principia geometriæ. Et hanc cauſam notauit Ariſt. in. 2. meta. tex. cõ. 15. cum inquit: Acribologia mathematica non eſt in omnibus expetenda. & ideo in. 1. ethic. ſcribit: Sermones fieri in ſciẽtijs ſecundum materiam ſubiectam. ſimile quippe uidetur à mathematico expectare perſuaſionem, & ab oratore demonſtrationem requirere. ¶ Alia cauſa eſt impedimentum naturæ, ut ſcribit Philoſophus. 2. meta. tex. cõ. 14. & Com̃. 1. cœli. 22. ¶ Alia cauſa eſt peſſima conſuetudo, quæ radicata eſt in eis, qui accipiunt primo doctrinas falſas, licet ſint apparentes. quam cauſam tãgit Philoſophus ubi ſupra. & Auer. 1. cœli. 22. & in prologo. 3. phyſi. & in multis alijs locis. ¶ Alia cauſa eſt quia negligũtur textus Ariſto. & ſolum inſpiciuntur uerba expoſitorum. Hanc cãm tangit Cõmẽ. 3. de anima. com̃. 30. contra Auic. ubi ſcribit: Sed quod fecit iſtum hominem errare, & nos etiam lõgo tempore, fuit qa moderni conſiderant libros expoſitorum. ¶ Alia cauſa eſt quia multi nituntur miſcere principia naturalia cum principijs creditis. Hanc cauſam tetigit Cõmen. aduerſus Auic. in 2. phyſi. cõmen. 22. Via autem qua proceſſit Auicẽna in ꝓbando primum. principium eſt uia loquentium, & uniuerſaliter ſermo eius ſemper reperitur medius inter Peripateticos & loquentes. Et aduerte ꝙ hoc contingit noſtris Latinis doctoribus, qui multas cõcluſiones creditas conantur ſuſtinere cum principijs naturalibus, & multas naturales cum principijs creditis: ita ꝙ illud quod prouenit non eſt neq; theologia, neq; philoſophia. Animaduertant bene & conſiderent Deum non indigere noſtro mendacio, ut aſſerit beatus Aug. nec fides Chriſti fundať in principijs Ariſt. ſed à lumine Spiritus ſancti habet euidentiam, qui nec fallitur, nec fallere põt. ¶ Alia cauſa eſt diuerſitas translationũ. Hanc cauſam tangit Cõmenta. 3. cœli. com̃. 35. ubi inquit: Et hæc intentio eſt difficilis ad intelligendum ex iſta tranſlatione quam modo habemus, & fortè diminutio cecidit in hac translatione à translatore. Nos enim non habemus niſi translationẽ Alchiadi, translationes uerò ueriores ſunt Iſaach. Et inde ſcire potes quare Cõmenta. magis erret in expoſitione libri de cœlo, q̃ in alijs locis. Quod uel maximè contingit Latinis noſtris, qui ſtuduerunt noſtris temporibus ſequi translationes Theodori, Argyropili, & aliorũ: qui conati ſunt non reddere uerbum uerbo, ſed ſolum iuxta ſenſum. ¶ Animaduertant autem ſententiam peritiſsimi Latinorum ſeuerini Boetij, ſcribit enim: In principio libri prędicamentorum ꝙ in his ſcriptis in quibus rerum cognitio quæritur, non luculentæ orationis lepos, ſed in corrupta ueritas exprimenda eſt. Et in libro de diſciplina ſcolaſtica ſcribit de ſuis translationibus in Ariſto. Ariſtotelis quoq; tota

Digreſſio de cãis ꝑ quas cõtingit error i ſcia nãli.

Inexperiẽtia nãlium.

Ignorãtia logicę.

Propõnũ dubitabilitas.

fn cap. 33 fol. [illegible] col et ſeq.

Impedimẽtũ naturæ.

Mala conſuetudo.

negligẽtia tex. Ariſt.

Pricipiorũ admixtio.

Trãslationũ diuerſitas.

In princi.

ſuccincta breuitas, licet uoce tedioſa, non tamẽ infructuoſa: malui enim potius fideli deſeruire translationi, q̃ arrogantię reprehendi temeritate. Vtinã & iſti hoc perpendiſſent. Legimus apud Alexandrum, & Auer. ſæpenumero in ſciẽtijs demonſtratiuis, non uſitari debere uerba ſynonyma: quia ſicut nihil ocioſum eſt in natura, eodem mõ nihil ocioſum eſſe debet in ſcientijs de natura rerũ conſiderantibus. unde Auer. 1. de genera. cõmẽ. 38. dicit: Primus magiſter creditur nihil dixiſſe ſine forti probatione. & 1. phy. cõ. 35.
Te. cõ. inquit: Et uide quomodo eſt ſermo hominis huius breuis, & fortè ita eſt de quolibet uerbo eius. ¶ Amplius Ariſto. in. 2. poſter. ſcribit non eſſe diffiniendum per metaphoras. Vnde ſæpe taxat Platonem & antiquos, qui utebantur ſermonibus metaphoricis. Et uidemus antiquos expoſitores, ut Alexandrum, Themiſtium, Porphyriũ, Iamblicum, Sirianum, Ammonium, Ioan. Grãmaticum, Simpliciũ, Auerroem: ex Latinis autem expoſitoribus Albertũ cognomento magnum, diuum Thomam, & Egidium Romanum, ſingula uerba Ariſto. ponderare uſq; ad minimas particulas, ſicut ſunt coniunctiones, & id genus, tanquã mirabili quadam arte, & ſupra humanum ingenium doctrina eius in indiuiſibili conſtituta eſſe uideatur, ut nihil addi, nihilq; detrahi poſſit. Et quod ualde admiratiõe dignum eſt, plerũq; euenit in auſcultatorijs p̃cipuè ſcriptis eius, q̃ unamet oratio uarios & ſubtiles & admirabiles contineat ſenſus. Mos enim eſt ſapientum, ut ait Linconienſis, uerba onerare ſententijs. O temerariam & maniacam, ni fallor, confidentiã hominum noſtræ tempeſtatis, qui perſuadent ſenſa Ariſt. penetrarẽ, & addũt multa uerba, & coloribus rhetoricis ac fucatis & metaphoricis ſinceritatem & ſeriem textus non conuertunt, ſed peruertunt & funditus deſtruunt. Non ſtudio contradicendi iſta ſcribo, ſed propter amorem ueritatis, ſicut Philoſophum decet ingenuum. Et conſulo illis qui ingenuè philoſophari deſiderant, ut linguam græcam addiſcant: quia percipiẽt me dixiſſe ueritatem, cũ utilitate q̃ conſequentur. Si uerò hoc aliquis conſequi non poterit, cõſulo ut translatiões Boetij & antiquas imitetur, quia ſunt magis fideles, & expoſitores græcos præcipuè imitentur: poſtea ex Arabibus Auerroem, ex Latinis Albertum, diuũ Thomam, & Egidium Romanum.

Cauſæ generationis ſunt duæ, motor & materia. primo de generatione. cõmẽ. 14. ¶ Vbi animaduertendũ q̃ eſt differentia inter principium & cauſam, ut patet in. 5. primę philoſophiæ. tex. cõmen. 1. Omnis enim cauſa principium, ſed non conuertitur: licet igitur principia generationis ſint tria, materia, forma, & priuatio: cauſæ tamen generationis ſunt duæ tantum, materia uidelicet & motor. Et hoc uolui dicere in concordantijs quas ædidi dum iunior eſſem.

Cauſa æquiuocè dicitur de cauſa agẽte & fine primo de generatione. cõmen. 55.

Cauſa agens differt à forma, qa cũ agẽs fuerit fiet aliquid in patiente. ſed cũ forma fuerit, nihil fiet in patiente. ſuprà.

Cauſa materialis recipit contingentia. 1. de gñatione. cõ. 51.

Cauſa cõtinuitatis, generationis, & corruptionis eſt primus motus, ſed cauſa gñationis & corruptionis eſt motus planetarum in orbe decliui. 2. de genera tex. cõmen. 56. idem 12. metaphyſi. tex. cõmen. 33.

Cauſa & principium multipliciter dicũtur. 2. de anima. cõ. 36. idem 5. meta. in principio.

Cauſa ipſius eẽ omnibus ſpecies eſt. 2. de anima. tex. cõ. 37. idem Cõmentator. ibidem cõmen. 36. & textu. ex quo patet q̃ eſſe eſt effectus formæ.

Cauſas corporis generabilis & corruptibilis eaſdem eſſe impoſſibile eſt. primo cap. de ſubſtantia orbis. idem. 3. cœli. 61. & 3. metaphyſi. 15.

Cauſæ remotæ enumerantur in eo quod eſt per accidens. Auer. 3. meteo. cõmen. primo.

Cauſæ rerum gñabiliũ & corruptibiliũ, & ulr, tranſmutabiliũ, ſunt corpora naturalia quæ ſunt principia tranſmutationis in rebus ſenſibilibus. Contra Plat. primo meta. tex. cõmen. 31. & in. 7. meta. à tex. cõm. 22. uſq; ad. 31 ubi probat quod ideæ Plato. nihil poſſunt ad generationem.

Cauſa difficultatis in cognitione eſt duplex, uel ex nobis, uel ex rebus ipſis. 2. meta. tex. cõmen. primi. quicquid dicat Scotus in hoc.

Cauſæ entium non ſunt infinitæ, neq; ſecundum rectitudinem, neq; ſecundum ſpeciem. ſupra. tex. cõm. 5.

Cauſarum quatuor uñis conſideratio, inquantum cãæ ſunt, eſt primæ philoſophiæ. 2. meta. cõmen. 6.

Cauſę mouentes ſunt ſecundum triplicem diſpoſitionem: inueniuntur nãq; in eis principium, medium, & poſtremum 2. meta. tex. cõm. 6. idem. 8. phyſi. tex. cõm. 37.

Cauſę mouentes differunt à cauſis materialibus in hoc, q̃ in cauſis mouentibus eſt per ſe notum q̃ habent ultimum, & eſt quæſitum utrum habeant primum à ſuperiori: ſed in cauſis materialibus eſt ẽ cõuerſo, quia eſt notum q̃ habẽt principium à ſuperiori, ſed eſt quæſitum utrum habeant ultimum ab inferiori. 2. metaphyſi. cõmen. 7.

Cauſæ omnes exiſtentes in re ſunt propter finem, agens, materia, & forma: in habentibus agens, aut materiam, aut formam. 2. metaphyſi. cõm. 8. uide. 2. phy. tex. cõ. 89.

Cauſæ finalis deſcriptio eſt, ut nõ ſit propter aliam cauſam. 2. metaphyſi cõmen. 8.

Cauſæ diuerſorum gñum ſunt diuerſæ. 3. meta. cõ. 2. idem. 1. meta. cõ. 19. 22. & 10. & 2. cœli. cõ. 59. & 3. cœli. 61.

Cauſa quælibet principium eſt. 5. meta. tex. cõmen. primi. non tamen omne principium eſt cauſa: priuatio enim principium eſt, ſed non eſt cauſa.

Cauſę agentes in rebus naturalibus nõ ſunt extrinſecæ, ſicut in artificialibus. Auer. in. 5. metaphyſi. cõmen. 1. ¶ Pondera tamen qui uoluit ſaluare literam, quæ erat mendoſa. uide in concordantijs.

Cauſæ omnes non ſunt principia niſi propter primum principium, quod eſt cauſa finalis omnium entium. ſuprà. idem 2. metaphy. tex. cõmen. 4.

Cauſa multis modis dicitur. 5. meta. tex. cõ. 2.

Cauſa ſibi inuicem cauſæ ſunt. ſuprà.

Cãæ plures non ſecundũ accñs eiuſdẽ eſſe poſſunt. ſuprà.

Cauſa eadem contrariorum eſſe poteſt diuerſimode ſe habens. ſuprà.

Cauſæ omnes reducuntur in quatuor genera. 5. meta. tex. cõmen. 3. idem. 2. phyſi. tex. cõm. 31.

Cauſæ aliæ remotæ, aliæ propinquæ. ubi Cõmẽta. 5. meta. cõm. 3. dicit q̃ iſta diſtinctio non ſolum inuenitur in cauſa efficiẽte & formali, de quibus Ariſt. ibi exẽplum appoſuit, uerum etiam in cauſa finali & materiali.

Cauſarum quædam ſunt per ſe, & quædam per accidens. 5. meta. tex. cõmen. 3.

Cauſarum per accidens, quædam propinquæ, & quædam remotæ. ſuprà.

Cauſarum q̃dam uniuerſales, quędam p̃priæ. ſuprà.

Cauſarum quædam actu, & quædam potentia. ſuprà. & 2. phyſi. tex. cõmen. 38.

Cauſarum quædam cum complexione, quædam ſine. 5. meta. tex. cõmen. 3.

Cauſa in actu ſimul eſt cum cauſato. ibidem.

Cauſa alia eſt ultima in eſſe, & eſt cauſa remota: alia eſt ultima in quæſtione, & eſt cauſa propinqua. 2. phyſi. cõm. 38. ita etiam notat ibi lucidiſſimus Themiſtius.

Cauſæ per accidens ſunt effectuum per accidens, & ſunt infinitæ. 6. meta. tex. cõmen. 5. idem. 2. phyſi. 50. & 53.

Cauſæ rerum quæ ſunt per accñs, eſt cã rerum q̃ ſunt in maiori parte, & nulla alia cã eſſe põt p̃ter iſtam. 6. meta. cõ. 5. uide. 2. phyſi. cõmen. 48. contra Auic.

Cauſa agens maximè quæritur in rebus gñabilibus & corruptibilibus. 7. meta. cõm. 59. & 4. cœli. cõ. 1. idem contra Auic. in. 12. meta. cõmen. 44. ¶ Et nota q̃ loquiẽ de uero agente: actio enim fit merito contrarietatis, & contrarietas non eſt in rebus æternis, quomodo Cõmenta. negault agens in ſempiternis ſubſtantijs, concedens interim cauſalitatem cauſæ efficientis ab æterno, ut alibi probaui.

Cauſas proximas uniuſcuiuſq; dicere oportet. 8. meta. tex.



cõmen. 12. idem. 2. phyſi. tex. cõm. 38.

Cauſa propter quam eſt forma. ſ. finis, multum intrat diffinitiones perfectas, quæ dicuntur tranſmutare demonſtrationes in ſitu. 8. metaphyſi. c. 13.

Cauſæ apud Ariſtotelicos ſunt efficientes & fines, concauſę uerò ſunt materia & forma. Cauſis Pla. addidit exemplarem, concauſis uerò efficialem ſeu inſtrumentariam. Simp. in prologo phyſi.

Cauſa diuiditur ſicut & ens. Nam ſicut ens aliud ſecundum ſe, aliud ſecundum accidens, ſic & cauſa. 11. metaphy. cap. 7. & ſecundo phyſi. tex. cõm. 50.

Cauſæ per accidens non cauſis per ſe. 2. phy. tex. cõ. 66. & in 11. metaphy. cap. 7. in fine.

Cauſa per accidens eſt incerta humanæ cognitioni. 11. meta. cap. 7. & 2. phyſi. tex. cõmen. 47.

Cauſa prima omnium quæ fiunt intentio actionis eſt, ut ait Plato. Gal. lib. 6. de utilita. parti. cap. 12. Et iſtam cãm idem Plato diuinam ſpẽm cauſæ nominabat, ut patet ibidẽ. cap. 13. & eſt cauſa finalis, ita etiam Ariſt. 1. phy. & 2.

Cauſa formalis, finalis, & mouens, ſunt idem ſecundum ſubiectum, & differunt ſecundum modum. 12. meta. cõmen. 6. & 10. metaphyſi. cõm. 7.

Cauſa prima formalis & finalis à diuino conſideratur, ſed materialis & mouens à naturali. 12. meta. cõmen. 6. ¶ Duo enim prima genera cauſarũ à diuino, & duo reliqua à naturali cõſiderantur, ut aliàs declaraui. Vnde Cõmenta. cõ. 6. iſto modo dicit dictum Alexan. ueritatem habere, quum dixit q̃ primus Philoſophus habet demonſtrare principia entium, & q̃ talia principia naturalis ponit ea poſitione uidelicet, q̃ ſunt intelligenda principia quę ſunt cauſa formalis & finalis: ſed prima materia & primum mouens ſunt naturalis, & à naturali habent demonſtrari. pro quo uide etiã primo. phyſi. cõmen. ultimo. contra Auic. & 2. phyſi. cõm. 21. & 26. & in. 8. phyſi. cõmen. 3.

Cauſa agens & mouens differunt à cauſa formali, quia prę cedit cauſatum, ſed formalis & materialis ſunt ſimul. 12. metaphyſi. tex. cõmen. 16.

Cauſæ aut ſunt conuenientes in ſpecie & differunt numero, aut conueniunt in genere & differunt ſpecie: aut conuenientes in genere dicto ſecundũ proportionẽ, & diuerſę in uero genere, ſicut cauſæ ſubſtantiarum differunt à cauſis quantitatis & qualitatis. 12. meta. cõmen. 27.

Cauſæ rerum genere differentium genere differunt, & cauſæ rerum differentium ſpecie differunt ſpecie, & cauſæ rerum differentium numero differunt numero. 12. metaphy. tex. cõmen. 28.

Cauſæ in ſubſtantia æterna inueniuntur ſecundum ſimilitudinem cum cauſis inuentis in ſubſtantia generabili & corruptibili. 12. metaphy. cõmen. 29.

Cauſa ſequitur cauſatum quando cauſa eſt modo formæ uel modo finis, ſed non quãdo eſt cauſa mõ agentis: quia põt inueniri cauſa agẽs ſine ſuo cauſato. ex lib. deſtru. diſpu. 3. in ſolutione. 10. dubij. Vide in concordantijs nuper ęditis.

Cauſatum quodlibet eſt poſſibile eſſe, uera eſt de cauſato cõpoſito, non in cauſato æternali. Impoſſibile enim eſt inuenire compoſitum æternale & ideo quodlibet poſſibile eſt nouum. ex libro deſtruc. diſp. 3. in ſol. 19. dub. ubi expreſſe tenet Cõmenta. æternum aliquid eſſe cauſatũ ſicut uides.

Cauſæ nomen dicitur ęquiuoce de quatuor cauſis. ex diſpu. 4. in ſolutione. 2. dubij.

Cauſa prima non demonſtratur per uiam cauſæ & cauſati, ut Algaçel & Auicen. conantur probare. ex diſputatione. 4. in ſolutione. 2. dubij.

Cauſarum infinitas apud Philoſophos quodammodo eſt neceſſaria, & quodammodo eſt impoſſibilis. ibidem. & in ſolutione. 4. dubij.

Cauſæ natura & cauſati impoſ e eſt q̃ ſit una & eadẽ, niſi in particularibus cauſis. diſp. 7. in ſol. ultimi dubij.

Cauſarũ duæ cognitæ fuerunt ab antiquis, materialis & efficiens, ſed efficiẽs in primis rebus: cauſa autem formalis & finalis non fuit cognita uſq; ad tempora Socratis, ut dicit Ariſto. ex cõmento ſuper primo de partibus animalium. uide in. 2. phyſi. cõmen. 9. authoritate Alexan. Eſt etiam ſententia Ariſto. in erroribus primi metaphyſi. tex. cõ. 5. & 1. de partibus. cap. 1. ſecundum translationem Theodori, & eſt in fine cap. ubi dicit q̃ cauſa quãobrem antiquiores illi authores nõ ad hunc uenerunt modũ quod quid res eſſet, atq; ſubſtantiæ diffinitionem ipſam explicare haud quaq̃ ſolebant: Socratis uerò temporibus uſus quidem diffiniẽdi increuit, ſed indagatio rerum naturalium deſijt. Nam omne philoſophãdi ſtudium ad utilem uirtutem ciuilemq; uſum translatum eſt.

Cauſa quæ primò mouet, cui ratio ineſt, & forma ſemp melior eſt & magis diuina q̃ materia. in. 2. de gñatione animalium in principio. idem. 3. de anima tex cõ. 19.

Cauſa mouens & materia ſunt priores tempore ipſa forma & fine, ſed forma & finis ſunt priores diffinitione. Cõmen. in. 2. de genera. animalium. cap. 2. in. 7. pagina. uide etiam in. 2. de genera. & corrup. cõm. 7.

Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. ¶ Vulgata ẽ propoſitio, & uideẽ colligi poſſe ex. 5. meta. tex. cõmen. 1. Omnes cauſæ ſunt principia, non tamen omnia principia ſunt cauſæ: nam priuatio eſt principium generationis naturalium, ſed cauſa minimè. Sed eſt propoſitio quæ non habet ueritatem uniuerſaliter, quia fallit in genere cãæ materialis, nam prima materia eſt cauſa, & ad eius eſſe non ſequitur aliud in hoc ſenſu, q̃ ſit cauſa eſſendi alterius: quia ſi eſt cauſa eſſendi, aut eſt reſpectu formæ, aut reſpectu compoſiti, nõ reſpectu formæ, quia dicit Auic. in. 5. ſuæ meta. materia eſt materia formæ, ſed non eſt cauſa formæ, quia forma eſt natura ſimplex, non habens materiam ex qua componatur: tunc enim eſſet proceſſus in infinitũ. Sicut bene deducit Ariſt. in. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 26. & infrà. & tex. cõmen. 91. Forma eſt cauſa materiæ, ſed non hęc cauſa finis. Vnde iſta fuit opinio antiquorum ponentium omnia eſſe à caſu, & nihil eſſe p̃p finẽ: quia aſſerebant formas ſequi materiã ex neceſſitate. ſicut notat Cõmen. in. 2. phyſi in cõmen. 87. Hęc etiam eſt cã compoſiti quo ad eſſe, quia ens & unum cum multipliciter dicantur, quod propriè eſt, actus eſt. 2. de anima. tex. cõmen. 7. ubi Them. & Alexan. notant q̃ à forma res habent & eſſe & unũ eſſe. Et ita notat Cõmen. in cõm. Amplius Themi. 2. de anima. in principio dicit iſtam eſſe differẽtiam inter materiam & formam, quia à materia res habent ut fiant, à forma ut ſint. ¶ Amplius Cõmen. 7. meta. cõm. 37. expreſſe dicit q̃ materia cum fuerit, non erit res cõpoſita ex materia & forma, ſed forma exiſtente res erit. Et ideo ſi intelligatur materiam eſſe cauſam ad cuius eſſe ſeqtur aliud, ita q̃ ipſa ſit cauſa eſſendi uel formę, uel formato, eſt propoſitio falſa: quia oẽ eſſe eſt à forma, ut dicit Boetius in libro de unitate & uno. Quod etiam Peripatetici deſcribentes dixerunt: Eſſe, eſt exiſtentia formæ in materia. Si autem intelligatur arguendo à poſteriori & à ſigno, ſic bene ualet: Si materia eſt, igiẽ forma eſt, quia materia dicitur relatiuè ad formam. 2. phyſi. 26. Et in hoc ſenſu intelligiẽ dictum Auer. 2. phy. cõmen. 70. ubi dicit q̃ in quo eſt materia ſunt omnes cauſæ, quia non poteſt eſſe materia ſine forma. 2. phyſi. cõ. 12. & forma non eſt in materia niſi agens ſit præſens: ut dicit Cõmenta. in. 1. phyſi. cõm. 81. Et omne agens agit propter finem. ex. 2. phy. & illo modo per uiam illationis materia infert oẽs cauſas: ſed illud nõ eſt per uiã cauſę, ſed per uiam ſigni. ¶ Licet igitur materia ſit cauſa cõpoſiti, quia partes ſubſtantię ſunt ſubſtantiæ, tamen eſſe cõpoſiti eſt à ſola forma, & unitas poſitiua eiuſdem. Et iſta eſt uia omnium ſapientum Peripateticorũ, licet multi Latinorum oppoſitum teneãt, ut formaliçantes & ſequaces eorũ. Vnde Cõmenta. 2. de anima. cõm. 8. expreſſe dicit q̃ indiuiduum non eſt hoc niſi per ſuam formam, non per ſuam materiam: materia enim nullum habet eſſe in actu in rebus naturalibus ſecundum quod eſt materia, & eſſe in actu nõ eſt niſi formæ. Ecita patet q̃ eſſe actualis exiſtẽtiæ eſt effectus formalis formæ tantum & non materię, quia nihil dat quod non habet: ſed materia nullum eſſe actualis exiſten-

tiæ habet ex ſe, ut patet per Cōmenta. in præſenti loco, & etiam. 5. phyſi. com̄. 8. Cùm eſſe primæ materiæ nō admiſcetur actus omnino. Dixit autem Cōmentator materiam ſecundum ꝙ eſt materia, nullum habere eſſe in actu in rebus naturalibus, ad ſpecificandum ipſam ut eſt ſubiectum: quia differentia eſt inter materiam & ſubiectum apud Peripateticos, ut aliàs declaraui tibi.

Cauſa rei eſt dignior cauſato. 2. phyſi. com̄. 4. uide in Theorematibus quomodo ſit intelligenda propoſitio.

Cæcus de coloribus diſputans, de nominibus rationem habebit, nihil tamen intelliget. 2. phyſic. tex. cōmen. 6. idem primo poſteriorum.

Cæci & ſurdi à natiuitate ſunt perfectiores ſecundum uirtutes interiores, quia uirtutes interiores ſunt perfectiores ex quiete uirtutum exteriorum. Et ſignum eſt ꝙ in profundè cogitantibus uirtutes ſenſibiles contrahūtur interius, adeo quòd conſequitur ſomnus magnus. ex cōmento libri de diuinatione ſecundum quietem.

Cæcus & non uidens qn̄ non uidet differunt, quia cęcus nō habet potentiam uidendi, & clauſi oculi habent potentiam uidendi. 9. metaphyſi. cōmē. 5. & elicitur ex textu iſta differentia ex hoc dicto: Si igitur cæcum eſt quod non habet uiſum in tempore in quo debet habere uiſum, iîdem erunt cęci & ſurdi in eadem die.

Cedens quodlibet aut non cedens diuiſibile eſt. 3. cœli. tex. cōmē. 11. & hoc patet ex diffinitionibus eorum ut dicit ibi Cōmentator in cōmento.

Cœlum habere locum latet. 4. phy. cō. 32. & ibi uide cām.

Cœlum eſſe in loco per accidēs duplicet omnibus expoſitoribus, authoritate Them. 4. phyſi. com̄. 43.

Cœlum eſt fixum ſecundum totum & iſto mō eſt quieſcēs, & quies eius eſt propter quietem centri. 4. phyſi. cō. 43.

Cœlum mutat locum ſecūdum totum quātum ad formā, nō ſecundum materiam. ſuprà. & 6. phyſi. cō. 85.

Cœlum & anima ſunt in loco per accidens. 4. phy. cō. 84.

Cœlum non habet qualitatem tangibilem. 4. phyſi. cōmen. 58. idem primo cœli. tex. cōmē. 20. & infrà. & in primo & ſecundo cap. de ſubſtantia orbis.

Cœli potentia finita eſt ſecundum Ariſto. ut elicitur ex. 2. de cœlo & mundo. Cōmen. 8. phyſi. com̄. 79.

Cœli ſubſtantia præter cōſiſtentias q̄ ſunt hîc, eſt quædam natura prior & diuinior. 1. cœli. tex. cō. 13.

Cœlum non eſt corruptibile neq; cōſumptibile per ſenſum. & eſt propoſitio de illis de quibus dixit Albumaſar, q̄ non ducunt ad primæ certitudinis ordinem, ſed tamen nullus ſenſus contradicit eis neq; ratio. 1. cœli. com̄. 15.

Cœlum eſt ſegregatum à corporibus quæ ſunt hic, tantò honorabiliorem habens naturam quantò magis elongatum eſt ab his, quæ ſunt hic. primo cœli. tex. cōmen. 16.

Cœlum aliqui opinati ſunt eſſe primam cauſam, & iſti dixerunt ſimpliciter. i. omnibus modis ꝙ ſit ingenerabile. Aliqui uerò opinati ſunt ipſum eſſe reatum à prima cauſa, & iſti dixerunt ꝙ non ſit generabile ab aliquo. i. tanquam ex ſubiecto, & iſtum modum generationis qui fit per alterationem paſſiuam, uult Ariſt. remouere à corpore cœleſti. Cōmenta. in primo cœli. cō. 20. ❡ Ex quo patet contra Grego. Ariminen. & contra Ioãnem de Baccone, qui tenent in. 2. ſententiarum ſecundum mentem Ariſt. & Auer. æterna nō habere cauſam efficientem. Vide apertè in libro deſtruc. diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij. uerſus finem. ubi expreſſe dicit ꝙ in hoc genere entium illud quod dat finem entibus, dat etiam formam, & illud quod dat formam eſt agens, ergo illud quod dat finem huic eſſe eſt agens. Apparet iccirco ꝙ primum principium eſt omnium iſtorum principiū ſcilicet agens, & forma, & finis. Conſimile habet in. 2. cap. libri de ſubſtantia orbis.

Cœlum habet alterationem quæ non eſt paſſiua, quia alteratio, quę eſt illuminatio, nō eſt impoſſibilis in eo. primo cœli com̄. 20. idem in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Cœlum ex primo naturæ conſilio eſt ingn̄abile & incorruptibile, ex ſecundo uerò conſilio natura nō fecit ei contrarium. primo cœli com̄. 20. & elicitur ex textu.

Cœlum non eſt compoſitum ex materia & forma ſicut quatuor corpora ſimplicia. ſuprà. idem. 2. cap. de ſubſtantia orbis. & 8. meta. com̄. 12. & 12. meta. com̄. 10.

Cœlum non eſt graue neq; leue. primo cœli. tex. com̄. 17. & infrà. ❡ Quod non eſt intelligendum ut ſimplex priuatio, ſicut cum dr̄ ꝙ lapis non eſt cęcus neq; uidens, ſed affirmationis uim ſermo obtinet. Cōmen. in paraphraſi ſuper primo cœli in ſumma. 5. & primo cœli. com̄. 17.

Cœlum ſimplex eſt & non compoſitum ex materia & forma, ſed ueluti ad formas abſtractas materia in actu, magisq; ſimile materiæ quam formæ, licet neutri horum ſimilitudinem obtineat. Adumbrat enim materiā, tum quia ſenſibile, tum quia potentiam habet ad ubi, tum quia eſt corpus. Aſſimilatur aūt formæ quia exiſtentiam poſſidet actu, eiuſdemq; ſubſtantia non in potentia eſt. Auer. ſententia in paraphraſi primi de cœlo & mūdo, in ſumma. 6. iuxta principium. ❡ Iſta fuit antiqua Peripateticorū ſententia, & Themiſtius in. 3. phyſi. qui fuit abbreuiator Alexādri, ponit eā in expoſitione. 3. tex. ubi Philoſophus ponit diuiſionem entis per actum tantum, & per actum permixtū potentiæ (ut habet litera antiqua) & inquit: Ex entibus habentur quędā tantum actu qualia ſunt prima illa ſummaq; motus & materiæ prorſus īmunia, quæ nec alterari nec fieri poſſunt magis diuerſa quam ſunt, ſed ſemper eodem modo & ſui paria & ſui ſimilia inueniūtur, generis planè ſui naturæq; tenaciſſima. Quædam cum actu potentiam iunctam habuerunt, qualia ſunt ea quæ ex materia exiſtunt & forma: actu ſunt, quia formā intra ſe tenent: poteſtate, quia poſſunt aliā formam per reciprocationem & ſucceſſionē induere. Sed æthereum corpus ui ſuæ naturæ ſolo actu eſt, qa nequit de forma & ſpē ſua mutari: particeps tamen quodāmō eſt potentiæ, quatenus in loco moueť, quia ubiq; ſimul totum eē non poſſit. Et hanc etiam ſn̄iam uerbótenus imitať Simpli. ibidem. Ex his uerbis ſoluitur Achilles diui Thomę in primo cœli. in lectione. 6. in expōne tex. 10. Inquit enim ꝙ cū cœlum ſit quodā actu ens, alioquin non ageret in hæc inferiora: oē autem q̄d eſt actu ens, uel eſt actus, uel eſt habens actū. Non pōt autem dici ꝙ corpus cœleſte ſit actus: qa ſic eſſet forma ſubſiſtens, & eſſet aliquod intellm̄ in actu, non autem ſenſu apphenſum, & ideo oportet in corpore cœleſti ponere aliq̄d ſubiectū ſuę actualitati. Dicimus ꝓ Auerrois opīone, q̄ ſine dubio credimus fuiſſe ex mente Ariſto. ꝙ in hac rōne uidetur duplex eſſe peccatum: primo qdem ex æquiuocatione cœli, tum etiam quia argumentū eſt ab īnſufficienti: unde cœlū quandoq; ſumiť ut eſt quoddā aīal motum ex ſe, & illo mō diciť eſſe cōpoſitum, ex duabus naturis uidelicet nā mouente & natura mota. Et iſto mō ſumpſit Cōmen. cœlum in primo libro de ſuƀa orbis, & ſic dicitur eſſe in actu, & dicitur agere in hæc inferiora. Nam ſecundum Philoſophos cœlum nō agit niſi lumine & motu, & in huiuſmodi diſpoſitionibus eſt conſtitutum per ipſam īntelligentiam, quia primitius intelligitur ſibi aduenire ſm naturæ ordinem, q̄ dimenſiones aut alia accn̄tia. Alio mō ſumitur cœlū circūſcripta intelligentia, & tunc ſi q̄ras utrū ſit ens aliquod actu, rn̄deo ꝙ eſt quoddā ens ſimplex, & ē materia, q̄ materia eſt mā in actu, ꝓ quāto ſuƀa eius nō eſt in potētia ad tranſmutationē ſuƀalem, ſicut eſt prima mā. Dicit enim Cōmē. in ultimo cap. libri de ſuƀa orbis, ꝙ mā habet gradus, ſicut et potētia etiā habet gradus. Tamē cœlū circūſcripta intelligētia non eſt ens in actu, q̊d agere poſſit aut alterare ipſa inferiora niſi potentia remota: quia circūſcripta intelligētia ꝑ rōnē, nō intelligiť remanere cū diſpoſitionibus ex qbus prouenit alteratio ab eo in hoc mūdo inferiori: motus. n. tunc ſibi nō ineſſet, qui eſt tanq̄ uita oīum nā cōſtantiū. Cœlū igiť pro orbe, non eſt ſuƀa cōpoſita ex mā & forma, quia eſſet corruptibile: nec eſt forma, qa formæ nō eſt moueri, ſed mouere potius. unde ipſe. 9. primæ ph̄ię. cō. 17. dicit: Nihil ꝓhibet ut cœlū ſit mā, ſed prohibet ut ſit forma: nec etiā eſt materia in potētia, q̄ uidelicet eſt in potentia ad gn̄ationē & corruptionē, qa hoc cōpetit primę

Digreſſio qualr̄ materia cœli ſit in actu.



materię q̄ in corporib⁹ generabilibus & corruptibilibus, hoc enim eſt ſibi propriū & inſeparabile, ut teſtatur Com̄. 1. cœli. cō. 20. ſed eſt materia in actu, in qua ſolū fundať potētia ad ubi tm̄. Vnde recte dicit Com̄. ꝙ orbis eſt ad ſimilitudinem formæ quodammodo, & quodammodo eſt ad ſimilitudinem materiæ, & ex conſequenti quodāmodo eſt, in actu, & quodāmodo in potentia, ut patet ex uerbis eius in præfata authoritate, & tu applica. Et ex hoc patet in ſol'o contradictionis in cō. 95. & in paraphraſi, quia ibi dicit ꝙ cœlum pro orbe eſt natura neutra, & non exiſtens per ſe ī actu, ſed eſt materia formę corporis cœleſtis. In paraphraſi autem dicit: Quod habet exiſtētiam in actu patet quia eſt in actu, non quanto ſua ſubſtātia non eſt in potentia ad generationem ſicut prima materia, qa ī eſt altiori gradu: ſed non eſt in actu ſecundo niſi per intelligentiam, ut ipſemet ſeipſum ibi declarat. Et ex hoc patet etiam ſolutio ad argumētum Ioan. grammatici qui etiam credidit in hoc demōſtraſſe. Inquit enim ꝙ ſi cœlum non habet talem materiā ſicut iſta corpora, ſed ipſum eſt compoſitum ex materia alterius rationis, aut ſi ipſum ē materia alterius rationis à materia iſtorum inferiorum, tunc talis materia adhuc eſſet cōpoſita, quia haberet aliquod commune in quo conueniret cum prima materia, & aliquod ꝑ q̄d differret ab ea. Diuus autem Thomas uolens ſoluere hoc argumentum in præallegato loco, dicit quòd iſta differentia inter materiam generabilium, & inter materiam cœleſtium corporum, non eſt per aliquam compoſitionem, ſed ſolum per habitudines ad diuerſas formas. Sed re uera iſta ſolutio non uidetur ſatisfacere, quia ſubſtantia materię primæ, et ſubſtantia materiæ cœli natura præcedunt ſuas habitudines, & in illo priori ſunt adhuc duæ naturæ diſtinctæ: conceſſum eſt enī ſubſtantiam præcedere omne accidens, natura, tempore, & diffinitione. ex. 7. metaphy. tex. cō. 4. Amplius Ariſto. 1. ethico. ca. 7. inquit: Quod per ſe eſt, atq; ſubſtātia eſt, prius natura q̄ id quod ad aliquid eſt: nam id tanq̄ adiacēs quoddam, & accidens ſubſtantiæ uidetur eſſe. Et ideo aliter reſpondeo, ꝙ non eſt uniuerſaliter uerum ꝙ quicquid diſtinguitur ab alio, per formam diſtiguatur: ſed bene hoc eſt in compoſitis, fallit autem in ſimplicibus: ſimplicia enim ſeīpſis diſtinguuntur. Vnde materia prima & orbis, circumſcriptis omnibus habitudinibus ad ſuas formas, adhuc diſtincta ſunt. ❡ Amplius autem ſcire debes non omnem differentiam eſſe ſecundum ſpeciem: illa enim bene à forma proficiſcitur, ſed eſt etiam differentia ſecundum magis & minus: Et ſi dico ꝙ materia analogum quoddam eſt, in quo analogantur plures modi materierum, & in ſupremo gradu materię corporalis, ī extremo intenſiori & ꝑfectiori eſt orbis, qui dr̄ materia in actu: in extremo aūt inferiori & imꝑfectiori eſt prima materia, & in medio ſunt gradus etiā. Vnde Auer. in. 2. cap. de ſubſtātia orbis, inqt: Neceſſe eſt ut corpus cœleſte ſit materia aīaliū cœleſtiū quæ mouētur circulariter ex ſe, & ut ſit perfectius cęteris modus materię & reddit cām dicēs: Nō enim ē in eo de potētijs niſi potētia ad ubi tantum & hoc conſonat cū his, quæ dixit in ultimo capitulo, ꝙ materia habet gradus, & potentia ſimiliter. Vnde etiam Alexander in libro naturalium quæſtionum plerunq; dicit ꝙ nō omne q̄d ab alio diuerſū eſt, ꝑ differētiā dicať eē diuerſū. Et ſic patet ſol'o ſm Peripateticos.

Cœlum eſt ligamentum inter generabilia et corruptibilia et entia incorporea. 1. cœli. cōmen. 22. idem. 8. phyſi. cōmen. 15. & in principio libri meteororum.

Cœlum impoſſibile eſt ut ſit ſemper mobile per ſe niſi per principiū extrinſecū non corporeū, neq; ut ſit uirtus in corpore. 1. cœli. com̄. 22. idem. 3. cap. de ſubſtantia orbis.

Cœlum nō eſt contrariū elemētis, qa tūc corrūperet ipſa: ſed apparet contrariū, qa cōſeruat ipſa, & continet ipſa, & uniuerſaliter eſt in eis quaſi forma. 1. cœli. cōmen. 24.

Cœlum ſi eſſet contrarium elementis, ſtatim totus mundus corrumperetur. 1. cœli. com̄. 26. idem Ariſto. 1. meteo.

Cœlum non mutat locum ſecūdum ſe totum numero, ſed ſecundum formam. 1. cœli. cōmen. 31. idem. 4. phyſi. cōmē. 43. & 45. & 6. phyſi. cōmen. 85. & 8. phyſi. cōmen. 76.

Cœlum in lingua græcorum dicitur tribus modis, aut de toto mundo, aut de toto corpore rotundo, aut de orbe ſupræmo. 1. cœli. cōmen. 55. idem tex. cōmen. 76. & 96.

Cœlum eſt ſenſibile per materiam, & intelligibile per formam. ſuprà. cōmen. 91.

Cœlum dicit formā, hoc cœlū uerò materiā. ſuprà. et cō. 95.

Cœlum eſt compoſitum ex materia, ſicut & alia corpora. ſuprà. tex. cōmen. 95. ❡ Vbi aduerte, ut notat Alexā. Simpli. & Auer. ꝙ ſumitur cœlum pro toto mundo.

Cœlum quod eſt corpus neutrū, nō eſt cōpoſitū ex materia ſicut reliqua, & eſt quaſi forma reſpectu mūdi, & quatuor elemēta ſunt quaſi materia. 1. cœli. cōmen. 95. & 24.

Cœlum eſt natura neutra non exiſtens per ſe in actu, ſed eſt materia formæ corporis cœleſtis, quæ eſt in actu. ſuprà. cōmen. 95. uide in concordantijs.

Cœlum cum ſit materia non compoſita, non habet formam ita ut ſit intellecta, ſed eſt una numero indiuiduata per ſe, & eſt intellecta per reſpectum ad aliud, ut eſt materia cōmunis. ſuprà. cōmen. 95.

Cœlum & eum qui ſurſum eſt locum antiqui alijs attribuūt ueluti exiſtens ſolum immortale. 2. cœli. tex. com̄. 2. idē. 1. cœli. tex. cōmen. 22. 96. & 100.

Cœlum ingenerabile eſt & incorruptibile, adhuc & impaſſibile omnis mortalis difficultatis eſt. 2. cœli. tex. cōmen. 3.

Cœlum non habet motum naturalem alium à motu uoluntario. ſuprà. cōmen. 3.

Cœlum nō eſt graue neq; leue, ſed ſi quis diceret ipſum eſſe leue, melius diceret, q̄ q dicit ipſum eſſe graue. ſuprà. cō. 4.

Cœli motus non eſt ab anima cogēte manere ſempiternū. 2. cœli tex. cō. 6. ❡ Iſte locus fuit cauſa erroris Ioan. Gram. qui uidēs Ariſt. contradicere huic, tenuit Ariſt. tenuiſſe cœlum non eſſe animatum, ut teſtatur Simpli. in. 1. cœli. Sed non animaduertit ꝙ antiqui ponebant cœlum habere contrarium, & de ſe eſſe ad corruptibile, ſed anima erat cauſa ſuæ permanentiæ: & ad hunc ſenſum Ariſt. negat cœlum eſſe ab anima cogente ipſum manere ſempiternum. et hoc etiam habetur ex textu: quia tunc illa anima non eſſet beata, quia eſſet cum labore & triſtitia. unde Com̄. in com̄. 6. inquit: Et hæc contradictio intrat eos qui ponunt hoc corpus habere cōtrarium motui animæ, ſed quod Ariſt. tenuerit corpora cœleſtia animata anima intellectuali, quæ non mouet cum labore & pœna, demonſtratum eſt in. 8. phyſi. & 2. cœli. Eſt & authoritas expſſa Philoſophi. ī tex. cō. 60.

Cœlum etſi nequaq̄ incipiat moueri, ſi tamen incepiſſet, neceſſario haberetur prīcipium unde incepiſſet. 2. cœli. te. cō. 13. uide in concordantijs propter manifeſtam contradictionem ex. 76. tex. 8. phyſi. & ex tex. cō. 100. 1. de cœlo.

Cœlum cum corpus finitum ſit, neceſſario potentiam finitā habet: quapropter Alexander dicit ipſum ex ſe, corruptibile uerò eſſe propter infinitam potentiā mouentē ipſum: & Auicen. ſecutus eſt eum in hoc. Com̄. ī paraphraſi. 1. de cœlo. in ultimo cap. idē. 8. phyſi. com̄. 79. & in. 12. meta. cō. 41. & 2. cœli. cō. 71. & in. 3. cap. de ſubſtantia orbis.

Cœli motus etſi circularis ſit, poteſt tamen excogitari in eo principium & finis ex parte motoris. Cōmē. in paraphraſi ſecundi de cœlo, ſumma ſecunda. quæſito. primo.

Cœli motus primaria intētione fit ſuper orizonta ſuperius. i. ſuper terram habitabilem: et ſecundaria intentione fit ſuper orizontem occidentis, ut iterum redeat. Commentator ubi ſuprà. & 2. cœli. cōmen. 14. & 15.

Cœli dextrum & ſiniſtrum & aliæ differentiæ, reperiuntur in cœlo in ordine ad intentionem uirtutis motricis cœli. Auer. pulchre & lucidiſſime. ubi ſuprà.

Cœlum habere dextrum & ſiniſtrum, conſimili modo eſt intelligendum ſicut dictum Philoſophi in. 8. de phyſico auditu, ubi fuit dictum ꝙ mouens orbem eſt in maximo circulo: præter hoc quia, ibi oſtēdit circulum in quo apparet potentia motoris. In ſecundo uerò cœli determinauit locū circuli in quo apparet potentia mouendi. Idem in. 2. cœli. cō. 15. & in paraphraſi ubi ſuprà. uide in concordantijs.

Cœli accidentia magis ſunt remota à cognitione noſtra, q̃ ipſa corpora cœleſtia ſint remota à nobis ſecũdum ſitum. 2. cœli. tex. cõmen. 17.

Cœlum eſt quoddam corpus diuinum. ibidem.

Cœlum habet melius & maius bonum. ex. 2. cœli. te. cõ. 34. & ibidem cõmen. 15. ¶ Vbi infert ꝙ propter hoc non ſequitur ut ſit compoſitum ex uirtutibus contrarijs: ſtellæ enim ſunt nobiliores partes cœli.

Cœlum non recipit motum rectum, neq; naturaliter, neq; uiolenter: nam ſi reciperet eum uiolẽter, reciperet eum naturaliter. 2. cœli. cõmen. 46. uide pro hoc. 1. cœli. com̃. 14.

Cœlum non recipit diuiſionem, quia ſi reciperet diuiſionem reciperet etiam corruptionem. ſuprà. commen. 46. & tex. cõmen. 47. ¶ Hîc tollitur ꝙ diuiſio atteſtatur corruptioni, & eſt uia ad corruptionem.

Cœlum primum quod mouetur motu diurno, acquirit ſuã nobilitatem una actione, quia eſt nobilius eorum quæ mouentur. 2. cœli. cõmen. 62.

Cœlum totum eſt ſicut unum animal, ſed non eſt unum animal quaſi ligatum multis ligamentis, ſicut animal diſſimilium partium: ſed eſt ligatum prima potentia ſpirituali' diffuſa in ſuo toto, quę non diuiditur in alijs orbibus niſi quia primo diuiditur in primo orbe: ſicut potentia mouens animal non diuiditur in alijs membris, niſi quia primo diuiditur in corde. & ſic intelligitur ꝙ primus orbis mouet alios orbes. ſ. ſicut dicitur ꝙ nobilius mouet totũ. 2. cœli. cõ. 71. idem. 12. meta. cõmen. 44. & 2. cœli. cõmen. 42.

Cœlum inquantum mouetur per ſe, et inquãtum eſt animal, neceſſe eſt ut habeat figuram. 3. cœli. com̃. 45.

Cœlum quare melius eſt ut moueatur q̃ quieſcat, et quare circulariter magis q̃ recte, eſt quæſtio propria primæ philoſophiæ. 1. de anima. cõ. 51. uide in concordantijs.

Cœlũ nunq̃ inuenit̃ diaphanũ in potẽtia, q̃a natura cœleſtis ſemper inuenitur illuminata. 2. de aĩa. tex. cõ. 69. et cõ. 71.

Quod itelligẽtia non ẽ forma formaliter dãs eſſe cœlo. ꝓbis Auer.

Cœlum non recipit primo dimenſiones ante formam, quia tunc forma eius diuideretur ad eius diuiſionem. 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 2. cœli. cõmen. 3. ¶ Ex hoc aliqui accipiunt intelligentiam eſſe formam formaliter dãtem eſſe orbi, quia ſi ſolum aſsiſteret orbi, iſta conſequẽtia nullius eſſet roboris: quia forma aſsiſtens dato ꝙ uniatur orbi quanto, nõ propter hoc ſequitur ꝙ diuideretur ad orbis diuiſionem, ſicut patet de nauta & naui. Dicimus nos ꝙ opinio Auer. eſt ibi, ꝙ aliter eſt unio & compoſitio in iſtis generabilibus, aliter in æternis. In iſtis enim forma unitur mediantibus dimenſionibus interminatis, & ideo iſtę ſunt extenſæ ad extenſionem ſubiecti: unde quæcunq; forma ſic unitur eſt diuiſibilis & materialis. Et ex hoc ſequitur ꝙ ſi intelligentia unitur mediante dimenſione interminata, ſequeretur ꝙ eſſet de ordine formarũ materialium. Ad obſeruandam igitur & ſaluandam diuerſitatem inter formas abſtractas & materiales, dixerunt ꝙ ibi non ſunt dimenſiones interminatẽ præparantes materiam ad receptionẽ formæ, ſed ſolum ſunt dimenſiones terminatæ inſequẽtes formam, ad hoc ꝙ ſubiectum eius conſtituatur in diſpoſitionibus neceſſarijs. Sic enim intelligentia conſtituit ſuum ſubiectum in eſſe, pro quanto dat ſibi motum et appetitum. Fit unum enim appetens & intelligens & motum in loco non per formalem inhærentiã, quia intellectus nullius corporis eſt actus. Vnde conſequentia illa ſequitur ex hoc ꝙ immediatè quod ponitur aliqua forma uniri mediante dimenſione interminata, quæ eſt in potentia, ſequitur talem formam eſſe educibilem de potentia materiæ quæ eſt potentia multa. Dicit enim Cõmenta. ibidem ꝙ quia prima materia non fuit multa in potentia, ideo oportuit ꝙ dimẽſio interminata con comitetur eam neceſſario, alioquin nõ haberet plures formas in actu in eodem tempore. Et ꝙ iſta ſit uia eius patet ex uerbis eius quæ parũ infrà in hunc modum ſubſequuntur: Et quia manifeſtum eſt ſenſui ꝙ corpora cœleſtia recipiunt dimenſiones terminatas ſecũdũ ſuas formas, neq; poſſunt recipere formas mediantibus dimenſionibus interminati, ſicut eſt diſpoſitio de formis generabilibus & corruptibilibus, neceſſe eſt ea recipere dimenſiones tali modo, ꝙ ex quo non contingat formas eſſe generabiles & corruptibiles, ꝙ eſt quia materia eorum recipit dimenſiones prima receptione, mediantibus illis formis ſuis, & non recipit formas mediantibus dimenſionibus, quæ ſunt in prima materia cum forma iſtius materiæ, ſed dimenſiones quæ ſunt in materia cœleſti ſunt propriũ propriorum eius. Et ad inſtantiam de nauta & naui, negatur nautam uniri naui mediantibus dimenſionibus interminatis, immo nauis habet dimenſiones terminatas: homo etiam non eſt forma ſimplex ſicut eſt intelligentia, ſed eſt compoſitum ex materia & forma.

Cœli & ſtellarum ſubſtantia eſt eadem, & in hoc cõueniũt omnes antiqui, ut dixit Ariſt. in libro cœli, & mundi. 2. ca. de ſubſtantia orbis. & 2. cœli. tex. cõmen. 41.

Cœlum non fuit dictum habere animam niſi propter appetitum exiſtentem in eo, & motum localẽ. 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 8. meta. cõ. 12. & 12. meta. cõmen. 36.

Cœlum dicitur eſſe motum per principiũ ſeparatũ qđ eſt in eo, nõ per principiũ qđ eſt pars in eo. 1. cap. de ſubſtantia orbis. ¶ Et illo modo etiam dicitur uiuum & intelligens.

Cœlum nõ aſsimilatur materiæ, niſi ĩ hoc tñ q̃a eſt materia fixa ad recipiendũ formã: & ideo dignius dicit̃ ſubtũ q̃ materia. Materia enim quę eſt hîc dicit̃ materia, q̃a eſt in potẽtia formã in ea figi: & dr̃ ſubiectũ, q̃a eſt fixa formæ, & eſt pars cõpoſiti ex materia et forma. Auer. in. 2. cap. de ſubſtãtia orbis. ¶ Pro quo aĩaduerte ꝙ apud Peripateticos, ut notat Alex. in principio libri meteo. & lucidiſſimus Themi. in. 1. phy. in digreſſione de priuatione et potentia materię ꝙ licet hæc noĩa materia & ſubiectũ ſint de numero corũ q̃ dicunt̃ ad aliud: q̃a materia alicuius eſt materia, & ſubtũ alicuius eſt ſubiectũ: in hoc tñ eſt differẽtia, q̃a nomẽ materię eſt cũ priuatione & reſpicit futura. Vñ lignũ aut æs ex quo ſtatua fieri põt, ãteq̃ recipiat figurã ſtatuæ recte materia dicit̃, ſed q̃primum forma illa introducta eſt, nõ materia dicit̃ ſed ſubtũ. unde nomẽ ſubiecti nõ importat priuationẽ, & reſpicit pñtia. & hoc eſt qđ dixit Boetius: Materia
„ q̃litatibus ſenſibilibus ĩformata nõ amplius materia rema
„ net, ſed ex materia trãſit in ſubtũ. Quia igit̃ orbis ſemp ab
„ ęterno ſubtus eſt ſuæ formæ: nõ enim eſt ibi potẽtia abijciẽs actũ, neq; per ꝯſequẽs priuatio ſicut eſt in materia iſtorũ inferiorũ, ubi materia q̃nq; hẽt formã ĩ potẽtia, & q̃nq; in actu: & q̃n habet eã in potẽtia dicit̃ materia, & q̃n habet eã in actu dr̃ ſubtũ: ſed hoc in cœleſtibus nõ eſt ut materia trãſeat de potẽtia ad actũ: & ideo nõ eſt ibi materia q̃ tranſeat in ſubiectũ, ſed ſemp ſubtũ eſt & ſubtũ uere & ꝓprie dr̃. Ita etiã ſcribit Com̃. 8. meta. cõ. 12. loquitur enim ut faciũt ueri Peripatetici, q̃ utũtur uerbis in ꝓpria ſignificatione, & nõ utuntur tranſumptionibus, neq; metaphoricis, ut docuit magiſter in ſecundo poſteriorum analyticorum.

Cœli motus non habet continuitatem motus à forma à qua mouetur, ſed illud quod largitur ei continuitatẽ eſt aliquod appetibile, quia continuatio non prouenit niſi à motore nõ moto. 4. cap. de ſubſtantia orbis. Sic intelliges dictum eius in. 12. meta. cõ. 41. ſicut declaraui in theorematibus.

Cœli motus ſi deſtrueretur, cœlum etiam deſtrueretur: cœlũ enim eſt propter motum ſuum: etſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum deſtrueretur. 4. cap. de ſubſtantia orbis. uide in concordantijs

Cœlũ habet naturã ꝓpriã exiſtẽtẽ, aliã à natura generabiliũ & corruptibiliũ, cũ cœlũ ſemp ẽ ĩ pſenti, pterito, & futuro, & oĩa generabilia et corruptibilia ſunt trãſmutabilia. 1. meta. cõ. 22. uide 2. phy. cõ. 3. & 1. cœli. cõ. 5. q̃uo nã ęquoce, ſeu ſecundum prius & poſterius dicitur de cœlo & alijs.

Cœlum non habet materiam generabilẽ et corruptibilẽ, ſed localem tantũ. 8. meta. tex. cõ. 4. & 12. & 12. metaphy. tex. cõ. 10. & in libro de ſubſtantia orbis ferè per totum.

Cœleſtes ſubſtantiæ non ſunt compoſitę ex materia & forma, ſed ſunt ex corpore et forma animata intelligibili, non ita ꝙ anima ſit res animata neq; ita ꝙ illic ſit aliquid quod animetur per animam, aut quod uiuat per uitam, (Omne enim quod uiuit per uitam eſt generabile & corruptibile) ſed ſunt animata per ſe & uiua. 8. metaphyſi. commen. 12.



Cœlum cùm ſit in potentia ad ubi, non prohibet ut ſit materia, iſta enim eſt diſpoſitio materiæ non denudari à potentia, ſed prohibet ut ſit forma. 9. metaphy. tex. com̃. 17. uide etiam in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, & 8. metaphyſi. cõmẽ. 12. & primo cœli. 20.

Cœlum & natura à primo dependent principio. 12. meta. tex. cõmen. 38.

Cœlum non habet aliam poſſibilitatem, niſi ut quieſcat. 12. meta. cõ. 41. ¶ Vnde ibidem dicit Corruptio non eſt poſſibilis in eo ſicut quies, & ideo in motu cœli tantum uerum eſt, ꝙ poſſibile ex ſe ab alio quærit neceſſitatem.

Cœlum unum numero eſt. 12. metaphy. tex. cõmen. 49.

Cœlum eſt manifeſtum per ſe, ꝙ ſit aut ſphęra perfecta, aut medietas ſphæræ. 1. cœli. cõmen. 44.

Cœli & aliæ res inferiores ſunt de hoc genere entium, uidelicet quorum eſſe conſiſtit in motu, & ideo ſunt in continua ĩnnouatione ab æterno. ex diſp. 3. in ſolutio. 9. dubij.

Cœlum quodam modo eſt ſimplex et quodam modo heterogeneum. uide modum in. 3. diſp. in ſolo. 23. dub.

Cœli ſecundum Peripateticos id quod deſiderãt in ſuis motibs, eſt motus inquãtum motus abſolute: perfectio enim cuiuslibet uiuentis inquantum uiuit, eſt motus. ex diſp. 14. in ſolutio. primi dubij.

Cœli in eorum motibus aſsimilant ſe creatori, ĩnquantũ dãt uitam inferioribus corporibus: licet hoc fiat ſecunda intentione ſecundum Philoſophos. ſuprà. & 2. cœli. 17. & 21. & 12. metaphyſi. cõmen. 36.

Cœlum loco progenitoris, ac ſolem, cętera'q; aſtra appellãt: terrã uerò loco matris. ex. 1. de generatione aĩaliũ. cap. 2.

Cœlum eſt animal ſempiternum, ac fortè quidẽ cognoſcens ſenſibilia, ſed alia ratione. i. illa qua cauſæ generantes effecta, effecta & euentu ſua cognoſcũt. Themiſtius. 3. de anima, cap. 73. ¶ Hoc autem congruit dicto prophetæ: nunqđ qui creauit ignorat?

Centrum aliud eſt mathematicum, & eſt punctus: aliud uerò eſt naturale, & eſt corpus ſphæricum, circa quod mouetur corpus circulare. 8. phy. cõmen. 76.

Cera quare à medicis fiat materia emplaſtrorum. uide cauſam. 5. colliget cap. 42. ubi dicit ꝙ cera citrina eſt temperata in quatuor qualitatibus, & quia poteſt applicari carni, ideo medici poſuerunt ipſam materiam omnibus cataplaſmatibus, & unctionibus calidis & frigidis.

Cerebrum eſt ſeruiens cordi, dando eidem uirtutes ſenſibiles, per modum quem dat camerarius regi ut faciat uoluntatem ſuam: quamuis rex illi det illam uirtutem per quam agit. 2. colliget. cap. 11.

Cerebri iuuamẽtũ fuit ut tẽperaret caliditatẽ et ſiccitatẽ cordis. 2. colliget. cap. 21. de ſomno. item. 2. de partibus. ca. 7.

Cerebrum fuit creatum ꝓpter iſtos ſenſus, uidelicet uiſum auditum, & olfactum. 2. colliget. cap. 11. uide in ſecundo de partibus animalium. cap. 10.

Cerebrum partium omnium corporis frigidiſſimũ eſt. ex. 2. de partibus animalium. cap. 7.

Cerebrũ nullũ ſenſum habet, ſicut patet ſenſu tactus. ſuprà.

Cerebrum habent omnia animalia ſanguinea, reliqua aliquid proportionale. ſuprà.

Cerebrum eſt ſomni cauſa. ſuprà.

Cerebrum eſt commune aquæ & terræ, & hoc experimento demonſtratur. ſuprà.

Cerebrum hominis, ſui corporis proportione, maius eſt cæteris. ſuprà.

Cerebrum maris maius eſt cerebro mulieris. ſuprà.

Cerebri propria & familiaris ægritudo eſt catarrhus. ſuprà. & Commenta. in cap. de cerebro.

Cerebrum habere aliquem particularem prĩcipatum ſuper tres ſenſus Ariſto. concedit, ſed non ſupra tactum & guſtũ inquantum ſenſus ſunt. Cõmen. in. 2. de partibus animalium. in cap. de cerebro, in digreſſio. contra Gale. Vide de hoc Ariſt. in. 2. de ptibus aĩaliũ. ca. 10. ubi dicit tria organa, ſenſus, uiſus, olfactus, & auditus à cerebro manifeſte oriri.

Cerebrũ magis alteratur à frigiditate q̃ à caliditate, & ideo oportet conſeruare ipſum à frigore conſeruatione ultima 6. colliget. c. 14. idem. 7. colliget. ca. 2. Si indiges calefactione cerebri, fac hoc ſine timore: ſed ſi indiges infrigidatione, fac hoc cum timore.

Cerebri cameræ quamuis ſint membra in quibus complẽtur operationes uirtutum interiorum, ſcilicet imaginatiuę, cogitatiuæ, conſeruatiuæ, & reminiſcibilis: tamen inueniũtur radices iſtarum uirtutum in corde, & illa membra nõ ſunt niſi inſtrumenta in quibus manifeſtantur operationes illarũ uirtutũ: & nõ ẽ hoc obliuioni tradẽdũ. 2. colľet. c. 19.

Cerebrum ſincipiti ſubditum eſt, occiput uerò inane eſt. 1. de natura animalium. cap. 7.

Cerebrum primum capitis obtinet ſitum, non ſolùm in homine, ſed in cæteris animalibus quibus ea pars data eſt. 1. de natura animalium. cap. 16.

Cerebrum omniũ expers ſanguinis eſt. tertio de natura animalium. cap. 3. in fine.

Certitudo mathematica non eſt in omnibus expetẽda. 2. metaphyſi. tex. cõmen. ultimi.

Certitudo diuerſatur in eadem ſcientia, uerbi gratia, ſecundum demonſtrationem ſimpliciter, & ſecundum demonſtrationem quia. Et cùm diuerſatur in eadem ſcientia, magis diuerſatur in ſcientijs diuerſis ſecundum genus. 2. met. cõmen. ultimo. uide pro hoc Ariſto. 1. poſte. in illo capite: Certior autem ſcientia altera altera eſt. &c.

Cerui oẽs cõtinẽt uermes ĩ capite uiuos, q̃ naſci ſolẽt ſub lingua ĩ cõcauo circa uertebram. ex. 2. de natura aĩaliũ. ca. 15.

Ceruo ſoli cornua omnibus annis decidua initio à bimatu, omnibus alijs perpetua. 1. de natura aĩaliũ. cap. 1.

Ceruus ſolus ex cornigeris habet cornua tota ſolida & ſparſa in ramos, & omnibus annis decidua, niſi caſtrentur: cũ ex cæteris cornigeris nullum cornua amittat. tertio de natura animalium. cap. 9.

Cerua ferarum prudentiſſima eſſe uidetur. uide. 9. de natura animalium. cap. 5.

Cerui locis difficilib' amittũt cornua, & ubi ĩueniri nequeãt uñ illud ꝓuerbiũ ortũ: Qua cerui amittũt cornua ibidem.

Ceruus iam captus eſt hederam ſuis enatam cornibus gerẽs uirilem, quæ cornu adhuc tenello fortè inſertã, quaſi ligno uiridi coaluerit. ſuprà.

Cerui morſi uel à phalangio, uel à quouis generis eiuſdẽ, cãcros edũt: quod idẽ homini etiã prodeſſe putatur. ſuprà.

Cibatio ſecundum quid eſt generatio. Com̃. 4. meteo. cõ. 15.

Cibus & potus non ſunt neceſſarij niſi ut reſtauretur deperditũ, & ideo indigẽs cibo ẽ corruptibile. 3. met. tex. cõ. 15.

Cibus eſt illud quod patitur à corpore, medicina uerò eſt illud à quo patitur corpus authoritate Galeni. Auer. 5. colliget. cap. 2. & ibi ponitur declaratio iſtius differentiæ.

Cibus quomodo dicitur temperatus & medicina. uide quinto colliget. cap. 3.

Cibus ex una parte eſt ſimilis, & ex alia eſt diſſimilis: & ex parte ſimilitudinis eſt patiens, & ex parte diſſimilitudinis eſt agens. 5. colliget. cap. 3.

Ciborum duæ res conſiderari debent: prima eſt res quę miſcetur eis, quæ poteſt eorum malitiam remouere ſi eſt: & ſecunda eſt delectatio cibi, quia quando eſt multum delectabilis, læſio quæ prouenit ex eo non eſt multum manifeſta. Auer. ſententia. in. 5. colliget. cap. de herbis, & oleribus & eſt. 41. quando loquitur de melongijs.

Cicadarum genus maximè omnium ieiunum eſt. ex. 4. de partibus anima. c. 5.

Ciconiæ, cæterę q; aues cùm uulnus per pugnam acceperit, cunilam herbam plagę apponunt. 9. de natura aĩaliũ. ca. 6.

Ciconias ſenectutem parentum educare inuicem inuulgatum eſt. Sed ſunt qui et meropes hoc idem agere confirmẽt 9. de natura animalium. cap. 13.

Circa idem & fortuna & intellectus uerſatur. 2. phy. t. c. 52.

Circulum dicunt eſſe humanas res. 4. phy. tex. cõmen. 134.

Circulare alterum à recto in ſpecie eſt. 5. phy. tex. cõmẽ. 33.

Circulus non habet in circum̃ferentia locum qui ſit dignior ut ſit potius principium, aut medium, aut finis. 8. phyſi. cõ. 76. & elicitur ex tex.
Circulus perfectus eſt. 1. cœli. tex. cõ. 12. idẽ. 5. met. t. cõ. 11.
Circuli ſectiones non ſunt circuli, ſicut ſectiones lineæ rectę ſunt lineæ rectæ. 1. cœli. tex. cõ. 29.
Circulus contrariatur recto ſecundum concauum & conuexum, primo cœli. tex. cõmen. 25. idem Cõmenta. in paraphraſi. uide in concordantijs.
Circulare corpus nullum ſortitur locum, niſi conuexum corporis circa quod reuoluitur uere. Si autem dimenſiones loca dicuntur, hoc erit in loco tranſumptiue, nõ uere: hoc eſt dictu ſecundum imaginationem, & naturaliter, & præcipue de ultimo intellige. primo cœli, in paraphraſi, ſumma. 8. cap. 6. inde colliget ex com̃. 91. ubi dicit ꝙ locus cœli eſt duplex, ſecundum imaginationem, & ſecũdum ueritatem.
Circulus eſt prior triangulo, quomodo intelligatur, uide pulchre in. 2. cœli. cõmen. 22.
Circulari figuræ non poteſt fieri additio. 2. cœli. tex. cõ. 23.
Circularis corporis ſpacium eſt magnitudo ipſius corporis: magnitudines enim in corporibus circularibus ſunt ſicut ſpacia ĩ rectis. 2. cœli. cõ. 42. ☞ Collige ex hoc ꝙ motus circularis non dicitur fieri in ſpacio circulari, quod ſit extra ipſum uel in ipſo, quia non eſt aliud ſpaciũ circulationis niſi ipſe circulus: nihil aũt mouetur in ſpacio quod eſt in ipſo. unde patet ꝙ circulare ſpacium non eſt cauſa ꝙ motus ſit circularis: ergo à ſimili nec ſpacium rectũ eſt cauſa ꝙ motus ſit rectus. Bene igitur dixit Cõmen. et dominus Alber. in. 1. cœli. in expoſitione tex. cõmen. 5. ꝙ ſimplicitas motus attenditur penes ſimplicitatem magnitudinis mobiliũ, non penes ſimplicitatem magnitudinũ ſuper quibus fit motus: licet diuus Tho. & pariſienſes aliter ſentiant, ut declaraui diffuſius in theorematibus meis.
Ciuitates in quibus ſunt plures principes facile incurrũt corruptionem, cum habeant unitatem quodam accidentis modo. ex paraphraſi meta. tracta. 4. coll'. 8. & eſt Ariſt. in. 12. meta. tex. cõmen. 52.
Clima quintum eſt temperatum (ut dixit Gale.) et nõ quartum, ut crediderunt multi homines. Cõ. in. 2. mete. cap. 2.
Clima magis temperatum homini, & pluribus animalibus, & plantis eſt quartum & quintum, & hoc ex parte caliditatis cuius cauſa eſt reflexio. Com̃. in. 2. meteo. cap. 2. coll'. 10.
Clima quartum temperatius eſſe quinto non eſt uerũ. 2. colliget cap. ultimo contra Galenum.
Coagulata quædam à calido, liquefiũt à frigido, ſicut ſal: coagulata uerò à frigido, liquefiunt à calido, ſicut ferrum: quędam uerò à calido coagulata, non liquefiunt à frigido, ut ſictilia: & quædam coagulata à frigido non liquefiunt à calido, ſicut ſunt multi lapides minerales. 4. meteo. com̃. 1.
Coagulatum à calido, & præcipue illud quod à frigido non poteſt diſſolui à prædominio eſt terreum. ſuprà.
Coagulantur quæcunq; coagulantur, aut ex materia aquæ, aut terræ & aquæ ſimul. 4. meteo. tex. com̃. 35.
Coagulata à calido ſicco, ſoluuntur ab aqua, quæ eſt humida. ibidem tex. cõmen. 36. & 40.
Coagulum antiquum confert ad profluuium alui. Ariſt. in. 2. de natura animalium. cap. 21.
Coagulum cum ſit calidum & ſiccum, quomodo uentrẽ conſtipat bibitum, uide cauſam. 5. colliget. cap. 47. ubi dicitur ꝙ hoc aut facit à proprietate, cuius cauſæ ſunt ignotæ: aut facit hoc quia coagulat humores & eoſdem indurat.
Cogitatiua uirtus uiget in ſomno, & apud quietem aliorum ſenſuum: & ideo homo in ſomno cognoſcit futura, & non in uigilia. ex libro de memoria & reminiſcentia.
Cogitatiua hominis diſtinguit intentionem indiuidualem à forma imaginatiua, & expoliat eam ab eis quæ ſunt adiuncta cum ea ex iſtis ſenſibilibus communibus & proprijs, et reponit eam in memoratiuam, & hæc eadem eſt quam cõprehendit imaginatiua, ſed imaginatiua comprehendit eã coniunctam cum iſtis ſenſibilibus. 2. de anima. cõ. 63.
Cogitatiua uirtus eſt aliq̃ actio, & eius rõ eſt ponere ĩtẽtionẽ formæ imaginationis cũ ſuo idolo apud rememorationẽ, aut diſtĩguere eã apud formationẽ. 3. de aĩa. cõ. 20. & cõ. 6.
Cogitatiua ſcientia, pro ſpeculatiua ſummitur. 6. meta. com̃. 1. & 9. metaphy. cõmen. ultimo.
Cognitio generationis nõ perficitur niſi dando duas cauſas, primam materiam & primum motorem. 2. phy. tex. com̃. 72. idem primo de generatione. tex. cõmen. 14.
Cognitio ſĩplicis dabit tibi cognitionẽ ꝯpoſiti. 5. coll'et. c. 58.
Cognitio exiſtit in nobis in principio per quietem animæ, & rectitudinem accñtium. 7. phy. cõ. 20. et habetur ĩ textu.
Cognitio ꝑfecta ĩ plurib⁹ reb⁹ ñ ẽ niſi ẜm ꝙ ẽ ĩ poſſe hoĩs, ut ueniat ad illã rẽ ꝑ dmrõnẽ, nõ ẜm rẽ ĩ ſe. 2. cœli. c. 80. et. 60.
Cognitio rerum non fit niſi per cognitionem principiorũ. 3. cœli. cõ. & tex. 30. idem. 1. phy. tex. cõ. primi.
Cognitio cuiuslibet generis & ſpẽi eius, nõ cõplẽ niſi ꝑ cognitionẽ ſubẽæ eius: & ꝑ cognitionẽ eorũ q̃ cõtingũt illi. 1. de anima. com̃. 3. & habetur. 1. poſte. tex. com̃. 43.
Cognitio uniuerſalis ſemper debet pręcedere cognitionem propriam. 2. de aĩa. cõ. 1. idem primo phy. tex. cõ. 4. & 57.
Cognitionẽ creditã & intellectã pręcedunt duo modi cognitionis, ſ. agens & præparans, ut eſt declaratum in poſterioribus. ex cõmen. libri de diuinatione ſecundum quietem.
Cognitio nota ſeu extranea ſecundum Platonem quæ dicatur, uide Themiſt. 3. de anima. cap. 44.
Cognoſcimus oĩa ẜm ſpeciẽ. 4. met. tex. cõ. 22. ☞ Inde eliciẽ ꝙ cognitio eſt à forma, nã forma eſt actus, & actus eſt ratio cognoſcẽdi. Forma etiã ẽ ſubiectũ uniuerſalitatis. 1. cœli. cõmen. 92. uniuerſale autem eſt obiectum intellectus.
Cognoſcimus omnia inquantum unum, aliquid, & idem, et inquantum uniuerſale aliquid eſt. 3. meta. tex. com̃. 12.
Coitũ frequẽter exercentibus minor uoluptas accidit, et uide cãm. 1. de genera. aĩalium. cap. 18. prope dimidiũ capituli.
Coitus animalium generantium quomodo fiat, uide in. 5. de generatione animalium. cap. 2. ☞ Et ibi nota iuſtum animalium coitum eſſe, ut mas ſuperueniat fœminam.
Coitus plus omnibus complexionibus nocet frigidis & ſiccis, & complexio calida & humida cæteris ſuperfluum tolerare poteſt leuius. 6. colliget. cap. 12.
Cholerę duę. ſ. flaua & atra non poſſunt conuerti in ſanguinem, ſed ſunt in eo in potentia, quia quãdo ſanguis corrũpitur multoties conuertitur ad eas. 2. colliget. cap. 1.
Cholera utraq; eſt ſanguinis ſupfluitas, eo quòd quodlibet generabile habet aliquã ſuperfluitatẽ quãdo generatur. 2. colliget. cap. 1. in fine. ☞ Conſidera autem ubi ſecundũ Philoſophos iſtæ ſuperfluitates recenſentur, utrum in capite, aut in corde: quia in hoc uariæ ſunt opiniones.
Cholera non naturalis habet quatuor ſpecies. 3. coll'et. ca. 3.
Cholera praxina & ęruginoſa nõ ſunt ſimplices, & non recipiũt digeſtionẽ à calore naturali, ſicut neq; uenenũ. ibidẽ.
Cholera ꝓxina et ęruginoſa utrũ ĩ ſtomaco gñereẽ. uide ibi.
Cholera abſolute nõ eſt in hoĩe, ita ut ſit pars mẽbri, niſi cholera q̃ ſtat in ſacculo fellis ẜm quoſdã: & propterea Auer. tenet ꝙ cholera abſoluta nõ ſit ſubiectum febris, ſed ſanguis, aut humiditas in qua dñatur cholera. 3. colliget. ca. 4.
Cholera non eſt poſſibile ut recipiat digeſtionẽ, quia quod tranſit terminum digeſtionis uel decoctionis, impoſſibile eſt ut redeat ad terminum decoctionis: ſicut aſſum non poteſt reuerti ut ſit elixum. ſuprà.
Cholericũ apoſtema, quod eriſypelas dicitur, fit duobus modis, uel ex mixtione in qua ſanguis dominatur cholerę, uel quando cholera dominatur. Primum dicitur eriſypelas ruboris, ſecundum eriſypelas formicularis. 3. colliget. cap. 5. de ægritudinibus cholericis localibus.
Colliquamentum et excrementũ differunt. primo de generatione animalium cap. 18.
Color ſecũdum ſe uiſibilis eſt. 2. de anima. tex. cõ. 66. & ibi Auer. dicit ꝙ color eſt per ſe uiſibilis in ſcdõ modo dicendi per ſe, & idem repetit in com̃. 67. contra Auempacem.
Color nihil aliud eſt niſi admixtio corporis lucidi cum corpore diaphano, ut declaratum eſt in libro de ſenſu & ſenſato. 2. de anima. cõmen. 67.





Coloris ſuſceptiuum eſt ſine colore. 2. de aĩa. tex. com̃. 71.
Color habet duplex eſſe, unũ ex naturale, & aliud extraneũ 2. de aĩa. com̃. 76. & 97. & 121. Et ita eſt de odore.
Color ſecundũ ꝙ eſt color, eſt uiſibilis nõ mediante alia forma contingente ſibi. 2. de anima. cõmen. 63. contra Auempa. qui aſſerebat non eſſe colores in obſcuro.
Color & lux differunt, quia color eſt ultimum diaphani terminati: lux autem eſt complementum diaphani non terminati. 2. de anima. cõmen. 67.
Color non de neceſſitate mouet non lucidum, ſed non coloratum. ibidem.
Coloris eſſe eſt magis ſpirituale q̃ eſſe odoris. ſecũdo de anima. tex. cõmen. 97. & 101.
Color & ſuperficies differunt, quia ſuperficies eſt terminus corporis quatenus corpus eſt, & color eſt terminus corporis quatenus perſpicuum eſt. Amplius, unius corporis numero una eſt ſuperficies numero: nõ tamen ſi una eſt ſuperficies numero, igiẽ & unus numero color. Sæpiſſimè enim unam numero ſuperficiem, cõtrarijs coloribus diſtinctam eſſe contingit. Amplius, terminabilia ſane perſpicua, ſiue colluſtrata ſiue non colluſtrata ſunt, ſuperficiem & terminum habent, colorem autem tunc ſolum habent cum illuſtrantur. Vide Alex. in paraphraſi de anima. cap. 12. uerſus finem, ubi declarat quę ſunt per ſe ſenſibilia, & quę per accidens. Et uidetur eſſe contra Auer. in. 2. de anima. cõ. 67.
Color & uiſibile licet ſint idem ſubiecto, tamen ratione & diffinitione diſtinguuntur: nam uiſibile refertur ad uiſum, color abſoluta uis eſt. Item, uiſibile abiuncto uiſu non remanet niſi potentia, at color etiam nunq̃ conſpectus ſemper eſt color. Them̃. 2. de anima. ca. 22. & eſt ſuper tex. 66.
Color fit ex admixtione corporis lucidi cũ diaphano. ex lib. de ſenſu & ſenſa. ☞ Et ideo neceſſe eſt ut colores ſint compoſiti ex iſtis duabus naturis, ſcilicet natura diaphani, et natura luminoſi: & ꝙ diuerſitas iſtarum duarum naturarum ſit cauſa diuerſitatis eorum.
Color albus fit ex permixtiõe ignis clari cum elemento ualde diaphano quod eſt aer, & color niger fit ex igne turbido cum permixtione elementi minimè diaphani. ſ. terra: & colores medij diuerſantur ſecundum magis & minus iſtorum duorum. ſuprà.
Color albus, & color niger ſunt elementa colorum mediorũ ex commento libri de ſenſu & ſenſa. ☞ Ex quo patet contra Burleum & alios negantes ſecundum uiam Auer. colores medios eſſe compoſitos ex extremis.
Colores non componuntur ex albo et nigro, quoniam nigredo eſt priuatio albi. 10. met. cõ. 7. uide in concordantijs.
Color eſt perfectio diaphani terminati, lux uerò eſt perfectio diaphani non terminati. ex libro de ſenſu & ſenſato.
Colores qui fiunt ex albo & nigro, ſecundum magis & minus diuerſantur in hoc, diuerſitate infinita ſecundum materiam. ex libro de ſenſu & ſenſato.
Colores non recipiuntur in anima ſecundum extenſionẽ corporalem, ſed ſpiritualẽ: & hoc apparet ex hoc ꝙ uiſus per pupillam, licet ſit ita parua, comprehendit maxima corpora, adeo ꝙ cõprehendit medietatem ſphæræ mundi. Auer. in cõmen. lib. de ſenſu & ſenſato.
Colores non ſunt quæ uidentur in tenebris & uidẽtur in luce, non enim in diffinitione coloris comprehenduntur, ſi color actu perſpicui mouendi facultatem habet. Alexã. in paraphraſi de anima. cap. 12. ubi oſtendit quæ ſint ſenſibilia per ſe, & quæ per accidens.
Colorũ differẽtię ſuſcipiũt magis & minus. 10. met. t. cõ. 22.
Color diuerſos habet gradus in nobilitate differentes in ſuo eſſe. Vilior enim in ſuis gradibus eſt quẽ habet in materia, deĩde habet nobiliorem eo in uiſu, cũ ĩ uiſu ſit cõphẽſio & in materia minime. Amplius habet eẽ ĩ phãtaſia q̃ eſt ſimplicior & nobilior uiſu, deĩde habet eſſe in memorię uirtute, deĩde in intell'u. Deĩde Philoſophi dixerũt ꝙ habet aliud eẽ nobilius oĩbus ꝓdictis ſine cõparatiõe ĩ Dei ſcĩa, eo mõ quo nobilius eo ꝯſiderari nõ põt. ex diſp. 3. ĩ ſol'. 18. col'. 9.
Colorum diuerſitas in pilis cauſatur in cæteris animalibus ex cute: alborum enim alba eſt cutis, nigrorũ nigra, uariorum permixtorumq; partim nigra conſpicitur. At in homine cutis nulla cauſa eſt, qui enim ſunt albi, admodũ nigros habent capillos. Ariſto. in. 5. & ibi redditur cauſa. ☞ Aduerte tamen illam ſentẽtiam Ariſto. ueritatem habere in regionibus temperatis, quia certum eſt ꝙ apud Aethiopes omnes capilli eorũ nigri. Et eſt gloſa Galeni in. 2. paruæ artis.
Color albus cauſatur ex permixtione portionis aereæ cum portione terrena aut aquoſa: & ideo butyrum, camphora, & ſpuma alba ſunt. Auer. in. 5. de generatione aĩalium. ca. de caluicie. et elicitur ex ſententia Ariſto. ibidem. cap. 6. ubi dicit: Aer autem perlucens albedinem facit, quemadmodũ ſpumam fieri neceſſe eſt.
Colorum diuerſitas cauſatur ex aquis in his quæ ſua natura unicolora, genere autem uerſicolora ſunt: ut aquæ calidæ pilum album, frigidæ uerò nigrum efficiunt. Ariſto. in. 5. de generatione animalium. cap. 6.
Color etiam diuerſatur ex nutrimento. ibidẽ. ☞ Et datur exẽplum de apibus quæ ſunt unicolores propter uniformitatẽ nutrimẽti, crabrones uerò & ueſpæ ſunt uerſicolores propter nutrimenti diuerſitatem. Nota etiam (ut dicit Auer.) ꝙ mutatio coloris poteſt ſequi diuerſitatem uentorum. ibidem. cap. de caluicie. Et nota etiam ꝙ poteſt cauſari ex imaginatione coloris diuerſitas, ut legimus in ſacris literis Geneſis. 30. cap. de Iacob qui cuſtodiebat oues ſoceri ſui, & tempore initus ouium ponebat in canalibus aquarum uirgas diuerſi coloris, ut in conſpectu illarũ conciperent. Vnde ſcire poteris antiquos illos patres naturalium rerum habuiſſe profundiſſimam cognitionem.
Color idem inuenitur in re calida et re frigida, ut albedo quę eſt in ſale & camphora. 5. colliget. cap. 29.
Coloris ſignificatiò plus uerificatur in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut eſt in gallinis albis & nigris. ſuprà.
Coloris ſignificatio in cognoſcenda complexione medicinarum, eſt debilior, q̃ ſignificatio ex ſapore & odore. uide cauſam. 5. colliget. cap. 29.
Color niger inuenitur & per calorem & per frigus. 5. colliget. cap. 27. & 29. & ibi poniẽ differentia ex eo qđ ꝓcedit.
Colorum mediorum natura eſt compoſita ex natura extremorum. 5. colliget. cap. 29. & 5. phy. cõ. 6. 19. & 52.
Color non eſt cauſa ſubſtantialis ad corrumpendas uirtutes animæ. 3. colliget. cap. 40.
Columbarum genus eſt medium inter multiparum & paucorum ouorum. Ariſto. & Auer. in. 3. de gene. aĩa. cap. 1.
Columbis peculiare eſt in coitu, ut niſi antea oſculẽtur, mas non aſcendat: ſed iunior ſit an ſenior intereſt, ſenior enim oſculo coitum exorditur ſequentem, & ſine oſculo agit: at iunior quoties lubet coire, toties oſculatur. Ariſto. 6. de natura animalium. cap. 2.
Columborum calor eſt fortis cuius ratio eſt quòd qui uolũt purgare margaritas dant illis ad comedẽdum, & ſtatim deuorantes occidunt priuſquam diminuatur quãtitas margaritarum. Columbi uerò caro habet mirabilem quãdã proprietatem in epilenticis & paralyticis. 5. colliget. cap. 31.
Combuſtibile oportet prius eſſe qui cõburi, & combuſtiuũ q̃ comburere. 8. phyſi. tex. cõmen. 4.
Combuſtibilia ſunt illa corpora in quibus ſunt uiæ pertranſitionis, & recipiunt ignem, & humiditas eorum eſt conueniens, & eſt aerea non aquea. 4. meteororum.
Comparatio quando accipitur inter comprehẽſibilia ab intellectu & à ſenſu, non uerificatur niſi quando accipitur in reſpectu communis comprehenſionis. primo phyſico. cõmen. 48. ☞ Ex quo ſummitur ꝙ cognitio quandoq; ſummitur in genere, & quandoq; in ſpecie.
Comparatio eſt accidens ſeparabile à re, res autem non ſeparatur à ſe: ſecundum enim ꝙ eſt reſpectiuum habet diſpoſitiones contrarias & infinitas, & ẜm ꝙ eſt eſſentia nõ habet niſi unum, & eſt quaſi ſua eſſentia. 3. cœli. com̃. 9.
Comparatio in omnibus quæ in comparatione conſiſtunt, quod ſimpliciter tale eſt, alicuius rei tale eſt: non aũt omne alicuius tale, ſimpliciter tale eſt: ut aqua quidem leuior eſt

terra,non tamen aqua leuis eſt;& aer grauior eſt igne,non tamen aer grauis eſt: Sed bene ualet, ignis leuior eſt aere, igitur leuis eſt;& terra grauior eſt aqua,& tamen terra grauis eſt. 3.cœli.in paraphraſi.ſumma tertia, parte.2.in contradictione prima.

Comparatio non accidit inter ea quę ſunt diuerſorum generum.10.meta.cõ.14.&.7.phy.tex.cõ.27.

Comparatio non eſt in æquiuocis.7.phy.tex.cõ.24.

Complexio temperata quæ eſt ſecundum extrema temperãtiæ, quam poſuit Gale. eſt impoſsibilis.2.de generatione. cõ.48.uide etiam.1.cœli.cõ.7.& 10.meta.cõmen.23.

Complexiones ſunt ſecundum magis & minus in eadẽ ſpecie.2.de generatione.cõmen.58.

Complexio duplex,æqualis & inęqualis.2.colliget.cap.1.

Complexio temperata quid ſit, uide in.2.colliget.in cap. de complexionibus membrorum officialium.

Complexionis temperantia nõ conſiſtit, neq; dicitur niſi in comparatione omnium partium corporis. ſuprà. Et idem ponit Auic.in prima Fen primi, in cap.de cõplexionibus.

Complexioni accidit permutatio aut corruptio propter multas cauſas:aut propter clima,aut propter hyle, aut propter agens, aut propter ætates, aut propter cibos, aut propter exercitia,aut propter ſexum.ſuprà.

Complexio maris eſt calidior & ſiccior complexione fœminæ,& hoc apparet ex operationibus ipſorum.ſuprà.

Complexio iuuenis eſt calida & ſicca,pueri calida & humida,ſenis frigida & ſicca.ſuprà.

Complexiones ſunt nouem ſecundum medicos,una temperata,& octo diſtemperatæ.

Complexiones quæ ſignificant ſuper complexiones membrorum, ſunt complexiones innatæ quæ fiunt à prima eſſentia:& hoc dico propterea quia inueniuntur complexiones acquiſitæ calidæ & frigidæ,quæ fiunt à conſuetudine, uniuerſaliter à rebus extrinſecis.4.colliget.cap.4.

Complexio appropriata unicuiq; rei de neceſsitate eſt attributa dominio unius qualitatis actiuæ, quæ ſtat ei loco formæ:& dominationi unius qualitatis paſsiuæ, quę ſtat ei loco materiæ. Et ſi ita non eſſet complexionatum non eſſet unum in forma,immo duo: etiam operatio una nõ eſſet recepta in ſuo termino,ſi duæ qualitates contrariæ dominantes eſſent ſuper ipſum,& ambæ in potentia uel in actu ſuper ipſum: quia ex duabus rebus in actu contrarijs non poteſt fieri unum in actu, & etiam de duabus non contrarijs, ſicut ex duabus lineis in actu nõ fit una linea in actu.2.colliget.cap.ulti. quod eſt de complexionibus temporum.

Complexio temperata quæ eſt ſecundũ extremitates,in quatuor q̃litatibus inueniri nõ poteſt.2.colliget.ca.ulti.ſuprà.

Complexio temperata in una qualitatũ actiuarũ tantum inueniri non poteſt,quia quælibet actiuarum habet ſuã operationem propriam propter unam qualitatem paſsiuã,quę ſtat ei loco materiæ contra medicos.ſuprà.

Complexio temperata dicitur reſpectu extremitatũ ad medias,extremitates autem ſunt octo complexiones, ſed quãdo comparamus ipſam dominio elementorum ſuperfluitates quæ ſunt in ipſa,nos dicimus ꝙ ſit calida & humida, eo ꝙ caliditas & humiditas plus dominantur in ipſa q̃ frigiditas & humiditas.6.colliget.cap.11.

Complexio mala calida & frigida, aut ex cauſis intrinſecis, aut extrinſecis prouenit.7.colliget.cap.16.de ſinopi.

Complexionatum eſt corpus conſimile in partibus,& differentiæ ſuperuenientes eis à menſuris mixtionis elementorum quædam competunt omnibus corporibus conſimilibus, & ſunt enumeratæ in.4.met.& q̃dã ſunt q̃ ſunt propriæ quibuſdã corporibus conſimilibus,ſicut ſunt odores, ſapores, & colores.5.colliget.ca.25. ¶ Vbi elicit̃ aperte ꝙ licet odor,ſapor,& color,uere non ſint niſi in corpore mixto, non tamen omne mixtum habet odorem, ſaporem, & colorem. Vnde Auer.5.colliget.cap.27.dicit non eſſe neceſſarium ut unũquodq; mixtum ſit ſaporitum,ut declaratum eſt in naturali philoſophia. Idem habetur i.2.de aĩa.cõ.31.

Complementum hominum non completur niſi per congregationes, & congregatio per bonitatem. Eſſe ergo boni eſt neceſſarium,& nõ eſt neceſſarium eos ſcire ueritatem. 2.metaphy.cõmen.14.

Compoſita in rebus naturalibus cauſata ex elementis, ſunt notiora nobis.& cauſę eorum ſunt ignotæ apud nos. cõ.3. primi phyſi.idẽ.3.cœli.cõ.61.Idem Themiſt.2.de anima. cap.8.in expoſitione tex.12. exponit compoſita & concreta maxime ſunt nobis manifeſta,ſimplicia autem,naturę & rationi.Habet hoc ueritatem ut in pluribus,quia ſtat quãdoq; cauſas eſſe notiores quo ad nos,licet raró hoc ↄtigat.

Compoſitum eſt motus apud ſenſum.¶ Exponit Cõmen.totum,ſeu compoſitum,pro indiuiduo demonſtrato: ſingularia enim ſenſibilia,dicuntur indiuidua demõſtrata, q̃a exiſtunt in rerum natura in actu, & demõſtrari poſſunt ſigno demonſtratiuo,ut hoc lignum,hic homo:quia quicquid exiſtit eſt ſingulare contra Platonem. Indiuidua autem in abſtractis in quibus nõ eſt aliud magnitudo à magnitudinis eſſe,dicuntur indiuidua intellecta,intelligitur non ꝙ ſingularia quo ad noſtram cognitionem de qua loquitur Ariſto. ibi,ſint notiora nobis,quia falſum eſt,ut dicit Cõmẽ. in.1. poſte.cõ.12.his uerbis: Senſatum apud nos non eſt notius apud nos ipſo concepto intellecto.i. q̃ prima intelligibilia & ibi patet contra Gregorium Arimi.et Ioã.de Bacco. qui tenent quo ad nos ſingulare eſſe primum cognitum. Tamẽ aduerte hĩc ꝙ eſt contradictio,quia.2.poſte.dicitur,ꝙ ſenſus eſt uniuerſalis.uide in contradictionibus.

Taxat Gregorium Arimi. & Ioan. de Bacco.

Compoſitum quodlibet reſoluitur in ſua componentia. 1. phyſi.tex.cõmen.65.&.3.meta.cõ.15.&.3.cœli.15.

Compoſitum eſt propter operationem, & materia eſt propter formam.Et hoc eſt uerum tam in naturalibus, q̃ in arte conſtantibus. Auer.2.colliget.cap.7.

Compoſitum eſt dignius habere hoc nomen ſubſtãtia,q̃ materia & forma.2.phy.cõmen.4.7.&.8.metaphyſi. cõmen. 7.& ſecundo de anima.cõmen.7.

Compoſitum ex partibus finitis in numero & magnitudine æqualibus,neceſſario ẽ finitũ.6.phy. com̃.20.&.21.&.60.

Compoſita quædam immediatè generantur à ſimplicibus ut mineralia & plantę ſine ſemine natæ,& animalia ex putri materia quæ ex elementis generantur: quædam uerò generantur mediante aliquo compoſito,ut generatio ſanguinis ex cibo,& membrorum ex ſanguine.1.cœli.cõ.20.

Compoſitum corpus non intelligitur eſſe infinitum,niſi aut quia unum ſimplicium ex quibus componitur eſt infinitũ, aut plura uno: aut quia eſt compoſitum ex pluribus infinitis numero, finitis uerò ſecundum magnitudinem.1.cœli. tex.& com̃.34.ubi Cõmen. dicit ꝙ iſta propoſitio eſt manifeſta in compoſitis ex elementis in actu, ut eſt compoſitio dictionis ex literis, & ſimiliter eſt in compoſitis ſecundum mixtionem.

Compoſitum non differt ab elementis niſi quantitate.3.cœli.cõmen.51.uide in concordantijs.

Compoſita & actiones eorum in naturalibus, ſunt notiora quo ad nos,q̃ cauſę compoſitorum: ſecùs in mathematicis 3.cœli.cõ.61.idem.2.phyſi.tex.cõmen.ſecundi.&.7. metaphyſi.tex.cõmen.10.

Compoſitorum cauſæ propriæ ſunt res additę cauſis ſimplicibus & uniuerſalibus,in ſimplicibus uerò non inueniuntur niſi cauſæ uniuerſales tantum. Simplicium ſiquidem cauſæ ſimplices ſunt. Auer. ſententia, aduerſus Themiſt. in ſumma.2.paraphraſi.4.de cœlo. Conſimile ſcribit aduerſus eundem.4.cœli.cõmen.22.

Compoſita in quibus dominatur terra,ſicut plumbum,ſunt grauia in omnibus locis: compoſita uerò in quibus dominatur aqua,ſunt grauia in tribus locis,quia aqua eſt grauis in tribus locis: ſimiliter compoſita in quibus dominatur aer,ſunt grauia in duobus locis tantum,ut lignum quod natat ſuper aquam.4.cœli.cõ.29.

Compoſitum ex aliquibus neceſſe eſt ut in eo exiſtant quoquo modo exiſtentia in componentibus.2.de anima.158. idem.5.phyſic.cõmen.19.&.52.&.10.metaphy.23.&.3. phyſic.cõmen.43.

Compoſitum



Compoſitum quodlibet ex materia et forma eſt diuiſibile.1. meta.com̃.7.idem.7.meta.tex.com̃.27.

Compoſitum habet naturam additam naturę componentiũ 5.meta.com̃.6.idem.3.de anima. com̃.5.in ſol.2.quæſtionis,ubi declarat quomodo ex intellectu & intellecti fit uerius unum q̃ ex materia & forma. & reddit cauſam: Quod enim fit ex eis nõ eſt aliud ſicut ĩ compoſitis ex materia & forma.idem.7.meta.tex.cõ.26.&.27.& tex.cõ.ulti.contra negantes tertiam entitatem in uia Auer.

Compoſitum quodlibet eſt per ſe,aut per ſuam materiã,aut per formam,aut per utrunq;.5.meta.cõmen.23.

Compoſitum ex duobus diffinitur cõpoſitè ex duabus diffinitionibus illorum duorum.7.meta.com̃.11.

Compoſitum ex ſubiecto & accidẽte differt à compoſito ex ſubſtantijs,quia in primo accidit iteratio,ſed nõ accidit iteratio in compoſito ex ſubſtantijs.7.meta.tex.cõ.11.

Compoſitæ ſubſtantiæ manifeſtum eſt ipſas habere diffinitiones, & nomina æqualia eis.7.metaphyſi.cõmen.12.& 8.metaphyſi.cõmen ultimo.

Compoſitum eſt quod per ſe generatur,non forma neq; materia:& hoc eſt cõmune prædicamento ſubſtantiæ,& alijs p̃dicamentis.7.meta.tex.cõ.32.idem tex.cõ.23.26.& 31.

Compoſitum quodammodo eſt prius partibus,& quodam modo poſterius:pro quando enim partes non poſſunt cõſiſtere ſeparatæ,totum autem poteſt cõſiſtere ſine quibuſdam partibus,ſic totum eſt prius partibus: inquantum autem partes ſunt componentes, ſic totum eſt poſterius.7. meta.tex.cõmen.35.

De modo quo cognoſcimus ſubſtãtias abſtractas. D.Thom.

Compoſitorum ſunt quæſtiones per quare aut per quid,ſed non ſimplicium:ſed in ſimplicibus eſt alter quæſtionis modus.7.meta.tex.cõmen.60.¶ Vbi Diuus Tho.exponẽs locum illum dicit ꝙ in cognitione habenda de ſubſtantijs ſeparatis procedimus ex effectibus ſenſibilibus.quorum ipſæ ſunt cauſæ:tamen de eis non poteſt haberi ſcientia per doctrinam,quia doctrina eſt generatio ſcientiæ,ſcientia autem fit in nobis per hoc ꝙ ſcimus ꝓpter q̃d.Sed iſta expoſitio non eſt cum ſupportatione Peripatetica:tunc enim ſequeretur ꝙ nullam ſcientiã de ſubſtantijs ſæparatis habere poſſemus,niſi quo ad quia eſt, & quia iſta eſt naturalis, ex motu demonſtramus ipſas eſſe. Tunc igitur dicimus nõ habere ſcientiam quiditatiuam de talibus ſubſtantijs abſtractis,cuius oppoſitum ſcribit Philoſophus.1.phyſi.tex.com̃. ulti.&.2.phyſic.tex.cõmen.26.& in.6.meta.tex. cõmen.2. ¶ Michael uerò Epheſius,ut mihi datur cernere,rectius interpretatus eſt locum illum.Nam cũ Ariſto. ipſe late declaret quæſtionem per quare in rebus compoſitis ex materia & forma eius eſſe,q̃d aliud in alio ineſt,ſine dubio in ſimplicibus & quæ ſolum formæ ſunt,quæſtioni locus non relinquitur,nec interrogationi per quare.Sed eſt alius inquirendi modus,quæ autem ſit inquiſitionis ratio in ſimplicibus Ariſto.declarabit in illo loco ubi de ſimplicibus diſputare aggredietur,& licet ipſe non declaret locũ,uide Ariſt. in.9.meta.tex.cõ.ulti.late determinãtem talem differentiã inter compoſita & ſimplicia,& q̃s ſit inq̃ſitionis modus in ſimplicius & qualis,quia eſt per modum ſimplicis attingẽtiæ & uiſionis intuitiuæ,& non per modum affirmationis, & eſt ſicut uiſus dum cernit colores nihil de coloribus affirmat,ſed aſpicit tantum & intuetur:eodem pacto quãdo intellectus humanus intuetur ſimplices ſubſtantias,tunc ipſarum dictionem habet,ſed non affirmationem. Affirmatio enim de compoſito dicitur ex ſubiecto & p̃dicato,& ideo quando intellectus attingit intuitiue abſtracta,tunc dicitur uerum dicere:quãdo uerò non attingit neq; intuetur neq; cernit,ignorantiam de talibus habere dicitur,non tamẽ dicitur falli.Nam & uiſus dum noctu colores non aſpicit non dicit̃ falli,ſed ipſos ignorare. Vnde de talibus ſimplicibus quæritur ipſum quid eſt,non ut aliquid de ipſis p̃dicemus, ſed ut intelligamus dunxtat & quaſi cernamus. Iſta autem uiſio contingit his qui ad doctrinæ ueritatem peruenerunt, ac optimè uixerunt.Et hoc etiam bene ponderauit Cõmen. in eodem loco,cum dicit in cõ.22.ſuper.9.meta. exponens illa uerba Philoſophi in textu: Verum autem,intelligere ipſa:falſum uerò,non eſt deceptio ſed ignorantia,non qualis cæcitas.Cęcitas enim eſt,ut utiq; ſi intellectiuum omnino non habeat aliquis.Dicit enim & intendebat cum dicit: In »telligere eas non eſſe uerum,ideſt cum dicimus quod apud »nos non eſt uerũ de ſubiectis ſimplicibus,non intendimus »ꝙ accidit nobis error,qui eſt ignorantia ſecundum habitũ, »ſed accidit priuatio ueritatis quæ eſt ignorantia tantum,& »hoc eſt in uirtute rationali ſicut cæcitas in oculo. Et innuit »per hoc ꝙ non intelligere res ſeparatas per intellectum hu»manum,eſt in intellectu noſtro in principio ſimile cæcita»ti in oculo,anteq̃ perficiat̃ intell's.Hoc.n.non ſolũmõ inue»nitur in hac uirtute in ſuo primo eẽ, ſed in ſuo ultimo eẽ, & »hoc declarauimus ꝙ ĩ alio loco & declarauimus fortunitas »maxima q̃ eſt ĩſpicere intell'm ſeparatũ, eſt ꝑ potẽtiã q̃ fit in intellectu ſpeculatiuo apud ſuam ultimam perfectionem ſimilem potentiæ quę fit in uiſu apud aſpectum ad colores, non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarum, quæ acquiruntur per cognitionem: quoniam non eſt, ſicut exiſtimauit Auempace, quòd hoc acquiritur per cognitionem.Et ita etiam dicit in.3.de anima.cõmen.36.& in libello de beatitudine animæ.

Michael epheſius.

Compoſita per ſe differunt à compoſitis per contactum,q̃a in compoſitis per ſe,fit ex congregato aliq̃d additum aliud à componentibus, quod non fit in cõpoſitis per contactũ. 7.meta.tex.cõmen.ultimi.idem.5.meta.com̃.6.&.8.meta. cõmen.26.&.27.Vide in concordantijs.

Compoſitum eſt cuius ſolius eſt generatio & corruptio, & eſt ſeparabile ſimpliciter.8.meta.tex.cõmen.3.ubi Cõmẽ. dicit compoſitum ideo eſſe ſimpliciter ſeparabile, quia ſeparatur ſecundum diffinitionem & ſecundum eſſe, & hoc ad differentiam formæ,quæ eſt ſubſtantia ſeparabilis ſolũ ſecundum rationem.Ideo autem compoſitum dicitur ſeparabile ſecundum diffinitionem, quia alia eſt diffinitio eius, & alia partium componentium:& dicitur etiam ſeparabile ſecundum eſſe,quia ſolum compoſitum poteſt per ſe exiſtere,forma autem aut materia non poteſt per ſe exiſtere. Simile habetur.2.phyſi. tex.cõmen.12.& primo cœli.92.& 95.&.12.metaphyſi.cõmen.39. Hoc poſſet eſſe motiuum ad tenendum compoſitum eſſe perfectius ipſa forma. Cogitet diligenter Auerroiſta.

Compoſita ex duobus,debẽt habere ex altero illorũ minus, ex altero maius.10.meta.c.23.ubi eſt digreſſio de æquali ad pondus,& de complexione temperata quam poſuit Galenus. Vide etiam pro illo,primo cœli.cõmen.7.& in.4. meteo.cõ.10.&.2.colliget.cap.primo.

Compoſitum eſt unum in actu per partem dãnantem:& ſi non,non eſſet unum in actu.10.meta.com̃.23.

Compoſitum quodlibet ex duobus,quorum alterum ĩnuenitur per ſe,poſsibile eſt ut alterum etiam ĩueniatur per ſe, niſi ſit compoſitio ſubſtantiæ & accidentis.12.meta.com̃. 35.&.8.phyſi.cõmen.37.

Cõpoſitũ q̃dlibet ex duobus oppoſitis extremis,ſi unũ eorũ ĩnueniẽ per ſe,etiã & reliquũ.12.meta.cõ.35.¶ Vbi Cõmẽ. ex authoritate Alexan.dicit propoſitionem iſtam eſſe manifeſtam, & nulla alia conditione indigere, niſi ut alterum non ſit accidens in reliquo.

Compoſitum eſt omne cui potentia admiſcetur.12. meta. cõmen.37.&.8.phyſi.cõmen.79.

Compoſitæ res habent præter ſuas formas etiã cauſas agentes,& illæ ſunt cauſæ ipſarum ſecundũ cõpoſitiones & cõpaginationes ipſarum & earum partium,ſed res ſimplices nullas alias habent cauſas reſpectu actuum procedẽtium ab eis,niſi ſecundũ ſuas naturas & formas earum.ex diſp. 14.in ſolutio.ultimi dub.

Compoſitum ex elementis,non eſt cõpoſitum niſi per modum tempereantiæ complexionis, & complexio fit per modum decoctionis, & decoctio per modum caloris.2. colliget.cap.9.ubi probat cor eſſe principium uirtutis nutritiuæ contra Galenum.

Compoſitum naturale non habet partes cõponentes,qua-

rum quælibet ſit in actu, ſicut eſt in compoſito facto ab arte: imo ipſum indiuiduum compoſitum ex materia & forma, ita ſe habet ꝙ materia inuenitur in eo in potẽtia, & forma in actu. Et dicere ꝙ materia inuenitur in indiuiduo in potentia, eſt aliud q̃ dicere ꝙ eſt potentiale ad aliquid tale: ſed cum dicimus quod materia eſt in indiuiduo in potẽtia, intelligimus ꝙ ſeparabitur forma ab ea ꝑ corruptionẽ illius indiuidui, & ſic inuenieť tranſmutari in actu, poſtq̃ fuit in potentia. ex paraphraſi meta. tractatu. 2.

Compoſitum quodlibet eſt nouum. 12. meta. cõ. 39.

Compoſitum q̃dlibet tendit ad locum dñantis. primo cœli cõ. 19. idem ibidem. tex. cõ. 7. &. 8. &. 12.

Compoſitio alia ex materia & forma, & alia ex elemẽtis in actu: cœlum autem neutram compoſitionem iſtarũ habet. 2 cœli. cõ. 1. idem primo cœli. tex. cõm̃. 20.

Compoſitio ſpeciei alia eſt ex cauſis ſm imaginationẽ, alia ex cauſis ſm fidem. Vide in diuiſionibus. 1. phyſi. c. 5.

Compoſitio alia ſpeciei ex ſuis cauſis, alia generis ex ſpeciebus, alia indiuidui demonſtrati. uide ibidem.

Compoſitio quælibet neceſſe eſt ut diſſoluatur in ea ex quibus conſtat uel in actu, uel in potentia. 3. cœli. cõmen. 15. Conſimile primo phyſi. tex. cõmen. 65.

Cõtra ponẽtes Deũ & itelligẽtias darẽ eẽ formal'r orbibus.

Cõpoſitio quæ eſt in corporibus cœleſtibus, ex duabus naturis fuit cognita, & ex motu locali: compoſitio autem quę eſt in generabilibus & corruptibilibus, fuit cognita per generationem & corruptionem in eis inuentas. Auer. in principio libri de ſubſtantia orbis. ¶ Ex quo patet ſecũdum uiã eius ibi eſſe compoſitionem ex mouente & moto, & nõ ex forma formaliter informante: naturalis uerò non aſcendit ad illum modum quo intelligentia dicitur forma, ſed diuinus, ſicut dicit Cõmen. 12. meta. ꝙ diuinus declarat poſtq̃ accepit pro conſtãti à naturali uia motus ſubam abſtractã eſſe, declarat ꝙ ſit forma & finis. Nam ſcribit idem Auer. 12. meta. cõmen. 37. ꝙ perfectionum ad quas mouetur ꝑfectum, quædã ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur propter ſanitatem. & quędam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ à re quæ mouetur ad eas, ut aſſimiletur eis: ut inueniũtur omnes actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intentionum domini ſui: igitur dicuntur eſſe propter dominum: & ſimiliter oĩa entia cum hoc primo principio. Et hoc idem declarat aperte idem cõ. 44. per tria exempla, quorum unũ eſt de principe ſub quo ſunt multi conſtituti in regendo ciuitatem, ſecundum eſt de artibus deſeruientibus uni arti principali, ut frænifactiua, & aliæ id genus, quæ deſeruiunt arti equeſtri, ut dicit Ariſt. in principio libri ethic. Et tertium exemplum eſt de cæteris ſcientijs accipientibus ſua principia à prima philoſophia, & iſto modo primum principium dicitur eſſe forma cœli & omnium entium, & non ſicut ſanitas in corpore uiuente, quemadmodum dixerunt rudes, imponentes Ariſto. & Auer. Deum glorioſum qui eſt in fine ſimplicitatis, unitatis, & nobilitatis, eſſe formam formaliter inhærentem & ꝑficientẽ ipſum orbem, & dantem ſibi ne dum eſſe iſto modo, uerũetiam & motum: & non uident ꝙ ineuitabiliter ſequeretur Deum & reliquas intelligentias moueri per accidens ad motũ orbis. Quomodo enim fieri poteſt ut formatum moueatur, & ꝙ forma ſua perficiens formaliter & inhærenter non moueatur per accidens? Vtinam ex hoc maniſeſtiſſimo errore excepiſſent Deum glorioſum, quia minus peccauiſſent. De alijs enim intelligẽtijs concedit Auer. in. 8. phyſi. cõmen. 52. ꝙ moueantur per accidens, nõ quia moueantur ad motum orbium, ſicut formæ quę ſunt in ſuo ſubiecto mouentur ad motum ſui ſubiecti per accidẽs: ſed pro quanto accidit ꝙ orbes moti ad ipſis, moueanť ad motum primi orbis. Sed de nullo intellectu conceſſerunt Peripatetici moueri per accidens, ſicut forma mouetur ad motum ſui ſubiecti: quia repugnat intellectui inquãtum intellectus eſt, ꝙ ſit actus corporis, ut patet. 3. de anima. tex. cõ. 4. &. 5. & ſi hoc repugnat intellectui poſſibili, qui eſt infimus abſtractorum, quanto magis repugnabit alijs? & quã maximè primo, qui eſt liberatus ab omni potentia? Sed iſti non poſſunt tranſcendere imaginationem, & ideo ſincerã non poſſunt perſpicere formã, ſed ſolam imaginẽ attingũt.

Compoſitio conſiſtit in poſitione partium adinuicem. 5. metaphyſi. cõmen. 25.

Compoſitio ex genere & differentia, ſimilis eſt compoſitioni ex re potentiali & actuali. Generis enim natura nunquã reperitur à natura differentiæ uel formali, & quodcũq; iſtorum duorum compoſitorum apud Philoſophos generabile eſt & corruptibile, etiam habet agens. ex diſp. 7. in ſolu. 3. dubij. Vide idem in. 2. cœli. cõmen. 49. contra Auicẽ. & in cap. de ſpecie ſuper Porphyrio.

Compoſitio non determinat. uel infert componẽs eſſe compoſitum. ex lib. deſtruc. diſpu. 8. in ſol'. 1.

Compoſitio triplex eſt: una eſt elementorum, ſecunda eſt ſimilarium ex el'ntis, tertia eſt organicorum ex ſimilaribus. ex principio ſecundi de partibus animalium. Et uide quòd aliter Auer. & aliter Albertus diuiſionem illam intelligit in. 12. de animalibus.

Compoſitio corporis unius ex pluribus materijs, non eſſe poteſt niſi altero duorum modorum, uel ſicut eſt compoſitio membrorum organicorum ex ſimplicibus, & compoſitio totius ex organis: uel mixtione & temperatura, ut eſt cõpoſitio membrorum ſimplicium ex elementis. Cõmenta. in digreſſio. contra Gal'. de uirtute actiua ſeminis. primo de generatione animalium in. 1. cap. ubi ponitur improbatio antiquorum. in colũ. 8.

Compoſitiones exiſtẽtes in eadem re, quædam ſunt primæ, & q̃dam ſunt non primæ. 5. meta. cõ. 4. Cõſimile. 1. phyſi. cõ. 1. 28. 82. &. 2. phyſi. cõ. 10. &. 1. cœli cõ. primo.

Compoſitio triplex eſt, una ex ꝑtibus corporaliibus quę ſunt in diſtinctis locis: ut cõpoſitio animalis ex carnibus & oſſibus, & compoſitio domus ex lapidibus & lignis. Aliud genus compoſitionis eſt quicquid ex cõfuſione & permixtione cõflatur, ut mulſum ex aqua & melle. Et differt à primo, quia in hoc quicquid loco ſecernitur non uenit in mixtionẽ quia totum & partes in eodem loco eſſe uidenť: re uera autem partes abolitæ ſunt, & ſaluatur integritas. Tertius modus eſt quo ex ære & figura cõſtare dicimus ſtatuam, ubi partes ſaluantur in toto compoſito quod ex eis reſultat, & non ſunt locis & ſubiecto diſtinctæ, ſicut in primo genere compoſitionis. Themiſt. in. 2. de anima. cap. 3. Idem notat Alexan. in paraphraſi de anima. in illo cap. ubi oſtẽdit animam eſſe formam. & in. 2. de anima cap. de phantaſia, ubi ponit differentiam inter mixtionem & compoſitionem, qa mixtum ex his eſt quibus cum admiſcetur, ſed nõ illa: compoſitum autem eſt illa ex quibus componitur cum compoſitione quadam & ordine.

Comprehenſio quædam eſt ex diſciplina, & quædam ſine diſciplina. 5. phyſi. cõm̃. 31.

Comprehenſio intentionum indiuidualium ſubſtantiarum eſt propria ſenſibus hominis. 2. de anima. cõmẽ. 65. idem 3. de anima. cõmen. 6. &. 20.

Comprehenſio differentiarum rerum ſenſibilium à ſenſu, eſt cauſa comprehẽſionis earum ab intellectu: & ideo qui caret ſenſu caret intellectu illius generis ſenſibilis. 2. de anima. cõmen. 92. idem. 1. poſterio. cõmen. 33. Conſimile. 2. phyſi. tex. cõmen. 6.

Comprehẽdere per ſenſum ſit per duo ſubiecta, quorũ unũ eſt per q̃d ſenſus eſt uerus, per alterum aũt habet ꝙ ſit unũ entium: & ſimiliter eſt de comprehenſione intellectus. 3. de anima. cõ. 5. in ſolutione primæ quæſtionis.

Comprehendẽs alietatem inter aliqua duo, neceſſe eſt ut ſit unum uno modo, & multa alio modo. 3. de anima. cõm̃. 9. idem. 2. de anima. cõmen. 149.

Comprehenſibilia humana diuidũtur in hæc duo, uidelicet in cõprehẽſibile cuius principiũ eſt ſenſus, & in incõprehẽſibile cuius principiũ eſt cogitatio. 3. de aĩa. cõ. 33.

Comprehẽſio aut eſt de p̃ſenti, aut de futuro, aut de p̃terito. ex lib. de memoria & remin. in principio.

Comprehenſiones quæ accidunt in ſomno, quędam ſomnia dicuntur, & quædam diuinationes, & quędam prophetiæ. Cõmen. ex libro de ſomno & uigilia.



Comprehenſiones quæ dicuntur ſcientiæ quæ ſunt in ſenſibilibus, ſunt ingenerabiles neq; corruptibiles niſi accidentaliter, & ſunt intentiones uniuerſales quas intellectus cõprehendit in eis, & ſunt formæ. Comprehenſiones uerò particularium generabilium & corruptibiliũ non ſunt ſcientiæ, ſed imaginationes eorum. primo meta. cõmen. 27. idem. 2. de anima. tex. cõmen. 60.

Comprehenſio quę ſit uno ſenſu, & uno modo ſenſus, & in eadem diſpoſitione, eſt ſemper uera. Cõmen. 4. metaphy. cõmen. 26. in calce cõmẽti. ¶ Videtur alludere ad illas tres conditiones poſitas à Themiſt. in. 2. de anima. circa illam propoſitionem ꝙ ſenſus nõ decipitur circa ſenſibile, quas require ab ipſo in cap. 21.

Comprehenſio eſt cauſa uoluptatis. 12. meta. tex. cõ. 39. ¶ Signum huius eſt (ut ibi diciť) quia ſenſus, & uigilia, & intell's ſunt in nobis uoluptuoſi. Et hoc etiã teſtatur Diuus Augu. dicẽs ꝙ inuiſa diligere poſſumus, ſed incognita nequãq̃.

Comprehenſio non eſt delectabilis niſi reſpectu eius quod eſt in actu, & non in potentia: & deſiderium præcedens comprehenſionem magis uidetur dolor quàm uoluptas. 12. meta. cõmen. 39.

Comprehenſio quæ nullum oppoſitum habet & nunq̃ eſt in potentia, tunc cõprehendenti nunq̃ accidit dolor propter defectum comprehenſionis. ſuprà.

Comprehenſiones ſunt duarum entium, in genere. ſ. ſenſibilium quæ ſenſu iudicantur, & eorum quæ comprehenduntẽ ab intellectu, ſicut ſunt quiditates & naturæ ſenſibiliũ rerum. ex diſpu 6. in ſolutione. 6. dub.

Cõmunia ſunt notiora nobis q̃ propria, ſunt enim tanq̃ cõpoſitiora. Them. 1. phyſi. in expoſitione tex. 3. ¶ Et concordat in hoc Diuus Thomas. Cõmen. autem exponit aliter, ꝑ confuſa compoſita ex elementis.

Cõmuniora ſunt ordine doctrinæ præponenda in ſcientijs. primo phyſic. tex. cõmen. 4. ¶ Propter tres cauſas, ut dicit Cõmenta. in prologo, tum quia ſunt notiora apud nos, tum etiam ne ſiat in ſcientia repetitio, tum etiam ut demonſtrationes procedant ex primis & ꝓprijs. Prima cauſa aſſignatur etiam à Philoſopho in. 1. phy. tex. cõmen. 4. &. 57. cùm inquit: Eſt enim ſecundum naturam prius cõmunia dicere, & ſic circa unumquodq; propria ſpeculari. Et Cõmen. ibi repetit iſtas tres cauſas. Secunda cauſa ſumitur ab Ariſt in primo de partibus animalium in principio. ubi iquit ꝙ ab ipſis cõmunibus eſt incipiendum, ne idem multoties repetere contingat. Et tertia cauſa ſumitur ex libro poſteriorũ analyticorum, ex cap. de uniuerſali. Vide tamen quæ ſcripſi in Theorematibus.

Cõmune non eſt ſingulare, ſed eſt exemplar oĩbus ſingularibus habentibus illam formam. 3. meta. cõm̃. ulti. idem. 12. meta. cõm̃. 4. & primo de anima. cõmen. 8.

Cõmune omnibus generibus entis eſt de accidẽtibus entis inquantum ens eſt. 4. meta. cõm̃. 7.

Cõmune nullum eſt ſubſtantia, & quia uniuerſalia ſunt cõmunia, ideo uniuerſalia non ſunt ſubſtãtiæ rerum. 7. meta. tex. cõmen. 57. ¶ Ideo Cõmenta. 1. meta. c. 45. bene dixit ꝙ intellecta uniuerſalia apud Ariſt. non ſunt ſubſtantiæ rerũ, ſed ſignificant ſubſtãtias rerum. In. 7. enim metaphy. à tex. cõmen. 44. uſq; ad tex. cõmen. 59. oſtendit contra Platonẽ uniuerſalia non eſſe rerum ſenſibilium ſubſtantias. uide idẽ 10. meta. cõmen. 6. &. 12. meta. cõ. 21.

Cõmune pluribus impoſſibile eſt quòd ſit ſubſtantia, niſi ſecundum quòd eſt in anima tantum. 10. meta. tex. cõmẽ. 6. uide. 12. meta. 4. &. 14.

Cõmunitas quæ intelligitur in formis cõmunibus eſt extra animam in potentia, & cõmunitas quæ intelligitur in prima materia eſt pura priuatio, & eſt in anima tantum. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 14.

Cõmune eſt prius proprio, aut ſecundum formam, aut ſecũdum genus in omni genere cauſæ. 2. phyſi. tex. cõ. 32.

Cõmunia ſecundum naturã oportet dicere, & ſic circa unũquodq; propria ſpeculari. primo phy. tex. cõ. 57. idem primo phyſi. tex. cõ. 4. &. 3. phyſi. tex. cõm̃. 2.

Cõcurſus ab uniuerſalibus ad particularia eſt maior uia cognitionis in natura. 2. de gñatione. cõ. 51. & habetur ex tex. idem primo phyſi. tex. cõmen. 4. &. 54. &. 3. phy. tex. cõ. 2.

Congelatio ſeu coagulatio eſt quædã ſiccitas, & liquæfactio eſt quædam humiditas. 4. meteo. cõm̃. 1.

Conceptum appello primam maris & fœminæ mixturam. Ariſto. primo de gñatione anima cap. 20. ¶ Et hoc in plantis in quibus mas à fœmina non ſeparatur ſemẽ dicitur, ut teſtatur Ariſto. ibidem, ſed genitura eſt in animalibus tantum. Et nota ut tradit Gale. in lib. de accidenti & morbo. 4. ubi pertractat de cauſis ſymptomatum, in illa parte ubi agit de cauſa caninæ appetentiæ, reddens cauſam quare in prægnantibus in primis tribus mẽſibus eſt iſte prauus appetitus, in. 4. uerò mẽſe quieſcunt. Inter alias cauſas, inq̃t, ꝙ primis duobus menſibus fœtus paucum ad ſe ſanguinẽ attrahit, eo ꝙ parum adhuc auctus ſit, adeo ut tunc nec fœtus nominari debeat, ſed cyema potius. i. conceptus.

Conceptionis indicia require. 7. de natura aĩalium. cap. 3.

Conceſſum eſt ab omnibus, ꝙ nulla res eſt ocioſa in fundamento naturæ & creaturæ. 2. meta. cõ. 1. cœli. tex. cõ. 32. & 2. cœli. tex. cõ. 50. &. 59. &. 3. de. aĩa. tex. cõm̃. 45.

Congruit maximè cognoſcentẽ circa unũquodq; genus habere, dicere firmiſſima rei principia. 4. met. tex. cõ. 8.

Coniunctio & unio ſunt propter humiditatem, ſeparatio autem & diuiſio ſunt propter ſiccitatem. Cõmen. 4. meteo. in cõmento magno. ¶ Quod intellige de mixtis, ſicut gloſat Auic. in prima Fen primi, in cap. de elementis.

Coniũctio duplex eſt, uera & nodatilis. Coniunctio uera attribuitur & appropriatur membris cõſimilibus, ſed nodatilis officialibus. Auer. in. 2. colliget. in cap. de complexionibus membrorum officialium.

Coniunctum ex duabus rebus quæ ſunt unius uirtutis, licet una ſit debilior alia, nõ eſt impoſſibile ut ſit fortius alia re ſingulari: licet Gal. dixerit ꝙ eam debilitet, ſicut uidemus, ꝙ acetum miſcetur medicinis calidis ad iuuãdum illarum apertionem, licet ſit minus calidũ illis. Et ideo dicimus ꝙ medicina debilis mixta cum forti iuuat fortificationem ipſius fortioris, quia operationes medicinarũ in corporibus humanis non ſunt niſi per uiam corporationis & aſſimilationis, & non ſunt niſi ex parte ipſius medicinę, quia nos uidemus multas medicinas quæ ſunt paucę caliditatis, & cõparatæ humanis corporibus inueniuntur calidiores illis, q̃ uidentur eſſe calidiores illis. 5. colliget. cap. 57. in fine.

Congregatio eſt generatio, et ſegregatio eſt corruptio. 3. cœli. cõm̃. 74. Vide in concordantijs.

Congregatio & ſegregatio faciunt ut res ſint tardioris, aut uelocioris corruptionis. 1. de genera. cõm̃. 10.

Conſequentia ſunt illa in quibus ſunt prius & poſterius, aut in ſitu, aut in ſpecie. 5. phyſi. tex. cõmen. 25.

Conſequẽs eſt poſterius reſpectu prioris, & non econtra: qa nullus dicit ꝙ unum ſequitur duo. ſuprà.

Conſecutio poteſt etiam eſſe in rebus carentibus ſitu, ut in numeris & unitatibus: ſed tactus nequaquam. 4. phyſi. 29. Vide Themiſtium ibidem.

Conſequentia non ſolùm ſunt quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed etiam quę differunt ſpecie, ut certamen eſt conſequens põpæ. Themiſt. 5. phyſi. 27.

Conſequẽs eſt prius naturaliter q̃ ſit tangens. 5. phy. t. c. 27.

Conſequẽter, ens contangens, continuum, adunatum, quatuor hæc ſe habent ſecundum ordinem naturaliter. 5. phy. tex. cõmen. 27.

Conſideratio aſſerentium omnia fieri à caſu, non eſt naturalis. 2. phyſi. cõmen. 46. &. 48.

Conſideratio ſcientiæ naturalis diuiditur in duas partes, prima eſt de communibus omnibus rebus naturalibus, ſecunda eſt de proprijs. & Cõmentator reddit cauſam ibi iuxta illud: Productio ſcientiæ ſequitur rerum diuiſionem. patet in prologo phyſi.

Conſiderare de primo principio formali pertinet ad primũ philoſophum. primo phyſi. tex. cõmẽ. ultimi. conſimile. 12.

meta.com̃.6.&.5.&.2.phyſi.tex.com̃.26.

Conſideratio de formis eſt duarum ſcientiarum, nam conſideratio de formis materialibus eſt ſcientiæ naturalis, cõſideratio autẽ de formis abſtractis à materia eſt primę philoſophiæ.1.phyſi.com̃ ulti. Vide in concordantijs.

Conſideratio de ſubſtantia non eſt proprium ſcientiæ naturalis, quod intellige inquantum ſubſtantia eſt.2.phyſi.cõ.4.1.meta.cõ.15.&.18.7.met.5.&.9.12.met.1.5.&.6.4.meta.cõmẽ.1.8.meta.com̃.4.&.2.phyſi.cõmen.21.

Conſideratio de magnitudinibus quam habet naturalis & geometer non ducit ad idem in omni loco, imo inducit ad diſpoſitiones diuerſas.2.phyſi.com̃.18.uide pro hoc in primo cœli.cõ.32.&.4.phyſi.72.&.3.phyſi.60.& primo cœli.com̃.primo.&.3.cœli.com̃.5.

Cõſideratio pſpectiui non eſt naturalis, ſed eſt propinquior naturali conſiderationi q̃ ſit ɔſideratio geometrica.2.phy.com̃.20. ¶ Contra tenẽtes ſcientias medias abſolute magis eſſe naturales q̃ mathematicas.

Conſideratio quiditatiua de primo motore non eſt naturalis.2.phyſi.tex.cõmen.73. Et nota ꝙ ibi redditur cauſa, qa nõ habet in ſe principium motus: unde patet ꝙ natura eſt ratio formalis ſubiecti in ſcientia naturali, ut alias declaraui.idem.8.phyſi.cõmen.3.& primo phyſi.cõmen.ultimo.primo de generatione.cõmen.14.&.12.metaphyſi.cõmẽ.5.&.2.meta.cõmen.4.

Conſideratio de ſubſtantia ſenſibili & accidentibus eius eſt prima in cognitione, & ſecunda in eſſe: conſideratio autem in ſubſtãtia abſtracta eſt prima in eſſe, & poſtrema in cognitione. Et ideo ſcientia cõſiderans de illa dicit̃ metaphy.4.met.cõ.4. Conſimile habetur.7.meta.com̃.39.

Conſideratio de rebus naturalibus cõmunibus eſt de phyſico auditu.4.cœli.cõmen.2.idem in prologo primi phyſi.& ibidem cõmen.4.

Conſideratio de formis habita in naturali philoſophia & in ſcientia diuina, ſunt diuerſæ.7.metaphyſi.cõmen.9.&.5.& alibi multotiens.

Conſimiles ſeu homiomeræ partes ſunt, quæ habent eandẽ diffinitionem totius.5.met.cõmẽ.4. Vide primo cœli.tex.cõmen.19. ¶ Vbi Ariſto. inquit: De talibus, ꝙ eſt eadem rõ totius & ptis. Vbi Cõmen. notabiliter ſcribit reddens cãm de hoc, dicit: Natura partis corporum conſimilium eadem eſt cum natura totius diffinitione, & cum ſit eadem diffinitione eadem eſt forma, & cum eadem eſt forma eſt eadem actione proueniente ab ipſa forma. Et ideo dicitur ꝙ ubi fertur totum ibi & pars, & è cõtrà in grauibus & leuibus, puta tota terra, & partis bolus.

Conſiſtere & ſiſti differunt, quia conſiſtere eſt à motu ceſſare, ſiſti uerò eſt ad ceſſationẽ tendere. Colligitur ex.6.phyſi.tex.com̃.67. Et ibi uide Themiſtium apertè.

Conſolidatio & contactus differunt, quia contangentia non congregantur per aliquod cõmune per quod fiant unum, conſolidata uerò fiunt unum per aliquod commune conſolidans.5.meta.tex.com̃.5.

Conſolidata fiunt unum ſecundum aliquod cõmune per q̃d fiunt unum ſecundum quantitatem, & non ſecundum qualitatem: ẽ contrario miſcibilibus quæ reuertuntur in unum ſecundum qualitatem & continuationem.5.meta.cõ.5.

Conſtituta per eandem differẽtiam omnia ſunt eiuſdem ſpeciei.7.meta.cõmen.18.

Conſuetudo eſt altera natura. primo phyſi.cõmen.71.&.2.met.tex.cõmen.14.idem in prologo tertij phy.& habetur in libro de memoria & reminiſcẽtia. ¶ Vbi aduerte ꝙ iſta fuit Heracliti antiqua ſentẽtia, ut ſcribit Alexan. in libro de fato, q̃ dixit: ἔθος γὰρ ἀνθρώπων ὁ δαίμων, τοῦτ᾽ ἐστὶν ἡ φύσις .i. Conſuetudo eſt hominum dæmon., ideſt natura.

Conſuetudo eſt maxima cauſa impediens à pluribus rebus manifeſtis per ſe. Cõmenta. in prologo tertij phyſic. idem 2.metaphyſi.tex.cõmen.14.&.12.metaphyſi.tex.com̃.50.& primo phy.cõmen.71.

Conſuetudinem loquendi cõem. probare oportet, cui pro ratione uſus eſt. Them.2.de anima.tex.18.

Conſuetudo in ſcientia naturali eſt, ut procedamus primo à poſterioribus ad priora, & dare ex prioribus cauſas poſteriorum.8.phyſi.cõmẽ.53.idem cõmen.50. ¶ Vnde ex hoc patet error illorum qui aſſerunt ſcientiam naturalem eſſe imperfectam, quia ut plurimum procedit à poſterioribus ad priora, ac ſi eſſet uetitum poſtmodum regredi à prioribus ad poſteriora.

Conſuetum notius eſt, & ut conſueuimus ita dignamur dici.2.metaphyſi.cõmen.14.

Conſuetudo quantam uim habeat leges oſtendunt, in qbus fabularia & puerilia magis quidẽ ualent cognitione de eis ppter conſuetudinem. ſuprà. uide Auer. in prologo.3.phy.

Conſuetudo eſt fortiſſimum impedimentum ad percipiendam ueritatem.2.meta.tex.cõmen.14.

Conſuetudo mala eſt paulatim dimittenda, ne ſubitò facta mutatione natura deterreatur. ex.6.colliget.cap.14.&.7.colliget.cap.2.

Cõſuetudine dictum eſt à quibuſdam aliquos paulatim atq; gradatim ſumpto ueneno, quod conuerſum fuit in eis in cibum, & in habitu ſine nocumento. Et quãuis ita dicãt, ego dictum eorum non concedo: imo argumento demonſtratiuo, & in epiſtola theriacæ & ueneni q̃ ad Glauconẽ tranſmiſi.7.colliget.cap.2. Vide in concordantijs nuper æditis.

Cõſumatio, medium, & principium numerum habent eum qui oĩs, hic aũt eum qui trinitatis.1.cœli.tex.cõ.2.

Contactus eſt ratione alterius, & finitas ratione ſuiipſius.3.phyſi.tex.cõmen.74.

Contactus mathematicus eſt per lineã, ſuperficiẽ, & corpus, ſed contactus nãlis eſt per corpus tm̃.5.phy.cõ.30.

Continentia dicitur de tribus, de fine contingente, & de fine non contingente, & de forma.4.phyſi.com̃.34.

Cõtinere eſt formæ, & contineri eſt mãę.4.cœli.tex.cõ.35.

Continens & cõtentũ differunt à mã & forma, quia cõtinẽs & cõtentum utraq; ſunt in actu, ſed materia & forma non ſunt in actu utraq; per ſe. Cõmen.4.phyſi.com̃.49.

Continens eſt nobilius contento, & alterum eſt quaſi priuatio, & alterum quaſi forma.4.phyſi.com̃.49.

Continens honorabilius eſt & finis, contento & finito.2.cœli.tex.cõmen.74.

Continens eſt ſimile formæ, & contentum eſt ſimile mãę.4.cœli.cõ.23.& habetur in textu. idem.2.cœli.74.&.2.de generatione.50.idem.4.cœli.tex.cõ.35.37.&.39.

Contentum non ſemper mouetur ad continentes, ſed ad cõtinens illud in quo fuerit in loco naturali.4.cœli.tex.cõmẽ.22.&.cõmen.23.in calce cõmenti.

Contẽtum ſe habet ad continens ſicut materia ad formam, & quemadmodum materia perficitur per formam, ita contentum perficitur per continens.4.phyſi.cõmen.49.&.4.cœli.tex.cõmen.35.

Contiguatio mathematica differt à contiguatione naturali.5.phyſi.c.22.

Cõtinuitas eſſentialiter impoſſis eſt in omni motore primo, quia non eſt corpus.8.phyſi.com̃.44.

Cõtinuatio in naturalibus fit quãdo ultima ſunt unum, abſq; hoc ꝙ ultimum cõe corrumpatur: & hoc poteſt eſſe uel ſecundum imaginationem uel ſecundum eſſe.5.phyſi.cõmẽ.39. Sed de hoc uide in concordantijs.

Continuatio prima non inuenitur niſi in magnitudine.2.de genera.tex.cõmen.62.idem.6.phyſi.tex.cõ.4.

Continuatio in motu primo, eſt ex moto, non ex forma, aut termino. ſuprà. Vide in concordantijs.

Continuatio cœli cum principio ſeparato eſt ſemper, ſed cõtinuatio cum principio quod eſt in nobis, non eſt ſemper. Illud enim quod continuatur de cœlo eſt æternum, ſed q̃d continuatur de nobis eſt generabile & corruptibile.12.metaphyſi.cõmen.38.

Continuatio in magnitudine primo reperitur, & ppter magnitudinem inuenitur in motu, & propter motũ reperit̃ in tempore.6.phyſi.com̃.72.ibidem.tex.5.&.39.

Continuatio in motu locali eſt manifeſta per ſe, qa impoſſibile eſt imaginari aliquam partem eius fieri ſubitò, ſed in



cæteris motibus eſt quæſtio non parua. Cõmen.6.phyſi.com̃.74.uide.8.phyſi.tex.cõmen.23.

Continuationis cauſa in indiuiduis eſt forma, & ideo forma dicitur magis unum q̃ continuatio, quia forma eſt cauſa cõtinuationis.10.meta.com̃.primo.

Continuum eſt diuiſibile in infinitum.3.phy.tex.cõmen.1.&.31.&.69.idem.1.cœli.tex.cõmen.2.

Continuum eſt in cuius medio eſt aliquis terminus cõmunis duabus partibus.3.phyſi.cõmen.1.& in prædicamentis, in cap. de quantitate.

Continuum habet aliqua accidentia propria continuò, & habet aliqua propria numero.4.phyſi.108.

Cõtinue mouetur quod nihil aut pauciſſimum deficit rei, ſed non tempori.5.phyſi.tex.cõmen.23.

Continua ſunt, quorum ultima ſunt unum.5.phy.tex.com̃.26.&.6.phyſi.in principio.

Continua in naturalibus ſunt quorum ultima ſunt unum naturaliter. ſuprà.

Continua in mathematicis quorum ultima ſunt unũ ſecundũ imaginationem. ſuprà.

Continua in artificialibus ſunt, quorum ultima ſunt unum ſecundum artificium. Auer. ſuprà com̃.26.

Continuũ eſt poſterius natura tangente. ſuprà.tex.cõ.27.

Continua neceſſe eſt ut contiguentur anteq̃ fiant continua.6.phyſi.cõmen.primo.

Continuum componentia diuiduntur in ultimum & in hunc ultimum.6.phyſi.tex.cõmen.primi.

Cõtinuum nullum ſm ꝙ continuũ eſt ipſum ſeipſum mouere poteſt.8.phyſi.tex.cõmen.30.& primo de generatione tex.commen.78.

Cõtinuum cum ſit diuiſibile in infinitũ, ita ſe habet, ꝙ facta diuiſione in aliquo puncto primo, ſtatim deſtruit̃ poteſtas diuiſionis in alio puncto ſecũdo. Primo de genera.tex.cõ.9.uide cauſam.8.phyſi.cõmen.67.

Continuũ eſt quaſi genus corporis, quia continet ſub ſe corpus, lineam, ſuperficiem, locum & tempus. Cõmen.1.cœli cõmen.2. ¶ Vult dicere ꝙ non eſt uerum genus omnium iſtorum uniuocum, quia non uidetur ꝙ quantitati permanenti & ſucceſſiuę ſit aliquid proximum genus uniuocum, quia continuitas iſtis non eadem ratione competit. Nam quædam ſunt continua & quanta ex iſtis per ſe, quædam uerò per accidens, ut patet.5.metaphyſi.in cap. de quãto, & eſt in tex.cõmen.18.

Continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia.1.cœli.t.c.2.

Continui diffinitio etſi ſupponat̃ à geometra, naturalis tamẽ nititur probare.1.cœ.4.idem.3.phyſi.com̃.31.

Continui conſideratio ut eſt in materia, eſt propria naturali, & conſideratio eiuſdem an ſit compoſitum ex indiuiſibilibus, eſt magis proprie in ſcientia libri de cœlo q̃ in ſcientia libri phyſicorum.3.cœli.cõmen.5. Vide conſimile pro primo dicto in ſecundo phyſi.cõ.18.19.&.20.&.3.phyſi.60.&.4.phyſi.cõmen.72. Pro ſecundo dicto uide conſimile de ĩfinito, cum tractetur in.3.phy.& ĩ primo cœli. tamẽ magis proprie in libro cœli, ſicut teſtatur Cõmen. primo cœli.cõmen.35.&.54.

Continuum conſideratur à mathematico, ut eſt ſeparatum à materia.3.cœli.com̃.6.&.1.cœli.com̃.1.

Continui diuiſio eſt demonſtrata duobus modis in naturali philoſophia, & ſecundum cauſam, & per uiã ſimilitudinis.3.cœli.cõmen.7. Vbi bene põdera illam doctrinam, quia multũ tibi pficiet pro auſcultatione.6.de phyſico auditu.

Continuum unumquodq; eſt unum ens impaſſibile. Similiter autem & non appropinquantia ſibiipſis neq; alijs, q̃ facere nata ſunt & pati. primo de genera.tex.com̃.77.unde elicit̃ ꝙ agens & paſſum debent eſſe diſtincta loco & ſubiecto, & debẽt eſſe approximata ſi debet actio puenire.

Contrarium dicitur cuius motus unus ſm ſe, & non poſſibile aliter, unus autem cuius indiuiſibilis.4.met.tex.cõ.8.

Continua ſunt non quæ actu ſunt unum. ibidem.

Continua ſunt etiam ſi flexurã habeant, ſed adhuc magis cõtinua quæ flexuram non habent ſuprà.

Continuum & unum, natura magis eſt, quàm id quod arte conſtat. ſuprà.

Continuũ naturaliter eſt magis unum, q̃ illud quod eſt unũ per contactum aut ligamentum.10.meta.tex.cõ.1.

Continuum tortuoſum non mouetur ſecundum omnes eius partes motu æquali, ſicut cõtinuum rectum.10.metaphy.tex.cõmen.1.

Continuum & conſequenter differunt.11.meta. cap. ultimo.& in.5.phyſi.tex.cõmen.22.

Contingentia prouenit à materia. ex.2.de genera.tex.com̃.51.&.7.meta.tex.cõmen.22.&.53.

Contingentis æqualiter natura, eſt natura materiæ non natura formæ.2.phyſi.cõmen.48.

Contingẽs ut in pluribus differt à neceſſario in hoc, ꝙ in natura eius eſt ut actio eius impediri poſſit in paucioribus. cõtra Auicen.2.phyſi.cõmen.48.

Contingere ab eſſe, nihil differt in perpetuis.3.phy.t.c.32.

Contingenti conceſſo nullum inconueniens poterit accidere.7.phyſi.tex.cõmen.9.

Contradictionis nihil eſt medium.5.phyſi.tex.cõ.26.&.4.met.tex.cõmen.27.idem.1.poſte.

Contradictio aliquando eſt ſecundum ſermonem, aliquãdo ſecundum rem habetur iſta diſtinctio per Auer.6.phyſic.cõmen.19.de ratione Zenonis quam aliter ſoluit Philoſophus in.6.phyſi.& aliter in octauo.

Contradictio eſt prima oppoſitio.10.meta.tex.cõ.15.

Contradictoriorũ ſi alterum eſt impoſſibile, reliquũ eſt neceſſarium.9.meta.cõmen.17.

Contrarietas quãdoq; dicitur de oppoſitis ſm priuationem & habitum.1.phyſi.cõ.41.&.43.&.10.met.cõ.9

Contrarietas una in uno genere eſt.1.phyſi.tex. cõmẽ.50.&.55.&.10.meta tex.cõmen.15.

Contrarietas minus eſt in medijs q̃ in extremis.1.phyſi.cõ.54.&.5.phyſi.cõmen.52.&.3.phyſi.com̃.49.

Contrarietas in loco non inuenitur in omnibus tranſmutationibus, & in quibus inuenitur non manifeſte inuenit̃.6.phyſi. cõmen.92.idem.5.phyſi.com̃.9.&.8.phyſi.cõmẽ.16.&.62.&.4.cœli.cõmen.33.

Contrarietas naturalis in loco nõ eſt nota p ſe.8.phy.c.16.

Contrarietas exiſtit in locis contrarijs propter diuerſitatem extremorum in linea recta, & iſta eſt prima cauſa eius.8.phyſi.cõmen.76.

Contrarietas non inuenitur in motibus circularibus niſi ratione diametri: diameter enim eſt linea recta, & contrarietas non inuenitur niſi in duobus extremis lineæ rectæ. primo cœli tex.cõmen.87.&.28.

Contrarietas, aut oppoſitio, aut q̃uocũq; uolueris nominare, eſt in motoribus cœleſtibus, quæ eſt inter motorem & rẽ motam tantũ, & ideo eſt pportio terminata.2.cœli.com̃.63. Vide.7.phyſi.35.

Contrarietas quæ eſt in forma & qualitate, æquiuocè inuenitur & in loco: quia contraria in qualitate ſunt duo in forma, & non duo in ſubiecto, ſed contraria in loco ſunt duo in forma & duo in ſubiecto.4.cœli.com̃.38.

Contrarietates ſecundum tactum ſolum elementum conſtituunt, hæ autem ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, graue & leue.2.de generatione.tex.cõ.8.&.9.

Contrarietas dicitur duobus modis, actu & potentia.4.met.tex.cõmen.20.

Contrarietas in rei ueritate inuenitur in illis primo quæ ſunt in loco, & ideo accepta eſt diſtantia in diffinitione eorum cùm dicitur, contraria ſunt quæ ſub eodẽ genere poſita maxime diſtant.8.meta. cõmen.4.&.10.meta.cõmẽ.13.& in prædicamentis. in cap. de quantitate.

Contrarietas eſt differentia quædam.10.meta.tex.cõ.12.

Contrarietas eſt multiplex.10.meta.tex.cõ.13.&.14.&.18

Contrarietas prima eſt habitus & priuatio. ſuprà.tex.cõ.15.

Contrarietas quælibet habet priuationem alterius cõtrariorum, ſed non ſimiliter omnia. ſuprà.tex.cõ.16.

Contrarietas eſt completa diuerſitas, q̃ non intelligit̃ niſi inter duo quę ſunt eiuſdem naturæ. ſuprà.tex.cõ.24.

ſuſcꝫ ſenſuum eſt eſſe ſuſceptiuum ſpecierum ſenſibilium ſine materia: & ideo licet albedo & nigredo in eſſe materiali contrarientur, in eſſe tamen ſpirituali nõ contrariant. Vnde Cõmen. in. 6. meta. c. 8. expreſſe dicit quod etiam in anima cõtingit ut recipiat duo oppoſita ſimul, ſed quod eſt extra animam nõ poteſt ea ſimul recipere. Sed ratio Ariſt. ſi quis bene perpendat, aliter ibi procedit: nam prima ſolutio innuebat ꝙ ſenſus, ut eſt unus ſecũdum ſubiectum, ſm ꝙ eſt recipiẽs, eſt indiuiſibilis, ſed ſm eſſe & rõnem eſt diuiſibilis, ratione pluriũ formarum quę recipiuntur in eo. Innuit ergo ſolo ſenſus unitatẽ & indiuiſionem eſſe ex parte qua recipit, multudinem & diuiſionem eſſe ex parte formarum quæ recipiũtur. Sed ſi ita eſſet, ſenſus haberet unitatem materiæ, quę actuatur per formã: & ita receptio ſenſus eſſet ſicut receptio materiæ. Et ex datis ſequitur ut ſicut album & nigrum ſunt contraria, & nõ poſſunt eſſe ſimul, ſic & ſpecies albi, & ſpecies nigri. Nõ fuit igit̃ opinio Ariſt. ut ſpecies contrariorum ſint cõtrarię, ſed ſermo eius eſt cõditionalis. Et ideo bene intulit iuxta illam ſolonem: Et impoſſibile eſt album et nigrum ſimul eſſe, quia neqꝫ ſpecies pati ipſorum, ſi huiuſmodi eſt ſenſus & intelligẽtia. Ecce ꝙ ſub conditione concluſit quæſtionem dictam, ſi ſenſus & intellectus ſint huiuſmodi qui habeant unitatem & indiuiſionem, ex parte qua ſunt, ſunt ſubiectum recipiens, & habẽt diuiſionem ex parte formarum receptarum, in hoc idẽ erit de receptione materiæ, et de receptione ipſorum. Materia enim, ut dicit Cõmen. 12. meta. cõmen. 14. eſt una numero priuatiuè, & non fit plures numero niſi per multitudinem formarũ quas recipit: materiæ enim diuerſantur propter diuerſitatem formarum, & non ẽ contra. 2. phy. cõ. 87. & 1. de aĩa. com. 52. & 2. de anima cõ. 60. Et ꝓpterea dicit Cõmen. aĩaduertens ad id quod modò dixi, ꝙ Ariſt. opinatur ꝙ uirtus primi ſentientis melius eſt ut dicatur una forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea, per quæ tranſeant motus ſenſibilium quouſqꝫ copulentur cum ea: q̃ dicere ipſam eſſe unã ſubiecto, & multa ſm formas quæ deſcribuntur in ea. Illud enim eſt dignus ei ſm quod eſt iudicans, iſtud autem ſecundum quod eſt recipiens. Sed tamẽ cum non ponimus illic eandem intentionem propter formam, nõ poſſemus inuenire aliquid per quod iudicet diuerſa eſſe diuerſa. Iudicium enim dignius eſt attribui huic potẽtiæ ſecundum ꝙ eſt actus, q̃ ſecundum ꝙ eſt potẽtia: quẽadmodum motio eius paſſiua à ſenſibus dignior eſt ei attribui ſecundum ꝙ eſt ſubiectum recipiens, eſt enim ut uidetur, recipiens ſecundum ſenſus, & agens ſecũdum iudiciũ: recipere enim aliquid, eſt aliud à iudicare illud. Et hæc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuerſis. Et ad hoc tendunt uerba Themiſtij aſſerentis ſenſum communem non recipere contraria, ſed iudicium de contrarijs afferre: quia obiecta contraria relucentia in ſpeciebus offerũtur illi tãq̃ iudici, et ſunt cõparata ad ipſum, nõ tanq̃ ad materiam, ſed tanq̃ ad formam & iudicem: quia ſunt ſicut cognitum in cognoſcente, & nõ ſunt in eſſe materiali cum cõtrarietate, ſicut afficiunt materiam extra animam. Et iſto pacto ſoluitur q̃ſtio completa introducta per medicos. ¶ Ad illud quod adducunt diuini, Subtilis Doctor poſt longam perſcrutationem hoc argumentum dimiſit inſolutũ, uidẽs rei difficultatem. Alij uerò dixerunt in anima Chriſti ſecundum diuerſas portiones habuiſſe contraria ſimul, quia triſtitia erat ſecundum portionem inferiorem ſenſuum, & delectatio erat ĩ portione ſuperiori intellectiua. Sed dato q̃d in eadem portione fuiſſent, adhuc nõ procedit argumentũ, ut mihi datur cernere, quia triſtitia non erat contraria delectationi: quia, ſicut dixit bene Alexã. non quælibet triſtitia cuilibet lætitiæ, & delectationi eſt cõtraria, ſed quãdo ſunt circa idem obiectum. Patet autem ꝙ obiectum contriſtãs uoluntatem Chriſti tunc, non erat illud quo fruebatur illa uoluntas. Et ſic optimè ueritas philoſophiæ non contradicit fidei noſtræ. Sed hæc altioribus relinquantur, quia ſermones fiunt ſecundum materiam ſubiectam.

Conueniens dicere à conuenienti fieri, non eſt ꝙ conueniẽs agat per ſe & per ſuam formam ſibi conueniẽtis: ſed eſt dicere ꝙ extrahit formam ſibi cõuenientis de potẽtia ad actũ & non eſt agens, quia addit in illam materiã aliquid extrinſecum, & ſic eſt in hoc de ſubſtantia ſicut de alijs accidentibus. Calidum enim non inducit in corpus calidum calorẽ extrinſecum, ſed facit calidum in potentia eſſe calidum in actu. Et ſic eſt de magnitudine conſequente generationem & ſimiliter eſt de motu locali: motus enim localis non prouenit ab extrĩſeco motore. 12. met. cõ. 18. parum poſt mediũ. et eſt ſnĩa ſumpta ab Ariſt. formal'r in. 4. phy. tex. c. 84.

Conueniens fit à conuenienti. Propoſitio iſta uerificatur tribus conditionibus, uidelicet ut ſit in agẽte & non in inſtrumento, ut ſit in propinquo & in nõ remoto, & ut ſit eſſentialiter & nõ accidẽtal'r. 12. met. cõ. 42. authoritate Alexã.

Cor eſt primũ per ſe motũ in animali, ꝙ nõ mouetur ſm totũ, q̃a pars eius mouet ſe, & mouet totum. 7. phy. c. 1. & 4.

Cor uenarum eſt principium. 3. de partibus animaliũ. c. 4.

Cor animalium carentium pulmone non habet uentriculum dextrum, & tamen in illis animalibus inuenitur illa uena, quæ eſt inter hepar & cor, ꝙ ideo Gale. dixit iſtam non oriri ex dextro uentriculo cordis. 3. de partibus cap. de corde. ¶ Vide ibi ſolutionẽ Auer. dicẽtis illã de neceſſitate oriri à cordis ſubã inquãtũ cor, nõ inquãtũ dextrũ aut ſiniſtrum.

Cordis temperantia principaliter cognoſcitur ex pulſu, & ſecundariò ex anhelitu. 4. colliget. ca. 2. ubi uide ẽt alia ſigna.

Cor ſecundum Ariſt. eſt principium ſanguinis, ſed ſecundũ Galenum cor non eſt principium niſi ſanguinis arterialis, ſed ſanguinis uenalis principium eſt hepar. 3. de partibus. Auer. in ca. de corde. ¶ Vbi uideas tres rationes Ariſt. pro ſua opinione. Vbi aduerte ꝙ, ut ibi dicit Auer. Ariſto. non opinatur cor eſſe principium ſpecierũ ſanguinis, ſed primi qui eſt uerum nutrimentum & ultimum nutrimentum.

Cor animalium magnorum inuenitur habere os, & uide cauſam in. 3. de partibus cap. de corde.

Cor magnorum animalium ſecũdum Ariſt. inuenitur triplicem habere uentriculum: paruorum uerò duplicem. ibidẽ ubi dicit Galenum negaſſe aliquod animal habere triplicẽ uentriculum in corde: Sed dixit animalia habentia pulmonẽ hẽre duos uẽtriculos, carẽtia uerò pulmõe hẽre unũ tm̃.

Cordi accidentia ſuperuenientia, ſunt ſyncopis, cardiaca, & tremor. 3. colliget: cap. 25.

Cordis uentriculus dexter calidior eſt ſiniſtro ſecũdũ Ariſt. & ideo pars dextra calidior eſt ſiniſtra. Et ideo oẽ animal ſecundum Ariſto. habet iſtam duplicem naturam dextri & ſiniſtri uentriculi, quia iſta eſt cauſa diuerſitatis partis dextræ à ſiniſtra: contra Galenum, qui uoluit animalia carẽtia pulmone non habere duplicẽ uentriculũ, ſed unũ tm̃. ibidẽ.

Cordis ſitus eſt in medio pectore in alijs animalibus, ſed in homine uergit ad ſiniſtrum. & uide cauſam in. 3. de partibus animalium. cap. 4.

Cordis proprium eſt non tollerare apoſtema, & alias ægritudines, ſicut alia membra. ibidem. ¶ Vide tamen Auer. 3. colliget. cap. 25. ubi dicit ꝙ medici dicunt ꝙ poteſt contingere apoſtema in panniculo cordis.

Cor eſt principium motus lætitiæ, triſtitiæ, & omnium ſenſuum. ex. 3. de parti. cap. 4. idem in lib. de ſenſu & ſenſato.

Cor & iecur omnibus animalibus neceſſaria ſunt: alterum propter caloris originem, alterum propter concoquẽdum cibum. ſuprà. cap. 7.

Cor eſt primum quod in formatione fœtus actu ſecernitur, quod non modò ſenſu ita fieri conſtat, uerumetiam ratione. Ariſt. 2. de generatione animalium. cap. 4.

Cor eſt primũ quod uiuit, & ultimũ q̃d moritur. ſuprà. c. 4.

Corde carens nullum unq̃ animal ortum eſt. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 4. ¶ Ex hoc poterit cordis principatus oſtendi.

Cor triplicem habet ſinum, dextrum maiorem, & medium magnitudine inter dextrum & ſiniſtrum. 1. de natura animalium. cap. 17. Et. 3. de natura. cap. 3.

Cor ſolum ſanguinem extra uenas continet. ibidem.

Cor in alijs animalibus eſt in medio pectore, in quibus. ſ. pectus ineſt, ſed in homine tantum ad partem potius ſiniſtrã uergit: ibidem. & infrà. cap. 16.

Cor eſt in medio, quia hĩc eſt locus regis, ad hoc ut ſit regimen huius proportionatum omnibus membris et circumferentijs, & etiam ut melius cuſtodiatur. 2. coll'et. cap. 9. de iuuamento membrorum officialium.

Cor poſſibile eſt ut ſit bonæ complexionis & bonæ compoſitionis, & tamẽ compoſitio aliorum membrorũ erit læſa, ſed hoc prouenit à materia. Et ideo temperantia in cõpoſitione & complexione membrorum adiacentium cordi, ut pectoris, & aliorum propinquorum, eſt ſignum certum temperamenti cordis: quia uirtus informatiua nõ format alia membra niſi mediante calore cordis, ſed non cõuertitur hæc ſignificatio. Auer. 4. colliget. cap. 2.

Cor eſt ultimum membrum quod refrigeratur in morte. 2. colliget. cap. 2. & de ſomno &c.

Cor eſt calidum de neceſſitate propter ſpiritum, & propter partẽ carnoſam, & ꝓpter ſanguinem, & eſt ſicut clibanus. Auer. 2. colliget. cap. de cõplexionibus mẽbrorũ officialiũ.

Cor uidetur mihi ꝙ ſit declinans ad humiditatem propter ſpiritum in eo exiſtentem. ſuprà. in ca. proprio de corde.

Cor eſt membrum cuius complexio communicat toti corpori, quia quando complexio cordis eſt temperata, membra pro maiori parte ſunt temperata in caliditate, quia cor dat complexionem omnibus membris, qua agunt & patiũtur quarto colliget. cap. primo.

Cor in ſiniſtro uentriculo per paruum foramen continuatur pulmoni, per maius uerò omnibus arterijs corporis, & iſtũ uentriculũ medici ſpiritualem appellant. Gale. 6. de utili. parti. ca. 7. ¶ Et iõ ẽ magis prĩcipalis q̃ dexter uentriculus, quẽ ſanguificũ uocãt: ſed nota ꝙ Ariſt. oppoſitũ ſentit.

Cor & iecur omnibus animalibus neceſſaria ſunt, alterum propter caloris originem: locum enim adeſſe aliquem, qua ſi lares ſorumqꝫ oportet, quo naturæ fomites & primordia ignis natiui contineantur & ſeruẽtur, eundemqꝫ tutum eſſe ueluti arcam corporis totius neceſſe eſt. Alterum iecur dico, cibi ꝯcoquẽdi gratia adeſt. Et quidem nullum ſanguine prẽditũ ijs duobus carere poteſt. Ariſto. ſententia in. 3. de partibus aĩalium cap. 7. ¶ Ex iſta authoritate, aliqui ſummunt de mente Ariſt. ſanguinẽ qui eſt uerus humor & nutrimentum uerum habentibus ſanguinem generari in hepate, & ꝙ à corde non accipit niſi quandam ſubtiliationẽ et diſpoſitionem accidentalem. Et aſtruunt hoc authoritate Auer. in. 2. colliget. in cap. de iuuamento hepatis, ubi dicit quod hepar eſt mutatiuum cibi ad conuertẽdum ipſum in ſanguinem, & poſtea mittit ipſum ad omnia membra. Et parum infrà in eodem loco dicit ꝙ hepar habet quinque uirtutes prædictas, hoc eſt digeſtiuam quæ facit ſanguinem, retentiuam tempore digeſtionis, attractiuam quãdo trahit chylum ex inteſtinis, diſcretiuam quando diuidit et diſcernit tres ſuperfluitates, hoc eſt ſuperfluitatem aquoſam quã attrahunt renes, cholericam quam trahit burſa fellis, & melancholicam quam trahit ſplen. Vbi clare patet Auer. dicere ſanguinem generari in hepate. Et confirmatur, quia ibi eſt generatio ueri ſanguinis ubi generãtur ſuperfluitates et excremẽta eius, quia à qualibet digeſtione reſecatur aliqua ſuperfluitas. Sed ſm Ariſt. & Auer. in habẽtibus ſanguinẽ, ſanguis eſt ultimum nutrimentum, phlegma aũt & utraqꝫ cholera ſm Ariſt. ſunt ſuperfluitates, igitur ſi ſm ſentẽtiam Auer. p̃allegatam, hepar per uirtutem ſuã diſcretiuã diſcernit iſtas ſuperfluitates à ſanguine, ſeqt̃ ꝙ hepar ẽ mẽbrũ ſanguinis ueri generatiuũ. Et ita q̃dam indubitanter tenuerunt tempore meo Paduæ, dum in circulis diſputarẽ ¶ Sed iſta opinio ſtare nõ põt ĩ uia Peripateticorum, licet Gal'. dicat illud. Nam Ariſt. expreſſe in. 3. de paribus aĩaliũ. ca. 4. & eſt in ca. de corde, determinat cor eſſe principium oĩum uirtutum, quia ubi fieri poteſt unum, multitudini eſt præferendum. Iſtud eſt maximum fundamẽtum in uia Ariſt. q̃a natura & Deus nihil fruſtra faciunt. 1. cœli. tex. cõ. 32. unde multe poſitiones Ariſto. ſunt fundatæ ſuper iſto principio, ob quod. 1. phy. præpoſuit opinionem Empedoclis opinioni Anaxagoræ, qui poſuit principia finita, & in. 12. met. cõcluſit unum eſſe principem uniuerſi, quia multitudo principatuũ mala: ut teſtat̃ etiã doctus Homerus. Et ideo Ariſt. uim nutritiuam & ſenſitiuam ĩ corde locauit. Et quia tenuit cor eſſe prĩcipiũ uirtutis talis, & q̃a ſm ipſum ſanguis ĩ habentibus ſanguinem eſt ultimum nutrimentum, in non habentibus uerò eſt aliquid ꝓportionale ſanguini, poſuit ſanguinem qui eſt uerus humor & qui uerè nutrit, generari in corde: argumento ꝙ in nulla parte corporis reperitur extra uenam, niſi in corde. ¶ Amplius lucidiſſimus Them̃. in cõ. ſuper libro de ſomno et uigilia. ca. 13. inquit: Deuoratus. n. & ingeſtus per os cibus, indeqꝫ in locos ſuos. i. in inteſtina & uentriculũ collatus, euaporatur & ſurſum ſpirat per uenas, per quas deinde permanat ad iecur: in iecinore mutat̃ & natura ſanguinis tingitur, à iecinore influit & ſubit ad cor, in corde uincitur & conficitur pleniſſimè, inibiqꝫ ĩ ſanguinem perfectè conuertitur. & idem ſubdit: Et uenæ quidem aliæ cor adeunt, aliæ à corde proueniunt. Venæ quæ adeunt cor, tanq̃ miniſtræ & gerulæ ſunt: ut quæ à iecinore ad cor incoctum et imperfectum ſanguinem conuehãt, quem cor ſuſceptum ſuaui meracum & abſolutum ſanguinem reddit. At uenæ quæ à corde ueniunt comparatæ ad alium uſum ſunt, uidelicet ut ſuccus per eas concoctus iam perfectuſqꝫ, in totum corpus diſtribuatur atqꝫ dedatur. Idẽ dicit Alex. in paraphraſi de aĩa cap. ultimo ubi agit de animæ principatu in qua parte corporis cõſiſtat. Auer. etiã. 2. colliget ca. 11. dicit ꝙ hepar ſeruit cordi, et hoc eſt quia pręparat ei ſuum nutrimentum: et ideo oportet declarare uiam per quã cerebrũ ſeruit cordi. ¶ Amplius quia generatio ueri humoris non niſi per digeſtionem perficitur, & iſta à calore procedit, cũm cor ſit principium & fons caloris, ſequitur igitur cor habere huiuſmodi prĩcipatũ. Hepar uerò eſt neceſſarium in ſanguinis generatione, pro quãto decoquit cibum. Nam licet cibus in ſtomacho conuertatur in chylũ, & per uenas meſęraicas attrahatur ad hepar, nõ propterea ibi materia eſt ſufficienter pręparata, ut forma ſubſtãtialis ueri ſanguinis inducatur, & ideo indiget ulteriori decoctione quã decoctione hepatis, p quã generat̃ nõ uerus ſãguis ſed aliq̃ ſpẽs ſanguinis. i. modus q̃dam, & ĩ tali decoctione celebrata ĩ hepate ſequeſtratur pituita. i. phlegma, & ſi q̃d aliud eiuſmodi eſt, ut dicit Ariſt. in. 1. de genera. aĩaliũ. cap. 18. ubi dicit ꝙ pituita eſt excremẽtũ primi alimẽti. Vbi per primũ alimentũ ĩtelligit cibũ, q iam ĩ chylũ cõuerſus attractus fuit ad hepar. Nã (ut notat Philoponus ĩ illo loco) alimẽtũ utile duplex eſt. ſ. primũ & ultimũ: primũ ẽ cibus, puta panis, aut uinũ: ſm aũt ſeu nouiſſimus eſt ſanguis, q̃a tale ubiqꝫ ab Ariſt. appellat̃ ultimũ alimentũ. Et ſic duplex ẽ excrementũ, primũ q̃d eſt reſpectu primi, & tale eſt pituita, aut aliq̃d hmõi, ſi q̃d eſt. quod dixit propter utranqꝫ cholerã, & ꝓpter acquoſitatẽ urinalẽ. Talia enĩ ſequeſtrant̃ ab illa decoctione, q̃ fit ĩ hepate, ĩ generatione ſanguinis q nõ eſt uerus humor ſm Ariſt. ſed eſt aliqua ſpecies eius. i. modus, quia eſt ſanguis in potẽtia propinqua, ſed nõ eſt uerus ſanguis q eſt humor, de quo Ariſt. dicit ipſum eſſe ultimũ nutrimentũ. Et iſto modo intelligit̃ dcm̃ Auer. in. 2. coll'et ſuprà allegato per iſtos uiros oppoſitũ tenẽtes. Et ne uideamur dicere iſta gratis, adducamus uerba Auer. ĩ eodẽ ca. de iuuamẽto hepatis, ubi poſtq̃ multa intulit cõtra Gal'. opinãtẽ hepar habere principatũ ĩ nutritione, tandẽ dicit final'r cõcludẽdo: Et eſt ꝯfirmatus iſte ſermo ut cor ſit de neceſſitate prĩceps uirtutis nutritiuę, q̃a nec Gal'. nec alius ex anatomicis dixerũt nec crediderũt, ꝙ cordi ueniret calor ab alio mẽbro, ſed ẽ ſufficiẽs per ſe ſicut ꝯueniẽs ẽ principi. Et ego iã ꝓbaui tibi uirtutem à calore per modũ doctrinæ reſolutiuę. Et ſi tu uides ꝙ indiget cor hepate propter preparationem nutrimenti, non propterea hepar indiget uocari princeps, ſicut non eſt conueniens ſtomacho propter præparationem cibi ut uocetur princeps hepatis. Nec bubulcus qui præparat cibum alis bubulcis uocabitur princeps. ¶ Pro hoc faciunt etiam uerba Auer. in ſecũdo colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimiliũ ubi dicit quòd phleg

Digreſſio pulchra de generatiõe ſanguinis apud Ariſt. & Peripateticos.

ma eſt ſanguis indigeſtus, & propter hoc debet dici ſuperfluitas ſanguinea, hoc eſt diminuta ſuꝑfluitas, ut ſit ſanguis non ſuperfluitas cuius ſeparatione remaneat ſanguis completus, ſicut a cholera & melancholia. Ergo ſi ita eſt, tunc eſſe phlegmatis aliquid ĩ corpore eſt de neceſſitate, hoc eſt ꝙ impoſſibile eſt cibum conuerti, niſi ex eo generentur ſuperfluitates phlegmaticæ. Præterea Auer. in eodem ca. dicit ꝙ Ariſto. uult ꝙ nutrimentum omnium membrorũ fiat ex duobus ſanguinibus mixtis ĩſimul, & ꝙ ſanguis qui eſt in hepate & in uenis non pulſatilibus, eſt ſicut materia ſanguinis miſſi in arterijs cordis, & ꝙ ſanguis arteriarum eſt ſicut forma ſanguinis. Et hoc eſt quia dat eidem cõplementum, & coctionem facit ipſum cibum propinquum actui. Conſimilem ſententiam inuenies in cõ. 73. ſuper. 1. canticę canticorum ab ipſo, ubi dicit iſtam fuiſſe opinionẽ Hypocratis, Plat. & Galeni, ꝙ ſunt tres uirtutes, et dicit ꝙ iſta opinio eſt falſa ĩ duobus. ¶ Amplius Auer. ĩ. 4. collet. ca. 2. dicit ꝙ par et cerebrum non habent calorem proprium in eorum eſſe, niſi illum qui eſt in membris conſimilibus ex quibus componuntur: ſed calor mediãte quo iſta membra operantur artes ſuas, eſt calor tranſmiſſus eis à corde: & iſte calor à corde tranſmiſſus eſt ſicut forma reſpectu caloris proprij ſibi debiti merito partium conſimilium. Talis enim eſt ſicut materia, & ideo hepar concurrit ut inſtrumẽtum. ¶ Alexan. etiam in paraphraſi de aĩa cap. ulti. ubi agit in qua parte corporis conſiſtat animæ principatus, expreſſe. dicit ꝙ cor eſt maximè ſanguinoſum, & iõ maximè ſenſuale: & ideo oſſa, capilli, & ungues, quia exanguia ſunt, non ſentiunt. Et ſubdit ꝙ ſanguis qui in iecinore generatur, indigeſtus atq; non coctus eſt, neq; propria appellatione ſanguis nuncupari debet. ¶ Amplius adducamus in confirmatione noſtræ declarationis uerba Auer. in cõm. ſuper lib. 3. de partibus animalium. in ca. de corde. ubi in digreſſione de hoc quæſito ſoluens argumẽta Galeni dicit: Et totum hoc quod uiſum eſt ex anatomia ipſi Gal. non contradicit rationi dictorum Ariſt. Ex his enim propoſitionibus nihil aliud ſequitur niſi ꝙ illud membrum quod eſt principium uenarum, & ĩ quo eſt uirtus nutritiua prima, in eodẽ eſt ſanguis primus ſecundum naturam. Nam ſanguis exiſtẽs in hepate, eſt primus in generatione, & ultimus ſecundum naturam. Ariſt. enim nõ dicit cor eſſe principium ſpecierum ſanguinis, uel omniũ ſpecierum ſanguinis, ſed dicit eſſe principium primi ſanguinis, qui eſt uere ultimum nutrimentum: quem ſanguinem dicit exire à corde & trãſire per uenas. ſ. pulſatiles ad omnia membra, adeo ꝙ ſanguis non uenit ad cor ex alio membro. Ipſe igitur non opinatur cor mittere ſanguinem ad hepar, eo modo quo ſtomachus tranſmittit ſuccum chyloſum ad hepar, aliter autẽ hepar non iuuaret. Arbitrari tandem debemus ꝙ proportio ſanguinis generati in corde ad ſanguinem generatũ in hepate eſt proportio formæ ad materiam. Quid clarius dici potuit in hoc negocio? ¶ Et ꝙ iſta fuerit opinio Ariſt. clariſſimè patet ex. 3. de partibus animalium in cap. de corde & eſt ca. 4. ubi formaliter ita ſcribit: iecur autem omnibus ſanguine præditis ineſt, ſed nemo id cenſuerit eſſe principium uel corporis totius, uel ſanguinis: ſitum enim nequaq̃ obtinet principalem. Lienem uerò ſibi habet aduerſum

» in ijs quæ exquiſitius conſtent. Nec uerò ſanguinis conce-
» ptaculum intra ſe continet modo orbis, ſed ut reliquę par-
» tes ſanguinem in uenis incluſum habet. Ad hæc uena per
» iecur tẽdit, nec ulla ex eo prouenit: uenę. n. oẽs ex corde ſua
» initia trahunt. Itaq; cum alterum iſtorum principiũ eſſe ne-
» ceſſe ſit, iecur aũt nõ ſit: cor ẽt prĩcipiũ ſanguinis eſſe neceſ-
» ſe eſt: aĩal. n. ſenſu diffinitur. uis aũt illa ſentiẽdi illi tribuit,
» qđ primũ ſanguine p̃ditũ eſt. Tale aũt eſt cor, qppe qđ &
» origo ſanguis ſit, & primũ qđ ſanguinẽ hẽt. Hæc ſunt uer-
» ba eius.

¶ Ex quibus facile patet erroris cauſa opinãtiũ oppoſitũ ſm Ariſt. ꝑꝑ inductã authoritatẽ in principio iſtius digreſſionis ex ca. 7. tertij de ꝑti. aĩaliũ, ubi Ariſt. dicit cor & hepar eſſe duo mẽbra neceſſaria oĩbus ſanguine p̃ditis, alterũ ꝑꝑ cõcoctionẽ cibi: nã equiuocatio decipit eos. Cibus enĩ apud Ariſt. duplex eſt, (ut colligiẽ ex mẽte eius aꝑte in. 1. de gene. aĩal. ca. 18.) primus & ulti. Decoctio cibi primi apud Ariſt. fit primo ĩ uẽtre, deĩde ĩ hepate, ſed decoctio ulti. cibi. i. eius gñatio fit ĩ corde: nã ſanguis q gñaẽ ĩ hepate (ut dicit Auer. ĩ loco p̃allegato ĩ. 3. de ꝑti. aĩal.) cõpaẽ ad ſanguinẽ generatũ in corde, ſicut materia ad formã: quia Ariſt. nõ opinaẽ cor eſſe prĩcipiũ ſpẽrum ſanguis, aut oĩum ſpẽrũ ſanguinis, ſed ueri ſanguis, qui eſt ultimũ nutrimentũ. Verus igitur ſanguis, qui eſt uerus humor, & habet nutrire, generaẽ ſubſtãtialiter ĩ corde, & ibi recipit oĩa accidentia neceſſaria cõſequẽtia formã ſanguinis: quia nõ ẽ aliud agẽs qđ largiẽ formã ſubſtãtialẽ, & aliud quod largiẽ accidẽtia neceſſario cõſequẽtia illã, ut eſt declaratũ in naturali pĥia. Hepar igitur apud Ariſt. p̃parat cibũ mõ p̃dicto decoquendo & trãſmutãdo, ſed qđ per talẽ trãſmutationẽ inducitur non eſt uerus ſanguis, ſed ſpẽs aliq̃. i. modus quidam ſanguinis, quia eſt ſanguis in potẽtia, loquẽdo de uero ſanguine. Vñ credo ꝙ ſicut panis & uinũ in ſtomacho ſubſtãtialiter trãſmutãẽ ĩ chylũ, ita chylus ſubaliter trãſmutaẽ ĩ hepate ĩ q̃ trãſmutatione gñaẽ illa ſuꝑfluitas. i. pituita, et ſi qđ aliud hmõi eſt, ut teſtaẽ Ariſt. ĩ. 1. de gene. aĩa. Vbi nota ꝙ phlegma, ut dicit Auer. æquocè diciẽ ſuꝑfluitas reſpectu choleræ & melãcholiæ: nam phlegma eſt ſanguis diminutè decoctus, et eſt ſuꝑfluitas ſanguinea. i. diminuta ſuꝑfluitas ut ſit ſanguis, & iſtud generaẽ ĩ illa digeſtione q̃ fit in hepate. Sed ſanguis ille ĩ hepate generatus nõ ẽ uerus ſanguis qui eſt ultimũ nutrimẽtũ, ſed ẽ neceſſariũ ꝙ tranſmittaẽ ad cor, et cor trãſmutat ipſum ad uerũ ſanguinẽ, qui eſt humor uerè nutriẽs. Sed dices, Iſtius ſanguinis qui eſt ultimũ nutrimentũ, q̃ eſt ſuꝑfluitas eius? Ariſt. in. 1. de genera. aĩalium dicit eſſe ſemẽ in adultis. Iſtud aũt in his q̃ creſcũt cõuertiẽ in ſubam corꝑis, unde non debet hõ mirari de tot tranſmutationibus, qa natura ordinatè ꝓcedit, & non facit ſaltũ in ſuis oꝑationibus, (ut teſtaẽ Ariſt. ĩ. 9. de natura aĩaliũ.) Nã et medici dicũt etiã ultra q̃tuor humores dari q̃tuor humiditates ex ſcđis, & nos uidemus etiã in trãſmutationibus factis beneficio artis & naturæ, per diuerſas decoctiones diuerſa fieri, & diuerſos liquores emanare: ut patet ĩ ſublimationibꝰ mineraliũ & mixtorũ, ut patet exercitatis. Et ĩmorari ĩ hoc amplius ẽ ſuꝑfluũ. Nota tñ ſm Ariſ. ꝙ ubicũq; locorũ inueniẽ bilis, aut pituita, ſemꝑ excrementũ dici debet: & ita etiã de felle exiſtimãdũ eſt. nã q̃dã aĩalia hñt fel iuxta iecur, q̃dã uerò hñt fel iuxta ĩteſtina, ut piſces. Talia aũt locis etſi differũt, tñ ubicũq; ſint, ſemꝑ excremẽta ſunt iudicãda. unde Ariſt. ĩ. 4. de p̃tib. aĩaliũ. ca. 2. ſcribit: Abſurdũ aũt ſit niſi ubicũq; pituitã aut alui ſedimẽ uideris, excremẽtum id eſſe putes, pariq; mõ de bile, fellé ue cẽſeas, ſed locis diſcrimẽ elicere uelis. Et ibi nota apud Ariſt. ꝙ bilis ĩ q̃libet ꝑte corꝑis generari poteſt, et eſt excrementũ. unde licet Auer. et Ariſt. dicãt ꝙ burſa fellis eſt data ad attrahendã cholerã in hepate generatã: hoc eſt intelligẽdũ in aĩalibus hñtibus fel qa multa aĩalia felle uacãt, ut dicit Ariſt. ibi. ſ. equus, mulus, aſinus, & id genus. & Ariſt. ibi reddit cãm, nã in aĩalibus quorũ iecoris cõſtitutio ſana eſt, & ſanguis q eſt in eo dulcis eſt, talia fel nõ habẽt, aut ſi hñt, uenulis q̃buſdam incluſum cõtinẽt: ſed illa q̃ ſanguine minus puro cõſiſtũt, tũc iecur taliũ ſegregat hmõi ſuperfluitatẽ, qa excremẽtũ eſt cõtrariũ alimẽto, & amarũ dulci, & ſanguis integer dulcis ẽ. Auer. enim in. 2. colliget. ca. 1. dicit ꝙ duę cholerę ſunt potẽtia in ipſo ſanguine. Et ideo Ariſt. decernit iſtas eſſe ſuperfluitates, in quacũq; ꝑte corporis generenẽ. Nam nõ negat Ariſt. quin ſanguis poſſit in cholerã cõuerti, uel ĩ melãcholiã. Vñ ĩ ꝓblematibꝰ de ꝓpriẽtatibus aĩaliũ q̃ſiuit ꝑꝑ q̃d febres & acuti morbi, potius in æſtate q̃ ĩ alijs tẽporibus cõtigũt. Reſpõdet quia putredo à calore cotinẽtis exoriẽ, qui calor magis æſtate dominaẽ. ¶ Ex hoc patet error Iſaach, qui uoluit iſtas ſuperfluitates in corde generari, argumento q̃a ſanguis generatur in corde. immo Ariſto. in. 4. de partibus animalium, fel aſſerit hepatis eſſe excrementum, et non cordis: quia cordi nullus huiuſmodi humor appropiquare poteſt, quoniam illud affectum nullum uiolẽtum pati poteſt.





Cæterorum uerò nullum neceſſarium animalibus eſt niſi iecur. Et ideo concludit Ariſtote. ibi fel eſſe excrementum ſolius iecoris, & nullius alterius: natura enim de nobilioribus magis ſollicita eſt, & (ut dixit) in habẽtibus fel hoc eſt intelligendum. Vnde nota ꝙ humor ille cholericus, quẽ attrahit chiſtis fellis, ſegregaẽ ab hepate, in digeſtione ſanguinis illius qui non eſt uerus ſanguis, ut ſuprà dixi. & humor melancholicus attrahitur à ſplene, & aquoſitas urinalis à renibus, pituita, ideſt phlegma eſt habens hoc priuilegium, ꝙ permixta cum cibo puro. i. cum uero ſanguine ale re poteſt, & labore abſumere. & iſta eſt ſententia Ariſt. in 1. de generatione aĩa. cap. 18. Vide pro iſta ſententia Auer. 2. colliget. cap. 8. de iuuamẽtis membrorum conſimilium, ubi loquitur de iuuamento choleræ & melancholiæ. & dicit ꝙ ſunt propter neceſſitatem, quia cibus chiloſus, qui uadit à ſtomacho ad hepar, non poſſet digeri, nec eſſe ſanguis niſi ſepararentur ab eo illæ duæ ſuperfluitates, una groſſa terreſtris, & alia ſubtilis: & ideo natura præparauit illis ꝓpria membra, quod non facit phlegmati. & iſtæ duæ ſuperfluitates, non habẽt aptitudinem ut poſſint fieri pars membri aliquo modo, quod ĩ phlegmate bene eſſe poteſt. Idem tenet in. 3. colliget. cap. 4. de generatione febris cholericæ tephrariæ. ubi dicit ꝙ cholera non habet partẽ ex quo poſſint membra aliquo modo nutriri. & dico hoc de naturali, quanto magis de nõ naturali, ſi ſic eſt de naturali? ¶ Sed dices, quare cholera non poteſt nutrire? Reſpondetur, quia habet diſpoſitiones contrarias nutrimento, quia nutrimentũ eſt dulce, & cholera eſt amara. Sed quare melãcholia? Quia eſt frigida & ſicca, & non eſt dulcis ſicut ſanguis: & ideo utraq; cholera, ſuperfluitas apud Ariſt. iudicatur. Iſta (ni fallor) fuit ſnĩa & opinio Ariſt. & Auer. et ſiqs melius ĩtelligit, melius dicat: qa nõ eſt obſtruſa poſteris ad philoſophãdum uia. Vnum ſcio ꝙ opinio illa quæ tenet in uia Ariſt. hepar eſſe illud quod largitur formam ſubſtantialem ſanguinis; qui eſt ultimum nutrimẽtum, eſt impoſſibilis, & ratio demonſtratiua apud me eſt iſta. Quando ſunt duo agẽtia quorum alterum concurrit ut diſponens, & alterum ut agens, effectus ſimpliciter attribuitur agenti & non diſponenti: quia effectus inſequitur agens & non inſtrumentũ. Iſto modo Ariſto. inuehit contra antiquos in. 2. de aĩa. tex. cõ. 41. & infra, qui attribuebant nutritionem & augmentũ igni. Sed hepar, ſecundum Ariſto. & Auer. in præallegatis locis, cõcurrit ut pręparans, & cor ut agens: igitur ſequitur ꝙ forma ſubſtãtialis ſanguinis eſt à corde, et nõ ab hepate. ¶ Sed dices, Contra idem eſt agens diſponens et inducens formam, ut aſſerit Cõm. in. 7. met. cõ. 31. contra Auic. ſi igitur hepar eſt præparans, erit etiam inducens formam ſanguinis. Soluitur, intelligitur de ultimate præparante. Vnde dico ꝙ ſanguis generatus in hepate eſt diminutè ſanguis, & non eſt uerus, quia eſt diminutè decoctus, ſed decoquitur ultima & perfecta decoctione in corde, & ibi uere trãſmutatur in uerũ ſanguinẽ: uñ nõ quodlibet p̃parãs ẽ ĩducẽs formã, ſed ultimitate p̃parãs. Nã ſtomachus ẽt apud medicos p̃parat materiã ad generationẽ humorũ, et tñ ipſi nõ dicũt humores gñari in ſtomacho, ſed in hepate. Ita dicimus nos in uia Peripateticorum. ¶ In circulis autẽ ille excellens doctor tenens illam opinionẽ ſuam, ex mente Auer. in uia Ariſt. iſto modo gloſabat dictum Ariſto. in. 3. de partibus aĩaliũ, aſſerẽtis hepar nõ eſſe prĩcipiũ ſanguinis. Nã duplex eſt ſanguis, uenalis, & arterialis, & tunc gloſabat hepar nõ eẽ prĩcipiũ ſanguinis arterialis, ſed uenalis. Scđo gloſabat ꝙ illud dictũ intelligebatur in prima corporis generatione quia primum quod uiuit eſt cor, & cum uita ſanguine conſtet in ſanguineis: ſeqtur ꝙ cor eſt principiũ ſanguinis tũc. Tertio dicit ꝙ in aĩali completo ſanguis generaẽ in hepate quo ad formã ſubalẽ ſm Ariſt. & Auer. ſed uirtute cordis, ĩ corde aũt recipit quãdã diſpoſitionẽ accidẽtalẽ. Et dicit diſcordiã inter medicos & pĥos cõſiſtere in hoc, qa licet ambo cõueniãt in hoc ꝙ uerus ſanguis genereẽ ĩ hepate, tñ diſcordia eſt penes hoc, quia medici dicũt ꝙ hepar facit hoc uirtute propria, ſed pñi, & Auer. dicũt hoc fieri uirtute cordis. ¶ Contra iſtas tres uias, & modos, arguiẽ nullũ ex iſtis modis ſtare poſſe. Primus quidẽ ſtare nõ poteſt, quia Gale. etiam cõfitetur illud, ꝙ ſanguis arterialis generatur ĩ corde ſi igitur uenalis etiam ſm Ariſt. & Gale. generaẽ in hepate in quo eſt diſcordia? Vnde Auer. ꝯtra iſtã primã ſolõnẽ dirécte dicit, ꝙ in. 3. de ꝑtibus aĩaliũ in ca. de corde Ariſt. dicit cor eſſe principiũ ſanguinis, ſed Gale. dicit cor eſſe ſolũ principiũ ſanguinis arterialis. Alex. etiã in ſua abbreuiatione de aĩa in ulti. cap. ſcribit ꝙ ſanguis q in iecinore redundat, indigeſtus & non coctus eſt: neq; ꝓpria appellatione ſanguis appellari debet. et ibi ꝑ longũ ꝓceſſum probat cor eſſe prĩcipiũ ſanguinis & ſenſus ex cõſequẽti, et quod nihil eſt ſanguinoſius corde. ¶ Cõfirmaẽ authoritate Ariſt. ĩ lib. de ſomno et uigilia, ubi dicit: Omnis aũt ſanguinis prĩcipiũ ſicut dictũ ẽ hĩc & ĩ alijs, eſt cor: horũ aũt q ĩ cordis utriſq; thalamis, cõis qui medius, quorũ uterq; ſuſcipit ex utraq; uena, & ex ea q̃ uocaẽ magna, & q̃ aorta ĩ medio uerò fit diſcretio. & ſubdit: Quia uero fit maxime ſanguis poſt nutrimẽti oblationẽ ĩdiſcretus, donec ſecernat ſanguis, ſomnus fit quouſq; ſecernaẽ ſanguis hoc qdem puriſſimũ ſurſum: illud uerò turbidũ deorſum. ubi patet oẽm ſanguinem, & puriſſimũ, ut eſt arterialis, & turbidũ & groſſum ut eſt uenalis, ſm Ariſt. in corde generari. Secunda etiã ſolutio minime ſtare põt, qa tũc Ariſt. nimis inepte locutus fuiſſet & pueriliter dicendũ ꝙ iecur nõ eſt prĩcipiũ ſanguinis in prima generatione. qa ſi iecur ĩ prima generatione nõ eſt, nõ entis nullę ſunt actiones: operatio enim eſt oꝑatio entis in actu, ut patet in naturali philoſophia. Immo ſermo Ariſto. eſt in aĩalibus habẽtibus iecur, ſicut ſunt ſanguinea, ubi ꝓbat ꝙ in talibus alterum iſtorũ duorũ mẽbrorũ neceſſe eſt ut ſit principiũ ſanguinis, uidelicet uel iecur uel cor: & probat ꝙ iecur eſſe non poteſt ꝓpter tres cauſas, tum quia nõ habet ſitum conueniẽtem ut poſſit demãdare ſanguinẽ ad totum corpus, quia non eſt in medio totius ſicut cor: tũ etiã quia nõ habet cõcauitatẽ & receptaculũ ſanguinis ſicut cor qa ſanguis qui inueniẽ in hepate, inuenitur intra uenas, ſicut in reliqs mẽbris: ſed ĩ corde ubi ſunt tres uentriculi in aĩalibus magnis ĩuenitur extra uenas, qa ibi eſt fons & origo ſanguinis. Tertia ratio eſt qa hepar nõ eſt principiũ uenarum quæ deſerũt ſanguinẽ ad totus corpus, quia ſubſtãtia hepatis eſt carnoſa: eſt enim ſicut ſanguis coagulatus, ſed ſubſtãtia cordis eſt uenoſa. Modo, natura ubi dat nutrimentũ, ibi etiam dat originem uaſis deferentis illud: aliter natura eſſet mãca in neceſſarijs. Patet aũt ꝙ rõnes iſtę ꝓceduut in animalibus non ſolũ in fieri, ſed in facto eſſe exiſtẽtibus. ¶ Tertia ſolutio etiã ſtare nõ põt, quia Auer. in. 2. colliget. cap. 9. ubi loquiẽ de iuuamentis mẽbrorum officialiũ, quãdo loquiẽ de hepate, expſſe dicit ꝙ Gal. opinatus eſt ꝙ hepar ſit princeps uirtutis nutritiuę, & ignorauit Gal. ꝙ ultimũ nutrimẽtum fit in corde. Et in eodẽ caplo uerſus finẽ illius eigreſſionis dicit. Et ſi tu uides ꝙ cor in hoc indiget hepate. i. in ſanguinis generatione: igiẽ hepar eſt prĩceps. Soluit, hoc nõ ſequi, ſicut nõ ſequiẽ de hepate qđ in ſua actione indiget ſtomacho, non ꝓpterea ſequiẽ, ut ſtomachus ſit princeps ĩ illa actione: & ſicut bubulcus, qui p̃parat cibũ alijs bubulcis, nõ ſeqẽ ut ſit prĩceps aliorũ bubulcorũ. Vbi patet manifeſte ſm Auer. in uia Ariſt. ſanguinẽ formã ſubſtãtialẽ recipere in corde, tanq̃ ab agẽte ĩmediato & principali: & ꝙ hepar non concurrit niſi ut miniſter. ¶ Sed illud quod eſt ingrendũ diligenter apud uiam Ariſto. eſt in qua digeſtione reſeceneẽ illę ſuꝑfluitates, uidelicet cholera & melãcholia. Nã Auer. ĩ p̃dictis locis libri collet uideẽ dicere, ꝙ in hepate, ex aduerſo aũt uideẽ eſſe ipſemet ibidẽ, ca. 8. ubi loqtur de phlegmate: dicit enim ꝙ phlegma aliter diciẽ ſuꝑfluitas ſanguinis, & alr cholera, & melãcholia. phlegma enim eſt ſuperfluitas ſanguinea. i. diminuta ſuperfluitas ut fiat ſanguis, ſed cholera & melancholia dicuntur ſuperfluitates, quia ex ſeparatione earũ remanet cõpletus ſanguis. Eſt igitur utraq; cholera ſuperfluitas ſanguinis, quia à ſanguine ſeq̃ſtrata in generatione eius, ſed generatio ſanguinis completi eſt in corde, igitur ibi ſequeſtrantur & gene-

rantur. Pro hoc facit authoritas Iſaach, & ſtat ratio, quia in qualibet digeſtione aliqua ſuperfluitas generatur. Pro hoc facit authoritas Auer. in tracta. de corde, ubi uult ꝙ hepar mundificat cor, et non econtra, et tunc ſecundum iſtam uiã dicere poſſumus ꝙ in ueri et completi ſanguinis generatione duplex ſuperfluitas reſecatur: utilis, & eſt ſemen: & inutilis, & eſt utraq; cholera. Quia autem cor nullũ huiuſmodi humorẽ pati poteſt, ideo ordinauit natura hepar ut mundificaret ipſum cor ab iſtis ſuperfluitatibus, & ita tranſmittit choleram ad chiſtim fellis, & melancholiam ad ſplen. et tũc qñ Ariſt. dicit fel eſſe excremẽtũ iecoris, intelligẽdũ eſt ĩmediate, ſed mediate ẽ cordis. & Ariſt. ibi ſumit fel ꝓ mẽbro ꝯtinẽte cholerã. Tale.n. mẽbrũ bñ poteſt eẽ unitũ iecori, & non cordi, propter eius excellentiam. Si autem teneatur alia uia, oportet dicere ꝙ in hepate generatur phlegma, qui eſt ſanguis diminutè decoctus, et ibi ſequeſtrantur duę choleræ in habentibus membra illa quæ ſunt receptacula earum: poſtea ſanguis illæ indigeſtus digeritur & completur in corde, & ſuperfluitas eius utilis ſemẽ ẽ. Et iſta uia vr̃ magis Ariſt. eſſe. Et illo mõ gloſa authoritates in oppoſitũ.

Cor eſt quaſi animal in animali obſeptum, concluſumq;. Alex. in paraphraſi libri de anima. cap. ultimo.

Cor eſt colligatum cum alijs membris principalibus, ideo quia cor eſt omnibus his membris in potentia q̃uis ſit unũ in actu. Auer. 7. colliget. cap. 2.

Cor propter quid non attrahit immediatè aerem per guttur, ſed mediante pulmone: uide Gal. 6. de utili. ꝑti. cap. 2.

Cordis caliditatem ſequitur caliditas omnium membrorũ, excepto ꝙ non ſit reſiſtentia accidentalis ex membris habẽtibus dominium in toto, ut eſt hepar, & cerebrum. quarto colliget. cap. 2.

Corda animalium calidorum & humidorum ſunt maiora cæteris, ſicut animalia naſcentia in locis humidis. ſuprà.

Cor omnium uiſcerum ſanguinem extra uenas continet, cęteræ partes ſanguinem habent uenis contentum. 3. de partibus animalium. cap. 4.

Cor habet omnem modum attractionis, ſiue à uacuo, ſiue à calido, ſiue à uirtute fiat. Galenus. 6. de utili. parti. cap. 15. auriculis cordis.

Cordi nihil eſt familiarius ad refrigerationem ſpiritu, & ad nutritionem ſanguine. Gal. ibidem. ¶ Inde patet aerem maximè conferre in regimine ſanitatis & ægritudinis.

Cor cùm ſit principium uirtutis ſenſualis & nutricis, ideo ex partibus ſimilaribus & diſſimilaribus cõſtat: ſimilares ſenſui, diſſimilares motui congruunt. Alexãder in paraphraſi de anima. ca. ultimo. ¶ Inde collige aliter cor eſſe principiũ ſenſus, aliter motus: qđ Them. nõ uideť itellexiſſe in. 2. de anima ca 40. ubi digrediť cõtra Alex. ubi ponẽtẽ carnẽ eſſe organũ tactus: nã ſi caro nõ ſit, qđ aliud aſſeri põt? Sed meminerit, inquit Themiſt. Ariſto. ſenſorium tactus cordi mãdaſſe: quaſi Alexan. neget cor eſſe principium tactus. Sed animaduertat uirtutes paſſiuas appropriari membris ſimilaribus, uirtutes autem actiuas membris organicis, ſeu diſſimilaribus: ut teſtatur Ariſto. in. 1. de natura animalium. cap. 4. Quia igitur ipſum cor utriuſq; uirtutis princeps eſt, & ſenſualis & motiuæ, quarum altera actiua, altera in paſſione quadam conſiſtit, ideo diuerſimode iſtarum uirtutũ cor princeps eſt: nam ratione ſimplicium eſt princeps ſenſilis, ratione organicorum eſt princeps motus. Et nec hoc Ariſt. contradicit, quando Ariſto. carnem ſenſorium conſtituit in tactu, in loco præallegato de natura animaliũ, & intelligitur de carne cordis: quando autẽ in. 2. de anima dicit carnem eſſe medium, & non organum, loquitur de carne extriſeca quæ eſt in reliquo corpore, illa enim eſt ut medium: ſed caro cordis quæ eſt intus, eſt ſenſorium. Iſta diffuſe magis inuenies in contradictionibus noſtris nuper ędiris, quod nullus uſq; ad noſtra tempora uidit poſt Alexã. unũ Alex. ibidẽ dicit. Cor ratione carnis eſſe prĩcipiũ uirtutis ſenſilis, ratione neruorum eſſe principium uirtutis motiuę.

Cordis membrana qua inuoluitur, dura adeo eſt & denſa, ut uix ferro incidi queat, & dicitur pericardium, ſiue præcordium. Alexander in paraphraſi de anima. cap. ultimo. ¶ Nota tamẽ ꝙ antiqui præcordium os ſtomachi appellare etiã conſueuerunt, ut notat Galenus in prima particula ſeparatorum ſermonum.

Corde ablato ab animali poteſt moueri & uiuere, uelut teſtudo & chamęleo, & pari ratione ablato capite. Alexan. ſupra. in fine. ubi dicit argumenta de principatu animæ, utrum in corde uel in capite conſiſtat eſſe communia. Idẽ Auer. 7. phyſic. cõmen. 4.

Cordis uẽtriculi omnes participant ſanguine & ſpiritu, ſed non æquantur: dexter enim plus ſanguinis, ſiniſter uerò plus ſpiritus particeps eſt. Sunt enim in omnibus omnia, ut dicit Hipocrates. Gale. 6. de utili. ꝑti. cap. 16.

Cor habet copiam neruorum. 3. de partibus animaliũ. cap. 4. uide in contradictionibus nuper æditis.

Cor ſine oſſe, exceptis quibuſdam magnis animalibus, quibus datum eſt gratia filamenti. 3. de partibus animalium. cap. 4. idem Gale. 6. de utili. particu. cap. 19. ubi approbat dictum Ariſto.

Corduba eſt ciuitas temperatior omnibus ciuitatibus Andalagiæ & alijs remotioribus. Et huius ciuitatis temperamentum oſtenditur ex uirtutibus hominum eius, & bonitate intellectus, habẽtq; naturaliter optimos mores, pręſertĩ uirtutes, quæ paci & bonæ opinioni tribuuntur. Auer. in 4. de generatione animalium. cap. de uarietate pilorum.

Cornua adhærent potius cuti q̃ oſſi: unde fit ut in Phrigia & alibi boues ſint, qui cornua perinde ut auriculas moueant. 3. de natura animalium. cap. 9.

Corporeitas quæ conſtat longitudine, latitudine, & profunditate, ſecũdum aliquos notificat indiuidui ſubſtãtiæ quidditatem. Et ideo iſti appellauerunt dimenſiones ſubſtantias, & ſimiliter qui credunt eſſentiam indiuidui conſtare ex partibus indiuiſibilibus appellãt illas ſubſtantias, ut audiuimus loquentes noſtri æui, appellare atomum ſubſtantiam indiuiſibilem. & ſimiliter qui imaginãtur materiam & formam eſſe principia indiuidui, exiſtimant conuenientius appellari nomine ſubſtantię q̃ ipſum indiuiduũ. Conueniunt autem omnes hoc iudicio, quia id quod notificat quidditatem huius indiuidui, debet magis appellari ſubſtãtia, quia propter quod unumquodq; tale & illud magis. Et ideo nemo ipſorum poſuit accidens inquantum accidens eſſe partem ſubſtantiæ, ſed inquantum ipſum exiſtimatur notificare eſſentiam indiuidui ſubſtantiæ, ut qui poſuit dimenſiones eſſe ſubſtantias. Auer. in paraphraſi metaphy. tracta. 1. cap. de ſubſtantia. De ipſa opinione ponẽtium dimenſiones eſſe ſubſtantias meminit Cõ. in. 4. cœli. cõ. 40.

Corpora cœleſtia non habẽt materiam omnino, quia eſſent generabilia & corruptibilia. 1. phyſico. cõmen. 79. 63. primo cœli. tex. cõ. 20. 8. meta. tex. cõ. 12. &. 12. meta. tex. cõ. 10. & in libro de ſubſtantia orbis.

Corpus cœleſte caret potẽtia ad aliquam diſpoſitionem, niſi in ubi. 1. phy. cõ. 63. 1. cœli. cõ. 20. 8. meta. cõmen. 12. 12. metaphy. tex. cõ. 10. &. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia non mouentur ab illis quæ mouẽt. 3. phy. cõ. 16. &. 1. de generatione tex. cõ. 43.

Corpus cœleſte eſt ſenſibile uiſu, & non eſt tangibile omnino. 3. phyſico. cõmen. 48.

Corpora cœleſtia non continentur à tempore, tamen habẽt coexiſtentiam cum tempore, coexiſtentiam quantitatis cũ quantitate. 4. phyſi. cõmen. 117.

Corpora cœleſtia ſecundum ꝙ motus illorum eſt uoluntarius, poſſunt moueri uelocius. authoritate Alex. Licet Auer. dicat de hoc eſſe conſiderandũ. 6. phy. cõ. 15. ¶ Quod ideo dixit meo iudicio, quia ſi intelligatur de aliqua potentia reali & phyſica, illud ueritatem habere non poteſt: quia in ęternis non differt eſſe à poſſe, ut dicitur in. 3. phyſic. poſſibile enim tale in æternis eſt neceſſarium. 2. cœli. commen. 32. Nam ſi iſta potentia nunq̃ reducitur ad actum, eſſet igitur fruſtra in natura: Deus autem & natura nihil fruſtra faciũt. 1. cœli. 32. ſic arguit in ſimili Cõmen. 1. cœli. cõm. 10. Si uero potentia illa ſit logica, quæ non ponit aliquid in re, ſed dicit ſolum non repugnantiam terminorum, inquãtum nõ repugnant, ſic illud dictum ſaluari poteſt.



Corpus cœleſte poteſt quieſcere inquãtum corpus, non autem inquãtum eſt tale corpus, quod uidelicet non eſt neq; graue neq; leue. 7. phyſi. cõmen. 2. ¶ Ex illo loco elicitur ꝙ aliquod prædicatũ poteſt alicui non repugnare ratione generis, quod tamen ſecũdum rationem ſpecialem ipſi repugnat. Conſimile elicitur de uelocitate motus in infinitum in quantum motus. ex. 6. phyſic. cõmen. 15. & de regularitate & irregularitate, ex. 5. phyſic. cõmen. 45. & de generatione terræ. 2. cœli. cõmen. 104.

Corporis cœleſtis propinquitas ad quædam quãdoq;, & remotio eius à quibuſdam quandoq; eſt cauſa tertiæ diuiſionis, uidelicet ut quædam moueantur quãdoq;, & quædam quieſcant quandoq;. 8. phyſi. cõmen. 21.

Corporis cœleſtis motus ſimpliciter eſt naturalis, uidelicet tam ex parte animæ q̃ ex parte corporis, cum nullum ſit ibi principium contrarium. 8. phyſi. cõmen. 27.

Corpora cœleſtia ſunt materiæ ſimplices, & formæ eorum ſunt formæ abſtractæ à materia. 8. phy. cõmẽ. 78. ¶ Contra illos qui aſſerũt in uia Auer. orbem ſecluſa intelligentia eẽ ſubſtantiam quandam, quæ eſt forma ſimplex: imo dicitur materia ſimplex aut materia in actu, & rectius adhuc diciť ſubiectum in uia eius, ut patet ex. 8. meta. cõmen. 12. &. 2. cap. libri de ſubſtantia orbis: &. 9. metaphyſi. cõmen. 17. Contra Gregorium Ariminen. & Burleum.

Corpus cœleſte caret materia, & forma eius non habet ſubſiſtere per ipſum. 8. phy. cõmen. 79. 1. phyſi. 63. 8. meta. 4. &. 12. 1. cœli tex. cõmen. 20. 12. meta. tex. cõ. 10. & in lib. de ſubſtantia orbis. fere per totum.

Corpus cœleſte ſecundum Ariſto. non poteſt ex ſe ſecundũ ſuam naturam recipere tranſmutationem. Et cauſa eſt quia non eſt compoſitum ex materia & forma, & eſt neceſſariũ ex ſe non ex alio. ut Auic. dixit. uerũtamen neceſſitas eſt in ipſo modo recipiendi, in motore uerò mõ agendi. 8. phyſi. cõmen. 83. uide in concordantijs.

Corpus cœleſte eſt ingenerabile & incorruptibile, & ſecũdum partes, & ſecundum totum: alia uerò corpora generabilia & corruptibilia ſunt, aut ſecundum partes, aut ſecundum totum. 1. cœli. cõ. 13. idem. 2. cœli. tex. cõ. 3.

Corpora cœleſtia ita ſunt ordinata in nobilitate ſicut ſunt ordinata in ſitu ſeu loco. 2. cœli tex. cõ. 15. idem. 12. meta. cõ. 44. Ex opinione Ariſt. contra Ptolomæũ & aſtrologos.

Corpus cœleſte nulli eſt elementum, ſicut ex nullo eſt elemẽto. 1. cœli cõmen. 57. uide in concordantijs.

Corporis cœleſtis eſſe, neceſſario requirit eſſe corporis quieſcentis circa quod reuoluitur. primo cœli cõmen. 97. idem 8. phyſi. cõmen. 84.

Lapſus Pet. Pomponatii.

Corpus cœleſte ita ſe habet ꝙ forma & formatũ in eo ſunt idem numero, ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam q̃ ſit adunatio recipientis & recepti in forma abſtracta. 2. cœli cõmen. 3. ¶ Aduerte tamen ꝙ Petrus Pompon. legit aliter locum iſtum: dicit enim, in forma non abſtracta quia uult ꝙ fiat minus unum ex intelligentia & orbe, q̃ ex materia & forma. Quia ab ipſa tandem ueritate coactus in ſenio mutauit ſententiam. Tenet enim ipſam non dare eſſe formaliter orbi. Sed nos literam iſtam affirmatiue inuenimus in multis antiquis codicibus, & quomodo ſaluetur uide in tracta. noſtro de intelligentijs, quæſtione propria de hoc, utrum ex intelligentia & orbe fiat uerius unum quàm ex materia & forma.

Corporis cœleſtis forma non cohæret ſuæ materiæ mediãtibus dimenſionibus, ſicut formæ materiales. 2. cœli. cõ. 3. idem in primo cap. de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia ſunt intelligentia & animata ſecundum uniuerſum. 2. cœli. cõ. 3. idẽ. 8. meta. cõ. 12. &. 12. meta. cõ. 36. & cap. 1. &. 2. libri de ſubſtantia orbis.

Aduerſus Ioã. gram.

Corporis cœleſtis motus non eſt ab anima cogente manere ſempiternum. 2. cœli tex. cõmen. 6. ¶ Iſte locus fuit cauſa erroris Ioan. Grã. qui uidens Ariſto. contradicere antiqs in hoc, tenuit Ariſt. tenuiſſe cœlum non eſſe animatum, ut recitat Simplicius in primo cœli. Sed non animaduertit ꝙ antiqui ponebant cœlum habere contrarium, & de ſe eſſe corruptibile, ſed anima erat cauſa ſuæ permanentiæ. Et ad hunc ſenſum Ariſto. negat cœlum eſſe ab anima cogente ipſum manere ſempiternum. Et hoc etiam habetur ex textu, quia tunc illa anima non eſſet beata, quia eſſet cum labore & triſtitia. unde Cõmen. in cõm. 6. inquit: Et hæc contradictio intrat eos qui ponunt hoc corpus habere contrarium motui animæ Sed ꝙ Ariſt. tenuerit corpora cœleſtia animata anima intellectuali, quæ non mouet cum labore & pœna, demonſtratum eſt. 8. phy. &. 2. cœli & eſt authoritas expreſſa Philoſophi in tex. cõ. 60.

Corpora cœleſtia oĩa habẽt figuram ſphæricam eſſentialr̃, & elñta accñtaliter. 2. cœli cõ. 22. &. 26. &. 3. cœli cõ. 67.

Corpus cœleſte ſupræmum eſt maxime perfectum in rotũditate, & alia differunt adinuicem in participando illam, ſecundum ꝙ ſunt magis illi propinqua. 2. cœli cõ. 32.

Corpora cœleſtia non habent loca diuerſa, ſed unum locum numero circa quem reuoluuntur omnia, & eſt medium mundi. Elementa uerò habent loca diuerſa. uide cauſam in. 2. cœli cõmen. 35.

Corpora cœleſtia non habent phantaſiam, ut putauit Auic. quia haberent inſtrumẽtum ſenſus, & tunc ſenſus eis eſſet datus ad ſalutem, & ſi propter ſalutem tunc eis poſſent accidere occaſiones, ſeu impedimẽta. 2. cœli cõmen. 37. uide idem. 12. meta. cõ. 36. &. 1. &. 3. cap. de ſubſtantia orbis. & 3. de anima cõ. 60. &. 61. Idem tenet lucidiſſimus Them. in. 2. de anima in expoſitione tex. 15. uide uerba eius.

Corpus cœleſte non eſt ſenſibile, ſed ratione comprehendiť 2. cœli cõmen. 41. ¶ Et animaduerte pro complemẽto eorum quæ ſcripſi in cõtradictionibus in præſenti loco dum eſſem iunior, ꝙ intentio Cõmenta. eſt ꝙ cœlum nullo ſenſu ſentitur, niſi ſenſu uiſus: ſed uiſus per ſe terminatur ad ſtellas, quæ ſunt partes eius. Vnde proprie loquẽdo ſtellæ ſunt per ſe ſenſibiles ſenſu uiſus, ſed eſſe totius cœli non eſt ſenſibile: ſed ratione comprehendiť. Nam cùm ſtellæ ſint partes cœli, & uidemus ꝙ mouẽtur motu circulari, & cum nõ poſſint per ſe moueri, & ratio demonſtrat ꝙ ſunt in corpore quod circulariter mouetur, quod nõ eſt neq; graue neq; leue, Et iſta eſt reſoluta intentio eius, & ſic uolo dicta mea deberi ſuppleri. unde Cõmenta. 2. cœli cõmẽ. 43. ſuper uerbis Ariſto. ibi dum dicit: Quoniam autem uidẽtur & aſtra tranſlata, & totum cœlum, inquit: Et debes intelligere per hoc quod dicit, uidẽtur in ſtellis per ſenſum, & in cœlo per exiſtimationem. & forte dicit hoc, in cœlo, ꝓpter hoc quod apparet in aſtrologia. etc.

Corpus cœleſte habet eſſe medium inter purum actum, & res quæ partim ſunt in potentia & partim in actu. Aſſimilatur enim rebus exiſtentibus in actu propter ſempiternitatem, quam habet per ſe: & quia nullam habet potẽtiam ad corruptionẽ, ſed aſſimilať rebus quæ partim ſunt in actu, & partim in potentia propter uarietatem ſituum quæ ſibi accidit, & tandem ratione motus localis. Et aĩaduerte quomodo natura diuina colligauit illa duo eſſe, ſcilicet æternũ cum corruptibili, ponendo inter actum purum & purã potentiam huiuſmodi potentiam quæ eſt in loco. ex. 3. tractatu met. uide idem in. 8. phyſi. cõm. 15.

Corpora cœleſtia licet ſint neutra, tamen inquantũ ſunt corpora, habent conueniẽtiam in diaphanitate, illuminatione, & obſcuritate. 2. cœli cõ. 42. idẽ in. 2. cap. de ſuƀa orbis.

Corpora cœleſtia in ueritate non gñant frigiditates, ſed calores ſimiles unicuiq; elementorum. 2. cœli. 42.

Corpora cœleſtia ſunt eiuſdem ſpeciei, non autem ſunt eadẽ genere, & ſpecie differentia, ut putauit Auicẽ. 2. cœli cõmẽ. 49. quia tunc eſſent compoſita ex materia & forma. ¶ Vide cauſam iſtius deductionis ex. 10. meta. tex. cõmẽ. 12. Nota tamen (ut gloſat Cõmen. cõ. 49. ſecũdi de cœlo) ꝙ huiuſmodi conuenientia ſecundum ſpeciem in corporibus cœleſtibus non eſt ſecundum uniuocationem, ſed ſecundum prius & poſterius.

Corpora cœleſtia non ſunt corpora tantum, imo ſunt partici

pantia actione & uita.2.cœli tex.cõmen.61. ¶ Et eſt locus diuulgatus & notabilis, ut notant Græci expoſitores, & Cõmenta. ꝙ cœlum ſit animatum. Et aduerte ꝙ Cõmen. in cõ.61.ibi adducit tres demõſtrationes ad hãc cõcluſionem: duæ ſunt à poſteriori, & tertia eſt demõſtratio ſimpliciter confecta ex propoſitionibus acceptis ex ſcientia naturali & diuina. Et bene cõſidera circa hoc, quomodo una demonſtratio poteſt confici ex propoſitionibos duarum ſciẽtiarum non ſubalternatim ſe habentium.

Corpora cœleſtia in quibus ſunt pauciores actiones & motus, ſunt nobiliora illis in quibus ſunt plures. Secus eſt in generabilibus, quia quæcunq; habent plures actiones nobiliora ſunt: & ideo nobilisſimum eſt homo, & uilisſimum elementa.2.cœli.cõmen.63.

Corporum cœleſtium quædam acquirunt nobilitatem uno motu ſimplici, & quædam uno motu cõpoſito.2.cœli cõm.64.uide in concordantijs.

Corpora cœleſtia hñt potentias finitas in qualitate, infinitas in tempore.2.cœli cõ.71.idem in.3.cap.de ſubſtantia orbis, &.8.phyſi.cõ.79.& in paraphraſi primo de cœlo in fine, idem.12.meta cõ.41.&.2.cœli cõ.63.&.38.&.39.

Corpora cœleſtia manifeſtè uidentur intelligere & moueri, ſed non nutriri, neq; ſentire.2.de anima.cõmen.15.idem 2.cœli.cõmen 61.&.37.&.3.de anima.61.& primo cœli 21.&.12.metaphyſi.cõmen.36.& primo &.3.cap.de ſubſtantia orbis.contra Auicennam.

Corpora cœleſtia de uirtutibus animæ non habent niſi concupiſcentiã & intellectum.2.de anima.cõ.32.&.12.meta.cõmen.36.&.1.cœli.cõ.90.& cœli.38.&.61.

Corporum cœleſtium uirtutes cõſeruant eſſe ſecundum oẽs diſpoſitiones, & omnes partes eodem modo.2.de anima.cõ.48.idem.1.cœli.22.&.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia ita ſe habent ꝙ unuſquiſq; orbium ſtellarum erraticarum uidetur moueri per appetitum orbis ſtellarum fixarum motu diurno, licet cum ſuo appetitu ꝓprio moueantur motu proprio.3.de anima.cõmen.57.idem.2.cœli cõmen.58.&.12.meta.37.&.44. ¶ Et ſic intelligere poteſt an motus planetarũ à primo orbe ſit motus raptus, aut ſit motus deſiderij contra mathematicos.

Corpora cœleſtia non habẽt ſenſum, quia non eſſet neq; ꝑꝑ melius animæ, neq; propter melius corporis.3.de anima.tex.cõmen.61.contra Auic.

Corpora cœleſtia quia non nutriuntur neq; fatigantur, ideo non indigent ſomno.ex lib.de ſomno & uigi.

Corpora cœleſtia ſecundũ Ariſto.non calefaciunt quia ſint calida, ſed ſecundum uelocitatem motus.2.cap.de ſubſtantia orbis.&.2.cœli.42.& primo meteororum.

Corpus cœleſte eſt indiuiduũ demonſtratum, & ens demõſtratum in actu.2.cap.de ſubſtantia orbis.&.2.cœ.cõ.3.

Corpus cœleſte eſt materia animalium cœleſtium quæ mouentur circulariter ex ſe, & eſt ꝑfectius cæteris modis materiæ; non enim eſt in eo de potentijs niſi potentia in loco tantum.1.cap.de ſubſtantia orbis, & cap.ultimo.& primo phyſi.cõmen.63.

Corporis cœleſtis & præcipuè corporis ultimi forma quodammodo eſt anima, & quodammodo intellectus.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpus cœleſte non indiget in ſuo eſſe forma, ſicut eſt diſpoſitio corporum animalium quæ ſunt hîc.ſecundo cap.de ſubſtantia orbis.

Corpus cœleſte non indiget anima ſenſibili neq; imaginatiua, ſed ſolum indiget uirtute mouente ipſum in loco ſemper, & uirtute quæ non ſit corpus neq; uirtus in corpore, ad largiendum ſibi permanentiam æternam & motum æternum.ibidem.

Corpori cœleſti non datur ſubiectum niſi propter motum localem tantum, corporibus autem generabilibus & corruptibilibus datur materia propter generationem & corruptionem: forma autem datur eis propter actionem.3.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia ſunt corpora abſoluta à materia.ultimo cap.de ſubſtantia orbis.

Corpus cœleſte eſt unum per continuationem & formam totalem, & per motum unũ continuũ.5.meta.cõ.11. ¶ Vide pro hoc.2.cœli cõ.42.&.12.meta.44.& in.2.cap.de ſubſtantia orbis.& in libro.deſtru.diſp.3.in fol.18.dubij.

Corporibus cœleſtibus attributæ qualitates q̃ poſſunt eſſe & nõ eſſe, ut illuminatio lunæ & obſcuritas, ſunt aliæ à qualitatibus quibus attribuitur alteratio.9.meta.cõ.17. ¶ Intelligas de alteratione paſſiua.uide pro hoc primo cœli.cõm.21.&.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia nedum non hñt potentiã ad corruptionẽ, uerũ etiam neq; ad fatigationem.9.meta.tex.cõ.17.

Corpus cœleſte non habet potentiam diuiſibilem ſecũdum diuiſionem corporis.ſ.formam materialem.12.meta.cõ.10.idem.8.phyſi.tex.cõ.79.&.12.meta.tex.cõm.41.

Corpora cœleſtia quia ſunt principia aĩatorũ, & nõ aĩatorũ fuit neceſſe ut eſſent animata, et ut principia eorũ eſſent corpus & anima.12.meta.cõmen.25.

Corpora cœleſtia idem deſyderant & intelligunt, ſed in nobis deſyderatũ differt ab intellecto.12.meta.cõ.36.in principio cõmenti, & ibi redditur cauſa.uide in concordantijs.

Corpora cœleſtia carent ſenſu, quia ſenſus dati ſunt animalibus ad ſalutem.12.meta.cõmen.36.idem contra Auic.in 1.&.3.cap.de ſubſtantia orbis.&.3.de anima.tex.cõ.60.61.&.2.de anima.cõm.ultimo.

Corpora cœleſtia de uirtutibus animæ non habent niſi intellectum, & uirtutem deſideratiuã.12.meta.cõ.36.idem primo cœli.90.&.2.cœli.39.& tex.cõmen.61.&.2.de anima 15.&.32.&.2.cap.&.4.de ſubſtantia orbis.

Corpora cœleſtia cùm ſint nobiliſſima corporum ſenſibiliũ & meliora, neceſſe eſt ut illud quod appetunt ſit nobilisſimum entium: et maxime quod appetit totũ cœlum in motu diurno.12.metaphyſi.cõmen.36.in calce cõmenti.

Corpus cœleſte non mouetur per potentiam exiſtentem in eo, quia aut eſt finita aut infinita: ſi finita poſſibile eſſet ꝑſcere, quod improbandum eſt: ſi infinita continget moueri in inſtanti. Et ideo mouetur per potentiam non exiſtentem in ſubiecto omnino.12.meta.cõ.41. ¶ Contra Groſſipedales qui dicunt intelligentiam formaliter inhærere orbi.

Corpus cœleſte non habet potentiam ut corrumpatur, quia non habet contrarium: eſt igitur remanens per ſe, et per ſuã ſubſtãtiam: ſed motus eius impoſſibile eſt ut ſit remanẽs per ſuam ſubãm quia habet contrarium, ſcilicet quietem.12.metaphyſi.cõmen.41.

Corpus cœleſte eſt animatum neceſſariò.11.meta.cõ.41.

Corporum cœleſtiũ mã eſt corpus.ex diſp.4.in fol.2.dubij.idem in.2.cap.de ſubſtantia orbis, &.8.meta.cõ.12.

Corpus cœleſte qui eſt nobilisſimum corporum, habuit nobilisſimum motuum.ſ.localem, qui eſt primus motuum. Et quia motor cœli nõ recipit motum iſtum qui eſt nobilisſimus, non recipit uiliorem: & quia eſt nobilior corpore cœleſti, ideo cauſa permanentiæ eius fuit in nobiliori diſpoſitione q̃ ſit motus, quia eſt ĩmobilis.12.meta cõmen.41.in fine. Ex hoc uidetur ꝙ quies ſit natura prior & perfectior motu.uide in concordantijs.

Corpora cœleſtia habent perfectum ordinem, & bonũ perfectum, quia nõ admiſcetur eis aliquid per accidens: ſed in corporibus quæ ſunt ſub corporibus cœleſtibus inuenitur priuatio ordinis per accidens.12.meta.cõm.52.

Corpora cœleſtium orbium non ſunt unũ in ſpecie, & multa in numero, ĩmo ſunt multa ſpecie, ſicut eſt indiuiduum animalium uniuerſalium, quãuis de illa ſpecie non inueniatur niſi unum indiuiduum.ex libro deſtruct.diſputa.prima.in ſolutione.11.dubij.

Corpus cœleſte primũ eſt unum animal per ſe, cuius nã eſt aut ẜm neceſſitatem eſſe, aut bene eſſe quod moueat cum oĩbus ſuis partibus motu diurno, & de natura aliorũ orbiũ eſt ꝙ moueatur uerſus contrariam partem.ibidem.

Corporum cœleſtiũ eſſe conſiſtit in motu: & ideo dans motum eſt ẜm ueritatem agens.ex diſp.3.in fol.10.dubij.

Corpora cœleſtia mouẽtur erga ſua principia ſeparata modò amoris & obediẽtiæ, quia ſunt ſunt animata & uiua ex diſputa.3.in ſolutione.13.dubij. ¶ Vbi etiam uide quaſdam pulchras rationes probabiles, per quas oſtenditur cœlum eſſe animatum & uiuum.

Corpus cœleſte ẜm ueritatem habet unum motum uniuerſalem, & eſt ſimile uni animali habenti unum motum uniuerſalem, & eſt translatio ſui corporis. Et hic motus uniuerſalis in corpore cœleſti eſt unus motus qui in ſuꝑma ſphæra fit: alij autẽ orbes habent motus particulares ſimiles motibus particularibus qui ſunt in mẽbris uiuis animalis.ex diſpu.3.in ſolutio.18.dubij.colũna.4.idem.2.cœli cõmen.42.&.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpus cœleſte abſit ut ſecundum opinionem Peripateticorum ſit compoſitum ex materia & forma, eſſet enim corruptibile: ſed hoc eſt de erroribus Auicennæ.ex diſputatio.3.in ſolutione.21.dubij.

Corporis cœleſtis anima non ſuſtentatur in ipſo corpore: hoc enim corpus non indiget anima in ſuo eſſe, neq; in ſua conſeruatione perpetua, ſicut indigẽt animalium corpora, ex diſputa.4.in ſolutio.2.dubij.

Corpora cœleſtia etſi non indigeant anima, quia ipſis ſit neceſſaria in ſuo eſſe, uerũtamen indigent anima ut ſit animatum, quia id quod eſt nobilius oportet ut habeat nobiliorẽ gradum: ſed animatum eſt nobilius inanimato.ex diſputa.4.in ſolutio.2.dubij.uide in concordantijs.

Corpora cœleſtia (authoritate Themiſtij) aut ſunt formę, aut ſunt materiæ dictæ cum noſtra materia æquiuoce, aut ſunt materiæ uiuæ de ſe, non ab aliqua alia uita.ex diſput.4.in ſolutio.2.dubij.idem.8.meta.cõm.12.

Corpus cœleſte ſecũdum Philoſophos eſt tanquam mediũ inter antiquum abſolute & nouum abſolute, quia quodãmodo eſt antiquum & quodãmodo nouum: & iſtud antiquum eſt motus ſupercœleſtis, quia eſt antiquus in ſpecie, & nouus in ſuis partibus: & ideo inquantum eſt antiquus procedit ab antiquo, & ratione ſuarum partium procedunt ab eo infinitæ nouitates.ex diſputa.12.in ſolutione.3.dubij.idem in.8.phyſi.cõmen.15.

Corpus cœleſte non mouẽ ab alio corpore, quia neq; à corpore extra ipſum, neq; à corpore infra ipſum. Extra cœlũ enim demonſtratum eſt ꝙ nõ eſt corpus neq; locus, intra ĩpſum autem ſunt elementa q̃ mouentur à cœlo, & cœlum non mouetur ab eis.ex diſpu.in fol.2.dubij.

Corpora cœleſtia caſui & fortunæ attribuentes magis errant, quàm qui animalia corruptibilia attribuunt fortunæ.ex primo de partibus animalium.cap.1.& habetur etiam in.2.phyſic.tex.cõmen.46.

Corpora cœleſtia nõ hñt phantaſiã, ut eſt imaginatus Auic.uide rationes Auer.in paraphraſi meta.tract.4.

Corpora cœleſtia cum non habeant phantaſiam impoſſibile eſt quod habeant motus particulares, ſed motus eorum eſt unus cõtinuus hoc modo, uidelicet quod cum ipſa comprehendant bonum, quorum perfectio conſiſtit in eius cõceptione, deſiderant aſſimilari ſibi ſecundum perfectionẽ, ſic uidelicet ut proueniant ad nobiliorem gradum eſſendi ſibi posſibilem. Et quia melius eſt ut moueãtur q̃ quieſcãt, cum motus ſit quædã uita omnibus naturalibus, ideo ſunt in continuo motu, & hoc non eſt quia eorum conceptio ſit gratia motus nam ſi ita eſſet, tũc nobile eſſet ꝓpter minus nobile. Sed quia motus prouenit ex illa perfectione, & inſequitur ipſam ſicut combuſtio inſequitur formam ignis, & ſicut quando nos peruenimus ad ultimam perfectionem, eſt melius nobis ꝙ influamus de illa perfectione alijs iuxta poſſe, non ꝙ perfectio noſtra ſit propter aliud. ¶ Vbi patet quantum moderni rudes defecerint in hoc, ꝙ poſuerũt intelligentiam non poſſe mouere cœlum niſi ſibi per informationem inhæreret: cum tamen motus ſequatur ſimplicẽ perfectionem intelligentiæ per uiam conſecutionis, & non ꝑ uiam principalitatis. Et ex hoc etiam ſoluitur argumentũ Auic.ponẽtis animam imaginatiuam, quia imaginatur ꝙ illa uirtus quæ mouet cœlum, debet apprehendere ſuam hanc & hanc reuolutionem hodiernam tanquam per ſe cõprehenſam, ſed non ita ſe habet res: quia intelligentia intelligendo primum intelligibile, in eo perficiẽ: & ad illam intelligibilis apprehenſionem, per uiam ſequelæ reſultat motus in orbe, ſicut clare Auerrois uerba teſtãtur.

Cõtra Auic. & modernos.

Corpora cœleſtia mobilia cõmunicant cum primo mobili, & unumquodq; eorum habet comprehenſionem uniuerſalem & propriã. ¶ Et uide modum clarũ in paraphraſi meta.tractatu.4.collũna.8.& per illud intelliges clarius ea quæ ſcribit Cõmen.12.meta.cõmen.44.

Corpus finitum quando exit ex corpore finito, neceſſario cõſumet illud.1.phyſi.tex.cõm.37.ubi dicitur, Omne corpus finitum ablatione finiti conſumitur.idem.6.phyſi.cõ.20.

Corpora eſſe compoſita ex materia & forma, nulla alia uia ſciri poteſt, niſi ex tranſmutatione in ſubſtantia.1.phy.cõ.ulti.& cõ.51.&.60.idem.12.meta.cõ.5.&.8.idem.8.met.4.&.12.&.4.phy.38.&.1.cap.de ſubſtantia.orbis.

Corpora naturalia habẽt ſuperficies, lineas, & puncta, ſicut mathematica.2.phyſi.tex.cõmen.16.

Corpus aliud intelligibile, ideſt mathematicum, aliud ſenſibile.3.phy.tex cõ.40.&.1.cœli.35. ¶ Ex quo patet nõ dari corpus metaphyſicum contra dominum Albertum.

Corpus quodlibet, aut una, aut pluribus ſuperficiebus terminatum eſt.3.phyſi.tex.cõmen.35.

Corpus omne figuratum eſt.ſuprà.

Corpus rotundum continetur ab una ſuperficie.ſuprà.

Corpus non rotũdũ continẽ à pl̃ibus ſuperficiebus.ſuprà.

Corpus ſenſibile extra elementa eſſe, eſt impoſſibile.ſuprà.tex.cõmen.45.

Corpora ſimplicia ſunt contraria.3.phyſi.cõ.49.ubi Cõmẽ.dicit quòd habet locum in his quę mouẽtur motu recto: in cœlo enim non eſt ſubiectum, neque contrarietas.1.cœli.tex.cõmen.20.

Corpus quodlibet ſenſibile, in loco eſt.3.phy.tex.cõ.54.

Corpus oẽ ſuꝑficie clauditur, iſta enim eſt eius ratio.3.phy.tex.cõ.40. Et aduerte ꝙ hoc competit omni corpori, ſiue ſit naturale, ſiue mathematicum, ut ibi habetur.

Corpus circulare non eſt innatum tangere, quia eſt completum & finitum per ſe: corpus autem rectum eſt innatum tangere, quia eſt completũ & finitũ per aliud.3.phy.cõ.74

Corpora mathematica non habent dextrum & ſiniſtrum, & loci differentias ex natura rei, ſed ſecundum poſitionem ad nos.4.phyſi.tex.cõm.5.& cõm.47.ibidem.

Corpora naturalia habent locum, & loci differentias diſtinctas in natura.ibidem.

Corpora mouentur ad ſua ultima propria ut perficiantur per illa, & ut tangant illa.4.phyſi.cõmen.36.idem.4.cœli tex.cõmen.24.

Corpora rotũda finiuntur per ſe, quia linea circularis eſt ꝑfecta, & non recipit additionem.ſuprà.

Corpora recta finiuntur per aliud.4.phyſi.43.idem.3.phy.74.& primo cœli cõmen.12.

Corpora naturalia apud Ariſt.ſunt tribus modis: quædam ſunt in loco eſſentialiter, ut corpora recta: quædam ſunt in loco per accidens, ut corpora rotunda: quædã uerò ſunt in loco per partes.ſ.totus mundus.ſ.corpus cõpoſitum ex quinque corporibus ſimplicibus. Cõmen.4.phy.cõ.43.

Corpus quodlibet attribuitur in motu & quiete, aut per ſe, aut per accidens.ſuprà.

Corpus quodlibet in loco eſt.ibidem cõtra Alexan.

Corpus quoddã eſt in loco actu, quoddam uerò potentia.ſuprà.tex.cõmen.44.

Corpus conſimilium partium dum non diuiditur, partes eius ſunt in loco in potentia: & cum diuiditur, partes eius ſunt in actu.ſuprà.

Corpus mathematicum eſt in loco ſecundum imaginationẽ.4.phyſi.47.idem primo de generatione tex.cõmen.44.&4.phyſi.cõmen.76.

Corpus quodlibet naturalr mouetur ad ultimũ alterius corporis donec tãgat illud, & illud aliud corpus eſt unigeneũ cum eo.4.phy.tex.cõ.48.idem tex.cõ.36.&.69.

Corpus mathematicum & uacuam nullam habent differen-

tiam,cum utrinq; ſint res dimēſiones abſtractę à materia. Cōmen.4.phyſi.cō.51.& tex.cō.76.&.77.

Corporibus cœleſtibus,ſi in eodem loco poſſibile eſſet exiſtere:& infinita,& totus mundus poſſet eſſe in grano ſinapis.4.phyſi.tex.cōmen.53.&.76.

Corpora duo ſimul eſſe impoſſibile eſt.4.phyſi.55.tex.

Corporum penetrationis impoſſibilitas eſt ex ſuis terminis mathematicis,nō ex ſuis accidētibus ſenſibilibus.4.phy.cōmen.76.& elicitur ex textu.

Corpora non eſt neceſſarium habere alias dimenſiones,p̄ter dimenſiones ſui.4.phyſi.cōmen.77.

Corpora naturalia non diuiduntur in infinitum, inquantum naturalia ſunt.7.phyſi.cōmen.2.idem.6.phyſi.32.

Corpus quod circulariter mouetur.ſ.cœleſte,eſt mediū inter æternum & corruptibile, quia eſt nouū quātum ad ubi,& eſt æternum quantum ad ſubſtantiam. 8.phyſi.cō.15.

Corpora ſimplicia,ſunt quæ maxime dubitare faciunt,utrū omne motum habeat motorē.8.phy.cōmen.28.&.2.phy.cōmen.3.&.7.phyſi.cōmen.2.

Corpora ſimplicia à generante habent formā & oīa accn̄tia conſequentia formam, quorū unum eſt motus in loco,mediante tamen forma.8.phy.cō.32.&.3.cœli.cō.28.

Corpora ſimplicia habent principiū receptionis motus eſſentialiter,non autem principium quo moueant ſe niſi per accidens.8.phy.cōmen.32.¶ Vbi aduerte ꝙ Ariſt. in fine illius textus in illa ardua quęſtione de motu grauium & leuium,concludit finaliter ꝙ non habent principium mouēdi aut faciendi,ſed patiendi.Quę uerba multos in errorem detruſerunt, non ponderantes uerba Cōmenta. gloſantis mentem Philoſophi fuiſſe,ꝙ eſſentialiter.i.quando elemēta mouentur de potentia eſſentiali, non habēt principium intrinſecum actiuum, ſic enim mouentur à generante : ſed bene habent principium intrinſecum paſſiuum, quod eſt materia ex qua generantur. Sed per accidēs.ideſt dum mouentur de potentia accidentali, eſt conuerſo modo : quia ſic habent principium intrinſecum actiuum,& eſt ſua forma : ſed non habent principium intrinſecum paſſiuum, quia ſi quod eſſet,illa eſſet materia prima, quæ cùm ſit ens in pura potentia,non poteſt eſſe ſubiectum motus.Et ideo non habent reſiſtentiam intrinſecam,ſed medium eſt illud quod reſiſtit. Vnde elm̄tum de potentia accidentali poſtq̃ in initio motus fuit motum per accidens à remouente prohibens,tunc ipſum mouendo per ſe medium, mouet ſeipſum per accidens: & iſte motus effectiue eſt à ſua forma. Ariſto. autem ideo elementa collocauit in numero eorum quæ mouentur ab extrinſeco, quia talia non mouent̄ ex ſe, niſi poſtq̃ fuerint mota ab alijs, ut teſtatur Cōmen. 8.phy. cōmen.27.&.29.Et propter aliam cauſam quam allegat Cōmenta.in.8.phyſi.cōmen.44.quia Ariſto.in.8.phyſi. motum ex ſe deſcribit,non ſolum per habere principium mouendi ſe,ſed etiam quieſcendi ſe:& hoc eſt animalis & animatorum propriū,ut patet.8.phyſi.tex.& cō.29.Vnde ſtrictè ſumitur motum ex ſe ab Ariſto & iſta eſt ueritas.uide ample com̄.28.in.3.cœli de hoc,& alibi ſæpe.

Corpus impoſſibile eſt ꝙ moueat in loco,abſq; hoc ꝙ moueatur eſſentialiter.8.phyſi.cōmen.35.

Cōtra Ale. Achilli. & Pet. Pōp.

Corpus mutat locum,& ideo quod in corpore eſt,etiam mutare locum neceſſe eſt.8.phyſi.tex.cōmē.51.¶ Caueant igitur ponentes primum motorem & reliquas intelligentias dare eſſe per informationem orbibus:quia tunc ineuitabiliter ſequitur ꝙ moueantur per accidens ad motum orbis. Quia nullus intellectus recte diſpoſitus,poteſt ſine implicatione contradictionis intelligere eſſe formam abſtractā informantem ſuum ſubiectum,quæ ad motum ſui ſubiecti nullo modo moueatur,neq; per ſe,neq; per accidens. Nec ualet euaſio dum dicunt,ꝙ hoc fallit in formis non eductis de potentia materiæ : quia tales ex hoc ꝙ non ſunt conſtitutę in eſſe per ſubiectum, poſſunt informare materiam,tamen non mouebūtur aliquo modo.Nam certum eſt ꝙ forma illa,aut ibi eſt ubi eſt formatū aut non:ſi non, igitur informat:ſi ſic,igitur dum formatum mutat locum,etiam forma mutat. Vnde etiam omnes Theologi, qui fuerūt etiam doctiſſimi in philoſophia,concedunt animam intellectiuā moueri per accidens ad motū corporis,cum tamen non ſit educta ex materia,nec extenſa ad corporis extenſionem.

Corpus aut uirtus in corpore,actione infinitam habere non poteſt.8.phyſi.tex.cōmen.79.

Corpora ſimplicia ab extrinſecis recipiunt raritatem & denſitatem,& recipiendo denſitatem,quaſi recipiunt quādam penetrationem in ſuis partibus.8.phy.cōmen.82.Et talis penetratio(ut ſubdit)eſt quaſi quid medium inter eſſe ſpirituale & corporale.

Corpora ſimplicia carent figura & termino,& multum uicinantur in natura naturæ materiæ.8.phyſi.cōmen.82.Conſimile.3.cœli.cō.67.&.2.cœli.com̄.32.

Corpus naturale ſolum inter alia corpora eſt completum. Auer.in procemio primi libri de cœlo.¶ Ex quo datur intelligi eſſe plura corpora q̃ mathematicum,ultra corpus naturale.Et forte iſte locus fuit ī cauſa ꝙ Albertus poſuit tertiū corpus,uidelicet metaphyſicum, in principio primi phyſi. Vide de hoc in concordantijs nuper æditis à nobis.

Corpus eſt ſubiectum uniuerſale ſcientiæ naturalis. primo cœli. cōmen.2.idem.12. metaphy.cōmē.5.&.3.de anima cōmen.39.uide in concordantijs.

Corporum quædam non continentur in alijs,ut totus mundus:& quędam continent̄,ut partes mundi.1.tex.cō.4.

Corporis cœleſtis eſſe,eſt ſenſibile per ſe.1.cœli.cōmen.5.ui de quo ſenſu in.3.phyſi.cōmen.48.ubi dicit ꝙ eſt ſenſibile uiſu,& non eſt tangibile omnino.

Corporis ſimplicis diffinitio,eſt habere principium motus localis in ſeipſo ſecundum naturam:ex qua diffinitione,apparet etiam diffinitio corporis compoſiti,& eſt illud quod habet in ſe plura principia uno.Auerro.primo cœli cōmē.7.& elicitur ex textu.

Corporis ſimplicis ſimplex eſt motus,& compoſiti mixtus. primo cœli.tex.cōmen.7.

Corpora compoſita impoſſibile eſt ut ſint compoſita æqualiter.ſuprà.cōmen.7.idem.2.de generatione.48.&.4.meteo.cōmen.10.&.10.meta.23.& in.2.colliget. cap. ultimo contra Galenum.

Digreſſio cōtra Aug. Sueſſa. An moueatur mixtum.

Corpora compoſita mouentur ab elemento dominante. primo cœli.tex.cōmen.7.&.8.& in.2.de anima.14.&.39.& 2.de generatione.49.¶ Ex quo patet quantum deuiet à ueritate ille Sueſſanus, qui tenuit mixtū moueri principaliter à forma mixti:cū tamen Ariſt.hic aperte reclamet,& Auer. in cōmen compoſita moueri ab elemento dominante. in textu.7.&.8.primo cœli. Vnde Cōmenta.ibi in principio com̄.8.ſcribit formaliter hęc uerba:Quia eadem natura eſt principium unius motus,neceſſe eſt ut unus motus habeat eandem naturam:& quia corpus ſimplex habet eandē naturam, oportet ut corpus ſimplex habeat eūdem motum: & quia naturæ plures una,neceſſe eſt ut habeant plus uno motu.Corpora in quibus ſunt plures una natura, oportet ut habeant plus uno motu:& forte ſi habuerint unum motū, erit ſecundum corpus ſimplex dominans, non ſecūdum ꝙ eſt compoſitum:quoniam ſi ita eſſet contingeret ut compoſitum ſit ſimplex. Motus enim unus prouenit ab una natura,& habens unam nām neceſſario eſt ſimplex. Patet autē cuilibet etiam de nouo incipiēti philoſophari, ꝙ illa Auer. conſequētia nulla eſſet,nec dictum Philoſophi haberet ueritatem.¶ Amplius Commentator.primo cœli.cōmen.18. expreſſe dicit ꝙ unus motus ſpecie non eſt niſi unius corporis ſpecie:unde impoſſibile eſt ꝙ æquè primò unus motus ſecūdum ſpeciem,inſequatur diuerſas formas ſpecie differentes.In hoc damnat Cōmen.Ioānem Grāma.primo cœli cōmen.18.ꝙ uoluit motum ignis & aeris eſſe idem ſpecie,& motum aquæ & terræ.¶ Vnde ſcire debes ꝙ corpora compoſita de quibus Ariſto.loquitur,ſunt corpora mixta inanimata.Non enim loquitur de animatis quæ mouentur motu uoluntario,ut bene notauit Cōmenta.in ſua paraphraſi in ſumma.4.& fuit dictum Alexan.& Simplicij.Talia enim mouentur illo motu ab anima,et non ab elemēto dominante.Corpora autem mixta inanimata ſunt in dupli ci differentia,quia quædā non ſunt uerè mixta, quia in qua dam iuxtà poſitione partium conſiſtit eorū mixtio:& ideo nō ſunt uerè mixta,ut patet ex.2.de gn̄atione & corruptione.& talia ſunt ut turbines,& uēti & id genus. Vnde talia nō uno motu ſimplici mouent̄,ſed mixto,quia una nā mouet ſurſum, & alia deorſum: & cum neutra poſſit ſimpl'r uincere aliam,tūc ꝓuenit quidā motus mixtus & inflexus. Sed in mixtis perfectis & habentibus ueram mixtionem, & formam ſuperadditam formis elementorum, nō eſt niſi unus motus ſimplex: & ille inſequit̄ primo elm̄tum dominans in eo. Impoſſibile enim eſt in uerè mixto plura elementa dominari. Vnde Cōmenta.in.10.meta. cōmen.23. inquit ꝙ compoſitum eſt unum in actu per partem dominantem;etſi non,non eſſet unum in actu.Et hr̄ etiam aperte ex determinatis per Philoſophum.2.de generatione.tex. cōmen.48.&.4.mete.cōmen.10.¶ Ne autem aliquis ſuſpicetur nos ita ſcribere ſtudio contradicendi, uideat Auer.in ſua paraphraſi in ſumma.4.Sed quod decepit iſtum hominem et ſequaces eius,fuit,quia cùm mixtum habeat formā ſubſtantialem per q̃ mixtum eſt in ſpecie:igitur ſua forma eſt principium motus per ſe primum in talibus,& non forma elementi,quæ uidet̄ eſſe in mixto in potentia reſpectu formæ mixti ; natura enim eſt principium motus. Sed animaduertat dictū Auer.in primo phyſi.cōmen.1.ubi dicit, ꝙ quæcunq; ſunt præter primam materiam & ultimā formam,ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ:unde materia prima & forma elementaris dicuntur cauſæ ſimplices.Diffinitio igitur naturæ(ut inquit Simplicius in primo cœli)magis coarctate ſumitur in primo cœli,quā in.2. phyſi.quia ſumitur ut eſt principium motus localis tantū. Vnde Ariſto.pro principio ſuæ diſputationis aſſumpſit in tex.cōmen.5.ꝙ omnia corpora naturalia habēt principiū motus in ſeipſis ſecundum locum. Et probat hoc per diffinitionem naturæ.Natura autem iſta quæ eſt principiū motus localis,eſt forma corporis ſimplicis,quia illa uerè natura dicitur:forma autem mixti potius dicitur forma naturata,quia ex naturis ſimpliciū eſt cauſata. Et ideo falſum eſt ꝙ elementum dominans,ſit in potētia reſpectu motus ſimplicis qui debetur mixto merito ſui:immo ut ſic eſt in actu ſufficienti ad mouēdum,licet reſpectu formæ mixti una cū alijs ſit quodammō in potentia, inquantum mixtum ut eſt quoddam naturatum,reponitur in ſpecie per formam mixti.Sed in motu elementum,ex quo dominat̄ cæteris, habet rationem formæ & actus:nam forma mixti nō eſt de principijs actiuis motus localis ſimplicis,quia motus ſimplex eſt effectus formæ ſimplicis,non formæ cōpoſitæ. Sed immorari in iſtis diutius eſt ſuperfluum,cum clarum ſit apud Peripateticos,ꝙ differētia(ut dicit Cōmenta.com̄.7.primi de cœlo.)inter ſimplex & compoſitum eſt ex ſuis diffinitionibus,penes hoc,quia ī ſimplicibus eſt una natura mouēs, in compoſitis ſunt plures una; & ſi fuerit una, eſt ſimplex natura dominans in illo compoſito.

Corpora in quibus ſunt plures naturę,oportet ꝙ ſint plures motus: & ſi fuerit unus, erit ſecundum corpus dominans. primo cœli.cōmen.8.& habetur ex tex.

Corpora ſimplicia oportet ꝙ ſint tot ſecundum numerum, quot ſunt motus ſimplices.ſuprà. Cōmenta. ¶ Ex quo patet ꝙ numerus ſimplicium corporum non ſolum ex qualitatibus,uerū etiam ex motibus localibus cōprehendi pōt. Vide tamen quæ uia ſit certior.4.cœli.tex.cō.34.

Corpus ſimplex impoſſibile eſt ꝙ habeat duos motus naturales.primo cœli.tex.cōmen.9.

Corpus infinitum non habet complementum,neq; finem.1. cœli.cōmen.12.&.3.phyſi.tex.cōmen.64.

Corpus rectarum dimenſionum non eſt finitum,niſi ꝓpter corpus continens ipſum exterius.ſuprà.cō.12.

Corporum ſimilium eſt eadem natura partis totius. primo cœli.tex.cōmen.19.

Corpora ſimplicia ſunt quinque, quia numerus earū eſt ſm̄ numerum motuum.1.cœli.tex.cōmen.23.

Corpus circulare non habet contrariū,& huius uera demonſtratio(licet eam Ariſto.ſubticuerit)talis eſt:Qui ſurſum et deorſum contrarietatis cauſa eſt, & ipſius ſurſum & deorſum cauſa eſt:ipſum corpus circulare,unde ipſum circulare corpus contrarietatis cauſa eſt: ei igitur nulla ineſt contrarietas . Auerro.in paraphraſi primi de cœlo. in ſumma 6.iuxta finem.

Corpus quodlibet,aut ſimplex eſt,aut compoſitum.1.cœli. tex.cōmen.34.¶ Vbi Cōmenta.dicit ꝙ hæc diuiſio eſt manifeſta per ſe,et nullus poteſt dicere ꝙ nullum corpus ſimplex eſt,plura enim corpora diſſoluūtur in alia:ſed hęc diſſolutio non procedit in infinitum,quapropter neceſſe eſt ut ſint corpora ſimplicia: & etiā iam declarauit corpora ſimplicia eſſe per motus ſimplices ,& ꝙ ſunt quinque.Et ideo hæc propoſitio aut eſt manifeſta per ſe,aut iā eſt declarata.

Corpus non poteſt imaginari eſſe infinitum,niſi ex parte generis eius, uidelicet inquantum magnitudo, non autem ex parte differentię.primo cœli.cōmen.39.& ſimiliter eſt de linea & ſuperficie.

Corpus figuratum eſt quod continetur ab una ſuperficie,aut à pluribus ſuperficiebus.ſuprà.

Corpora grauia non pertranſeunt medium,& ex ſuo deſcēſu eundem locum intendunt. 1.cœli.tex.cō.44.

Corporis infiniti grauis aut leuis, neceſſe eſt grauitatem aut leuitatem eſſe infinitam.ſuprà.46.

Corpora ſunt ꝓportionata in grauitate & leuitate,ſicut ſunt in magnitudine.1.cœli.tex.cō.47.¶ Vbi habetur in tex.ꝙ proportionantur magnitudines grauitatibus. Cōmenta.autem limitat iſtam propoſitionem in tex.48.in his quę ſunt eiuſdem ſpeciei maximè , propter id quod eſt de plumbo reſpectu terræ,ut notat Cōmen.ibidē cō.49.&.3.cœli cō. 8.Vbi aduertat diligēs lector tranſpōnem in cōmento Arabico,quia cōmentū.48.correſpondet textui noſtro.47.

Corpus quodlibet phyſicum ſemper neceſſe eſt motum habere.1.cœli.tex.com̄.57.& tex.com̄.5.

Corpus compoſitum ex graui & leui,aut cōponitur ſm̄ mixtionem,aut ſecundū uicinitatem partium.ſuprà.

Corpus quodlibet aut eſt agens,aut patiens, aut utroq; participans.primo cœli.cōmen.65.& ponitur expreſſe in tex. cōmen.68.¶ Hęc autem propoſitio eſt manifeſta per ſe,(ut aſſerit Cōmentator)quia corpora cœleſtia agunt & nō patiuntur:corpora autem quæ ſunt hîc & agūt & patiuntur. ¶ Aduerte tamen ꝙ Cōmenta.in.cōmē 68.ibidem limitat iſtam ꝓpoſitionem de corpore ſenſibili ſenſu tactus, & tacuit,ut ait,corpus cœleſte:quia antiqui omnes dixerunt ipſum eſſe non patiens:imo oēs dixerūt ipm̄ eſſe ignem,aut compoſitum in quo dominat̄ ignis,& maximè de ſtellis.

Corpus infinitum ſi concedatur agere in tempore,neceſſariò ſequitur ipſum habere proportionem ad finitum,quod eſt impoſſibile.primo cœli.com̄.64.

Corpus nullum poteſt mouere in infinito tempore,quia moueret in nullo tempore.& hoc ſequitur in corpore cœleſti ſicut in alijs.primo cœli cōmen.65.¶ Ratio autem eſt,quia (ut aſſerit Cōmenta.ibi in cōmento)hoc eſt motoris incorporei proprium.idem.8.phy.tex.cōmen.79.uide etiam.1. cœli.cōmen.100.in fine.

Corpora quæcunq; in loco ſunt,ſunt ſenſibilia. primo cœli. tex.cōmen.69.

Corpus,aliud ſenſibile,aliud intelligibile.colligitur ex primo cœli.tex.com̄.69.&.3.meta.cōmen.17.

Corporū infinitorꝝ,potētiæ ſunt,infinitæ.ſuprà.cō.71.&.65

Corpora nālia,aut ſunt mota,aut quieſcētia.ſuprà.76.

Corpora nālia,aut mouentur nāliter,aut uiolentia ſuprà.

Corpora naturalia quieſcentia,aut quieſcunt naturaliter, aut uiolenter.ſuprà.

Corpus naturale inueniri,cuius motus non ſit nālis,impoſ'e eſt.ſuprà.cō.81.&.57.&.3.cœli.tex.cō.18.19.&.26.

Corpora ſimplicia per ſe naturaliter mouētur.i.à principijs intrinſecis,& non à principijs extrinſecis.primo cœli.cō. 89.& idem cōmen.81.& alibi.

Corpora omnia,pręter ultimum corporum cœleſtium,ſunt

tiam, cum utrinq; ſint tres dimẽſiones abſtractę à materia. Cõmen. 4. phyſi. cõ. 51. & tex. cõ. 76. & 77.

Corporibus cœleſtibus, ſi in eodem loco poſſibile eſſet exiſtere: & infinita, & totus mundus poſſet eſſe in grano ſinapis. 4. phyſi. tex. cõmen. 53. & 76.

Corpora duo ſimul eſſe impoſſibile eſt. 4. phyſi. 55. tex.

Corporum penetrationis impoſſibilitas eſt ex ſuis terminis mathematicis, nõ ex ſuis accidẽtibus ſenſibilibus. 4. phy. cõmen. 76. & elicitur ex textu.

Corpora non eſt neceſſarium habere alias dimenſiones, p̃ter dimenſiones ſui. 4. phyſi. cõmen. 77.

Corpora naturalia non diuiduntur in infinitum, inquantum naturalia ſunt. 7. phyſi. cõmen. 2. idem. 6. phyſi. 32.

Corpus quod circulariter mouetur. ſ. cœleſte, eſt mediũ inter æternum & corruptibile, quia eſt nouũ quãtum ad ubi, & eſt æternum quantum ad ſubſtantiam. 8. phyſi. cõ. 15.

Corpora ſimplicia, ſunt quæ maxime dubitare faciunt, utrũ omne motum habeat motorẽ. 8. phy. cõmen. 28. & 2. phy. cõmen. 3. & 7. phyſi. cõmen. 2.

Corpora ſimplicia à generante habent formã & oia accñtia conſequentia formam, quorũ unum eſt motus in loco, mediante tamen forma. 8. phy. cõ. 32. & 3. cœli. cõ. 28.

Corpora ſimplicia habent principiũ receptionis motus eſſentialiter, non autem principium quo moueant ſe niſi per accidens. 8. phy. cõmen. 32. ⁋ Vbi aduerte ꝙ Ariſt. in fine illius textus in illa ardua quęſtione de motu grauium & leuium, concludit finaliter ꝙ non habent principium mouẽdi aut faciendi, ſed patiendi. Quę uerba multos in errorem detruſerunt, non ponderantes uerba Cõmenta. gloſantis mentem Philoſophi fuiſſe, ꝙ eſſentialiter. i. quando elemẽta mouentur de potentia eſſentiali, non habẽt principium intrinſecum actiuum, ſic enim mouentur à generante: ſed bene habent principium intrinſecum paſſiuum, quod eſt materia ex qua generantur. Sed per accidẽs. ideſt dum mouentur de potentia accidentali, eſt conuerſo modo: quia ſic habent principium intrinſecum actiuum, & eſt ſua forma: ſed non habent principium intrinſecum paſſiuum, quia ſi quod eſſet, illa eſſet materia prima, quæ cùm ſit ens in pura potentia, non poteſt eſſe ſubiectum motus. Et ideo non habent reſiſtentiam intrinſecam, ſed medium eſt illud quod reſiſtit. Vnde el'ntum de potentia accidentali poſtq̃ in initio motus fuit motum per accidens à remouente prohibens, tunc ipſum mouendo per ſe medium, mouet ſeipſum per accidens: & iſte motus effectiue eſt à ſua forma. Ariſto. autem ideo elementa collocauit in numero eorum quæ mouentur ab extrinſeco, quia talia non mouenť ex ſe, niſi poſtq̃ fuerint mota ab alijs, ut teſtatur Cõmen. 8. phy. cõmen. 27. & 29. Et propter aliam cauſam quam allegat Cõmenta. in. 8. phyſi. cõmen. 44. quia Ariſto. in. 8. phyſi. motum ex ſe deſcribit, non ſolum per habere principium mouendi ſe, ſed etiam quieſcendi ſe: & hoc eſt animalis & animatorum propriũ, ut patet. 8. phyſi. tex. & cõ. 29. Vnde ſtrictè ſumitur motum ex ſe ab Ariſto. & iſta eſt ueritas. uide ample com̃. 28. in. 3. cœli de hoc, & alibi ſæpe.

Corpus impoſſibile eſt ꝙ moueat in loco, abſq; hoc ꝙ moueatur eſſentialiter. 8. phyſi. cõmen. 35.

Cõtra Ale. Achilli. & Pet. Põp.

Corpus mutat locum, & ideo quod in corpore eſt, etiam mutare locum neceſſe eſt. 8. phyſi. tex. cõmẽ. 51. ⁋ Caueant igitur ponentes primum motorem & reliquas intelligentias dare eſſe per informationem orbibus: quia tunc ineuitabiliter ſequitur ꝙ moueantur per accidens ad motum orbis. Quia nullus intellectus rectè diſpoſitus, poteſt ſine implicatione contradictionis intelligere eſſe formam abſtractã informantem ſuum ſubiectum, quæ ad motum ſui ſubiecti nullo modo moueatur, neq; per ſe, neq; per accidens. Nec ualet euaſio dum dicunt, ꝙ hoc fallit in formis non eductis de potentia materiæ: quia tales ex hoc ꝙ non ſunt conſtitutę in eſſe per ſubiectum, poſſunt informare materiam, tamen non mouebũtur aliquo modo. Nam certum eſt ꝙ forma illa, aut ibi eſt ubi eſt formatũ, aut non: ſi non, igitur informat: ſi ſic, igitur dum formatum mutat locum, etiam forma mutat. Vnde etiam omnes Theologi, qui fuerũt etiam doctiſſimi in philoſophia, concedunt animam intellectiuã moueri per accidens ad motũ corporis, cum tamen non ſit educta ex materia, nec extenſa ad corporis extenſionem.

Corpus aut uirtus in corpore, actione infinitam habere non poteſt. 8. phyſi. tex. cõmen. 79.

Corpora ſimplicia ab extrinſecis recipiunt raritatem & denſitatem, & recipiendo denſitatem, quaſi recipiunt quãdam penetrationem in ſuis partibus. 8. phy. cõmen. 82. Et talis penetratio (ut ſubdit) eſt quaſi quid medium inter eſſe ſpirituale & corporale.

Corpora ſimplicia carent figura & termino, & multum uicinantur in natura naturæ materiæ. 8. phyſi. cõmen. 82. Conſimile. 3. cœli. cõ. 67. & 2. cœli. com̃. 32.

Corpus naturale ſolum inter alia corpora eſt completum. Auer. in procœmio primi libri de cœlo. ⁋ Ex quo datur intelligi eſſe plura corpora q̃ mathematicum, ultra corpus naturale. Et forte iſte locus fuit ĩ cauſa ꝙ Albertus poſuit tertiũ corpus, uidelicet metaphyſicum, in principio primi phyſi. Vide de hoc in concordantijs nuper æditis à nobis.

Corpus eſt ſubiectum uniuerſale ſcientiæ naturalis. primo cœli. cõmen. 2. idem. 12. metaphy. cõmẽ. 5. & 3. de anima cõmen. 39. uide in concordantijs.

Corporum quædam non continentur in alijs, ut totus mundus: & quędam continenť, ut partes mundi. 1. tex. cõ. 4.

Corporis cœleſtis eſſe, eſt ſenſibile per ſe. 1. cœli. cõmen. 5. uide quo ſenſu in. 3. phyſi. cõmen. 48. ubi dicit ꝙ eſt ſenſibile uiſu, & non eſt tangibile omnino.

Corporis ſimplicis diffinitio, eſt habere principium motus localis in ſeipſo ſecundum naturam: ex qua diffinitione, apparet etiam diffinitio corporis compoſiti, & eſt illud quod habet in ſe plura principia uno. Auerro. primo cœli cõmẽ. 7. & elicitur ex textu.

Corporis ſimplicis ſimplex eſt motus, & compoſiti mixtus. primo cœli. tex. cõmen. 7.

Corpora compoſita impoſſibile eſt ut ſint compoſita æqualiter. ſuprà. cõmen. 7. idem. 2. de generatione. 48. & 4. meteo. cõmen. 10. & 10. meta. 13. & in. 2. colliget. cap. ultimo contra Galenum.

Digreſſio cõtra Aug. ſueſſa. A q̃ moueatur mixtum.

Corpora compoſita mouentur ab elemento dominante. primo cœli. tex. cõmen. 7. & 8. & in. 2. de anima. 14. & 39. & 2. de generatione. 49. ⁋ Ex quo patet quantum deuiet à ueritate ille Sueſſanus, qui tenuit mixtũ moueri principaliter à forma mixti: cũ tamen Ariſt. hic aperte reclamet, & Auer. in cõmen compoſita moueri ab elemento dominante. in textu. 7. & 8. primo cœli. Vnde Cõmenta. ibi in principio com̃. 8. ſcribit formaliter hęc uerba: Quia eadem natura eſt principium unius motus, neceſſe eſt ut unus motus habeat eandem naturam: & quia corpus ſimplex habet eandẽ naturam, oportet ut corpus ſimplex habeat eũdem motum: & quia naturæ plures una, neceſſe eſt ut habeant plus uno motu. Corpora in quibus ſunt plures una natura, oportet ut habeant plus uno motu: & forte ſi habuerint unum motũ, erit ſecundum corpus ſimplex dominans, non ſecũdum ꝙ eſt compoſitum: quoniam ſi ita eſſet contingeret ut compoſitum ſit ſimplex. Motus enim unus prouenit ab una natura, & habens unam nãm neceſſario eſt ſimplex. Patet autẽ cuilibet etiam de nouo incipiẽti philoſophari, ꝙ illa Auer. conſequẽtia nulla eſſet, nec dictum Philoſophi haberet ueritatem. ⁋ Amplius Commentator. primo cœli. cõmen. 18. expreſſe dicit ꝙ unus motus ſpecie non eſt niſi unius corporis ſpecie: unde impoſſibile eſt ꝙ æquè primò unus motus ſecũdum ſpeciem, inſequatur diuerſas formas ſpecie differentes. In hoc damnat Cõmen. Ioãnem Grãma. primo cœli cõmen. 18. ꝙ uoluit motum ignis & aeris eſſe idem ſpecie, & motum aquæ & terræ. ⁋ Vnde ſcire debes ꝙ corpora compoſita de quibus Ariſto. loquitur, ſunt corpora mixta inanimata. Non enim loquitur de animatis quæ mouentur motu uoluntario, ut bene notauit Cõmenta. in ſua paraphraſi in ſumma. 4. & fuit dictum Alexan. & Simplicij. Talia enim mouentur illo motu ab anima, et non ab elemẽto



dominante. Corpora autem mixta inanimata ſunt in dupliçi differentia, quia quædã non ſunt uerè mixta, quia in quadam iuxtà poſitione partium conſiſtit eorũ mixtio: & ideo nõ ſunt uerè mixta, ut patet ex. 2. de gñatione & corruptione, & talia ſunt ut turbines, & uẽti & id genus. Vnde talia nõ uno motu ſimplici mouenť, ſed mixto, quia una nã mouet ſurſum, & alia deorſum: & cum neutra poſſit ſimpl'r uincere aliam, tũc ꝓuenit quidã motus mixtus & inflexus. Sed in mixtis perfectis & habentibus ueram mixtionem, & formam ſuperadditam formis elementorum, nõ eſt niſi unus motus ſimplex: & ille inſequiť primo el'ntum dominans in eo. Impoſſibile enim eſt in uerè mixto plura elementa dominari. Vnde Cõmenta. in. 10. meta. cõmen. 23. inquit ꝙ compoſitum eſt unum in actu per partem dominantem: et ſi non, non eſſet unum in actu. Et hr̃ etiam aperte ex determinatis per Philoſophum. 2. de generatione. tex. cõmen. 48. & 4. mete. cõmen. 10. ⁋ Ne autem aliquis ſuſpicetur nos ita ſcribere ſtudio contradicendi, uideat Auer. in ſua paraphraſi in ſumma. 4. Sed quod decepit iſtum hominem et ſequaces eius, fuit, quia cùm mixtum habeat formã ſubſtantialem per q̃ mixtum eſt in ſpecie: igitur ſua forma eſt principium motus per ſe primum in talibus, & non forma elementi, quæ uideť eſſe in mixto in potentia reſpectu formæ mixti: natura enim eſt principium motus. Sed animaduertat dictũ Auer. in primo phyſi. cõmen. 1. ubi dicit, ꝙ quæcunq; ſunt præter primam materiam & ultimã formam, ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ: unde materia prima & forma elementaris dicuntur cauſæ ſimplices. Diffinitio igitur naturæ (ut inquit Simplicius in primo cœli) magis coarctate ſumitur in primo cœli, quã in. 2. phyſi. quia ſumitur ut eſt principium motus localis tantũ. Vnde Ariſto. pro principio ſuæ diſputationis aſſumpſit in tex. cõmen. 5. ꝙ omnia corpora naturalia habẽt principiũ motus in ſeipſis ſecundum locum. Et probat hoc per diffinitionem naturæ. Natura autem iſta quæ eſt principiũ motus localis, eſt forma corporis ſimplicis, quia illa uerè natura dicitur: forma autem mixti potius dicitur forma naturata, quia ex naturis ſimpliciũ eſt cauſata. Et ideo falſum eſt ꝙ elementum dominans, ſit in potẽtia reſpectu motus ſimplicis qui debetur mixto merito ſui: immo ut ſic eſt in actu ſufficienti ad mouẽdum, licet reſpectu formæ mixti una cũ alijs ſit quodammõ in potentia, inquantum mixtum ut eſt quoddam naturatum, reponitur in ſpecie per formam mixti. Sed in motu elementum, ex quo dominať cæteris, habet rationem formæ & actus: nam forma mixti nõ eſt de principijs actiuis motus localis ſimplicis, quia motus ſimplex eſt effectus formæ ſimplicis, non formæ cõpoſitæ. Sed immorari in iſtis diutius eſt ſuperfluum, cum clarum ſit apud Peripateticos, ꝙ differẽtia (ut dicit Cõmenta. com̃. 7. primi de cœlo.) inter ſimplex & compoſitum eſt ex ſuis diffinitionibus, penes hoc, quia ĩ ſimplicibus eſt una natura mouẽs, in compoſitis ſunt plures una: & ſi fuerit una, eſt ſimplex natura dominans in illo compoſito.

Corpora in quibus ſunt plures naturę, oportet ꝙ ſint plures motus: & ſi fuerit unus, erit ſecundum corpus dominans. primo cœli. cõmen. 8. & habetur ex tex.

Corpora ſimplicia oportet ꝙ ſint tot ſecundum numerum, quot ſunt motus ſimplices. ſuprà. Cõmenta. ⁋ Ex quo patet ꝙ numerus ſimplicium corporum non ſolum ex qualitatibus, uerũ etiam ex motibus localibus cõprehendi põt. Vide tamen quæ uia ſit certior. 4. cœli. tex. cõ. 34.

Corpus ſimplex impoſſibile eſt ꝙ habeat duos motus naturales. primo cœli. tex. cõmen. 9.

Corpus infinitum non habet complementum, neq; finem. 1. cœli. cõmen. 11. & 3. phyſi. tex. cõmen. 64.

Corpus rectarum dimenſionum non eſt finitum, niſi ꝑpter corpus continens ipſum exterius. ſuprà. cõ. 12.

Corporum ſimilium eſt eadem natura partis totius. primo cœli. tex. cõmen. 19.

Corpora ſimplicia ſunt quinque, quia numerus earũ eſt ſm̃ numerum motuum. 1. cœli. tex. cõmen. 23.

Corpus circulare non habet contrariũ, & huius uera demonſtratio (licet eam Ariſto. ſubticuerit) talis eſt: Qui ſurſum et deorſum contrarietatis cauſa eſt, & ipſius ſurſum & deorſum cauſa eſt: ipſum corpus circulare, unde ipſum circulare corpus contrarietatis cauſa eſt: ei igitur nulla ineſt contrarietas. Auerro. in paraphraſi primi de cœlo. in ſumma 6. iuxta finem.

Corpus quodlibet, aut ſimplex eſt, aut compoſitum. 1. cœli. tex. cõmen. 34. ⁋ Vbi Cõmenta. dicit ꝙ hæc diuiſio eſt manifeſta per ſe, et nullus poteſt dicere ꝙ nullum corpus ſimplex eſt, plura enim corpora diſſoluũtur in alia: ſed hęc diſſolutio non procedit in infinitum, quapropter neceſſe eſt ut ſint corpora ſimplicia: & etiã iam declarauit corpora ſimplicia eſſe per motus ſimplices, & ꝙ ſunt quinque. Et ideo hæc propoſitio aut eſt manifeſta per ſe, aut iã eſt declarata.

Corpus non poteſt imaginari eſſe infinitum, niſi ex parte generis eius, uidelicet inquantum magnitudo, non autem ex parte differentię. primo cœli. cõmen. 39. & ſimiliter eſt de linea & ſuperficie.

Corpus figuratum eſt quod continetur ab una ſuperficie, aut à pluribus ſuperficiebus. ſuprà.

Corpora grauia non pertranſeunt medium, & ex ſuo deſcẽſu eundem locum intendunt. 1. cœli. tex. cõ. 44.

Corporis infiniti grauis aut leuis, neceſſe eſt grauitatem aut leuitatem eſſe infinitam. ſuprà. 46.

Corpora ſunt ꝓportionata in grauitate & leuitate, ſicut ſunt in magnitudine. 1. cœli. tex. cõ. 47. ⁋ Vbi habetur in tex. ꝙ proportionantur magnitudines grauitatibus. Cõmenta. autem limitat iſtam propoſitionem in tex. 48. in his quę ſunt eiuſdem ſpeciei maximè, propter id quod eſt de plumbo reſpectu terræ, ut notat Cõmen. ibidẽ cõ. 49. & 3. cœli cõ. 8. Vbi aduertat diligẽs lector tranſpõnem in cõmento Arabico, quia cõmentũ. 48. correſpondet textui noſtro. 47.

Corpus quodlibet phyſicum ſemper neceſſe eſt motum habere. 1. cœli. tex. com̃. 57. & tex. com̃. 5.

Corpus compoſitum ex graui & leui, aut cõponitur ſm̃ mixtionem, aut ſecundũ uicinitatem partium. ſuprà.

Corpus quodlibet aut eſt agens, aut patiens, aut utroq; participans. primo cœli. cõmen. 65. & ponitur expreſſe in tex. cõmen. 68. ⁋ Hęc autem propoſitio eſt manifeſta per ſe, (ut aſſerit Cõmentator) quia corpora cœleſtia agunt & nõ patiuntur: corpora autem quæ ſunt hĩc & agũt & patiuntur. ⁋ Aduerte tamen ꝙ Cõmenta. in. cõmẽ 68. ibidem limitat iſtam ꝓpoſitionem de corpore ſenſibili ſenſu tactus, & tacuit, ut ait, corpus cœleſte: quia antiqui omnes dixerunt ipſum eſſe non patiens: imo oẽs dixerũt ipm̃ eſſe ignem, aut compoſitum in quo dominať ignis, & maximè de ſtellis.

Corpus infinitum ſi concedatur agere in tempore, neceſſariò ſequitur ipſum habere proportionem ad finitum, quod eſt impoſſibile. primo cœli. com̃. 64.

Corpus nullum poteſt mouere in infinito tempore, quia moueret in nullo tempore. & hoc ſequitur in corpore cœleſti ſicut in alijs. primo cœli cõmen. 65. ⁋ Ratio autem eſt, quia (ut aſſerit Cõmenta. ibi in cõmento) hoc eſt motoris incorporei proprium. idem. 8. phy. tex. cõmen. 79. uide etiam. 1. cœli. cõmen. 100. in fine.

Corpora quæcunq; in loco ſunt, ſunt ſenſibilia. primo cœli. tex. cõmen. 69.

Corpus, aliud ſenſibile, aliud intelligibile. colligitur ex primo cœli. tex. com̃. 69. & 3. meta. cõmen. 17.

Corporũ infinitorũ, potẽtiæ ſint, infinitæ. ſuprà. cõ. 71. & 65.

Corpora nãlia, aut ſunt mota, aut quieſcẽtia. ſuprà. 76.

Corpora nãlia, aut mouentur nãliter, aut uiolentia ſuprà.

Corpora naturalia quieſcentia, aut quieſcunt naturaliter, aut uiolenter. ſuprà.

Corpus naturale inueniri, cuius motus non ſit nãlis, impoľe eſt. ſuprà. cõ. 81. & 57. & 3. cœli. tex. cõ. 18. 19. & 26.

Corpora ſimplicia per ſe naturaliter mouẽtur. i. à principijs intrinſecis, & non à principijs extrinſecis. primo cœli. cõ. 89. & idem cõmen. 81. & alibi.

Corpora omnia, pręter ultimum corporum cœleſtium, ſunt

in loco eſſentialiter.primo cœli cõmen.91.idem.4.phyſi. cõmen.43.45.&.71.

Corporis quieſcentis eſſe,requirit eſſe corporis mobilis ſcilicet ignem,& de neceſſitate eſſendi extrema, eſt medium ſcilicet aerem & aquam.primo cœli com̃.97.uide pro hoc Philoſophum.2.cœli tex.cõmen.18.

Corpus quodlibet ſiue rectum ſiue circulare ſit,habet uirtutem finitam in uigore ſeu uelocitate motus,ut oſtenſum eſt in primo cœli, in tractatu de infinito. Cõmenta.1.cœli in paraphraſi in fine.

Corpus quodlibet compoſitum eſſe ex materia & forma,demonſtratũ eſt in primo phyſicæ auſcultationis:ſed iſta nõ eſt uniuerſalis,ſed ſolum de generabilibus & coruptibilibus,quorum ratio inuentione materiæ demonſtratur. Corpora uerò æterna nequaquã hoc modo compoſitionis cõponuntur.Cõmentator in paraphraſi primi de cœlo in fine,contra Auicennam.

Corporis potentia,duobus modis finita intelligi põt. ſuprà.

Corpus primum, primam figuram habet.ſecundo cœli.cõ.22.& tex.cõmen.26.

Corpora q̃dam ſunt rotunda ex ſuis naturis,q̃dã uerò ex naturis eorum in quibus extant.2.cœli.tex.cõ.26.

Corporis ſphęrici ꝑtes ſuccedunt ſuꝑ eodẽ loco ante et poſt, ſecus eſt de partibus corporis nõ ſphærici.ſuprà.cõ.27.

Corpus ſphæricum eſt minus in circũferentia,corpore rectarum dimenſionum ęquali ei in magnitudine,ut eſt oñſum in geometria.2.cœli.tex.cõmen.29.

Corpus ſphæricum continens totum , non eſt in loco,cũm nihil ſit extra continens ipſum,quia eſt ꝑfectum. Alia autem neceſſario ſunt in loco,& neceſſe eſt ut extra ea ſit aliquid.2.cœli.cõmen.27.

Corporis ꝑtes naturaliter ſunt ex natura corporis cuius ſunt partes.2.cœli tex.cõmen.41.

Corpora duo tangentia unum aliud,ſi æqualia fuerint,& fuerit unum eorum ꝓfundius alio,neceſſe eſt ut actio profundioris & ſpiſſioris in corpus quod tangit ſit maior , quãuis ſuperficies quibus fit contactus ex ambobus ſint æquales: nam potentia diuiditur ſecundum corporis diuiſionem. ſuprà.cõmen.42.

Corpora duo æqualia,quorũ unum eſt dẽſius altero,neceſſe eſt ꝙ denſius ſit fortioris actionis.2.cœli.cõ.42.

Corpus calidum cũm fuerit motum,erit in ſua ultima perfectione, quia motus eſt perfectio corporis calidi: & hoc eſt manifeſtum in igne, qui dum non mouetur extinguitur. ſecundo cœli.cõmen.42.

Corpus quodlibet habere finitam potentiam,intelligitur de potentia finita in uigore.2.cœli.com̃.71.

Corpora naturalia ſunt naturalia eodem modo, & impoſſibile eſt in illo modo ut inueniantur contrarietates.2.cœli. cõmen.83.uide in concordantijs.

Corpus ſphæricum ferri poſitum in centro ſphæræ adamanteæ,neceſſario ſtaret in centro propter æqualitatem attractionis.2.cœli.cõmen.90.

Corpora habentia declinationem uigorantur in motu,quantò magis fuerint propinqua loco.ſuprà. cõmen.92.idem tex.cõmen.35.&.8.phyſi.76.

Corpus quod neq; ſit elementum,neq; ex elementis cõſtet, inueniri impoſſibile eſt.3.cœli.tex.cõmen.13.¶Sed opponebam de cœlo,quod nulli eſt elementum, neq; eſt ex elementis.1.cœli.tex.cõ.57.& tex.cõ.5.uide in cõcordantijs.

Corpus quodlibet ſimplex habet quietem naturalem.tertio cœli.tex.cõmen.19.

Corpori accidit elementum eſſe,quia elementum non dicit̃ niſi reſpectu eius cuius eſt elementum.3.cœli.tex.com̃.31. ¶Hoc idem elicitur ex.10.meta. tex. cõmen.2.ubi dicitur: Non enim idem igni & elemento eſſe, ſed ut quidem re,& natura ignis;elementum uerò nomen ſignificat, eo ꝙ hoc acciderit ipſi,quia eſt aliquid ex quo ut primo inexiſtente, ſic & in cauſa,& uno,& talibus omnibus.

Corpus ſemper corpori comparabile eſt ſecundum quantũ. tertio cœli.tex.cõmen.47.

Corpus minus maiori eſt facilius corruptibile.tex.cõ.52.

Corpus mathematicum imobile eſt,& nullam habens inclinationem.3.cœli.tex.cõmẽ.55.¶Vbi aduerte dictum Cõmentatoris, & pondera ꝙ alio modo corpus mathematicũ dicitur nullam habere inclinationem,uidelicet neq; grauitatem aut leuitatem,& alio modo cœlum: quia in corpore mathematico eſt ſecundum negationem ſimplicem, ſecus autem eſt de orbe. uide pro hoc primo cœli commen.17. in paraphraſi. Auerrois ibidem in ſumma.5. in principio inquit: Quum non graue aut leue eſſe profero, circulari motu mobile corpus , non de ſimplici priuatione intentio eſt,ſed affirmationis uim ſermo intendit:non ut lapidem dicimus,neq; tacitum eſſe neq; loquentem.

Corpora mathematica non habent eſſe extra intellectum ſecundum opinionem Ariſt.licet omnes anteceſſores eius oppoſitum tenuerint,ut reputo.3.cœli.com̃.72.

Corpora conſiſium partiũ,ut caro & os,non hñt diuerſitatẽ abſolutam,ſed ſm̃ magis & minus.4.cœli.cõ.41.

Corpora diuidẽtia diuerſificãtur in fortitudine & debilitate, & ꝓpter figuras,& ꝓpter graultatem.ſuprà.tex.cõ.44.

Corpus quodlibet ſenſibile,diuiſibile eſſe ſecundum quodcunque ſignum & indiuiſibile non eſt inconueniens:hoc enim poteſtate,illud autem endelechia exiſtit. primo de generatione.tex.cõmen.9.

Corpus ſenſibile ſine contrarietate eſſe,impoſſibile eſt.2.de genera.tex.cõ.3.¶Vbi animaduerte ꝙ ſumitur ſenſibile ꝓ tangibili,ꝓpter corpus cœleſte,de quo demonſtratum eſt non habere contrarium neq; ſubiectum.

Corpus eſt inſtrumentum aĩæ,& corpora aĩalium conueniẽtia ſunt aĩabus eorum.1.de anima.52.& tex.cõ.53.

Corpora maximè ſubſtantiæ eſſe uidentur,& horum phyſica:hæc enim aliorum ſunt principia.2.de anima.tex.com̃.3.ubi Cõmenta:gloſat hoc habere ueritatem,ſm̃ ꝙ eſt magis famoſum.Nam ſecundũ ueritatem forma eſt magis ens & perfectius compoſito, ut ipſe tenet in.7.meta.tex.cõ.7. & etiam in.8.tex.cõmen.7.&.2.phyſi.com̃.4.

Corpus non perficitur per corpus,cum non ſit innatum eſſe in ſubiecto.ex.2.de anima.tex.cõmen.26.

Corpora omnia phyſica animæ inſtrumenta ſunt.ſecundo de anima.tex.cõmen.37.

Corpora duo in eodẽ loco eſſe impoſ̃e eſt.ſuprà.t.c.69.

Corpora ſonora tres cõditiones habẽt ſeu requirunt, ut ſint leuia,dura,& lata.2.de anima.cõmen.85.

Corpora duo dura non poſſunt in aere aut aqua ſe imediate tangere.2.de anima.tex.cõmen.113.

Corpus quod eſt uniuerſalius genus ſenſibilium,in ſenſibilibus exiſtit.3. de anima.tex.cõmen.39.

Corpus nullum eſt ſubiectum animæ in animali, niſi calor naturalis.Cõmentator in libro de ſenſu.

Corporum quoddam eſt compoſitum,ita ꝙ forma non conſtituitur per materiam:quoddam uerò eſt compoſitum ex materia quæ eſt in potentia, & forma quæ conſtituitur per materia.3.cap.de ſubſtantia orbis.

Corpus dicitur æquiuocè de æterno & non æterno.ſuprà.

Corpus ſphæricum,non ſolidum,factum ex cera,ſi ponatur in mari,congregatur in eo aqua dulcis. Et hoc ſignificat ꝙ ſalſedo accidit mari propter mixtionem.ſecundo meteororum.cap.primo.

Corpora ſimplicia utplurimum à natura inclinantur ad figuram rotundam.3.meteo.cõmen.primo.

Corpora ſubtilia facile corrumpuntur,groſſa uerò econtrario.4.meteo.cõmen.primo.

Corporum homogeneorum ſunt decem & octo differentię.4.meteo.cõmen.primo.

Corpora homogenea non indigent ex cauſis agentibus niſi elementis & corporibus cœleſtibus,ſed corpora organica indigent alio principio: & ideo Ariſtote.dicit quòd homo generatur ab homine & à ſole. Auerro.4.meteo. in ſumma prope finem.

Corporum homogeneorum differentiæ latent, q̃a ſunt propinqua materiæ,& ideo attribuũtur ſemper ad illud quod ſequitur



ſequitur ex calido & frigido,uidelicet cõplexioni:ſed corporum organicorum compoſitorum ex iſtis,differentię apparent magis, quia formæ eorum non ſunt complexionales,nec attribuuntur complexioni ſeu admixtioni,ſicut pes, & cętera membra. Et ideo cum remouentur formę eorum per quas ſunt,organica non remanẽt niſi æquiuocè.Com̃. ibidem. uide etiam de hoc.4.cœli.com̃.40.

Corporum homogeneorum ſunt duæ ſpecies,una eſt eorum quę non ſunt materia alterius,ut numeralia: alia eſt eorum quæ ſunt materia compoſitionis aliorum,ut caro & membra conſimilia , quæ ſunt materia organicorum membrorum,& compoſitio in eis eſt quaſi forma.Et ideo quãdo inueniuntur ſeparata ab organicis,non dicuntur niſi æquiuocè,ſicut caro dicitur de uiua & mortua.Cõmen. in ſumma ſuper.4.meteo.prope finem.

Corpora omnia terminata, quæ ſunt hîc, non ſine terra & aqua ſunt.4.meteo.tex.cõmen.29.

Corpus nullum eſt,niſi mathematicum et ſenſibile.3.meta. tex.cõmen.15.¶Contra dominum Albertum, qui poſuit corpus metaphyſicum.

Corpus impoſſibile eſt ut intelligatur ſine ſuperficie,ſed ſuperficies poteſt intelligi ſine corpore.3.met.tex.cõ.17.

Corpus nonnulli crediderunt, quòd tres dimenſiones ſunt forma ſubſtãtialis corporis, & iſti dicunt corpus, quidam uerò dicunt quòd corpus ſit per coniunctionem ſuperficierum ad inuicem, & iſti dicunt corporeum.7.metaphyſic. cõmen.5.uide.3.cœli.cõmen.60. ¶De prima etiam opinione uide.4.cœli.cõmen.40. ubi dicit quòd quidam exiſtimauerunt quòd corporeitas eſt ſubſtantia, quæ eſt trina dimenſio exiſtens in prima materia. Contra hanc tamẽ opinionem eſt expreſſa ſententia Ariſto.in.7.metaphyſi. tex. cõmen.8.ubi ſcribit quòd longitudo, & latitudo,& profunditas,quantitates quædã ſunt, non ſubſtantię,quãtitas enim non eſt ſubſtantia,ſed magis cui hæc inſunt primum,illud eſt ſubſtantia. Et Auer. in libro de ſubſtantia orbis.cap.1.&.1.phy. cõmen.63. expreſſe tenet trinam dimenſionẽ quæ primitus fundatur in prima materia,eſſe accidens, & de diſpoſitionibus accidentalibus à quibus impoſſibile eſt materiam primam ſeparari.

Corpus quod dicitur de corruptibili & incorruptibili, dicit̃ æquiuocè.10.metaphy.com̃.26.idem.1.cœli.cõ.5.

Corpus neq; ſenſibile neq; intellectuale infinitum eſt.11. met.ca.9.¶Ex quo patet non dari tertium corpus.

Corpus omne ſenſibile,in loco.ſuprà.

Corpus & anima propriè ſunt ſubſtantię abſtractæ,nõ materia, neq; natura authoritate Alex.Cõ.12.met.c.25.

Corpus ſphæricum neceſſario eſt ambiens mundum , alioquin corpora procederent in infinitum , aut terminarentur ad uanum: & ambo ſunt falſa. ex libro deſtruct. diſputa. prima.in ſolutio. 11.dubij.

Corpus illud diffinitiuè dicendum eſt animatum eſſe,quando terminatum in quantitate & qualitate, mobile fuerit ex ſeipſo in loco ab aliqua terminata parte, & non à cauſa aliqua extrinſeca.ex libro deſtru.diſpu. prima.in ſol'o.11.dubij.& eſt ſententia Philoſophi.8.phy.tex.com̃.29.

Corpus ſecundum Philoſophos non eſt agens umbram, q̃a umbra non cauſatur à corpore niſi largo modo : quia agẽs ſeparari debet naturaliter ab effectu, et corpus cum umbra non ſic ſe habet.ex diſp.3.in ſol'o.2.dubij.

Corpus ſecundum Peripateticos omnino à ſeparato nõ procedit,& ſi procederet,dicũt ꝙ procederet ab eo forma ſubſtantialis:deinde magnitudo ſequitur formam. ex diſpu.3. in ſol'o.22.dubij.idem.7.metaphy. com̃.31.in calce commenti.Omne mixtum cum materia fit à mixto cũ materia.

Corpus omne componi ex materia & forma,non eſt propoſitio uniuerſalis apud Philoſophos.diſpu.4.in ſolutio.ſecũdi dubij. Vbi dicit ꝙ ſolus Auicen.conceſſit iſtam propoſitionem uniuerſaliter. Vide etiam in paraphraſi ſuper primum de cœlo & mundo in fine.

Corpus ita eſt uerum in eſſe,ſicut in ſenſu, (hæc radix enim eſt apud Philoſophos.)unde ſi corpora nobis pręſentia nõ eſſent corruptibilia , diceremus ꝙ eſſent ſimplicia. ex diſputa.4.ſol'one.2.dubij.

Corporibus ſi generatio & corruptio non contingeret, non cogeremur dicere ꝙ ſint compoſita ex materia & forma. ſuprà.et.1.phy.cõ.48.ubi dicit Alteratio contrariorum inuicem coegit omnes dicere corpora eſſe compoſita ex pluribus uno.& com̃.ultimo ibidem dicit contra Auic.Nulla uia eſt ad declarandum corpora eſſe compoſita,niſi ex trãſmutatione.idem in principio libri de ſubſtantia orbis.

Corporis nomẽ dictum de cœleſti & corruptibili, potius eſt nomen æquiuocum q̃ uniuocum.diſp.5.in ſol'.3.du.

Corpora omnia ex duabus naturis componuntur .ſ. agente, & patiẽte.Nuncupatur autem agens,forma,et quidditas,et ſubſtantia: patiens uerò nuncupatur ſubiectum , materia, & elementum. diſp.6.in ſol'o.6.dub.

Corpus non generatur niſi ex corpore, neq; corpus animatum niſi ex corpore animato.diſpu.9.in ſol'o.2.dubij.

Corpus abſolutè non generatur,quia fieret ex priuatione.ſuprà.&.1.de genera.tex.com̃.40.

Corpus quinquennio capere uidetur in homine dimidiũ omnis magnitudinis, quæ in reliquo tempore comparatur.1. de generatione animalium.cap.18.

Corpus ex fœmina eſt,anima autem ex mare. Ariſt.in.2.de generatione animalium.cap.4.

Corporis partes ſuperiores, prius tempore generantur ſecũdum Ariſt.& partes interiores prius q̃ exteriores: & in plãtarum genere, pars ſuperior prius ſecernetur q̃ inferior, q̃d in ſeminibus perſpicuum eſt, quę quidẽ prius extra germinant,q̃ ferantur,ut cepę & ſimilia. Auer.in.2. de generatione animalium. cap.2.in.7.pagina, ubi loquitur de ordine membrorum.& habetur ab Ariſto.ibidem cap.4.

Corpora ſimilium partium,inquãtum ſunt ſimilium partiũ, ſunt compoſita ex quatuor elementis:& differentia quę inuenitur in iſtis corporibus conſimilibus, non euenit niſi ſecundum diuerſam menſuram calidi et frigidi,humidi & ſicci, q̃ inuenitur in alia forma tẽperãtię in eis.2.colliget. ca.1.

Corpora duo communicare æqualiter in calore, quorũ unũ eſt ſiccius altero,ut dicit Gale.de puero & iuuene, impoſſibile eſt:quia menſura duarum qualitatum actiuarum ſequitur à menſura paſſiuarum, ideo quia formæ proprię habẽt materias proprias.2.colliget.cap.1.

Corpus uegetabile & animale declinat per caliditatem & humiditatem.3.colliget. cap.34.¶Ex quo patet ꝙ complexio uiuentium declinat ab æquali ad pondus per calidum & humidum, uita enim in calido & humido conſiſtit.

Corporibus quibuſdã accidit,ꝓpter fortitudinẽ caloris eorũ et ꝓpter p̄parationẽ corporum ipſorum,ut cõuertant oĩa q̃ eis adueniunt ad ſubſtãtiam igneam, etiam ſi eſſent minoris caliditatis quã illa.5.colliget. ca.57.¶Vbi aduerte q̃uo poteſt uariari actio ex diuerſa diſpoſitione agẽtis , ultra id quod aptũ eſt recipere paſſum . unde ibidem dicit ꝙ aqua Cucumerũ in cauſone, q̃ eſt febris incenſiua ualde, cõuertitur in cholerã in talibus corporibus laborãtibus tali febre licet talis aqua ex ſui natura habeat infrigidare et humectare.Et ſimiliter cõtingit ex diſpoſitione paſſi, ut agens agat maiorẽ effectũ, ſicut habet Auer.in.2.meteo.cap.de uentis, ubi dicit ꝙ agẽs debile nõ eſt impoſſibile ꝙ faciat in unomet loco actionẽ maiorẽ actione agentis fortis, & hoc propter diuerſitatẽ ſubiecti ĩ diſpoſitione ſeu pręparatione:unũ propoſitiones calculatorũ ſeu iunctatorũ ſunt imaginarię.

Corporibus non accidit nocumentum, niſi ex parte elementi dominantis in ipſis.7.colliget.cap.2.iuxta illud: In habẽtibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.

Corpus eſt primũ genus in ipſa ſubſtãtia. ex paraphraſi met. tract.2.in fine.¶Vbi aduerte ꝙ Auer. facit pulchrã digreſſionẽ circa hoc,& recitat duas poſitiones, quarum prima ẽ poſitio antiquorũ, quę (ut aſſerit) uidet̃ fuiſſe opinio Porphyrij ex intẽtione Platonis. Iſta.n.opinat̃ tres dimẽſiones primò ĩhærere materię, & dixerũt iſti ꝙ iſta trina dimẽſio eſt prima forma ſub̃alis materiæ: & ex ipſa & prima materia ꝑficit̃ hoc p̄dicatũ q̃d ẽ corpus, & eſt genus ſubſtantialiter

dictum de indiuiduis prædicamenti ſubſtãtiæ. Et hanc opinionem recitat & impugnat latè. ¶ Secũda opinio fuit Auicennæ, ꝙ iſte demenſiones inſequuntur formam ſimplicẽ repertam in prima materia, & ꝙ per hanc formam debet recipere corpus diuiſionem & continuationem: & putant iſtam formam eſſe communem, & unam omnibus rebus ſenſibilibus, ſicut eſt prima materia. Et huius opinionis uidetur eſſe Auicẽna, & ponit corporeũ magis indicare hoc, cùm ſit denominatiuum ſiue concretum, & concretum magis ſignificat accidentia. Et Auer. perſcrutatur circa iſtam opinionem Auicennæ, & inquit: Secunda autem opinio, ſi intendit ꝙ datur forma ſimplex in actu, præter formã corporum ſimplicium, quæ eſt leuitas & grauitas; & tandem ipſa inclinatio, ut ex uerbis Auicennę, poteſt hoc colligi, & ꝙ coniunctio huius formæ cum materia prima eſt illa ſubſtantia cui accidit corporeitas. i. cui accidunt illæ tres dimẽſiones, quod ſignificatur per nomen corporis ſeu corporei cùm nomen cõcretum, ut dixit, prius ſignificet illud, eſt opinio quidem falſa: ſequeretur namq; ex hoc ꝙ generatio elementorum eſſet alteratio. Sed ſi intendit per hoc ipſam naturam inclinationis aduenietis materiæ primæ, quę eſt ueluti genus ipſis formis elementorum, tunc dictum eſt uerũ ita me dij ament. Et ſecundum hoc dicemus ꝙ corpus aut corporeum, eſt communius genus quod reperitur in indiuiduis ſubſtantiæ. ¶ Vbi patet error apertius Ioannis Gandauenſis, & modernorum ponentium ex mente Auerrois formam corporeitatis ſubſtãtialem genericam, realiter diſtinctam à formis ſimplicium corporum, coæternã primæ materiæ, in qua fundantur dimenſiones interminatæ, pro quanto ponunt corpus iſtud compoſitum ex prima materia, & tali forma perpetua generali eſſe primum compoſitum: cùm tamẽ Auer. hîc expreſſe deteſtetur iſtum ſenſum. Vbi aduerte ꝙ per formam inclinationis ĩtelligit formam corporis ſimplicis, quæ eſt grauitas uel leuitas iuxta ſuam conſuetudinem, quia per talem formam inclinãtur elemẽta in ſua loca, quando ſunt extrà, & per eandem conſeruãtur in ſuis locis. Vnde patet ꝙ non eſt de mente Auerrois iſtam formam eſſe in actu in materia realiter diſtinctam à formis ſimplicibus. ¶ Vnde ſi Auicenna illo modo intellexit, ut prætendunt uerba eius, errauit: quia tunc ſubiectum generationis elementorum eſſet corpus illud compoſitum ex prima materia & illa forma ſimplici corporeitatis ſubſtantialis, & tunc generatio eſſet alteratio. Et hoc argumento utitur etiam contra Auic. 1. phy. cõ. 63. & in libro de ſubſtantia orbis. Sed ſi Auicenna per hoc intendit formam inclinationis ſeu naturam aduenientis primæ materiæ, quæ eſt ueluti genus ipſis formis elementorum, dictum eſt uerum. Vult dicere, ſi Auicenna intellexit ꝙ forma elementaris aduenięns primę materię, nõ ẽ forma ſimplex diſtincta ſecundum rem à forma corporeitatis ſubſtãtiali, ſed ſecũdum rationem: ita ꝙ intelligatur primo forma iſta ĩformare materiã ſub ratione gradus generalis, quod eſt corpus, q̃ ſub ratione gradus ſpecifici, quod eſt ignis uel terra, ſic dictum eius eſt uerum. Nam, ut ſcribit Cõmen. primo metaphy. com̃. 17. materia primo recipit formas magis generales, & eis mediãtibus recipit formas minus uniuerſales, uſq; ad indiuiduales. Nõ tñ apud ipſum & Ariſt. eſt realis diſtĩõ ĩter formã generis, & ĩter formã ſpẽi: unũ (ut aſſerit) corpus illo modo ſignificatũ, ſignificat et repreſentat quoddam eſſe medium inter potẽtiam & actũ: quia genus apud Auer. ſignificat materiam compoſitam ex materia & forma. Tamen hoc eſt ſecũdum rationem, nam corpus ſignificat compoſitum ex materia et forma ſubſtantiali, ut intelligitur ipſa materia per formam perfici in hoc gradu ſubſtãtialitatis corporeitatis: non tamen iſta forma ſecundum rẽ eſt alia ab illa qua afficitur materia ĩ ratione ſpeciei: immo una & eadem eſt forma ſubſtantialis in uno compoſito, licet ſecundũ diuerſos gradus abſtractionis intelligatur differentia. Et ſubdit ꝙ corporeitas qua communicant corpora ſimplicia non eſt forma indiuiduationis, ex eo ꝙ acciderunt ſibi dimenſionis: Vnde in hoc etiam damnat Auicen. quia credidit (ut ſequitur ex uerbis eius, dum dixit magis iſtud genus ſignificari in concreto q̃ in abſtracto) ut dicatur corporeum magis, q̃ corpus in abſtracto, quia concretum plus ſignificat accidentia, ac ſi corpus prædicatum de indiuiduis ſubſtantiæ includat actu dimenſionem quæ eſt accidens. Et multum decipitur in hoc, quia prædicata quæ indicant indiuiduum ſubſtantiæ, non ſunt accidentia, nec includunt accidentia, quia eſt differentia magna inter corpus ut eſt pars, & inter corpus quod eſt genus. Et ideo hoc nomen corpus quod eſt genus, non ſignificat corporeitatem quæ eſt forma ſimplex ſubſtantialis modo declarato, ratione differens, & non re: ex eo ꝙ acciderunt ſibi dimenſiones, quia dimenſiones iſtæ quæ includuntur in conceptu corporis quod eſt ut genus, non ſunt dimenſiones terminatæ, quia corpora ſimplicia in iſtis dimenſionibus terminatis non communicant. Neq; etiam poteſt eſſe dimenſio inde terminata, quia iſta eſt eadẽ numero ex parte qua inſunt primæ materiæ: neq; corpus iſto modo poteſt eſſe genus elementorum, neq; ponuntur uice formæ uniuerſalis. Et ita patet ꝙ corpus quod eſt genus omnibus indiuiduis & rebus prædicamenti ſubſtantiæ, ſignificat formam ſub gradu communi in quo communicant, non ut importatur actualis incluſo dimenſionum, ſed ſolùm in aptitudine. & iſta eſt uia eius.

Aduerſus modernos de forma corpeitatis

Corpus neq; ſenſibile neq; ĩtelligibile infinitum eſſe poteſt 3. phyſi. tex. cõmen. 40. ¶ Vbi lucidisſimus Themiſtius dicit hoc, primò probari rationibus communibus, poſtea uerò phyſicis. ¶ Vbi collige aliquas eaſdem rationes communes eſſe poſſe tã mathematicis q̃ ſenſibilibus entibus. Vide tamen in quibus caſibus hoc contingat diligenter Auerroem. 8. phyſi. cõmen. 76.

Corpus quomodo ex materia quæ corpus non eſt, & ex forma quæ etiã corpus non eſt, fieri posſit. Vide pulchre Alexan. in principio abbreuiationis de anima cap. primo. & uide quomodo ſecundum rationem generatio corporis eſt incorporea, ſicut ſeparatio materię ab ipſa forma per rationem & cogitationem ſolam conſiſtit.

Corpus organicum in quo eſt anima, ut organicum ſit habet ab anima. elicitur ex primo de partibus animalium. ca. primo, ubi habet: Quamprimum enim anima à corpore diſcedit, animal eſſe deſinit, neq; mẽbrum ullum niſi figuræ ſuæ rõne idem relinquitur. Idem habet Alexander expreſſe in paraphraſi de anima. cap. 3. ubi oſtendit animam eſſe formam corporis, & formaliter ponit iſtam propoſitionem. Idem dicit beatus Thomas in quæſtionibus diſputatis de anima, et in. 2. de anima in expoſitione diffinitionis animę.

Corpus organicum illud appellamus, quod habet partes diuerſas & plures, quę naturalibus poteſtatibus fungi ualeãt Alexan in paraphraſi de anima. ca. 3. ¶ Inde patet cœlum nõ eſſe corpus organicum, quia licet ſtella ſit nobilior pars orbis, tamen eſt eiuſdem naturæ cum orbe.

Corpus omne aut materiam aut ex materia eſſe, ſtoicorum opinio fuit. Alexander in paraphraſi de anima ca. 1. ubi probat animam eſſe inſeparabilem à corpore.

Corporis, non omnes partes corporis ſunt, quia materia & forma non ſunt eadem ratione partes corporis, ſicut partes integrales in quas diuiditur corpus. Alexan. contra ſtoicos in paraphraſi de anima. capi. 4. ¶ Et ibi nota differentiam inter partes ſecundum quantitatem & ſecundum qualitatem. Vide etiam Cõmen. 1. phy. com̃. 5.

Corpus quodcunq; naturale et generabile, tactile eſt. Alex. in libro de intellectu. cap. 1. ¶ Dicit autem, & generabile, ad excipiendum cœlum quod non eſt ſenſibile niſi uiſu, ut habetur. 3. phy. com̃. 48. & non eſt tangibile omnino, licet Plato dixerit cœlũ eſſe uiſibile et tangibile, dicendo ipſum compoſitum ex quatuor elementis: & quòd eſt uiſibile ratione lucis, ignis uidelicet, & tangibile ratione terræ, & q̃d ubi ſunt extrema, ibi ſunt & media: & ideo poſuit ipſum eſſe compoſitum ex ſinceris ſimis partibus quatuor elementorũ. Cuius opinio improbatur late in. 1. de cœ. & mundo.

Corruptio alia ab ĩtriſeco et alia ab extrĩſeco. 4. phy. t. c. 128.





Corruptio quælibet eſt contriſtabilis, ſed quæ uiolenta, eſt magis contriſtabilis. 5. phyſi. cõmen. 58.

Corruptio duobus modis poteſt contingere, à contrario, & hoc eſt per ſe: uel à ſimili, & hoc eſt per accidens: ut lucerna in clibano ſeu furno accenſa extinguitur. Auer. in paraphraſi tertij de cœlo. in ſumma. 6. & elicitur ex textu ibidẽ. tex. cõmen. 52.

Corruptio unius eſt generatio alterius, & contrà. primo de generatione. tex. com̃. 18. & hoc in ſubſtantijs, ut habetur ibidem. tex. cõmen. 20.

Corruptio ɔtingit indiuiduis duobus modis, aut naturaliter & eſt quando calor naturalis conſumit humiditatem: aut accidentaliter, & eſt quando in eis adgenerantur ſuperfluitates per uiam indigeſtionis. ex commento libri de longitudine & breuitate uitæ.

Corruptionis cauſa in entibus, & factionis eorum eſt contrarietas exiſtens in ſuis formis, & commune ſubiectum. 1. cap. de ſubſtantia orbis. idem. 1. cœli. tex. com̃. 20. ¶ Themiſtius etiam in. 4. phy. in tex. cõ. 128. ubi Ariſt. dicit tempus eſſe cauſam per ſe corruptionis magis q̃ generationis, inquit: Quod licet ita uideatur quando latet cauſa, tamen nec interitum per ſe tempus creat, ſed creari accidit illũ in tempore. Natura autem et ſubiecta unicuiq; materia, corruptionis eſt cauſa, ideſt agens naturale et materia. Iſtę enim ſunt duæ cauſæ per ſe generationis & corruptionis, uidelicet materia & agens, ut dicitur. 1. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 14.

Corruptionis cauſa apud Philoſophos eſt materia, ex quo ſequitur ꝙ illud quod eſt incorruptibile, ſit immateriale & ſimplex. ex diſpu. 4. in ſolutio. 2. dubij.

Corruptio & interitus non proueniunt ab ipſo nobili prima intentione. Auerrois in quarto de generatione animalium. cap. ultimo.

Corruptibile, dicitur tripliciter. 1. cœli. tex. cõmen. 113.

Corruptibile, aliud potentia, aliud actu. 1. cœli. 121.

Corruptibile & incorruptibile contraria. 10. meta. 26.

Corruptibile & incorruptibile ſunt genere diuerſa. 10. met. tex. cõmen. 26. ¶ Ex hoc ſummitur authoritas pro opinione Auer. ſuper Porphyrium in cap. de ſpecie. ꝙ genus generaliſſimum prædicamenti ſubſtantię ſit corpus compoſitum ex materia & forma, & ꝙ nullum ęternum eſt in prędicamento, ut tenuit etiam Cõmenta. 2. cœli. com̃. 49.

Coruos ore coire, & Ybin, Anaxagoras et quidam alij opinati ſunt. contra quos uide Ariſtotelis in tertio de generatione animalium. cap. 6.

Coruus, perdix, paſſer, & urſa, albo colore uiſa ſunt eſſe colorata. uide cauſam in. 5. de genera. aĩalium. cap. 6.

Corui, tempore quo apud Pharſala hoſpites Medię periere, locis Athenarum Peloponneſiq; defuerunt, quaſi ſenſum haberent aliquem, quo inter ſe rerum cruenta ſignificarẽt, & monerentur. 9. de natura animalium. cap. 31.

Criſis ſigna require in. 4. colliget. cap. 38. ¶ Et nota ibi ꝙ dicta antiquorum in hac materia non uerificantur, niſi in ęgritudinibus acutis, quę terminantur in. 14. diebus uel infrà.

Criſis dies à principio ægritudinis enumeratur, & eſt quando manifeſtè leſio in operationibus apparet: excepto in pariente, quia ab ipſo partu incipere debemus, q̃uis ęgritudo poſt partũ per. 30. dies ſenſibiliter extitiſſet. 4. colłet. c. 40.

Criſium laudabilium & illaudabilium cauſas, require in tertio colliget. cap. 9.

Criſis bona quinq; cauſis iudicatur, una ut fiat in ſtatu ægritudinis, item poſt bonam digeſtionẽ, & ut humor qui euacuatur ſit ſimilis humori ægritudinem facienti, & ut fiat in die laudabili, & ut ſit bonis iudicata diebus. 4. colłet. c. 41.

Crocum eſſe calidum in. 2. & uinum, æquiuocè dicuntur. 5. colliget. cap. 3. Vbi uniuerſaliter dicitur de cibo & medicina, dum dicuntur eſſe talia in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, iſta æquiuoce dicuntur, & uide ibi cauſam.

Crocodillus fluuiatilis lingua caret, & ex ouiparis ſolus maxillam ſuperiorem mouet. uide cauſam in. 4. de partibus animalium. cap. 10.

Crocodillus fluuiatilis ouum non maius q̃ anſeris parit, minimaq; hac origine maximum animal euadit: creſcit enim ad quindecim cubitos. Sunt qui eum tandiu augeri, q̃diu uiuat confirmãt. Ariſtotelis in quinto de natura animalium. capitulo. 33.

Crurium natura, & penis, neruoſa eſt. primo de generatione animalium. cap. 5.

Cruribus carentia aĩalia, carent etiã pene. ſuprà. ca. 5. & 6.

Cubo poſito in aqua, tantum diſtabit aqua, quantus eſt cubus. 4. phyſi. tex. com̃. 76.

Cuculi prudentia in procreanda prole requiratur. 9. de natura animalium. cap. 29. ¶ Vbi dicitur ſatis prudẽter agere, cum enim ſe ignauum, minimeq; opitulari potentem nouerit, facit quaſi ſuppoſititios ſuos pullos, quo ſeruari posſint.

Cuius cauſa potisſimum eſt, & finis aliorum uoluit eſſe. 2. phyſi. tex. com̃. 31.

Cùm fuerit aliquod compoſitũ ex duobus, neceſſe eſt ut diffinitio illius compoſiti ſit compoſita ex diffinitionibus illorum duorum. tertio phyſic. commen. 43. & ſecundo de anima. cõmen. 158.

Cùm fuerint duo conſequentia ſe completè, & poſuerimus aliquod eſſe pręcedens, aut diſponi ut diſponeretur per pręcedens, neceſſario ſequetur conſequens, licet ſit impoſſibile illud diſponi per præcedens: ut ſi quis poneret lapidẽ uolare, neceſſario ſequeretur lapidem habere alas. Commentator quarto phyſicorum, commen. 93. & 7. phyſi. com̃. 2. & 8. phy. com̃. 78.

Cùm fuerint duo quorum alterũ ex cauſa alterius, & habuerint idem nomen, et unũ habet illud nomen, propter aliud illud aliud eſt dignius illo nomine. 8. met. com̃. 7. & habetur ab Ariſt. 2. met. tex. com̃. 4. Vnumquodq; eſt maximè tale propter quod alijs ineſt uniuocatio. & in primo poſteriorum: Propter quod unumquodq; tale, & illud magis. idẽ habetur. 8. phy. cõ. 77. & 7. meta. com̃. 7.

Cutis uidetur eſſe propter defendere, & abſcondere, & ſtat foris ſicut coopertura. 2. colliget. cap. 8. in fine.

Cutis eſt illud quod fit à natura poſt carnis generationem, & cutis eſt ſiccior carne. 5. colliget. capit. 11. de medicinis cicatrizantibus.

¶ De litera. D.

DE FABVLOSE ſophiſticantibus non eſt dignum cum ſtudio intendere. 3. meta. tex. cõmen. 15.

De Deo omnium quæſtionum nobiliſſima et ab omnibus naturaliter deſiderata, ſcilicet ſcire quid intelligit. 12. metaphy. tex. cõmen. 51.

De Dei ſcientia formatæ propoſitiones, & de ſcientia humana ſine dubio dicuntur ęquiuocè. ex diſpu. 10. in ſolutio. 3. dubij.

De apparentibus dicentibus accidit non conſentanea dicere, propter non bene ſumere principia. tertio cœli. tex. commento. 61.

Decem prædicamenta ſunt diuerſa adinuicem. quinto metaphyſi. tex. cõmen. 33.

Deceptio non accidit in ſubſtantijs ſimplicibus ex ſuis naturis, & ſimiliter eſt in ſubſtantijs compoſitis, cum quibus non admiſcetur potentia, & in actu: ſed deceptio in hoc eſt ex nobis. nono metaphyſi. commen. 22. Et elicitur ex textu. ¶ Sed conſidera quia uerba Commentatoris uidentur implicare, uidelicet ꝙ ſint ſubſtantiæ compoſitæ, cum quibus non ſit admixta potentia. uide in concordantijs.

Declaratio propria eſt magis manifeſta q̃ uniuerſalis. 8. phyſico. com̃. 65. uide in concordantijs.

Declaratio circularis licet per ſe non det fidem ſimpliciter, dat tamen aliquam fidem. authoritate Alexã. primo de generatione. cõmen. 50.

Deinde, præpoſitio, & poſt, quandoq; dicunt ordinem temporis, & quandoq; ordinem naturæ ſeu cauſæ. Colligitur

ex mente Cõmen.4.cœli.cõmen.25.ubi Philoſophus dicit ꝙ aqua conuertitur in aerem, & deinde mouetur ſuperius. Vbi notat ꝙ ly deinde,non intelligitur ſecundum tẽpus,ſed ſecundum cauſam & cauſatum. Cõſimile dicit in 1.cap.de ſubſtantia orbis, ꝙ prius unitur orbi intelligentia,& poſtea accidentia terminata:ubi notat ꝙ ly poſt, intelligitur ſecundum eſſe,& non ſecundum tempus.

Delectamur per rememorationem,quando imaginati fuerimus illud rememoratum,quaſi iam exiſteret in actu. Et ſimiliter eſt de ſperato. Omnia igitur pendent à ſenſu.7.phyſi.tex.cõmen.19.

Delectabile pręſens,uidetur ſimpliciter delectabile et bonũ ſimpliciter,propterea ꝙ non uidetur quid futurum.tertio de anima.tex.cõmen.53.

Delectatio ſecundum ꝙ delectatio, non eſt cauſa permanẽtiæ alicius rei.3.metaphyſi.tex.cõmen.15.

Delectationis cauſa eſt comprehẽſio.12.meta.tex. cõm.39.

Delectatio quæ eſt in nobis, eſt paruo tempore: delectatio uerò quæ eſt in corpore cœleſti, eſt ſempiterna.12.meta.tex.cõmen.39.

Delectatio quę eſt in intellectu Dei non eſt paſſio,ꝙ habet oppoſitam ipſam triſtitiam, quia iſta comprehenſio nõ opponitur ignorantiæ.ſuprà.

Delectatio ita conſequitur comprehenſionem, ſicut umbra conſequitur corpus.ſuprà.

Delectatio quæ eſt contraria dolori, eſt comprehenſio obiecti temperati.3.colliget.cap.31.

Delphinus eſt animal partim communicans cum aquatilibus,partim cum terreſtribus.ex.4.de partibus animalium cap.11.prope finem. ¶ Et ibi uide quomodo reſpiret. uide etiam Auer.ibidem.in cap.de piſcibus,&.6.de natura animalium.cap.15.&.8.de natura animalium.cap.2.

Delphinus dormire uiſus eſt,& roſtro emerſo ſtertere:uiuit uiginti & etiam triginta annis,& in ortu canis ſyderis tricenis diebus latitat,& adultos fœtus diu comitatur: magna enim eſt ĩ hoc animali erga gnatos charitas.6.de partibus animalium.cap.13.

Delphini celeritas, atq; edendi facultas mira eſſe uidetur.8.de natura animalium.cap.2.

Delphinus omnium uelociſſimum animalium eſſe creditur tum aquatilium, tum terreſtriũ.9.de natura animaliũ.47.& ibi uide de miſericordia delphinorum erga defunctos.

Democritus dixit impoſſibile eſſe omnia eſſe generata,quia tempus non poteſt generari.8.phy.tex.cõ.10.

Democritus non diſtinxit inter mentem & animã, prohinc ſenſus ueri nuntios eſſe aſſerebat, & omnia quæ ſenſibus uiderentur uera eſſe defendebat.1.de anima.tex.cõm.24.& Themiſtius ibidem.

Democritus ait,aut nihil eſſe uerum,aut nobis non eſſe manifeſtum.4.met.tex.cõm.21.

Democritus opinabatur cauſam ſterilitatis mulorũ eſſe, qa meatus mulorum in uteris ſunt corrupti. Cuius impugnationem uide in.2.de generatione animalium.cap.6.

Democritus poſuit tres differentias in partibus indiuiſibilibus,figuram,poſitionem,& ordinem.1.phy.tex.cõmen.41.&.8.meta.tex.cõmen.5.

Democritus ex antiquis fuit de propinquis ad inſpiciendam naturam materiæ.Cõm.12.met.cõ.9.& habetur in tex.

Democritus opinabatur primùm exteriora animalis membra diſcerni, poſtea uerò quæ ſunt intus, & male.Ariſto.in.2.de generatione animalium.cap.4.

Democritus opinabatur animal in utero manere, ut membra eius formentur ſecundum membra parentis, ſed fallitur,& uide quare.2.de generatione aĩalium.cap.4.

Democritus Abderitanus opinabatur nullius ſempiterni, principium aut cauſam eſſe quærendam, & male: accideret enim eorum quę ſemper fiunt aut ſunt,nullam eſſe poſſe demonſtrationem, quod totum falſum eſt Triangulus enim ſemper habet tres angulos æquales duobus rectis. Ariſtote.in.2.de generatione animalium.capit.4.idem.8.phy.tex.cõmen.7.contra eundem.

Democritus opinabatur à corporibus decidi ſimulachra & imagines quaſdam,quę dormientium animos pulſant: Peripatetici uerò motiones quaſdam, non ſimulachra aut deciſiones à corporibus decidi uolunt.uide in libro de diuinatione,& Themiſtium ibi cap.7.

Democriti opinio fuit ꝙ cauſa maris & fœminæ ſit, quia ſemẽ maris & fœminæ ex omnibus membris corporis fluit, et quando ſemen maris uicerit,tunc primò uenit mas,quãdo uerò fœminæ, tunc primò uenit fœmina.4.de genera.animalium.cap.1.ubi ponitur impugnatio eiuſdem.

Democritus non bene diſſeruit de dentium generatione.5.de generatione animalium.cap.ultimo.

Democritus unam eſſe animę poteſtatem aſſeuerabat dũtaxat,quam immutationes functioneſq; ſecus ad alia & per alia diſiunctæ,plures eſſe uideri faciat. Et fuit plurium aliorum opinio Philoſophorum. Alexan.in paraphraſi de anima.cap.5.ubi agit quot & quæ ſint partes animæ: & ibi uide impugnationem pulchram ab Alexan. Et nota ꝙ iſtius opinionis fuit etiam Galenus in libro de ſequela potentiarũ animæ ad corporis complexionem.

Demonſtrationes cauſæ & eſſe,procedunt ex notioribus naturæ & nobis.1.phyſi.cõ.2.idem in.2.cœli.cõm.35.&.1.poſteriorum. ¶ Eſt tamen in hoc altercatio propter Themiſtij authoritatem,qui in.1.poſteriorum.cap.4.in expoſitione diffinitionis demonſtrationis ſimpliciter, (nam demonſtratio ſimpliciter,& demõſtratio dans cauſam & eſſe, ſeu demonſtratio potiſſima,ſunt nomina ſynonyma apud Peripateticos,& eſt,ut dixi ſæpe, quando per demonſtrationem ſimul & ſemel,utraq; quæſtio compoſita abſoluitur, & quia eſt,& propter quid eſt.) Dicit igitur Themiſtius ꝙ demonſtratio talis, ut etiam teſtatur Ariſt. in tex.procedit ex notioribus quantum ad naturam,& non quo ad nos,& huius rationem reddit dicens: Non enim demonſtratio ad menſuram ſe ingenij noſtri ſubmittit, ſed rectam tenet ad ueritatem uiam. Nec quid ipſi poſſimus attendit,ſed in ſolam rei naturam incumbit, illam ueſtigat, illam explorat, etiam ſi nobis ignota inconſpectaq; ſit. Vide igitur in contradictionibus. ¶ Videat inſuper diligens lector differentiã inter demonſtrationem eſſe & cauſæ,apud Auer.in.5.colliget.cap.24.pulchrè & copioſè diſputatam.

Demonſtratio facta in ſeptimo,fuit iterata in octauo,quia ꝙ maximè facit dubitare utrum omne motum habeat motorem,ſunt corpora ſimplicia: & ideo oportuit conſiderare ſermone proprio, & uoluit iterare à principio iſtam quæſtionem, quia omne quod fuit declaratum de eo,fuit deciſum in locis diuerſis,& modo uult congregare illud,& cõplere perſcrutationem de eo.Cõmen.in.8.phy.cõm.28.uide etiam ibidem.cõ.27.&.33. ¶ Demõſtratio etiam illa ſeptimi eſt imperfecta, quia non fuit ibi declaratum, utrum motum ex ſe componatur ex motore qui non mouetur,aut non:& ideo neceſſe fuit eam iterare in.8.ut perficeretur,ut dicit Commentator.8.phyſico.commen.45. Vide etiã.4.cœli & mundi.cõmen.25.

Demonſtrationes differentes, quarum alteri atteſtatur ſenſus,& alteri non atteſtatur: uel quia non eſt innata ſentiri, uel quia non eſt poſſibilis ut ſentiatur. Fides primę demõſtrationis eſt perfectior.primo cœli.cõmen.22.uide etiam 8.phyſicorum, cõmen.22.& tertio de anima.commen.7.Vide in concordantijs.

Demonſtratio logica eſt quæ procedit ex propoſitionibus ueris & uniuerſalibus nõ proprijs.1.cœli cõ.70.&.8.phy.70.&.4.phy.87.uide diſtinctæ cõ. in paraphraſi primi de cœlo.in ſumma.7.prope finem.

Demonſtrationes ducentes ad impoſſibile ſunt generis ſignorum.1.cœli.cõmen.95.

Demonſtratione plura conuicimus,quę cogitatione aut imaginatione capere non poſſumus: ut ꝙ extra cœlum non ſit uacuum,aut tẽpus. Auer.in.1.cœli.ĩ paraphraſi.ſumma.9.

Demonſtrationes ſunt in quibus itur ex notiori ad latẽtius. Si igitur notius fuerit poſterius, demonſtrationes erunt qa & ſi notius fuerit prius,erit demõſtratio abſoluta, quæ dat cauſam & eſſe: & ſi latentius fuerit cauſa rei q̃ ſuũ eſſe, erit demonſtratio propter quid tantum.2.cœli.cõm.35. ¶ Vbi aduerte ꝙ litera quæ communiter inuenitur, eſt corrupta, & ſic debet ſtare ſicut nos caſtigauimus. Et ſcias ꝙ nullibi Auer.ita clarę & diſtinctè loquutus eſt in philoſophia de hoc triplici genere demoſtrationis,quod uia doctrinę nuncupatur ab ipſo,in prologo primi phyſi.ſicut hic: Scias igitur demonſtrationem ſigni ſeu quia, fieri quando procedimus ab affectu qui eſt notior apud nos, q̃ ſit ſua cauſa. Et ad hoc genus reducuntur etiam (licet Auer.de hoc non meminerit in præſenti loco) demonſtrationes, quę fiunt à ſigno ſupra effectum:ut quando demonſtratur eclipſis lunę ex priuatione umbrę. Reducuntur etiam demonſtrationes quæ fiunt per cauſam remotam,ut dicit Ariſt.in primo poſteriorum,dum ponit differentiam inter demonſtrationes quia,et propter quid. Demonſtrationes etiam ducentes ad impoſſibile, ſicut ſcribit Cõmen.in.1.cœli. & mundi.cõ.95.ſunt generis ſignorum. Demonſtrationes etiam datæ per cauſam efficientem, ſunt de numero ſignorum ſecũdũ uiam Auer.primo poſte.in cõmẽ.magno.cõ.34. Quando uerò eſſe effectus,& propter quid eiuſdẽ latuerit,ita ꝙ effectus ſeu paſsio demonſtranda, (quę ſunt natura poſteriora ſubiecto & ſua cauſa) ſunt ignota, tam quo ad quæſtionem quia eſt,q̃ quo ad quæſtionem propter quid: & cauſa fuerit notior, tunc per illam cauſam notiorem ſimul & ſemel demonſtratur utraq; q̃ſtio de effectu, uidelicet & quo ad quia eſt,quę quærit de inhærentia ſimplici eius in ſubiecto:& quo ad propter quid eſt,quæ eſt quæſtio de cauſa illius inhærentiæ. Et iſta eſt demõſtratio abſoluta ſeu demõſtratio ſimpliciter,ſeu demonſtratio dans cauſam et eſſe,et à modernioribus dicitur demõſtratio potiſsima. Et iſta eſt quæ principaliter intenditur in libro poſte. ſicut dicit Cõ.in cõmẽ.magno,& omnes græci expoſitores. Et lucidiſsimus Themiſt.in.2.poſte.eandem ſententiam ſcribit ca.2.dicens: Hoc enim demonſtrationis illius potiſſimæ ingenium eſt, ut communi examine utrãq; abſoluat cognitionem,& ut ſit,& quamobrem ſit. Demonſtratio autem cauſæ tantum,ſeu demõſtratio propter quid,eſt quando propter quid ipſius effectus eſt ignotum: licet quo ad quia eſt, pateat. Tunc quando per cauſam notiorem demõſtratum fuerit effectus ille,quo ad tale propter quid,iſta eſt demonſtratio propter quid,ſeu cauſæ tantum. Et ideo his nominibus nuncupatur, quia per tale genus demonſtrationis non utraq; quęſtio ex illis quęſtionibus compoſitis abſoluitur, ſed una tantum,uidelicet quæſtio propter quid tãtum. Nã ex quo effectus quia eſt,ante demonſtrationem, ut ſupponitur, erat notus quo ad quia eſt:ad nullum notum ad ſenſum quatenus notum eſt, erigi poteſt demonſtratio. Hoc enim ut ſcribit Ariſto.in.8.phyſi.tex.cõm.26.eſt hominis male iudicantis quid melius,& quid peius, & quid credibile,& non credibile,& principium,& nõ principium. Et conſimilem ſententiam habet in.2.phy.tex.cõm.6.ubi Cõmen.in cõm. dicit ꝙ iſtud genus hominum qui nõ diſtinguunt inter ea quæ ſunt per ſe manifeſta,& ea quę ſunt dubia naturaliter ignota,ſunt cæci corde:& hoc genus hominum nunquam potuit philoſophari,nec poterit. ¶ Et ex hoc ſcire poteris,frater mi, quantum hallucinentur moderni aſſerentes non eſſe differentiam inter demonſtrationem propter quid,& inter demonſtrationem ſimpliciter niſi accidentalem tantum:cùm hoc repugnet ueritati, cùm procedant uarijs uijs & intentionibus. Et aperte etiam contradicit opinioni Auer.in commẽtarijs magnis, præſertim in.1.poſte.cap.95.ubi uult ꝙ iſtæ ſint ſpecie differentes,& uult ꝙ demonſtrationes cauſæ tantum, ſint quæ componuntur ex cauſis quæ inferunt neceſſario cauſam eſſe,& non inferuntur à cauſatis. Demonſtrationes uerò ſimpliciter, quæ dant cauſam & eſſe,reciprocè ſe habent, quia inferunt neceſſariò ſua cauſata,& inferuntur ab eis.

Demonſtrationes mathematicæ non ſunt innatæ poni in ſcientia naturali.2.cœli.cõmen 59. Vide cauſam.3.cœli.cõmen.61.& primo met.19.21.22.25.&.26.& primo poſte.à Philoſopho.Sed dum adducuntur,hoc fit ad confirmãdum.2.cœli.cõmen.109.&.59.

Demonſtrationes naturales debent eſſe ex cauſis naturalibus.4.cœli.cõ.20.idẽ in paraphraſi tertij de cœlo, in ſumma.8.cap.2.ubi ſcribit ꝙ rerum naturalium principia conuenit eſſe res naturales,& diuinarum rerum principia eſſe res diuinas, mathematicarũq; principia eſſe mathematica.

Demonſtrationis cuiuslibet principium eſt quodquideſt.1.de anima.tex.cõmen.11.

Demonſtrationibus neceſſarijs hæc eſt conditio neceſſaria, ut apparẽtia ſenſui nõ differant ab eo qđ uidetur per rõnẽ.3.de aĩa.cõ.7.idẽ.8.phy.cõ.22.&.26.&.1.cœli.cõm.22.

Demonſtrationes de oĩbus eẽ impoſ̃e eſt.3.meta.tex.cõ.4.

Demonſtrationes quædam dant quia, & quædam propter quid.3.meta.cõ.5.idem.1.poſteriorum. cap 10

Demonſtrationes quædam ſunt ſimplices, & quædam ſunt compoſitæ ex ſimplicibus.5.meta.cõ.4.

Demonſtrationes quæ componuntur ex primis propoſitionibus ſunt reſpectu aliarum propoſitionum,ſicut elementa de compoſitis & reſoluuntur in eas.ſuprà.

Demonſtrationes in ſcientia quæ naſcuntur à cauſis remotis,ſiue ſint affirmatiuę ſiue negatiuæ,ſunt demõſtrationes eſſe,& nõ cauſæ demonſtrationis: quia demonſtratio cauſæ eſt per cauſam primam & propinquã.5.colliget.ca.24.

Demonſtratio non eſt ſubſtantiæ.6.meta.tex.cõmen.1.

Demonſtratio non eſt ad genus ipſius artis, neq; ad ſpecies eius.6.meta.cõm.1. idem.2.de anima.cõ.27. ¶ Vide quæ ſcripſi in Theorematibus, in illo Theoremate, Subiectum in ſcientia eſt notiſſimum,

Demonſtratio non eſt de particularibus, licet particulare ſolum ſit ens in rei ueritate.12.met.cõ.28.

Demonſtrationes uniuerſales ſumptæ à propoſitionibus naturalibus primis & uniuerſalibus atq; eſſentialibus,habẽt hanc proprietatem quod nullus ſenſus eis contradicit.Cõ.in.2.de partibus animalium.cap.de cerebro. Vide de hoc 1.cœli.& in.8.phyſi.utrobiq; cõm.22.

Demonſtratiua oppoſitio non eſt contenta una cõtradictione,ſed duabus, nam debemus contradicere præmiſſis,& etiam concluſionibus. Auer.1.de gene.aĩa.cap.1.ubi ponitur improbatio antiquorum de ſemine.

Demonſtrationem logicam appello, quia quo uniuerſalior eſt,eo remotior à proprijs principijs eſt. Ariſto.in.2.de generatione animalium.cap.6.

Demõſtratio quomodo cum ſit ex neceſſarijs & ſemper ueris,poteſt eſſe de rebus quæ quandoq; ſunt, & quandoq; non ſunt? Vide pulchrè Auer.in paraph.meta.tra.3.col.5.ibi:Et dicamus ꝙ oratio uera neceſſario eſt,ubi cõcludit ꝙ actus & perpetuitas in talibus eſt ſecundum ꝙ ſunt intelligibilia,& non ſecundum ꝙ ſunt:aliter enim uniuerſalia eſſent ſeparata. Et inde patet error illorum qui uolunt demõſtrationes eſſe de rebus concernẽtibus actualem exiſtẽtiã.

Demonſtrationes naturales quæ adducuntur in ſcientia diuina,inducuntur uniuerſaliori modo.2.met.c.6.&.12.metaphy.cõmen.5.Nota etiam ꝙ quandoq; inducũtur ad rememorationem.12.meta.cõmen.53.

Demonſtrare manifeſta per immanifeſta,nõ potẽtis eſt iudicare per ipſum,& nõ pp ipſum cognitũ.2.phyſi.tex.cõ.6.idẽ.8.phy.tex.cõ.22.&.26.&.4.met.tex.cõ.9.

Demonſtrationes mathematicę ſunt in primo gradu certitudinis,& naturales ſequuntur eas.ſecundo meta.cõmen.16.Vide in concordantijs.

Denominatio fit ab actu.2.phyſi.tex.cõmẽ.11.&.12.&.9.meta.tex.cõmen.7.ubi dicitur: Venit autem actus nomẽ ad endelechiam compoſitus.

Denominatiua nomina ſignificant ſubſtantiam et accidens.4.meta.cõm.3.idem.3.meta.cõmen.16.

Denominationes quę denominãt ſubiecta,nõ eſt neceſſariũ ꝙ omnes ſignificent diſpoſitiones additas ſupra rei ſubſtãtiam,extra animam exiſtẽtes in actu: hoc enim fallit in priuationibus et relationibus. Et ideo quidam opinati ſunt ꝙ prædicamentum relationis non debet computari cum en-

tibus. ex libro deſtruct. diſpu. 3. in ſolu. 14. Vide pro ultimo dicto etiam. 12. meta. cõmen. 19.

Denominationes ſubſtantiales deriuant à denominationibus accidentalibus. ex diſpu. 6. in ſol'. 6. dubij.

Denominationes ſubſtãtiales ex quibus conſtituitur ſubſtãtia, entibus ſeparatis à materia conuenire nõ poſſunt, quãtò magis denominationes additę ſupra ſubſtantiam: ex diſputa. 5. in ſolu. 4. dubij.

Denominationes ſubſtãtiales uerificantur de denominato, dicimus enim ꝙ homo eſt animal: ſed denominationes additæ ſubſtantię non uerificantur de denominato, niſi denominatiuè, dicimus. n. ꝙ hõ nõ eſt ſapientia, ſed ſapiẽs. ſup.

Denominationes quibus anima denominatur prudens, uolens, & mouens, ſecundum Philoſophos nõ ſunt denominationes additæ ſupra ſubſtantiam animæ, ſed ſunt denominationes ſubſtantiales. ſuprà.

Denominationum ſubſtantialiũ natura talis eſt, ꝙ ſubiectũ earum non multiplicatur in actu, ſed ſolum illo modo quo multiplicatur diffinitũ ex partibus diffinitionis, ita: ſ. ꝙ eſt multiplicatio mentalis non realis. ſuprà.

Denominatio inuenta in aliquo ente modo defectibili, neceſſariò & ſine dubio inuenitur in eo ratione alicuius entis illam denominationem perfectè poſſidentis: ut dicimus, ꝙ quicquid habet defectibilem calorem, habet eum talem reſpectu cuiuſdam perfecti calidi. ex libro deſtru. diſpu. 6. in ſolu. primi dubij. Et elicitur ex. 2. metaphyſi. tex. com̃. 4. & erat propoſitio qua ſæpe utitur Plato.

Denominationum ſubiectum eſſe non poteſt niſi compoſitum ex duabus naturis. ſ. agente & patiente, & ideo prima cauſa cum ſit denudata à ſubiecto, eſt etiam à denominationibus denudata. diſpu. 6. in. ſolu. 6. dubij.

Denominatio magis fit in rebus factis ab arte & à re, à qua fit permutatio, quàm ab illa ad quam terminatur: ſecùs in rebus naturalibus. uide cauſam. ſecundo phyſico. cõmen. 14. &. 4. colliget. cap. 1.

Dentes nulli eidem & ſerrati et exerti ſunt, quia natura nihil fruſtra facit. tertio de partibus animalium. cap. 1. Vide ibi de dentium natura & utilitate.

Dentes maxillares ſunt ad molendum, conficiendumq́; cibũ accomodantur, quamobrem quibus deſunt maxillares dẽtes, his deeſt motus maxillæ in latus, & talia ſolum maxillam ſurſum deorſumq́; mouent, ut piſces, & aues, et ouiparæ quadrupedes. ex. 4. de partibus aĩalium. cap. 10.

Dentes anteriores ſunt ad incidẽdum cibum, maxillares ut frangant, molares uerò ut molãt. 2. colliget. cap. 9. de iuuamentis membrorum officialium.

Dentes ſoli omnium oſsium tota uita accreſcunt, quod patet in ijs dentibus qui mutuum tactum declinant. Cauſa autem incrementi eſt quoad pertinet ad id cuius gratia, ut fungi officio poſſint. Breui enim tempore attritu conſumerentur, niſi ſubinde repararentur. Ariſto. ſecundo de generatione animalium. cap. 4. prope finem.

Dentes etſi uita decies millies, aut decies centies annis ſeruaretur, & pregrandes primos oriri oporteret, & ſæpius renaſci. Quamuis enim aſsiduè reciperent incrementum, tamen detriti pluſquam accreſcerent, inutiles demum ad cibũ conficiendũ euaderẽt. ſuprà. ⁋ Vbi nota ex hoc loco Auic. ſumpſiſſe illam uulgatam & celebrem authoritatem in primo canonis. Fen prima, in cap. de complexionibus ætatũ. ubi dicit: Amplius ſi uirtus infinita foret.

Dentes ex eo gignuntur alimento quod in oſſa adminiſtratur, quapropter eandem quam oſſa habẽt naturam. ſuprà. ⁋ Hinc collige cõtra Galenum, quia ſi eadem eſt materia generationis dentium & oſsium, tamen dentes reparari poſſunt, non autem oſſa: ſi illa eſt ratio, quia materia iſtorum membrorum quę reſtaurari non poſſunt ubi inciſa fuerint, eſt ipſum ſperma ſecundum Gale. Hoc enim maximum eſt contra opinionem eius argumentum.

Dentes anteriores quare prius oriuntur q̃ maxillares: Vide duas cauſas in. 5. de generatione animalium. in fine.

Dentes ultimi uigeſimo anno exeunt. Nonnullis etiam ſeneſcentibus omnino prodierunt. ſuprà. & in. 2. de natura animalium. cap. 4. dicit quibuſdam mulieribus anno etiã octogeſimo, ac etiam uiris non ſine dolore exierunt.

Dentes priores homo mutat, maxillares nullum animal mutat. 2. de natura animalium. cap. in fine.

Dentes plures maribus q̃ fœminis inſunt, ut in genere hominum, ſuum, caprarum patet: in cæteris nondum exploratũ eſt. 2. de natura animalium. cap. 3.

Dentes quibus plures, hæc uiuaciora: quibus rariores et pauciores, hæc magna ex parte breuioris uitæ ſunt. ſuprà.

Dentes omnium piſcium genera habent ſerratos pectinatimq́; coeuntes, excepto Scaro. 2. de natura anima. cap. 13.

Dentes naturam oſsium ſequuntur, quamobrem hominum nigrorum & æthiopum dentes ut oſſa candent. 3. de natura animalium. cap. 9.

Dentes ſunt in unaquaq; mandibula uigintiſex. Auer. 1. colliget. cap. de anatomia dentium.

Denſum ſpectat ut graue ſit & durum, rarum uerò ut leue & molle, non tamen hoc perpetuum eſt, nec ut quicque eſt durius, ſic etiam grauius: nã diſſonat ea ratio ĩ ferro & plũbo. Themiſt. 4 phyſi. 85. & Cõmen. ibidem dicit ꝙ plumbum eſt grauius ferro, licet ferrum ſit durius.

Denſum non alteratur niſi ſecundum ꝙ eſt ſenſibile, & ſecũdum ꝙ eſt in capitulo qualitatis & non poſitionis: & cum eſt in cap. qualitatis tunc principium motus eius eſt, aut à caliditate, aut à frigiditate. 7. phyſi. cõ. 11. ⁋ Vbi aduerte ꝙ ponit tres cõditiones ad hoc ꝙ denſum & rarum ſint principia alterationis: primò inquantum ſunt ſenſibilia, quia ſi mathematicè conſiderentur tales qualitates, non ſunt principia alicuius alterationis ſenſibilis: licet enim (ut dicitur in pręd icamentis) quadratum circumpoſito gnomoni creuerit, & quodãmodo etiam aliqua alteratio ſit in mathematicis, non tamen ſenſibilis, ſed imaginaria. Secũda conditio eſt ꝙ rarum & denſum quodammodo pertinent ad prædicamentum poſitionis, & quodammodo ad prædicamentum qualitatis: ſi enim fuerint conſiderata inquantum dicunt partium diſtantiam aut appropinquationem adinuicẽ ſic ſunt poſitiones, & non ſunt principia alicuius alterationis ſenſibilis: non enim ſic dicunt aliquam actiuitatem. Si autem fuerint qualitates, ſic poſſunt terminare motum, inquantum inſequũtur caliditatem et frigiditatem: ſunt enim rerum qualitates raritas & denſitas in generabilibus inuẽtæ, inſequentes aut caliditatem, aut frigiditatem. Secus autem de illis quæ ſunt in corpore cœleſti, quæ æquiuocè dicuntur cum iſtis quæ ſunt hîc, ut recitat Cõmen. in. 2. cap. libro de ſubſtantia orbis. ⁋ Sed tunc eſt difficultas, quia pariformiter uidetur ꝙ ad relationem ſit per ſe motus, cõtra Ariſto. in. 5. phy. tex. com̃. 10. & ad ſitum erit per ſe motus contra Auer. in. 6. phyſi. cõ. 85. Nam quemadmodum raritas & denſitas non acquiruntur per ſe primò per motum alterationis, ſed ratione primarum qualitatum, quę ſunt caliditas & frigiditas: inquantum enim aliquid mouetur per ſe primò ad calorem, ſecundariò dicitur moueri ad raritatẽ & inquantum mouetur ad frigiditatem primò, dicitur ſecũdariò moueri ad denſitatem, ſicut expreſſe habetur in tex. 11. 7. phy. Sic dicam ꝙ pro quantò aliquid mouetur per ſe primò ad albedinem quę eſt fundamentum ſimilitudinis, mouetur per ſe non primò ad ſimilitudinem & pro quanto aliquid per primò mouetur ad ubi, per ſe nõ primò mouetur ad ſitum: & eſt ardua difficultas ſicuti uides. ⁋ Niſi eſſet ꝙ eſt ratio diuerſitatis, quia raritas & denſitas ut ſunt qualitates, ſunt per ſe cauſatæ ex primis. Sunt enim, ut inquit Cõmen. ibi in com̃. qualitates attributæ alterationi in duplici differentia, quædam ſunt primæ, ut caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas: q̃dã ſunt ſecũdę, & ſũt cauſatę ex primis, ut raritas & denſitas. Amplius qualitates iſtæ ſecũdę habent contrarietatem & intẽſionem & remiſsionem, quę ſunt de conditionibus requiſitis ad uerum motum & ueram alterationem: ſecus aũt eſt de relatione, q̃a illa nõ ꝑ ſe conſequitur fundamentum, quia ſtat eſſe fundamentum ſine relatione. Amplius autem, ratio relationis conſiſtit in indiuiſibili, & eſt de entibus diminutis, intantum quòd, ut dicit Auer. 12. primæ philoſophię, quidam reputauerunt prædicamentum relationis eſſe de ſecundis intellectis. Aduenit etiam relatio ſine aliqua mutatione facta in ſubiecto quod quidem de raritate & denſitate, ut ſunt qualitates cõſequentes calidum & frigidum dici non poteſt: nihil enim rarefieri aut condenſari poteſt, quin illud calefiat aut infrigidetur. Et ita dicendum eſt de ſitu reſpectu ubi, quia ratio eius conſiſtit in indiuiſibili, & non habet conditiones requiſitas ad uerum motum.

Denſitas & raritas ſunt principia oĩum paſſionum. 8. phyſi. tex. cõ. 55. & uide ibi Auer. quõ ſit intelligendum.

Denſitas et raritas ſunt rerum qualitates inſequentes calidũ & frigidum. 7. phyſi. cõmen. 15. Vide in concordantijs.

Denſitas & raritas ſecundũ antiquos ſunt cõſtrictio & expãſio pororum, & ꝙ hæc duo ſunt cauſæ generationis & corruptionis, cùm generatio apud eos & corruptio ſint congregatio & ſegregatio. 7. phyſi. cõ. 15.

Denſitas & raritas non faciunt tranſmutationem in ſubſtantia, cum ſint de ſitu. 1. met. cõ. 15. Vide in concordantijs.

Denſari & rarificari ſunt motus locales. 8. phyſic. tex. cõ. 77. Vide in concordantijs.

Deſcriptiones in aliquibus locis accidit dari per negationes priuationum, ubi accidit priuationes eſſe notiores nobis q̃ ſint ipſi habitus. Auer. 8. phyſi. com̃. 27.

Deſcriptio primæ perfectionis eſt forma, quę in tempore in quo poteſt agere, non agit. Sed deſcriptio ſecundæ perfectionis eſt forma quæ agit aut patitur, ſeu res habẽs formã agit aut patitur in tempore in quo agit aut patitur. 2. de anima cõmen. 5. ⁋ Vnde actus primus eſt ipſa forma à qua eſt apta nata prouenire operatio, ſed non prouenit: ſed actus ſecundus eſt forma operans. Latini aũt aliter ſentiunt.

Deſiderium dicitur de appetitu, & ira, & uolũtate, & uniuerſaliter de pluribus. 2. de anima. tex. cõmen. 27.

Deſiderij ſenſibilis proprium eſt, ut non moueatur niſi cum p̃ſentia ſenſati in actu: è contrario de deſiderio intellectuali. 3. de anima tex. cõmen. 29.

Deſiderium eſt propter exiſtimationem quòd aliquid ſit bonum. 12. metaphyſi. com̃. 36.

Deſiderium p̃cedens cõprehenſionẽ magis uidetur dolor q̃ uoluptas. 12. meta. cõ. 39. Vide in concordantijs.

Deſideratum in corporibus cœleſtibus nõ differt ab intellecto, ſicut differunt in nobis: quia potentia qua in nobis cõprehẽdit̃ deſideratũ, eſt alia potẽtia qua cõprehẽdit̃ ĩtell'm. Deſideratũ. n. cõprehẽdit̃ ſenſu, et ĩtell'm cõprehẽdit̃ ĩtellu, ſed corpora cœleſtia non ſentiũt: ſenſus enim dati ſunt animalibus ad ſalutem. 12. metaphy. cõmen. 36. idem. 1. cap. de ſubſtantia orbis. &. 3. idem. 3. de anima. cõ. 60. &. 61. & in. 2. de anima. cõmen. ultimo.

Deſiderabilia quæ mouent nos ſecũdum ſenſitiuam, differũt à deſiderabilibus intelligibilibus, quæ mouent nos ſecundum intellectum. 12. metaphyſi. com̃. 36.

Deſtructio conſequentis ex deſtructione antecedentis conceſſa eſt in conſecutione conuertibili. 7. phy. cõ. 16.

Determinans & determinatum ſunt idem numero. 1. meta. cõmen. 44. ⁋ Intelligitur ꝙ ſi determinatum ſit unum numero, etiam determinãs eſt unum numero, iuxta illud Philoſophi in. 2. phy. tex. cõmen. 38. Vniuerſalium cauſæ ſunt uniuerſales, & particularium cauſæ ſunt particulares. idem 12. metaphyſi. tex. cõmen. 27.

Detruncabile eſt ſecundum latitudinem, ſenſibile aũt ſecundum longitudinem. 4. meteo. tex. cõmen. 47.

Deus habet ſolicitudinẽ eorum q̃ ſunt hîc. 2. phy. cõ. 75. Vide quomodo ſit intelligendum. 12. meta. com̃. 37.

Deus quandoq; ſumitur pro corpore cœleſti, ut erat famoſum apud antiquos. 8. phyſi. tex. cõmen. 64.

Deus & natura nihil fruſtra faciunt. 1. cœli. tex. cõmen. 32. idem. 2. cœli. 50. &. 59. &. 3. de anima. 43.

Deum eſſe in loco, & corpus eſſe in loco, non eſt ſecundum unum & eundem modum. primo cœli. cõmen. 22. &. 8. phyſi. cõmen. 84.

Deus & intelligentiæ non ſunt in tempore. 2. cœli cõmẽ. 1. Vide. 4. phyſi. tex. cõmen. 118. &. 120.

Dei operatio eſt immortalitas, hæc autem eſt uita ſempiterna. 2. cœli. tex. cõmen. 17.

Deus compleuit diminutionem contingẽtem in iſtis ſecũdũ ꝙ generatio facta eſt cõtinua. ex. 2. de generatione. tex. cõ. 59 idem. 2. de anima. cõ. 34. & primo cœli. cõ. 98.

Dijs omnia plena eſſe aſſeruit, Thales Mileſius, primo de anima. tex. cõmen. 86.

Deus ſecũdum Zenonem per omnem ſubſtantiã permeat, in intellectuali eſt intellectus, in animali eſt anima, in naturali natura, in affectu eſt affectio & habitus. Themiſtius primo de anima. cap. 36. Conſimilem opinionem recitat Cõmen. in lege ſua quorundam loquentium. 12. meta. cõ. 18. &. 9. metaphyſi. cõmen. 7.

Deus omnium eſt principium & cã. ex procemio. meta.

Deos duos ponentes quorum unus agit malum, alius agit bonum, uilipendendi ſunt. tertio met. tex. cõmen. 15. et. 12. metaphyſi. cõmen. 52.

Deus uidetur habere curam circa omnia entia. 12. metaphy. cõmen. 37. Et ibi Cõmenta. ponit modum ſecũdum Peripateticos, de quo uide in concordantijs.

Deum habere ſolicitudinẽ indiuiduorum quodãmodo uerũ eſt, & quodãmodo non. ſuprà. cõmen. 37. &. 52.

Deus dicimus animal optimum ſempiternum, cuius uita & duratio exiſtit Deo continua & æterna: hoc enim Deus. ſuprà tex. cõmen. 39.

Deus eſt uiuus & ſapiens, & hoc modo putauerunt antiqui trinitatem eſſe in Deo. ſuprà. cõmen. 39.

Deum eſſe unum & habentem uitam, quomodo ſit ĩte gẽdum. Vide. 12. meta. cõmen. 39.

Dei multiplicitas attributorum eſt intellectu tantum, non ſecundum eſſe. ſuprà. cõmen. 39.

Dei ſcientia eſt ſicut prima philoſophia, & ſcientiæ aliarum intelligentiarum ſunt ſimiles ſcientijs particularibus exiſtentibus ſub prima philoſophia. 12. meta. cõmen. 44. authoritate Nicolai Peripatetici.

Dei ſcientia non eſt ſicut noſtra, ĩmo ſcientia æquiuocè dicit̃ de noſtra & ſua. 12. metaphyſi. cõ. 51. & in libro deſtruct. diſputa. 12. in ſolutio. 2. dubij.

Deus non diſponitur per ſcientiam quæ eſt in nobis, neq; ꝑ ignorantiam ei oppoſitam. 12. meta. com̃. 51.

Dei ſcientia non eſt uniuerſalis neq; particularis. ibidem & in libro deſtruc. diſputa. 3. in ſolutio. 18. dubij. col. 8. dicit: Cauemus nobis dicere, ꝙ Dei ſcientia eſt uniuerſalis, aut particularis, quia ambæ iſtæ ſcientię cauſantur ab entibus & ſunt generabiles & corruptibiles.

Dei ſcientiæ non opponitur ignorantia. 12. metaphyſi. com̃. 39. authoritate Alexan. & cõmen. 51.

Deus non eſt cauſa mali, ſed mala, & ea quæ ſunt ſine ſolicitudine proueniũt ex neceſſitate naturę, & non ex diminutione agentis. ſuprà. cõmen. 52.

Deo impedimẽtũ aliquod attribui impoſ'e eſt ex lib. deſtru. diſp. 1. in ſol'. 2. dub. & habetur. 12. meta. in fine.

Deus benedictus non poteſt denominari agens neq; modo naturæ, neq; ſecundum uoluntatem quæ eſt in generabilibus & corruptibilibus. ex diſputa. 3. in ſolutio. primi dubij. & ibi uide cauſam.

Dei actio ſecundum Philoſophos à ſcientia procedit, abſq; neceſsitate inducente eum ad agendum, neq; ex ſe, neque ab aliqua re extrinſeca, ĩmo tantum ex ſua bonitate: & ideo neceſſariò uult & eligit in nobiliori gradu oĩbus gradibus uolentium & eligentium. ex diſputat. 3. in ſolutio. 2. dubij. ⁋ Inde patet error Rabbi Moyſi, quem Scotus ubiq; in hoc & ſequaces eius ſunt imitati, aſſerentes ſecundum Philoſophos Deum agere ex neceſſitate naturæ. Aduerſus Rabbi moyſẽ & Scotum.

Deus non eſt principium totius ſecundum Philoſophos modo formæ, ſicut anima reſpectu corporis. Nullus enim eorum opinatur hoc. ex diſpu. 3. in ſolutio. 5. dubij. ⁋ Vbi nota frater mi, locum apertũ contra modernos aſſerentes Auer. opinionem fuiſſe, Deum glorioſum eẽ formam formaliter

perficiẽtem orbem. Nec ualet gloſa Sueſſani in illo loco, ꝙ Cõmentator non contradicit ſibi in. 4. cœli. cõmẽ. 1. & alibi, ubi tenet Deum eſſe formam & finem, quia dicit ꝙ Cõmenta. reprehẽdit Algazelem, in hoc ꝙ poſuit Deum ſolum eſſe cauſam formalem ſecundũ Philoſophos: ſed Philoſophi non ſolũ formalem, uerũetiam finalem & ut motricem, ut patet. 12. meta. cõm. 5. & 6. ¶ Sed non bene ponderantur uerba Auer. in illa accuſatione Algaçelis, quia ultra hoc reprehẽdit eum in modò, quem impoſuit Philoſophis, Deum eſſe cauſam formalẽ, quia uerba eius prætendebant ꝙ Deus eſſet forma perficiens, ſicut anima perficit corpus & eſt formaliter dando eſſe, quẽ errorem iſti tenent de mẽte eius. Vnde iſta ſunt uerba eius: Dicimus nos ꝙ uerba huius hominis prætendunt concedere aduerſarijs, ꝙ Deus benedictus non eſt agens, imo eſt aliqua cauſarũ, qua nulla rerum perficitur ſine ea. Vnde dicimus ꝙ iſta reſponſio eſt debilis: nãq; ex hoc ſequit̃ apud Philoſophos, ꝙ primũ ſit principium totius modo formæ, ſicut aĩa eſt principium corporis, & nullus eorũ opinat̃ hoc. Quid clarius, aut apertius dici potuit? & ideo aliter ſoluimus contradictionem iſtam iuxta fundamentum Auerro. & omnium Peripateticorum. Quod forma & perfectio eſt duplex, ſeparata & perficiens, de mente Auerro. & eſt ad literam in diſputa. 1. in ſolu. ultimi dubij. & in. 12. meta. cõmẽ. 37. ubi dicit ꝙ perfectionum propter quæ mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur propter ſanitatem: & quædam ſunt ſubſtãtiæ extrinſecæ, ut quæ mouetur ad ens ut aſſimiletur eis, ut inueniuntur omnes actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intentionum domini ſui, igitur dicuntur eſſe propter dominum ſuum, & ſimiliter omnia entia cum primo principio. Quid enim potuimus in hoc loco adducere ꝓ noſtra opinione, ꝙ̃ Auer. iudicium ſeipſum declarantis? Hęc igitur eſt alia accuſatio, & grauior contra Algaçelem, quia impoſuit Philoſophis Deum eſſe formam formaliter perficientem totum, & omnia entia, ſicut iſti dicunt de orbe, eo modo quo aĩa perficit corpus. Et Philoſophi dicunt Deum eſſe formam perficientem, ſicut anima perficit corpus, neq; ſicut ſanitas perficit illud quod mouetur ad ſanitatem, ſed dicitur forma extrinſecus perficiens omnia entia, pro quanto omnia entia mouentur naturali deſiderio, ut aſſimilentur illi ſecundum ꝙ poſſunt. Eſſe enim eſt cõmunicatum à prima forma omnibus entibus, ſecundum uarios gradus, qa diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſę, & iſtum gradum inter corpora in altiori gradu participat primum corpus: & inter intellectus, primus ex motoribus planetarum, & ſic deinceps. Et hoc eſt quod declarauit Cõmen. etiam in primo phyſi. cõm. 81. ubi Ariſto. dicit: Exiſtente enim quodam diuino & optimo. dicit enim Cõmenta. in illo loco, ꝙ cum ſit perfectio diuina maxima, cui omnia entia appetunt aſſimilari: quia igitur omnia entia participant eſſe ſibi cõmunicatum, quædam clarius, quædã obſcurius, & omne eſt à forma. Pro quanto igitur Deus glorioſus cõmunicat eſſe omnibus ſecundum ꝙ natura eorũ apta eſt participare, ſic eſt forma omnium, quam omnia imitantur & appetunt ei aſſimilari, ſecundum ꝙ poſſunt. Similitudo enim & conueniẽtia in entibus eſt à forma, ut dicit Cõmenta. in prima diſp. in ſolu. 7. dubij. Forma enim eſt ratio cõmunicabilitatis. 1. cœli. cõmẽ. 92. ¶ Et ex his frater mi intelligis quomodo cognitio ſubſtantiarum & entium inquantum entia, ducit ad cognitionem primi principij in rõne formæ, quia eſſe iſtud eſt impartitum à prima forma: omne enim eſſe à forma ꝓficiſcitur, ut dicit Boe. ¶ Et ideo non ualet declaratio ſubtilium aſſerentium ſecũdum Philoſophos, Deum eſſe formã omnium inquãtum cõmunicat eſſe omnibus, quæ ſunt hîc per motum. Nam Philoſophi non ſolum ponunt Deum eſſe ueluti formam reſpectu iſtius mundi inferioris, uerũetiam reſpectu omnium, ut patet. 12. meta. cõmẽ. 44. Tum etiam quia talis declaratio ducit ad rõnem primi motoris, & non ad rationẽ primæ formæ, & ad hoc aſcendit naturalis uia motus, unde Cõmenta. 3. diſpu. in ſolutione. 10. dub. declarans quomodo mundus habet cauſam agentem dicit: Et radix huius eſt, ꝙ eſſe corporum cœleſtium cõſiſtit in motu, & ideo dans motum de neceſſitate dicitur agens. Sed diuinus aſcendit ad rationem primę formæ, ut dicit Cõmenta. 7. meta. cõmen. 9. & hoc ex cognitione entium & ſubſtantiarum inquãtum entia ſunt, ut alibi declarauimus. Et ut altius iſtam rem intelligamus, ſcies ꝙ etiam, formæ iſtæ quę ſunt hîc, habent duplex eſſe. ſ. materiale et abſtractum, ſecũdum eſſe m̃ale ſunt in potentia in prima materia: & ſunt in actu uel potentia actiua primi motoris. Et ita ex cognitione formarum mobiliũ quatenus mobiles, uia motus poſſumus peruenire in naturali philoſophia ad primum motorẽ: quia motus includit̃ in re mobili quatenus mobilis, & motus ducit ad motorem. Sed formę ſecundum eſſe abſtractũ conſiderantur ſub ratione ſubſtantiæ & entis: quia iſti ſunt conceptus abſtracti, & quia ſecũdum eſſe abſtractum iſtę formæ eminenter continentur in prima forma abſtractarũ, quæ eſt ens per eſſentiam. Sic ex rationibus iſtarum inquãtum ſubſtantiæ ſunt, uel inquãtum entia, deuenimus ad primam formam. Et hoc duplex eſſe quod habet forma, uidelicet actuale & formale (ut inquit Cõmenta.) eſt illud quod fauentes formas uoluerũt dicere, ideſt Platonici ponentes ideas, ſed non perueniũt ad hoc. 12. meta. cõ. 36. ¶ Et nota bene iſtam declarationẽ, quia non innotuit mihi niſi in longo tempore, & non ſine magno labore uitæ meæ.

Deus non intelligit entia inquantum ſunt cauſæ ꝙ ipſe intelligit ea, ſicut noſter intellectus intelligit ea. Vnde Philoſophi hoc intendunt dicere, dum aſſerunt Deum non intelligere entia poſteriora, eo mõ quo nos ea intelligimus, imo modo quo nullus intellectus poteſt ea intelligere. ex libro deſtruct. diſpu. 3. in ſolu. 18. dub. colũ. 8. ¶ Et nota ꝙ noſtri Theologi quo ad hoc ꝯcordant, ꝙ Deus non intelligit creaturas ſicut nos, quorum intellectus mouetur ab obiectis.

Deus eſt cauſa agẽs, finis, & forma, omnium intelligentiarũ. ex diſpu. 3. ſol. 18. prope finem. & ibi uide rationem.

Deus eſt cauſa efficiens, forma, & finis, omnium entium ſenſibilium. ibidem.

Deus eſt unus ſimplex ſecundum Peripateticos, licet pluribus denominationibus denominetur. ex diſputatio. 5. in ſolutio. ultimi dubij.

Deum ſcire ſeipſum, nihil aliud eſt ꝙ̃ ipſum ſcire entia. Vnde ſi homo ſimilis fuerit alijs entibus, & ipſe ipſius ꝓpriam quiditatem ſciret, ſcire ipſam quiditatem neceſſariò eſſet ſcire alias res. ex libro deſtru. diſp. 6. in ſol. primi.

Dei ſcientia, qualiter ſit una & eadem cum ſeipſo, cum ſcientia eius de rebus extrinſecis ab eo, uide in diſpu. 6. in ſol. 3. ¶ Vbi animaduerte quod inquit, ꝙ de hoc inuenitur quoddam exemplar in humano intellectu, de quo ſupra ibidem in ſolu. 2. dixit quomodo in intellectu humano itelligibile quodammodo eſt idem cum intelligente, quanto magis in Deo. Si enim formæ materiales quæ ſunt potentia intellectæ, prout abſtrahuntur ab intellectu, ſunt in intellectu ſcientia & intellectus, quantò magis hoc in abſtractis ex natura ſua à materia uerum erit?

Dei ſcientia una exiſtente, non eſt impoſſibile ꝙ retineat ſcibilium multitudinem. non eſt enim impoſſibile apud Philoſophos, ꝙ Deus ſciat ſeipſum, & alia præter ipſum, multitudo autem eſt impoſſibilis apud eos, ꝙ intellectus perficiatur ab intellecto cauſato à tali intellectu, & ꝑficiatur ab intelligibili. ex diſpu. 6. in ſolu. 3. dubij. Vbi aperte colligit ꝙ Deus intelligit multa, immo omnia intelligibilia alia ab ipſo, ſed non motiue, ut intellectus noſter. Et hoc concedũt etiam noſtri Theologi.

Dei ſcientia in numeratione ſcibilium non eſt ſicut numeratio ſcibilium in ſcientia humana. In ſcientia enim humana eſt numeratio duplex, una eſt ratione phantaſmatum, ſecũda uerò eſt prout ſunt in humano intellectu conuenientia in uno genere reſpectu plurium ſpecierum. Et cùm remouemus ſcientiam Dei ab uniuerſalitate, remouetur talis numeratio, & remanebit talis numeratio qualem intellectus humanus non poteſt comprehendere, niſi ſcientia noſtra ſimilis eſſet ſcientiæ Dei, quod eſt impoſſibile. ex diſputa. 6. in ſolutione. 3. dubij.



Dei ſcientia & ſi neq; uniuerſalis neq; particularis eſt, quia tamen ſcire particularia apud nos, eſt in actu ſcientia, ideo ſciẽtia Dei eſt magis propinqua ſcientię particulari quàm uniuerſali. ibidem.

Deus ſcit entia nobiliori modo, quo nos ſcimus ea. ibidem. in ſolutio. 4. dubij.

Deus eſt quiditas abſoluta, & omnia alia entia quiditatẽ habent. ſuprà. in ſolu. 6. dubij.

Deus non eſt ſubiectum denominationum. ſupra.

Deus ſunt oĩa entia abſolutè, entia nãq; habent eſſe & ſunt intelligibilia primò, ut ipſe ſcit ſeipſum. ſuprà.

Dei ſcientia non eſt ſimilis ſcientiæ humanæ, quia eſt cauſa entium, ſed ſcientia humana eſt cauſata ab entibus. ſuprà. &. 12. meta. cõmen. 51.

Deum habere diffinitionem quodãmodo eſt uerum, & quodãmodo non eſt uerum. ex diſp. 7. in ſolu. primi dubij. ubi ponitur diſtinctio de diffinitione duplici. ſ. data per genus uniuocum & ueras differentias, & de diffinitione data per genus analogum.

Deo Philoſophi tria attributa attribuunt, & eſt ꝙ ſit ſciens, excellens, & potens: & dicunt ꝙ uoluntas eius prouenit in entibus ſecundum ſcientiam eius, & poſſe eius non deficit à uoluntate eius. ex. diſp. 10. in ſol. 1. dubij.

Deus ſecundum Philoſophos operatur per ſcientiam ſuam, & quia ſcientia in eo ꝙ ſcĩa eſt in duobus contrarijs, poſſibile eſt ut proueniat ab eo unumquodq; eorum, & prouenit excellentius contrariorũ, non uilius ex ſciẽte ea: & ideo appellatur ſciens excellens. ſuprà.

Dei ſcientia ſecũdum Philoſophos non eſt niſi una in Deo. ſuprà. idẽ ſentiunt noſtri Theologi. Dicit enim Augu. in. 6. de trinitate. cap. ultimo: Vbi eſt prima & ſumma uita, non eſt aliud uiuere & aliud eſſe, ſed idem eẽ & uiuere primus ac ſummus intell's, cui nõ eſt aliud uiuere, aliud intelligere.

Deo non auferẽ uoluntas, ſed noua uoluntas non eſt in Deo. ex diſputa. 10. in ſolutio. 3. dubij.

Dei ſcientia non diuidit uerum à falſo in oppoſitis, ſicut ſciẽtia humana, uerbi gratia quia hõ aut ſcit alia à ſe aut non iſta enim ſunt contradictoria, & uerificata una, neceſſariò alia eſt falſa. Sed de Deo benedicto ambo uerificãtur, quia ignorat ea modo inferente defectum, ſicut eſt in ſcientia humana, & ſcit ea modo non inferente defectũ. ex diſp. 10. in ſol. 3. dub. & in hoc etiam noſtri Theologi conueniunt.

Deum agere modo naturæ falſum eſt, imo dicunt Peripatetici ſecundum ueritatem loquentes, ꝙ entia ꝓcedunt ab eo, modo altiori ꝙ̃ ſit natura & ꝙ̃ humana uoluntas. Probatum enim eſt demõſtratiuè, ꝙ impoſ'e eſt aliquem actum procedere ab eo naturali modo ſeu uoluntario, iuxta intentionem uolũtatis quæ eſt in nobis. Quapropter actus diuinus procedit ab eo mõ magis nobiliori, ꝙ̃ uoluntario modo, qui clare comprehendi non poteſt niſi ab eo. ex diſp. 11. in ſolu. primi dubij. contra Algaçelem hoc Philoſophis imponentem. ¶ Ex hoc ſcire poteris Scotum in hoc errore fuiſſe, qui iuxta Rabbi Moyſen hoc idem opinantem, ſæpe imponit hoc Peripateticis. Idem dicit Cõmenta. in diſputationibus phyſicis, diſpu. prima in ſolutio. 4. dubij. ubi dicit: Quod autem attribuunt Phloſophis ꝙ entia ſeparata agunt naturaliter & non electiuè, nemo hoc dixit cui adhęreatur, ſed omnis habens ſcientiam apud eos agit electione: tamen propter dignitatem quę eſt in eis, non prouenit ex duobus contrarijs niſi dignius eorum, & electio eorum non eſt propter aliquid quod perficiat ſubſtantiam eorum, cùm in eis nulla ſit diminutio: ſed ut perficiatur id ex entibus quod eſt diuinum in natura ſua.

Deus probatur ꝙ ſit uolens, quoniam ipſe ſcit duo contraria: & ſi eſſet agens ex eo ꝙ eſt ſciens tantum, operaretur duo contraria ſimul, & hoc eſt falſum: igitur neceſſe eſt ꝙ operetur unum contrariorum electione. ex diſputa. 12. in princi. iuxta nouam tranſlationem.

Deus non eſt natura quæ eſt principium motus in pluribus rebus, ut diffinitur in. 2. phyſi. Natura enim apud Philoſophos ſummitur duobus modis, uidelicet modo prædicto, & ſecundo modo proferunt eam de omni potentia, à qua prouenit actio intellectualis ordinatè, & iſto modo Deus natura dici poteſt. ibidem.

Dei intellectus quodãmodo non intelligit aliud præter ſe, in quantum ſcientia eius non eſt paſſiua: & aliquo modo intelligit aliud præter ſe, ex hoc ꝙ ipſemet eſt ſcientia actiua. ex diſpu. 12. in ſol. primi dubij. ſm nouam tranſlationẽ.

Dei ſcientia ſecundum Philoſophos nõ eſt uniuerſalis. Multiplicatio enim generum & ſpẽrum, neceſſariò infert ſcĩæ multiplicationem. ex libro deſtru. diſp. 12. in ſol. 2. dubij.

Deum dicere ꝙ induit formas oĩum entium, et ꝙ mouet oĩa quæ ſunt hic ſine medio, eſt auferre cauſam & cauſatum, et omnia intelligibilia. ex diſpu. 13. in ſolu. 4. dubij.

Deo eſt prima cura de nobis, & ipſe eſt cauſa loci habitabilis ſuper terram, & quicquid inuenit̃ hic de eo quod eſt bonum perfectam, prouenit quidem à uoluntate & intentione eius. Sed proueniunt mala ex neceſſitate materiæ, ſicut corruptio & debilitas, & tabes, & ſimilia: in paraphraſi metaphyſi. trac. 4. in fine, ubi agit de diuina prouidentia, & cura omnium entium, quæ ſunt hic.

Deo attribuẽtes cognitionem & curam rerum particulariũ, ut dixit Alexan. de neceſſitate attribuit ſibi impietatẽ uel iniuſtitiam. Auer. in paraphraſi meta. trac. 4. in fine. ¶ Dic pro fide & ueritate ꝙ eſſet uerum, ſi Deus eſſet cã mali culpę.

Dei multiplicitas attributorum eſt intellectu tãtum, non ſecundum eſſe. 12. metaphyſi. cõm. 39.

Dei actio eſt intenta ab omnibus intelligentijs. 12. metaphyſicæ. cõmen. 44.

Dextrum & ſiniſtrũ ſunt differẽtiæ natura poſteriores, quia omne hñs dextrum & ſiniſtrum habet ante & retro, & ſurſum & deorſum, ſed non contra. 2. cœli. tex. cõ. 7.

Dextrum eſt principium latitudinis. ſuprà. tex. cõ. 8.

Dextrum eſt principium localis in animalibus perfectis. ſuprà. tex. cõmen. 8. & 15.

Dexter pes ĩ aĩalibus eſt motus eſſential'r, ſiniſter uerò accidentaliter: quia animal primo mouet pedem dextrum, deinde ſiniſtrum, ut ſuper illum ſuſtentetur. Cõm. 2. cœ. cõ. 8.

Dextrum & ſiniſtrum & aliæ differentiæ ſecundum Ariſto. ſententiam, non poſſunt aſcribi cœlo ſecundum ſimilitudinem per poſitionem ad nos, ſicut ſunt in rebus inanimatis: falſum quoq; eſt ipm̃ uoluiſſe has, per determinatas in cœlo partes uariari, ſicut in animantibus. Cõmentator in paraphra. 2. de cœlo, ſumma ſecunda, quæſito primo iuxta finem capituli, contra dominum Albertum. Aduerſus Albertum magnum.

Dextra pars nobilior eſt ſiniſtra, & antè nobilius ẽ retro, nobiliusq; ſurſum ꝙ̃ deorſum. 2. cœli. tex. cõ. 34.

Dextra pars ualidior eſt ſiniſtra, et ideo omnia membra quę ſunt motus gratia ſuperiora ſunt in parte dextra quàm ſiniſtra, ut renes, ſupercilia, brachia, & id genus. ex. 3. de partibus animalium. cap. 9.

Dextræ partis natura ſiccior & mobilior eſt. ex tertio de partibus. ſuprà.

Dialecticæ rationes apud Ariſto. ſunt ſermones ueri, qui cõponuntur ex accidẽtibus uniuerſalibus non ꝓprijs. 8. phy. cõ. 70. idem. 4. phyſi. 87. & primo cœli. 70.

Dialectica duobus modis uſitari poteſt in alijs ſcientijs. 8. phyſi. cõmen. 70. idem primo phy. cõmen. 35. Et. 2. meta. 15. & 7. metaphyſi. cõmen. 2.

Dialecticus diffinit per formam, & phyſicus per materiam. primo de anima. tex. cõm. 16. Vide in Theorematibus.

Dialectica priores non participauerunt. primo metaphyſi. tex. cõmen. 3.

Dialectici tentãt de omnibus dicere, ex probabilibus, & eorum theoria eſt de omnibus. 3. met. tex. cõ. 2.

Dialectici & ſophiſtæ eandem ſubinduũt figuram Phi, quia ſophiſtica eſt apparens ſophia, & dialectici de oĩbus diſputant: ens autem oĩbus cõmune eſt. 4. meta. tex. cõ. 5.

Dialectica & ſophiſtica circa idem genus uerſant̃ cum philoſophia. ſuprà.

Dialectica differt à prima phia per modũ poteſtatis ſeu ſciẽ, quia illud quod ſcit Philoſophus, ſcitq; demõſtratiuè, ſed dialecticus ſcit illud probabiliter. 4. meta. ſupra.

Dialectica & ſophiſtica ſunt de accidentibus entium, ſed nõ inquantum entia ſunt. 11. meta. cap. 3.

Dianoea nihil aliud eſt, q̃ cũ imaginatione actio intellectus iuncta. Them. in. 2. libro de memo. & remi. cap. 14. à Latinis dicitur intelligentia uel cogitatio.

Diaphanum non eſt ſecundum ſe uiſibile, ſed eſt uiſibile ꝓpter extraneum colorem. 2. de anima. tex. cõ. 68.

Diaphanum non competit aeri ſecundum ꝙ aer, aut aquę ſecundum ꝙ aqua, ſed quia eſt natura eadem in his utriſq;, & in perpetuo ſuperiori corpore. 2. de anima, tex. com̃. 68. ¶ Ex hoc autem loco elici poteſt contra Them. in. 2. de anima, in expoſitione tex. 30. q uult ꝙ terminus analogus nõ importet unam naturam cõmunem analogatis, ſicut terminus uniuocus, quæ natura intelligi ſeorſum poſſit à naturis analogatis, ſicut genus reſpectu ſpecierum. Patet autem ꝙ diaphaneitas analogicè dicitur de ſuperiori corpore & de corporibus quæ ſunt hîc, quod innuit Philoſophus cum dicit, ꝙ eſt natura cõmunis utriſq;. Niſi uelis ꝙ per naturã Philoſophus intelligat conceptum aut notionem quãdam cõmunem, cui notioni in re non correſpondet natura una cõmunis diſtincta à naturis analogatis: imo correſpondẽt plures naturæ analogatæ, quarum una habet attributionẽ ad aliam, ſicut dicunt Peripatetici de ente, ꝙ bene dicit cõceptum unum cõmunem analogum, ſed non dicit naturam aliquam diſtinctam à natura ſubſtãtiæ, & à natura accidẽtis. Immo illi conceptui iſtæ duæ naturæ correſpondent in re, ſecundum prius tamen & poſterius, quia prius ſibi ſecũdum naturam correſpondet natura ſubſtantiæ, & per poſterius natura accidentis: quia natura accidẽtis dependet à natura ſubſtantiæ tanquam ab uno & ad unum. Vnde refert multum dicere, analogo correſpondere conceptum communem diſtinctum à conceptibus analogatorum, & dicere ſibi correſpondere naturam diſtinctam à naturis analogatis. Etenim primum eſt uerum, & ſecundum dictum eſt falſum: & hoc eſt quod dixit lucidiſſimus Themiſtius in. 2. de anima. cap. 12. Ea nãq; (inquit) quæ ita ſe habent inter ſe, ut priora hæc, poſteriora ſint illa: q̃q̃ notionem habent quæ de his dicatur, fieri tamen nequit ut illa aut genus ſit aut natura una, ita ut ſine his intelligi ſeorſum poſſit, indicatur dicitur'ue.

Diaphragma eſt particula diſtinguens membra ſpiritualia à membris nutritionis, qui etiam apud Grecos dicitur παρὰ τὸ διαφράττειν, quod eſt diſtinguere: etiam phrenes dicũt, à noſtris uerò Latinis præcordia. Vide Gal. in. 5. de utili. partic. cap. 15. ubi hęc duo nomina aſſerit ſibi aſcribi. Vide Ariſto. in. 3. de partibus animalium. cap. 10. ubi etiam inuenies, ꝙ dicitur ſeptum tranſuerſum.

Dicentem aliquid oportet non ſolũ affirmare, ſed cauſam ipſius dicere, & nihil apponere, neq; uelle dignitatem irrationabilem, ſed aut inductionem, aut demõſtrationem ipſius afferre. 8. phyſi. tex. cõmen. 15.

Dicere hominem alteratum eſſe, & domum accipiẽtem finem ridiculum eſt. 7. phyſi. tex. cõmen. 16.

Dicere omnia quieſcere, eſt falſum, ſicut falſum eſt dicere omnia moueri, ſed minus exit à uia naturali, qui dicit omnia moueri. Cõmenta. 8. phyſi. cõmen. 23.

Dicta ſecundum prius & poſterius neceſſariò comparãtur ad unum, quod eſt cauſa, ꝙ illa res inſit alijs. uerbi gratia, Nomen caloris quod dicitur de rebus calidis per operationem ad ignem, qui eſt cauſa, ut calor ſit in alijs rebus calidis. ex tracta. 4. in paraphra. meta. col. 8. idem. 2. meta. tex. cõmen. 4. & in. 8 phyſi. cõmen. 72.

Dies Alcyoneæ quæ ſint, & quare ita appellatæ, uide. 5. de natura animalium. cap. 8.

Dies critici ante uigeſimum, per quaternarium numerãtur, ſed poſt uigeſimum, per ſeptimanas. 4. colliget. cap. 40. ubi uide qui ſint laudabiles, & qui mali.

Dies critici à principio ægritudinis computantur, & eſt quãdo apparet manifeſtè lęſio in operationibus, excepto in pariente, ubi à partu numerari debent. Eſto ꝙ ægritudo per triginta dies poſt ꝑtum ſenſibiliter extitiſſet. 4. coll. ca. 40.

Differentiæ ſunt cauſæ ſpecierum, & ſunt cauſæ accñtium in illis ſpẽbus inuentorum. 2. cœ. cõ. 8. [illegible] 3. cœli. 77.

Differentiæ quorũdam ſubſtantiarum ſunt de alijs prædicamentis, & Ariſto. concedit hoc. 4. cœ. cõmen. 40. Quomodo autem ſit intelligendum, uide quia (ut inquit) hæc ꝑſcrutatio non conuenit ſciẽtiæ naturali, ſed primæ philoſophię conſideranti de ſubſtantijs & accidẽtibus. uide. 7. metaphy. cõmen. 41. & 8. meta. cõmen. 5.

Differentiæ corporum conſimilium partiũ ſunt propinquæ ſenſus. 7. phyſi. cõ. 11. uide in concordantijs.

Differentiæ ſex poſitionis in quibuſdam inueniuntur eſſentialiter & uerè, in quibuſdam non uerè. Et in his inquibus non uerè reperiuntur, inquibuſdam reperiunt̃ ex ſimilitudine non ex reſpectu, ſicut in imaginibus noſtris, quæ ſunt ſimilitudines noſtri: in quibuſdam ex reſpectu tãtum, ut in reliquis rebus inanimatis. Cõmenta. innuit hanc diuiſionẽ in. 2. cœli. tex. cõmen. 10.

Differentia eſt inter dicentes corpora componi ex partibus indiuiſibilibus, & inter componentes corpora ex ſuperficiebus: quia illi non poſſunt ſaluare corpus ſimplex eſſe, ſicut illi qui ponunt, quòd ſunt ex ſuperficiebus compoſita. ſecũdo cœli. cõmen 24.

Differentia in ſubiecto differunt in eſſe. ſecundo de anima. tex. cõmen. 152. inde collige uiſiuam Aquilæ, & uiſiuam hominis ſpecie diſtingui.

Differẽtiæ rerum licet non poſſint numerari à nobis, tñ non dubitamus eas eſſe finitas apud naturã. 3. meta. cõ. 11.

Differentiæ ſubſtantiales ſunt de eſſentia congregati de quo prædicantur, & congregatum ex eis eſt unum eſſentialiter. 5. metaphyſi. cõmen. 7.

Differentia dicuntur quæcunq; diuerſa ſunt alicui eidem entia. 5. meta. cap. de eodem & diuerſo.

Differentia ſubſtantialis qualitas dicitur. 5. meta. tex. cõmẽ. 19. & eſt capitulum de quali. ¶ Vbi aduerte ꝙ cõmentum in illo loco cõmuniter inuenitur deprauatum, dicit enim: Et in hoc genere concluduntur uniuerſaliter omnes differentiæ ſubſtantiales, ultimæ. ſ. differentię ſpecierum ultimarũ, ſed non ultimæ. ſ. differentiæ generum ſubſtantiales. ¶ Sed hoc quidem ſtare non poteſt, quia Cõmenta. exponens primum modum quo ſumitur qualitas, dicit ꝙ dicitur de illo ſecundũ ꝙ differunt ſubſtantiæ adinuicem. ſ. de generibus & ſpeciebus ſubſtantialibus, & dat exẽplum primo de genere. uerbi gratia, homo differt à planta per aĩalitatem, & ſimiliter in equo, quoniã animalitas eſt in eo qualitas. Amplius Ariſto. in prędicamentis, in cap. de ſubſtantia eodem mõ loquitur de ſecundis ſubſtantijs quæ ſunt genera, ſicut de ſpeciebus ꝙ non ſignificant hoc aliquid, ſed potius quale aliquid. Et ibi expſſe dicit ꝙ genus & ſpecies circa ſubſtantiam qualitatem determinant, qualem enim quãdam ſubſtantiam ſignificat, licet (ut aſſerit) maior ſit determinatio in genere q̃ in ſpecie, dicens enim animal plura cõplectitur q̃ hominem. Ideo litera cõmẽti debet caſtigari, ſicq; debet legi: Et in hoc genere concludũtur uniuerſaliter omnes differentiæ ſubſtantiales ultimæ. ſ. ſpecierum ultimarum, & non ultimæ ſcilicet differentiæ generum. *Locus Auerr. deprauata*

Differentiæ quibus diuiditur genus, ſunt contrariæ. 7. meta. tex. cõmen. 42.

Differentiæ quæ ſunt ante ultimam, ſunt in diffinito in potentia. 7. meta. tex. cõmen. 42. & 43.

Differentia finalis ſubſtantia erit rei et diffinitio. 7. meta. tex. cõmen. 43. item Porphyrius. cap. de differẽtia, ubi dicit: Intimius autem perſcrutantes & ſpeculantes differentiam, dicunt non quodlibet quod aptum natũ eſt diuidere ea, quæ ſub eodẽ genere ſunt dr̃iam eſſe, ſed quod ad eſſe cõducit, & ad quodquid erat eſſe, & quod eſt pars quod eſſe rei.

Differentiæ ſubſtãtiales quãdo latuerint, circũloqui poſſunt per accidentia. 8. meta. cõ. 5. & 7. meta. com̃. 41.

Differentiæ quorũdã rerũ ſunt ex priuatione. 8. meta. cõ. 5.



Differentiæ in quibuſdam rebus ſunt ex ſuis materijs. 8. metaphyſi. cõmen. 6.

Differentia non eſt ad ea, quę ſunt extra genus. 10. metaphy. tex. cõmen. 14. idem tex. cõmen. 12. ¶ Talia enim diuerſa propriè dicuntur.

Differentiæ colorũ ſuſcipiunt magis & minus. 10. metaphy. tex. cõmen. 22.

Differentia in materia, & conuenientia in forma, ut duo annuli quorum unus eſt ex auro, alter uerò ex argento, per accidens differunt. 10. meta. tex. com̃. 24.

Differentiæ ſecundum ſpẽm non diuerſant̃ propter diuerſitatem ſuarum materierum, ſed quia in ſuis formis eſt contrarietas. 10. meta. tex. cõ. 25. idem primo de aĩa. cõ. 53.

Differentia nulla genere participat. 11. metaphy. cap. primo. ¶ Ex quo uidetur genera non prædicari per ſe & uniuerſaliter de differentijs, cuius oppoſitũ ſentit in primo. poſte. Them. cap. 12. ubi uult genus de differentijs proximis eius uniuerſaliter prædicari. *Taxat Themiſtium.*

Differentia magna eſt inter ea quæ differunt in eſſe & in intellectu, & inter ea quæ differunt in intellectu tantùm. 12. metaphyſi. cõmen. 39.

Differentijs ſubſtãtialibus multiplicant̃ res apud Phos, ſed nullis accidentibus fit differentia ſubalis cuiuslibet prædicamentorum decem. ex libro deſtru. diſpũ. 3. in. ſol. 26.

Differentia entium in dignitate, ſi unũ non excedat aliud in ſpecie, ita ꝙ ſint ſpecies plures, quarũ una ſit nobilior alia, tunc diuerſitas quę eſt in eis fit ex prioritate unius ad aliud in eadem ſpecie, in qua cõmunicant: & quæ ita ſe habẽt, de neceſſitate unũ eſt cauſatum ab alio, & prius omnibus in hoc eſt ultima cauſa eorum, & cauſa ob quam omnia habent eſſe. ex paraphraſi meta. trac. 4. col. 7. ibi: Et dicimus ꝙ ſi iſta principia conſiderentur. Et inde collige, quòd omnes intelligẽtiæ ſunt eiuſdem ſpeciei analogæ, & prima eſt cauſa omnium aliarum.

Differentia rerum in eadem ſpecie exiſtentium eſt participatione materiæ. Themiſt. 1. de anima. cap. 24. & Auer. ſententia eſt in libro deſtruc. diſpu. prima in ſolutio. 7. dubij. Et eſt ſententia Ariſtote. 7. meta. tex. cõmen. 28. Vide & in contradictionbus nuper editis.

Differens & diuerſum differunt. 10. meta. tex. cõ. 12.

Differentia ſunt alicui eidem entia. ſuprà.

Differens omne differt, aut genere, aut ſpecie. ſuprà.

Difficultas in cognitione quãdoq; prouenit propter latentiã naturæ rei. 3. phy. tex. cõ. 15. de motu, & de numero habet 4. phyſi. cõ. 131. & 3. phyſi. cõ. 56. De relatione etiam. 12. met. cõ. 21. tex. cõ. primi. Ex quo patet ꝙ aliqua difficultas eſt ex parte obiecti cogniti contra Scotum. *Conſule de ſpe uide la se de hoc 3. meta.*

Difficultas in comprehendendo res abſtractas eſt ex nobis, quia ſunt actu intellectæ: ſed difficultas in comprehendendo res naturales, ex ipſis rebus exoritur, quia ſunt intellectę in potentia. Cõmen. 2. met. cõmen. 1.

Difficultas accidit per modum ligamenti, & modus quo aufertur eſt ſimilis diſſolutioni ligamenti. 3. meta. tex. cõ. primi. ubi dicitur: Soluere autem non eſt ignorantis uinculũ.

Diffinientes per materiam tantum, diffiniunt rem quæ eſt in potentia tantum: & diffiniẽtes per formam tantum, non ꝑfectè diffiniunt, quia formæ non ſunt ſine materijs, ut diffinientes domum dicendo ꝙ eſt compoſita ex lignis & lapidibus, diffiniunt domum quæ eſt in potentia, non domum quæ eſt in actu: & diffinientes domum dicendo, quòd eſt id quod tegit corpora & ceſus, diffiniunt domum quæ non eſt in materia. 8. metaphy tex. cõmen. 6. Conſimile primo de anima tex. cõmen. 16.

Diffinitum & diffinitio ſunt unum. 7. meta. tex. cõ. 21.

Diffinitum & ſua diffinitio ſunt unũ in actu, & plura in potentia. ibidem. & cõmen. 33.

Diffinitum cum ſuis partibus quodãmodo eſt idem, & quodãmodo non eſt idem. 8. meta. tex. com̃. 8.

Diffinitiuus ſermo & affirmatiuus idẽ non ſunt. 9. metaphy. tex. cõmen. 22.

Diffinitiones uniuerſales componuntur ex forma uniuerſali, quæ eſt genus, & propria, quę eſt differentia. 2. phyſi. com̃. 28. & 91. & 7. meta. 43.

Diffinitiones rerum naturalium recipiunt materiam, aut manifeſtè aut conſecutiuè. 2. phy. tex. cõmen. ulti. idem primo de anima. tex. cõmen. 16.

Diffinitiones datæ ſecundum prius & poſterius intrãt in artibus demonſtratiuis. 3. phyſi. cõ. 4. idem. 2. de anima. tex. com̃. 30. & 3. de anima. cõ. 5. & 4. met. tex. cõ. 2. & 3. phy. com̃. 3. de diffinitione naturæ. & 1. & 2. poſter.

Diffinitiones naturaliter ignotæ declarantur ſyllogiſmo, aut in declarando diffinitionem & diffinitũ eſſe, quãdo utrũq; fuerit ignotum: aut in declarando ꝙ diffinitio eſt diffiniti, quando diffinitum eſt manifeſtum per ſe, & diffinitio ignoratur. 3. phyſi. cõ. 12. idem. 2. de anima. cõ. 12.

Diffinitio ſubſtantiarum conſimilium partium, eadem eſt reſpectu partium & totius. 3. phy. tex. cõmen. 37. idem primo cœli. tex. cõmen. 19.

Diffinitiones entium quæ multipliciter dicuntur, ſunt difficiles, quia appropinquant ei quod nõ habet naturam cõmunem: & huiuſmodi diffinitiones difficile inueniuntur per regulas dantes diffinitionem, ſicut eſt diuiſio, cõpoſitio, & demonſtratio. 4 phyſic. cõ. 2. ¶ De huiuſmodi regulis uide in 2. poſt. & 1. de anima. cõ. 5. & 6. meta. com̃. 1.

Diffinitiones rerum quæ ſunt ignotæ diffinitionis, prius in talibus eſt perſcrutãdum de genere q̃ de dr̃ia, quãdo utraq; pars diffinitionis fuerit ignorati eſſe, ſicut eſt genus & differentia. 4. phyſi. cõ. 6. idem. 2. poſteriorum.

Diffinitiones quæ dant quiditatem, debent habere tria propria, quorum unum eſt ut per illam diſſoluantur quæſtiones contingentes in re: ſecundum ut per illam appareant accidentia eſſentialia, quia diffinitiones completæ innatę ſunt reddere cauſas omnium accidentium: tertium eſt ut ex diffinitione appareat difficultas, ideſt motiuum difficultatis, et hoc eſt proprium rerum difficiliũ diffiniri. Cõmen. 4. phyſi. cõ. 31. Vide. 2. de anima. tex. cõ. 12. & 26. & primo de anima. tex. cõ. 11 & cõ. 21. & 4. cœli. com̃. 2.

Diffinitio completa licet reddat cauſas oĩum accidẽtiũ eſſentialium, non tñ conuertitur, ut omne ex quo apparet cauſa accidentiũ ſit uera diffinitio, & ideo hęc regula deſtruit diffinitiones, & non conſtruit. Cõmen. 4. phyſi. 31.

Diffinitiones ueræ debẽt conuenire omnibus ſpeciebus rei diffinitæ. 4. phyſi. cõmen. 42.

Diffinitiones conuertuntur neceſſario cum diffinitis. 8. phy. com̃. 27. idem. 6. topicorum.

Diffinitionem eandem habentia eandem formam habẽt, & quæcũq; habent, eandem formam, habent etiam eaſdem actiones. primo cœli. cõmen. 19.

Diffinitionum bonarum proprium eſt, ꝙ per eas perfici debent omnia quæſita quæ neceſſaria ſunt ſciri in illa re apud perſcrutationem. 4. cœli. cõ. 2. Vide. 4. phyſi. 31.

Diffinitionum eſt uniuerſale ꝑceptum, ut ea quæ in alicuius diffinitione ponuntur, diffinitum in ſua diffinitione non recipiant, alioquin totum euaderet partis pars. Themiſt. primo phyſi. ſuper. 29. textu.

Diffinitionum uia qua uenantur, ſecundum Hippocratẽ eſt demonſtratio, ſecundum Platonem diuiſio, ſm̃ Ariſto. eſt compoſitio. 1. de anima. cõmẽ. 5. uide pro opinione Ariſt. etiam in. 6. metaphyſi. cõmen. 1.

Diffinitiones ſumuntur ex principijs proprijs, quæ ſunt in re. primo de anima. cõmen. 5. item primo phyſi. cõmen. 5. & 2. phyſi. cõmen. 28.

Diffinitiones generum & ſpecierum ſecundum Ariſto. non ſunt uniuerſalium exiſtentium extra animam, ſed ſunt rerũ particularium, & intellectus eſt qui facit uniuerſalitatem in rebus. 1. de anima. cõmen. 8. Vide pulchre Alexan. in primo libro naturalium quæſtionum, ubi quærit in diffinitiones ſint rerum particularium.

Diffinitiones quæcunq; ſecundum quas non contingit accidentia cognoſcere, ſed neq; de ipſis imaginari facile, dialecticæ dictæ ſunt, & uanæ omnes. 1. de anima. tex. cõ. 11. ubi Cõmen. dicit ꝙ omnis diffinitio, per quam nõ cognoſ-

cuntur accidentia, non dicitur diffinitio niſi æquiuocè, aut quia in ea collocatur aliquod falſum, aut quia componitur ex cauſis remotis, aut accidentalibus, uide pro hoc. 4. phy. cõmen. 31. &. 4. cœli. cõmen. 2. & ſecundo de anima. 12. &. 26. &. 2. cœli. cõmen. 40.

Diffinitio ſi omittit formam & recipit materiam, diminuta eſt: ſi uerò ſummat formam & dimittat materiam, uidetur dimittere aliquod non neceſſarium, ſed non eſt ita quoniã forma debet accipi in diffinitionibus ſecundum diſpoſitiones in quibus exiſtit. 1. de anima. cõmen. 16. Et lucidiſſimus Them. in eodem loco dicit: Diffinitio ea quæ materiã tantum ſectatur, eius eſt qui naturam explorat, ſed ceſſans & manca eſt, niſi formæ meminerit. At formam quidem ſemper in diffinitionem collocare debemus, quæ locum principem obtineat, ita tamen ut à materia nõ recedamus, etiam ſi forma ratione poſſit abiungi: etenim formæ naturali ſemper materia eſt opus.

Diffinitiones uniuerſales uniuocæ non ſufficiunt in cognitione rei perfectæ, nedũ cùm fuerint uniuerſales multiplices. 2. de anima. com̃. 12. & elicitur ex textu.

Diffinitiones quæ componuntur ex propinquis cauſis, cùm fuerint ignotæ, nulla uia eſt in cognitione earum, niſi à poſterioribus. ibidem.

Diffinitiones demonſtratiuæ innatæ ſunt dare cauſas oĩum accidentium exñtium in diffinito. 2. de anima. cõ. 26. idem 4. phyſi. cõ. 31. &. 1. de anima. tex. cõ. 11. &. 4. cœli. 2.

Diffinitio numeri non eſt numerus, ſicut diffinitio animalis non eſt animal. 1. metaphyſi. tex. com̃. 36.

Diffinitionum duplex genus eſt, perfectum: quod conſtituit ex genere & differentijs: & non ita perfectum, & eſt quãdo differentię ueræ latent & circũloquimur illas ꝑ ſuas actiones. elicit ex dictis Auer. iſta diſtinctio in paraphraſi ſup 4. cœli: contra Themiſtiũ. in ſumma. 3. cap. 1.

Diffinitionum ſcientia haberi poteſt ſecundum diſſolutionẽ, & etiam ſecũdum compoſitonem, ſed diuerſis modis, uide ſecundo metaphyſi. cõmen. 11.

Diffinitio in rei ueritate non inuenitur niſi in ſubſtantia. 4. meta. tex. com̃. 13. idem. 7. meta. tex. cõ. 17. &. 19.

Diffinitio eſt ratio cuius nomen eſt ſignum. 4. metaphyſic. tex. cõmen. 28.

Diffinitio non dicitur quæ non ſignificat eſſentiã rei, & diffinitionis cuiuslibet proprium eſt ad minus diuidi in duas partes. 5. metaphy. cõmen. 11.

Diffinitio eſt finis in cognitione, & etiam eſt finis in eſſe. 5. meta. tex. cõmen. 22. ibi Philoſophus dicit ꝙ terminus dicitur de quodquid erat eſſe, quod eſt cognitionis terminus, ſi autem cognitionis, & rei.

Diffinitiones accidentium ſignificant plures intẽtiones una intentione, quia in diffinitionibus accidentium ſumuntur ſubiecta in quibus exiſtunt: unde diffinitiones eorum componuntur, ex pluribus natura una, ſed diffinitiones ſubſtãtiarum ſignificant unam intentionem tantum. Et ideo accidentia dicuntur habere aliquam diffinitionem, ſubſtantiæ uerò habent diffinitionem ſimpliciter. 5. metaphyſi. com̃. 34. Vide. 7. meta. 17. 18. &. 19.

Diffinitiones plures ſubſtantiarũ ſumuntur his tribus uijs. ſ. uia diuiſionis, & compoſitionis, & demõſtratione ſigni. 6. meta. cõ. 1. idem. 1. de anima. cõ. 5. &. 4. phyſi. cõ. 2.

Diffinientium & ipſorum quodquid eſt, quædã ſunt ut ſimmum, & quoddam ut concauum. 6. metaphyſi. tex. cõmen. 2. idem. 7. metaphy. tex. cõmen. 34. &. 3. de anima. 35. &. 2. phyſi. 19. ubi pondera unum dictum Cõmenta. in. 2. phy. cõmen. 18. ubi habet ꝙ ſunt aliqua, de quibus poſſibile eſt conſiderare ut ſunt in materia, & ſecundum quod extrahũtur à materia, & talia ſunt illa in quibus conuenit mathematicus cum naturali: et ſunt aliqua in quibus impoſſibile eſt cõſiderare niſi cum materia, & iſta ſunt propria naturali. Diſtantiæ enim entium ſunt ualde diuerſæ, ut dicit Commentator in. 2. cœli com̃. 64.

Diffinitiones ſunt duobus modis, aut ſicut diffinitio ſummitatis, aut ſicut diffinitio concauitatis. 6. metaphy. tex. cõ. 2. idest aut ſunt per materiam ſenſibilem, aut abſtrahunt à materia ſenſibili.

Diffinitiones oĩum naturalium dantur per materiam ſenſibilem. idem &. 1. de anima. tex. cõmen. 16.

Diffinitionum partes ſunt illæ, per quas conſtituitur res. 7. meta. cõmen. 4. &. 1. phyſi. cõ. 28. 1. de anima. cõ. 5.

Diffinitum eſt unum in actu & duo in potentia. 7. meta. tex. cõmen. 12. idem cõmen. 33. ibidem.

Diffinitiones quæ declarant quiditatem rei, ſunt rerum quæ ſignificant totum & unum. 7. meta. com̃. 12.

Diffinitio non eſt omnis ſermo ſignificans illud quod ſignificat nomen. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 13. omnes enim rationes eſſent utiq; diffinitiones.

Diffinitio ſicut & quod quid eſt, multipliciter dicit. 7. meta. tex. cõmen. 14.

Diffinitio ſimpliciter non eſt accñtium, ſed eſt ſermo maioris declarationis ꝙ̃ nomen. 7. meta. tex. cõ. 14.

Diffinitionis proportio ad diffinitionem eſt, ſicut proportio quidditatis ad quidditatem. 7. meta. tex. cõ. 14.

Diffinitiones ſunt duobus modis, quorum unus eſt primò & ſimpliciter, ſecundus eſt non primò neque ſimpliciter, ſed ſecundum modum conuenientem naturæ rei, cuius eſt diffinitio. 7. meta. cõmen. 15.

Diffinitio principaliter eſt ſubſtãtiarum, & ſecundariò accidentium. 7. meta. com̃. 33. &. 14. &. 15.

Diffinitio non debetur eis, quæ ſunt unum per ligamentum & contactum, neq; ſimpliciter, neq; ſecundum quid. ſeptimo metaphyſi. cõmen. 16.

Diffinitiones accidentium eſſentialiũ recipiunt ſubiecta ſua, ſecùs de diffinitionibus accidentium per accidens. 7. meta. com̃. 17. ubi Cõmẽtator dicit ꝙ quia ſimitas eſt de accidẽtibus eſſentialibus naſi, ideo ponitur naſus in diffinitione eius: ſed homo non ponitur in diffinitione albedinis.

Diffinitio duobus modis capi poteſt, uno modo prout dat quidditatem rei propriam ſibi, & cõuenit nomini, ſine additione & reiteratione, & ſic non eſt niſi in ſubſtãtijs, alio modo ut in ea accipiuntur illa, quæ ſunt præter ſubſtantiam ſecundum ꝙ ſunt entia, & ſic inuenitur in accidentibus. 7. meta. cõmen. 19.

Diffinitio non eſt aggregati per accidens. 7. meta. tex. cõ. 19.

Diffinitum & diffinitio ſunt unum. 7. meta. tex. cõ. 21.

Diffinitum & ſua diffinitio ſunt unum in actu & plura in potentia. ibidem. & cõmen. 33.

Diffinitionis partes ita ſe habent ad partes rei, ſicut tota diffinitio ad totam rẽ. 7. meta. tex cõmen. 32. Et nota ꝙ (ut bene notat ibi Diuus Thomas) non intelligitur iſtud, ita quod partes diffinitionis ſunt partes rei. Non enim animal eſt pars hominis, neq; rationale, ſed partes diffinitionis ſumũtur à partibus rei, & partes diffinitionis ſignificant partes rei, unde animal ſumitur ab una parte, & rationale ab alia: animal enim eſt, quod habet naturam ſenſitiuam. Animal enim eſt animal per ſenſum, ut dicitur. 2. de anima. tex. 17. Rationale uocatur, quod habet rationem, natura autem ſenſitiua eſt ut materialis reſpectu rationis. Et inde eſt ꝙ genus ſumitur à materia, & differentia à forma, ſpecies autẽ à materia & forma ſimul, nã homo eſt quod in natura ſenſitiua habet rationem. Hæc etiam eſt doctrina Auer. in. 1. de anima. in cõmen. 5. ubi habetur ꝙ diffinitiones non cõponunt niſi ex principijs, quæ ſunt in re: quod ſic eſt expoſitum, non ꝙ propria rei ſint partes diffinitionis, alioquin eadem eſſet compoſitio ex partibus ſecundum imaginationem cum compoſitione ex partibus ſecũdum finem, cuius oppoſitum ſcribit Cõmenta. 1. phyſi. cõmen. 5. Sed primo cõmen. partes ſecundum imaginationem ſumũtur à partibus ſecundum finem & ſignificant illas, & hoc expreſſe teſtatur Cõmentator in. 1. metaphyſi. cõ. 45. ubi dicit: Ariſt. opinatur, ꝙ intellecta rerum notificant ſubſtantiam rerum & non ſunt ſubſtantiæ earum.

Diffinitiones partium qualitatis ſunt poſteriores diffinitiõe totius & toto, ſed diffinitiones partium quãtitatis ſunt priores diffinitone totius & tòto. 7. meta. tex. cõ. 33.

Diffinitiones



Diffinitiones quorũdam, uidelicet compoſitorum ex materia & forma ita ſe habẽt, ꝙ in talibus apparet materia, ſed in diffinitionibus ſimplicium nõ apparet materia. 7. meta. tex. cõmẽ. 34. Vide etiã. 2. phyſi. ꝓ primo membro in tex. commenti ultimi. Et primo de anima tex. cõmen. 16. idem 7. metaphy. 37. & 39. &. 6. metaphyſi. tex. cõmen. 2. &. 8. meta. tex. cõmen. 6.

Diffinitiones quarundam rerum recipiunt materiam, ut linea & ſuperficies: & diffinitiones quarundam rerum recipiunt materiam, ut homo qui nũquam inuenitur niſi cum carnibus & oſsibus & neruis: & ſunt iterũ aliquę res, quę cum accipiuntur, quodammodo inuenitur in eis materia, & alio modo non inuenitur, ut circulus, qui dum accipitur ut eſt cupreus, inuenitur materia in diffinitione eius. Et quodammodo non, ut quando ſumitur ut circulus. Cõmen. 7. meta. com̃. 34. Vide conſimile in. 2. phyſi. com̃. 18. ubi dicit ꝙ ſunt aliqua, in quibus poſſibile eſt conſiderare ſecundum ꝙ ſunt in materia, et ſecundum ꝙ abſtrahuntur à materia: & talia ſunt illa in quibus conueniunt mathematicus & naturalis: & ſunt aliqua de quibus impoſſibile eſt conſiderare niſi cum materia, & iſta ſunt propria naturalis.

Diffinitiones ſunt duobus modis. ſ. modo cuius altera pars eſt materia, & modo in cuius diffinitione non apparet materia. 7. meta. com̃. 35. & tex. cõmen. 34.

Diffinitiones in quibus totum ſumitur in diffinitione partis, ſunt de numero illarum diffinitionum, in quibus apparet materia, & non de illis in quibus non apparet niſi pars formę. 7. metaphy. tex. cõmen. 35.

Diffinitio animæ, quæ dat eius quidditatem, uidetur eſſe ipſum ſuum eſſe, & in eius diffinitione non apparet materia omnino. Et iſta ĩ quorum diffinitione apparet aliud, & diffinitio dicitur in illis principaliter, & in iſtis ſecundario. Cõmen. 7. meta. com̃. 35. uide in concordantijs.

Diffinitio eſt formæ uniuerſalis & non cõgregati ex materia & forma. 7. met. tex. cõ. 37. uide in concordantijs.

Diffinitio & diffinitum ſunt unum quoquo modo, quia ſunt unum prædicatione: non ꝙ diffinitio, quæ eſt forma, ſit diffinitum quod eſt compoſitum ex materia & formã. 7. met. tex. com̃. 40. Vide pro hoc ibidem. in cõ. 21. ubi dicit forma hominis eſt homo uno modo, & forma hominis nõ eſt homo alio modo. uide etiam ibidem. 34. &. 36. cõmentis.

Diffinitio cõpetit formis in materia exiſtentibus quoquo modo, quoniam in diffinitione iſtius ſubſtantiæ quæ eſt forma apparet aliud, & eſt ſubſtãtia. Vera aũt diffinitio eſt illorũ diffinitorum in quibus non apparet aliud. 7. meta. tex. cõ. 40. ubi etiam dicit ꝙ anima quia eſt exiſtens in alio, non habet perfectam diffinitionem. Vnde collige duò, primum ꝙ ueræ diffinitiones ſunt compoſitorũ uniuerſalium, ut hominis uniuerſalis, in cuius diffinitione ponitur materia & forma, quæ ſunt de eſſentia hominis: ſed diffinitio formæ materialis non eſt perfecta, quia apparet materia, quæ nõ eſt de eſſentia formæ. Secundum ꝙ colligitur ex hoc, ꝙ diffinitiones talium formarum ſunt de numero illarum in quibus apparet aliud, et eſt ſubiectũ unde quodammodo ſunt ex additione, ut notauit etiam Diuus Thomas in. 7. primæ philoſophiæ. in lectione nona ſuper expoſitione tex. 34. & Egidius Romanus in. 2. de anima in expoſitione tex. cõ. 2. Mihi tamen uidetur ꝙ licet diffinitio formę comparata ad compoſiti diffinitionem non ſit perfecta, quia eſt de numero illarum in quibus apparet aliud ſ. ſubiectum: non tamẽ propter hoc eſt dicenda eſſe ex additione, quia diffinitiones ex additione ſunt accidentium. Et eſt differẽtia magna ualde, ut dicit Commen. in. 7. meta. cõmen. 17. quia ſubiectũ quod cadit in diffinitione accidentis, eſt aliud ſecũdum naturam & ſecundum genus. Similiter illud quod fit ex ſubiecto & accidente, non eſt unum modo, licet materia ſecundum naturam ſit alia à forma, tamen eſt eiuſdem generis cum forma. Et ſimiliter ex materia & forma fit unum per ſe, quod non fit ex ſubiecto & accidente. Vnde uidetur mihi ſecundum Peripateticorum antiquorum diſciplinam, ꝙ diffinitiones formarum materialium ſunt mediæ quodam modo inter diffinitiones accidentium, quæ ſimpliciter dicũtur ex additione, & inter diffinitiones ſubſtantiarum compoſitarum uniuerſalium quæ ſunt ſimpliciter & principaliter diffinitiones. Vnde pro quanto diffinitio formæ materialis datur per ſubiectum, quod non eſt de eſſentia formę uidetur eſſe de numero illarum, quæ ſunt ex additione, & de numero illarum in quibus apparet aliud: pro quanto uerò datur per ea quæ ſunt eiuſdem generis, & ex eis fit per ſe unum, accedit ad aliud extremum, & conuenit cum diffinitionibus quæ ſunt ſimpliciter diffinitiones, & hoc teneo.

Diffinitiones in ſe habent quod in eis non eſt remotum, ut illud quod eſt in prædicamento qualitatis, accipiatur in diffinitione eius, quod eſt in prædicamẽto ſubſtantiæ. uide idẽ 8. meta. cõ. 5. &. 4. cœli. cõ. 6. &. 26. &. 8. phyſi. cõmen. 32. &. 5. phy. com̃. 10. &. 1. de anima. tex. cõ. 11.

Diffinitio ratio quædam eſt una, & ſubſtantia una. 7. metaphy. tex. cõmen. 42.

Diffinitionum conſideratio eſt communis Logico & Philoſopho, ſed duobus modis diuerſis: logicus enim conſiderat de diffinitione ſecundum ꝙ eſt inſtrumẽtum, ꝙ inducit intellectum ad intelligendum quidditates rerum. Philoſophus autem ſecundum ꝙ ſignificat natura rerum. ſeptimo meta. cõmen. 42.

Diffinitio ſignificat unum, & dare cauſam huius magis pertinet ad primam philoſophiam quã ad logicam. ſeptimo metaphy. cõmen. 42.

Diffinitio ideo ſignificat unum, quia ultima differentia continet formam, per quam ens eſt in actu, & eſt ens actu. Alię autem differentiæ quæ ſunt ante ultimam, ſunt in diffinito in potentia. Et ideo diffinitum non multiplicatur per multiplicationem partium diffinitionis. 7. metaphy. cõ. 42. & tex. cõ. 43. &. 8. met. cõ. 6.

Diffinitio eſt ſermo unus, quia ſignificat unam ſubſtãtiam, & ideo omnia quæ ſunt unum ſecundum diffinitionẽ, ſunt unum numero. 7. meta. cõ. 42 &. 43.

Diffinitio nihil aliud in ſe continet quam primum dictũ genus & differentias, alia uerò genera ſunt primum, & cum hoc comprehenſæ differentiæ. 7. meta. tex. cõ. 43.

Diffinitio eſt ex differentijs ratio. ibidem. ubi Cõmen. in cõ. 43. notat quia non dixit, ꝙ eſt ex genere & differentijs, qa genus apud ipſum eſt formą aĩalis & differẽtia ꝑticularis.

Diffinitio non debet eſſe nugatoria. 7. meta. tex. cõmen. 43. ubi Cõmentator dicit in com̃. ꝙ hoc eſt præceptum diffinitionis, ut patet etiam. 6. topicorum.

Diffinitiones ſunt cõpoſitę ex duabus naturis, ſcilicet ex genere & differentia, ſiue in ea ſint multæ differentiæ, ſiue genus & differentia tantum, quoniam illą quæ ſunt inter primum genus & ultimam differentiam, ſunt quaſi genus. 7. metaphy. cõ. & tex. 43. item Boetius in libro de diffinitionibus. Vide in concordantijs nuper æditis.

Diffinitum eſt unum per ultimam differentiam, & diffinitio etiam eſt una, quia illud quod ſignificat diffinitio eſt unum quoniam in ea non eſt aliquid in actu niſi unum, & multitudo quæ eſt in ea, eſt in potentia. 7. meta. tex. cõmen. 43. &. 9. metaphy. tex. cõmen. 10.

Diffinitiones quæ componuntur ex uniuerſalibus, non ſunt partes ſubſtantiarum ſenſibilium, quoniam ſubſtãtię ſenſibiles non diuerſantur in ſuis ſubſtantijs, quando diffiniũtur & quando non diffiniuntur. 7. meta. cõ. 46. Conſimile primo meta. cõ. 45. inde collige non dari prædicationem ex rebus reſultantem.

Diffinitio aut eſt ſolius ſubſtantię, aut maximè. 7. metaphy. tex. cõmen. 50.

Diffinitiones ſignificant plures ſubſtantias in potentia, & unam in actu. 7. meta. cõ. 50.

Diffinitio ſcientifica & demonſtratio neceſſariorum eſt. 7. metaphy. tex. cõmen. 53.

Diffinitio ſignificat ſubſtantiam quæ non habet generationem, neq; corruptionem. 7. meta. tex. cõmen. 53.

Diffinitiones ſunt rerum permanentium ſecundum ꝙ ſunt uniuerſales non ꝑticulares. 7. meta. cõ. 53. ubi Phs inuehit

contra Platonem dicens ſi darentur ideę Platonis extra na
turam,cùm ſecundum ꝙ ſunt extra animã ſunt ſingulares,
adhuc taliũ nulla eſſet diffinitio. Dicit enim ĩ tex. neq; ideã
nullam eſt diffinire,ſingularium enim idea,ut dicunt & ſe
parabilis eſt. Ex quo elicitur manifeſtè ꝙ ſingulare etiam
æternum non eſt diffinibile,quatenus ſingulare eſt. Eſt &
authoritas expreſſa Ariſtotelis etiam in eodem.7.primæ
philoſophiæ.in tex.cõ.55.de ſole.ubi Cõmen. dicit in cõ.
ꝙ qui laborat in diffiniendo ſingularia rerum æternarum
peccat, & eſt unus de erroribus contingentibus circa uni
uerſale,ut patet in.1.poſteriorum analyticorum.in illo ca
pite:Oportet autem non latere. Scotus autem in.1.ſentẽtia
rum,in prologo,in quæſtione de ſubiecto.limitat hanc pro
poſitionem in ſcientijs naturaliter inuentis,quia in ſcientia
diuina eſſentia diuina ut hæc,eſt ſubiectum.

Scotus ĩ ꝓlogo primi ſententiarũ in queſtione de ſubiecto

Diffinitio ratio eſt,ratio aũt ꝑtes hẽt.8.meta.tex.cõmen.2.

Diffinitiones Architæ,quæ dantur per materiam & formã,
ſunt approbandæ.8.meta.tex.cõ.6.ubi Cõmen. in cõ. di
cit ꝙ tales ſunt diffinitiones perfectæ,& ſunt rerum natu
ralium. Et aduerte ꝙ hoc non ſolum ueritatem habet in re
bus naturalibus,uerumetiã & in artificialibus,ut bene no
tauit Ammo. ſuper Porphyrium.

Diffinitiones exiſtentes per ſe ſunt illæ, in quibus genus eſt
quaſi materia & differentiæ quaſi forma. Diffinitiones au
tem compoſitorum ex ſubſtantijs & accidentibus,aut diffi
nitiones rerum quæ ſunt in ſubiecto,ſunt è contrario,quo
niam illud quod eſt in eis quaſi differẽtia eſt materia.Et il
lud quod eſt quaſi genus eſt forma.8.metaphyſi.cõmen.6.
&.7.metaphy.tex.cõmen.17.& infra.

Diffinientes per materiam tantum diffiniunt rem,quæ eſt in
potentia tantum:& diffinientes per formam tãtum, nõ per
fecte diffiniunt:quia formæ non ſunt ſine materijs:ut diffi
nientes domum dicendo ꝙ eſt compoſita, ex lignis & lapi
dibus,diffiniunt domum quæ eſt in potentia,non domum
quæ ẽ in actu:et diffiniẽtes domum dicendo ꝙ eſt id quod
tegit corpora & cenſus, diffiniunt domũ quę non eſt in ma
teria.8.metaphy. tex. commen.6. Conſimile in primo de
anima.in tex.commen.16.

Diffinitum cum ſuis partibus quodammodo eſt idẽ, & quo
dammodo non eſt idem.8.meta.tex.cõmen.8.

Diffinitiones ſunt compoſitorum ex materijs & formis , &
formæ ultimę ſunt ſimplices.8.meta.tex.com̃.9.& ultimi.
Et ſeptimo primæ philoſophiæ.tex.com̃.40.

Diffinitio numerus quidam eſt.8.meta.tex.cõ.10.ubi Com
menta.dicit in com̃.ꝙ diffinitio aſsimilatur numero, quia
diuiditur in res indiuiſibiles,ſicut numerus: ſed differũt in
hoc,quia illud quod nõ diuiditur in numero eſt unitas, ſed
illud quod non diuiditur in diffinitione eſt genus et differen
tia.8.metaphyſi.cõmen.10.

Diffinitio cum numero in tribus conueniunt.8.metaph.tex.
com̃.10.Et ibidem uide etiam differentias.

Diffinitiones perfectæ quæ dicuntur tranſmutatæ demon
ſtrationes, in ſitu ita ſe habent, ꝙ in talibus multum inter
ſit cauſa propter quam eſt forma, ſcilicet cauſa finalis. Cõ
mentator.8.metaphy.cõmen.13.

Diffinitiones in omnibus rebus eodem modo non ſunt quę
rendæ.9.metaphy.cõmen.& tex.11.ubi Cõmenta.dicit in
com̃.ꝙ Ariſtoteles ideo dixit hoc,ut innueret diffinitiones
rerum non relatiuarum.

Diffinitio uniuerſalis omnibus actibus ab artificio ponitur.
9.metaphyſi.tex.cõmen.12.in illis uerbis:Terminus eius
quod ab intellectu,actu fit ex potentia exiſtente,dum uoli
tum ſit nullo exteriorum prohibente.

Diffinitiuus ſermo & affirmatiuus idẽ nõ ſunt. 9.met.t.c.22.

Diffinitiones in quibus ſumuntur differentiæ contrarię,ſunt
contrariorum.10.meta.cõmen.25.

Diffinitiones datæ per genera analoga multotiens non ſuffi
ciunt ad perfectam cognitionem ueritatis,ſed dirigunt ual
de ad cognitionem rerum ignotarũ,eo ꝙ ſunt priores illis.
ex diſputa.7.in ſolo.primi dubij. Et uide quia dat exemplũ
de diffinitione animæ. Talis autẽ differentia ſumitur à Phi
loſopho in.2.de anima.in tex.cõmen.30.

Diffiões rerũ q̃ ſunt cõpoſitę ex materia & forma, ꝑfectiſſi
mę ſunt quia aggregãt iſta duo:nã q diffinit domũ ꝙ eſt ex
lateribus & lignis, tũc dicit domũ in potẽtia:& qui diffinit
ꝙ protegit & cõtinet cõtẽtũ in ea,et ꝙ eſt in tali figura,tũc
affert formã tm̃, ſed nõ eo mõ quo uerè ẽ, cũ nõ hẽat eẽ niſi
ĩ materia.ex paraph.met.tra.2.col.13.idẽ.1.de aĩa.t.cõ.16.

Diffinitiones entium mathematicorũ dicũtur per aliquid ꝓ
portionale materiæ,& per aliqd ꝓportionale formæ, licet
non habeant entia mathematica materiam ſenſibilem.ibi
dem in paraphraſi.ubi ſuprà tractatu.2.col.13.

Diffiões ſunt cõpoſitorũ ex materia et forma,et tãdẽ oĩa ſim
plicia non habẽt diffinitiones,niſi per modũ ſimilitudinis.
ex paraphraſi meta. tract.2.col.14.uide idẽ in.7.meta.tex.
cõmen.40.&.8.metaphyſi.tex.cõmen.16.

Diffiões in qbus ponuntur genera remota,ſunt diminutæ,
ſed cõpletę dãtur ꝑ genera ꝓpinq̃: qa in genere ꝓpinquo
continentur actu genera remota,et nõ contrà in habẽtibus
plura genera.ex paraphaſi metaphy.tracta.2.col.16.

Diffinitionis partes quę tenent ſe ex parte formæ uniuerſalis
quę eſt genus,& ex parte formę proprię quę eſt differentia
prçcedunt diffinitum: ſed partes rei quæ ſe tenent ex parte
quantitatis exiſtentis in indiuiduo,ratione materię ſunt po
ſteriores diffinito.ex.2.tracta.in paraphraſi metap. col.16.
& habetur.7.metaphy.tex.cõmen.33.& infra.

Diffinitiones materierum accidentalium ſunt poſteriores dif
finito,quia proportio talium diffinitionum materierum ac
cidentalium eſt ſicut proportio diffinitionum partium quã
titatis rei:ſed diffinitiones materierum ſubſtantialium ne
ceſſariò præcedunt definitum.ibidem.

Diffiões oĩum rerũ nõ debemus q̃rere ſm̃ unũ & eũdẽ mo
dũ, cùm nõ oĩa habeãt genera & differẽtias,cumq; q̃dã dif
finiãtur ꝑ ſua oppoſita,q̃dam alia ꝑ ſua paſſa:nõnulla item
per ſuã actionem & paſſionẽ, & tãdem per ea q̃ inſequũt
ipſa. Auer.ſnĩa in paraph.met.trac.3.col.2.Et uide ibi pul
chre ꝯtra Auic.utrũ in diffinitione relatiuorũ ſit circulatio.

Diffinitio relatiuorũ nõ eſt circularis,ut dixit Auic.q̃a de na
tura correlatiuorũ eſt, ut de neceſſitate unum eorũ capiat
in formatione alterius.Nec ex hoc ꝙ unũ capiẽ ĩ formatio
ne alterius:uidetur unum eorũ p̃cedere aliud,eo mõ quo ui
dentur cauſę rei in ſua formatione, q̃a nullũ correlatiuorũ
eſt cauſa alterius: Vtraq; enĩ ſunt ſimul:et ideo in cõceptu
ſeu formatione unius applicaẽ ꝯceptus ſeu app̃henſio alte
rius.Et bene ſequereẽ dictũ Auicẽnę, ſi unũquodq; inueni
reẽ in ꝯceptu alterius inquãtũ eſſet prius ſm̃ eſſe, notiuſq;
ſm̃ app̃henſionẽ ſiue formationẽ: & ſic oporteret rẽ ipſam
inueniri in ſuijpſius conceptu:ſed res nõ eſt ita,ĩmo,utraq;
ipſorum ſunt ſimul ſecundum eſſe, & ſm̃ notitiã.ibidem.

Diffinitiones rerum,in q̄bus eſt prius & poſterius,potius di
minutionẽ quãdam & enumerationẽ cõtinẽt,q̃ ſimplicẽ &
generalẽ aliquã rõnẽ oſtẽdant,q̃lis eſt figurę diffinitio, q̃lis
eſt propoſitionis.Atq; hoc inde manifeſtè patet ꝙ numeri
huiuſmodi definitio, ſpẽbus aut mẽbris penitus congruere
aut accõmodari poteſt. Verũtamẽ licet q̃plurima hoc gene
re finiãtur,nõ tamẽ deterrere id quẽquã debet: ſed q̃leſcũq;
ſint, q̃a rerũ naturã ſequũtur, probãdæ recipiendæq; ſunt.
Themiſt.2.de anima.cap.12.& eſt ſuper tex.30. Huius tñ
rõnem aſſignauit Alexan.in ſua abbreuiatione de anima.
cap.8.ubi agit de numero partium ſeu poteſtatum animæ
cùm inquit: In his quorum unum eſt primum aliud ſecun
dum,itemq; aliud perfectius aliud imperfectius, horum ſa
ne ſubſtantiam per communem definitionem continenter
& exactè ſtatuere nõ ẽ ea de cauſa,ꝙ in his quę perfectio
ra ſunt, rerum natura pręcipuè ac maximè deſignari ſolet:
cõmunis autem diffinitio uim hęc ipſa demonſtrantẽ con
tinere poteſt:quãdoquidẽ huiuſmodi rõ his quę imꝑfectio
ra ſunt,aptari neq̃t.Et nota ſicut inq̃t Com̃.in.2.de aĩa.cõ.
12. quòd diffinitiones uniuerſales uniuocę non ſufficiunt,
multò minus cum ſint uniuerſales multiplices.

Digeſtio hominum morantium in terris frigidis, eſt melior
digeſtione hominum morantium in terris calidis;et ſit for
tior



tior digeſtio in hyeme q̃ in æſtate.4.meteo. commen.1.&
ibi uide cauſam,et fuit ſententia antiqua Hippocratis in pri
ma particula ſeparatorum ſermonum: Ventres hyeme &
uere calidisſimi ſunt natura.

Digeſtio eſt à calido.4.meteo. tex. cõ.14.intellige à calido
naturali.Non enim omnis caliditas digeſtionem procurat,
ut dixerũt uulgares.ut inq̃t Auẽzoar ĩ pricipio ſui Theiſir.

Digeſtionis tres ſunt ſpecies pepanſis epſeſis,& opſeſis.In
digeſtionis etiam ſunt tres ſpecies iſtis oppoſitæ, uidelicet
omotes,moliaris,& ſtatenſis.4.meteo.tex.cõ.14.

Digeſtio eſt perfectio à naturali & proprio calido ex oppoſi
tis paſſiuis:hæc autẽ ſunt propria unicuiq; materiæ ibidẽ.

Digeſta neceſſe ẽ groſſiora,& calidiora eſſe.4.mete.t.c.18.

Digeſtio in pericarpijs alimenti pepanſis eſt.ibidem.

Digeſtiones ſunt tres ſecundum Gale. aut quatuor ſecundũ
dictum hominis quem tu ſcis . Sed mihi melius uidetur, ut
ſint tres:& ut in uenis non ponatur tertia digeſtio,quia ſan
guis in eis ad aliam formam,ſicut ſit in ſtomacho et hepate
& alijs membris:quia ſtomachus conuertit cibum ad chy
lum,hepar ad ſanguinem. Mẽbra alia cõuertũt ad ſperma
albũ,ſed uenę nõ faciunt tranſire ad aliã formã, quãuis nu
triantur ex eo aliquo modo ex neceſſitate.3.collet. ca.24.

Digeſtio neceſſariò materiam ingroſſare debet, & defectus
digeſtionis prouenit aut ex abundantia cibi & potus, aut
propter humorum cruditatem,aut propter defectum uirtu
tum.4.colliget.cap 23.

Digeſtione completa ad quodlibet membrum duæ currunt
ſuperfluitates,una ſubtilis, & alia groſſa.7.colliget.ca.32.

Digitus mortuus nõ eſt digitus,niſi æquiuocè.7.primæ phi
loſophiæ.tex.cõ.35 conſimile ibidem tex.cõ.39.

Digitus pollex ab Hippocrate magnus,quidã uerò antichira
ipſum.i.uice manũ appellant,quia uice totius manus utiẽ:
& idem pollex dicitur , quia quatuor reliquis æquipollet.
Galenus in primo de utilitate particularum.cap.22.

Digitus index & medius ſicut ordine ſunt ſecundi à primo,
ita & utilitate.Galenus.ibidem.cap.23.

Digitus ſemper an primus ĩ natura ſit poſſibile eſſe.8.phy.
tex.cõmen 56.

Dignitates maximè omnium uniuerſaliter ſunt principia.3.
metaphyſi tex.cõmen.4.

Dignitatibus omnes artifices utuntur inquantum ſufficiens
eſt eis.4.meta.tex.cõ.7.idem.1.poſteriorũ.tex.cõ.14.

Dimenſio ſecundum Ariſto.non ſeparatur à materia in ma
gnitudine,nedum in eſſe.4.phyſic.cõmen.15.& in primo
cap.de ſubſtantia orbis.

Dimenſio in potentia fundatur in prima materia.ibidem.

Dimenſiones quando abſtrahuntur à materia non habent
potentiam,nedum, ut habeant potentiam non conſimilẽ.
4.phyſi.cõmen.65.

Dimenſiones tres in prima materia, ſunt primæ formarum
exiſtentium in prima materia in actu. Et ideo innuerũt qui
dam ꝙ corporeĩtas eſt ſubſtãtia.4.cœli.cõ.40.idẽ.1.cœli.
cap.de ſubſtantia orbis contra ponentes formam corporei
tatis ſubſtantialem coęternam & primã in prima materia.

Dimenſiones terminatæ ſunt poſt formam ſubſtãtialem in
materia.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Dimenſiones interminatæ in quibus communicant omnes
formæ,recipiuntur in materia primitus, ibidem. & primo
phyſico.cõmen.63.

Dimenſiones quę ſunt in omnibus corporibus generalibus
& corruptibilibus,ſunt eædẽ numero in potentia,& non in
actu.1.cap.de ſubſtantia orbis.&.1.phy.cõ.63.Vbi habe
tur ꝙ dimenſiones ſunt unum, quia ſubiectum eorum nõ
habet unam formam dantem ſibi nomen & diffinitionem:
unde eſt unitas numeralis priuatiua & nõ poſitiua, ſicut eſt
unitas primæ materiæ ſecundũ ſe conſideratæ, quæ eſt una
numero priuatiuè.12.primæ philoſophiæ.com̃.14.

Dimidium eſt prius toto ſecundum poteſtatem, totum autẽ
eſt prius dimidio ſecundum actum.quinto metaphyſi.tex.
cõmen.16.& eſt in cap.de priori.

Diminutio eſt ire ad nihil cuius cauſa ẽ materia.3.phy.c.60.

Diminutum in omni genere eſt per admixtionem contrarij.
5.phy.tex.cõ.45 &.19. quõ intelligaẽ, uide in cõcordan.

Diminutus in natura caret uirtute intellectus naturalis, qua
re impoſſibile eſt ipſum apprehendere primas propoſitio
nes.2.phy.cõ.6.uide pro hoc etiam Auer.& Philoſophum
in.2.meta.in cõ.15. Et ex hoc loco elicitur ꝙ nõ omnis ho
mo habet aptitudinem ad philoſophandum , nec quilibet
homo ex conſequẽti habet aptitudinem,ut perfici poſſit per
ſcientias ſpeculatiuas:ſicut notat Cõmenta. in prologo pri
mi phyſi.& ego ibi amplè declaraui uiam eius.

Diſciplina q̃libet ſit ex p̃cognitis,aut oĩbus aut q̄buſdã,aut ꝑ
demonſtrationem,aut per diffinitiones.1.metaphy.tex.cõ
men.48.idem.1.poſteriorum. Vbi aduerte ꝙ iſta propoſi
tio ueritatem habet tam in artibus operatiuis quàm in ſpe
culatiuis,ut dicit Commentor in commento.

Diſciplina ita ſit omnibus ꝑ minus nota naturæ ad nota ma
gis.7.meta.tex.cõmen.10.idem.1.phy.tex. cõmen.2.ubi
animaduerte,ut gloſat Cõmen.in præſenti loco,ꝙ propo
ſitio illa locum habet in omnibus ſcientijs præterq̃ in ma
thematicis. Similem ſnĩam habet,itẽ in.2.meta. in cõ.16.

Diſcere, memorari,et reminiſci differũt:diſcimus quod prot
ſus ignoramus, memoramur quę iugi memoria nulla inter
uentione obliuionis iuncta tenemus,reminiſcimur dum ali
quid prius cogniti memoria excidit & aliquid permanet,
& ex eo ꝙ permanſit,deducimur in notitiam eius quod ex
cidit.ex lib.de memoria et remini.Et uide exemplũ à The
miſtio.in.2.li.ca.1.Sunt ẽt aliæ differentiæ, quia memoria
eſt ẽt in brutis, ſed reminiſcentia in habentibus rõnem tm̃.

Diſpoſitio ſcientiæ certæ in habentibus quaſdam cauſas in
uenitur per ſcientiam illarum , ſicut in habentibus omnes
cauſas.1.phy.cõ.1.5 Vbi magna altercatio eſt inter expo
ſitores præcipuè de cognitione incomplexa, quæ habetur
per diffinitionem, ſi debeat dari per omnia quatuor gene
ra cauſarum,an per cauſas intrinſecas tantum. Linconien
ſis in primo poſteriorum in capit.de per ſe,innuit ꝙ in pri
mo modo dicendi per ſe ingrediuntur omnes prædicatio
nes, quæ prædicãt ĩ obliquo ſiue cauſam materialem, ſiue
formalem,ſiue efficientem & finalẽ.Sanctus Thomas etiã
in.2. ſententiarum dicit ꝙ licet unius habentis plures cau
ſas poſſint dari plures diffinitiones imperfectę, tamen una
perfecta debet dari per omnes cauſas. unde diſtin.27.q.1.
arti.2.ad ultimum ſic ait:Si accipiatur diffinitio rei quæ cõ
plectitur totum eſſe rei, ſecundũ ꝙ ex omnibus cauſis con
ſtituitur quæ eſt ꝑfecta diffinitio unius rei, non eſt niſi una
diffinitio.idem tenet primo ſentẽtiarum diſt. prima.q.ulti.
in expoſitiõe literæ. Ex aduerſo autem eſt Scotus,& ſecta
tores eius,ut Burleus, qui uolunt ꝙ ad diffinitionem perfe
ctam ſufficit ponere cauſas intrinſecas , unde diffinitiones
datæ per cauſas extrinſecas non indicant rei quidditatem.
Aduerte tamen quòd Ariſto.in.8.meta.in tex.cõ.12.et.13.
uidetur fauere primæ opinioni, ꝙ cauſæ extrinſecę debent
intrare diffinitionem. & Cõmen.in cõ.13.expreſſe dicit ꝙ
cauſa propter quam inuenitur forma, multum intrat diffi
nitiones quæ dicuntur tranſmutare demonſtrationes in ſi
tu.Et iuxta illam uiam uſq; ad diem hunc determinaui, nũc
autem inueni Auerroem decidentem huiuſmodi quęſtionẽ
in commentarijs magnis: nã in.1.poſte.in cõ.35.aduerſus
Alpharabium uult,ꝙ in demonſtrationibus cum nõ ingre
diantur niſi duo modi per ſe tantum,uidelicet primus & ſe
cundus,uidelicet ĩ demõſtrationibus ſimpliciter,dicit: Dif
finitiones quæ ſunt media,ſunt illa quæ dantur per cauſas
intrinſecas.Nam diffinitiones quæ ſunt extra rem, non in
trant diffinitiones rerũ niſi per accidens, hoc eſt quãdo cõ
tingit cauſam efficientem eſſe non ſeparatam à re, ꝓut eſt
ſitus terræ inter ſolẽ & lunã in eclipſi lunę:ille enim eſt cau
ſa efficiens coexiſtens ipſi eclipſi: & ſiſr finis non ingredi
tur diffinitionem niſi fuerit ignota differentia , & ponatur
loco eius.Et in ueritate iſta ſentẽtia Auer.quadrat ſententiæ
Ariſt.in.8.met.in loco pręallegato,quia ſermo eius ibi eſt
de accidentibus talibus à quibus cauſa efficiens non eſt ſe
parata.Nã poſtq̃ dixerat ibi ꝙ accidentia non habent ma

teriam, ex qua tamen habent materiam in qua, ut ſubiectũ: & dat exemplum de eclipſi, et addit ꝙ luna eſt ſubiectum quod patitur: & addit ꝙ etiam eclipſis habet cauſam efficientem, et dicit ꝙ eſt terra. de cauſa autem finali utrũ eclipſis habet talẽ cauſam, ĩ tex. 13. inquit: Quod autem cuius gratia eſt. ubi colligitur quòd priuationis non eſt finis. ita quòd totus ſermo ibi eſt de huius diffinitionibus accidentium & non ſubſtantiarum: & ideo Commentator ibi dixit quòd in diffinitionibus accidẽtium ſupple poſitiuorum quæ non ſunt priuationes, uel eſt quòd ſint priuationes, ꝗa Ariſt. illud ibi dimiſit ſub dubio, debent poni cauſę extrinſecæ, & finis præcipuè in diffinitionibus, quę ſolo ſitu differunt à demonſtratione, ſicut eſt in diffinitione iræ, dum dicimus ꝙ ira eſt accenſio ſanguinis circa cor propter appetitum uindictæ. Vnde ſi quis bene inſpiciat, uidebit, ſcio, quòd iſta deciſio Auer. ex illo loco ſumpta eſt, cùm ibi etiã det exemplum de ſomno, in quo aduerte & pondera quod ſub dubio reliquit, an eclipſis cũ ſit priuatio, habeat cuius gratia. i. finem, ueluti & ſomnus qui etſi priuatio eſt, tamen habet finem. Vnde Auicen. fen. 1. tertij. in cap. de ſubeth. & ſomno inquit: Quod ſomnus naturalis eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum & motuum cũ profundatione ſpiritus uitalis ad interiora, ut digeratur cibus: & propter quietem eius etiam ut ſpiritus reſtauretur, qui in uigilia fuit reſolutus. unde in ſeptimo metaphyſi. ubi poſuit differentiam inter diffinitionem ſubſtantiarum & accidentium, non poſuit diffinitiones ſubſtantiarum, quæ ſunt ſimpliciter dari per cauſas extrinſecas, ut patet intuenti. Et hoc teneo, quia ut ĩquit Cõmen. per ſe nõ debeat poni, ſed ſi quandoꝗ; ponatur eſt ad circumloquium ad differentias occultas. Sed contra uiam Auer. uidetur eſſe ſentẽtia Ariſt. in. 2. phy. tex. cõmẽ. 91. ubi ponit conuenientiam inter artem & naturam, quia ſunt diffinitiones completę artificialium, & dãtur à fine, & ex illis apparet neceſſitas cauſæ materialis, ſic in naturalibus: Vnde per cauſam finalem poteſt demonſtrari cauſa materialis. Vnde non eſt uerum dictum ſuum, ꝙ ſolum per accidens cauſa extrinſeca intrat diffinitionem, aut quando ponitur circumlocutiuè: immo per ſe poteſt ſumi ad demonſtrãdum cauſam materialem, immo illa demõſtratio faciet maximè ſcire: nam ſi ſcire eſt per cauſam ſcire, per maxime cauſam eſt maxime ſcire. cõfirmat̃ ex. 3. met. tex. cõ. 3. ubi Cõ. iq̃t iuxta textũ: Res ut dixit magis notificat̃ multis modis, & magis ꝙ notificat̃ ẽ ꝑ ſuam ſubã. Et ꝓpter hoc iſta ſcĩa debet dici prima phĩa, & non naturalis ſcientia: ſcientia enim naturalis cõſiderat de duabus primis cauſis, uidelicet prima materia et primo motore. Iſta autẽ de duabus ultimis. ſ. forma & fine: & ꝗa eæ duæ cauſæ ſunt meliores alijs, ideo iſta ſcientia eſt melior naturalis, finis autem eſt melior cauſis: quia aliæ cauſę ſunt propter illam. Confirmatur, quia. 6. meta. cõ. 2. iuxta textum dicit primam philoſophiam eſſe nobiliorem ratione ſubiecti, quia ſicut in diffinitione naturaliũ ponitur natura, ſic in diffinitione diuinorum ponitur Deus, & ideo ſecundum phyſicam rationem uia S. Thomæ eſt planior. Poteſt tamen in iſta cõtrouerſia ſic reſponderi, ꝙ ſi diffinitio ſumatur ut diffinitio eſt, et ut habet explicare quidditatem, quia ut ſic pertinet ad primam operationem ĩtellectus, ſic nõ datur niſi per cauſas intrinſecas: ſi uerò ſumatur ut mediũ & cauſa, & ut enumeratio, ſic uerò eſt medium in demonſtratione, & ſic poteſt dari per cauſas extrinſecas. Vnde per demonſtrationes quę procedunt ex medio quod eſt diffinitio data per finem, cõcluditur illa quæ datur per materiam, & hoc teneas. Licet Cõmẽ. in cõmentarijs magnis cõ. 35. oppoſitũ tenere uideatur, ꝙ diffinitiones quæ ſunt mediæ, ſunt per cauſas intrinſecas. Hoc meo iudicio nõ poteſt ſtare propter authoritatem Philoſophi in cõm. & tex. 91. quia per diffinitionem datam à fine poteſt demonſtrari neceſſitas materiæ, & illud non erit quia ſit exiſtens, nec circumlocutiue, et confirmatur, quia Ariſt. in. 5. de genera. aĩalium. cap. 1. reprehendit antiquos, qui opinabantur formas ſequi generationem & materiam. Ipſe autem opinat̃ oppoſitum ꝙ generatio ſequatur ſubſtantiam & formam ipſam, quod notauit etiã Cõm. in. 2. phy. cõ. 87. ¶ Aſſignãs autem Ariſt. cauſam erroris antiquorũ inquit: Veteres autem naturæ interpretes contra eſſe putarunt, cuius erroris cauſa fuit, ꝙ cauſas plures eſſe non putarẽt, ſed materiæ tñ & motus cauſam, eãꝗ; indefinite cognoſceret, rationis uerò cauſam finis non conſiderarẽt: ſed enim alicuius gratia unumquodꝗ; eſt, gignitur autem iam ob eas cauſas & reliquas quæ in ratione cuiuſꝗ; cõtinetur, quę uel alicuius gratia eſt, uel cuius gratia aliud eſt. Ecce manifeſte in ratione uniuſcuiuſꝗ; entis generalis ponit finem. Amplius Cõm. in. 2. de aĩa. cõ. 129. ubi Ariſt. demonſtrat non dari ſextum ſenſum per tres demonſtrationes, quarum duæ ſunt ex medijs & inſtrumentis, & tertia eſt ex ſenſibilibus, dicit ꝙ tertia eſt magis firma duabus prioribus, quia cauſa accepta in ea eſt finalis, ſed cauſa in illis duabus eſt quaſi materialis, & ita à ueritate coactus ſentit id qđ nos diximus. Sed tũc eſt difficultas in uia Auer. quia in diffinitione motus deberet poni motor, ꝗa motus in ſuo eſſe et fieri dependet à motore. 12. meta. cõ. 41. Et tamen Cõm. uult in. 5. phyſi. cõ. 3. ꝙ motus in ſua ſubſtãtia dependet ex tribus cauſis, uidelicet non extrinſecis, & ſubiecto termino à quo, & termino ad quem: motor enim eſt de cauſis extrinſecis, & tempus eſt de accidẽtibus eſſentialibus cõſequentibus ipſum. Vñ ſine dubio ex illo capitur, mentem Auer. fuiſſe cauſas extrinſecas nõ poni in diffinitionibus quidditatiuarum, quia ſi tenet hoc de motu, multò magis de ſubſtãtijs. tamen Ariſt. in. 3. phy. tex. cõ. 23. poſitis illis duabus primis diffinitionibus motus, ponit tertiam, ꝙ motus eſt actus motiui & mobilis: & dicit illam eſſe notiorem prædictis, ut patet intuenti: & ita uidetur ꝙ ad maiorem euidentiam poſſunt capi in diffinitionibus cauſę efficiẽtes, ſicut ex illo loco deduci põt, licet Commenta. dicat ibi in cõmento ꝙ illa eſt notior, propter quæſtionem utrum motus ſit ĩ motore, aut in mobili.

Diſpoſitiones oppoſitæ in compoſitis non ſunt nominatę ſicut in ſimplicibus. 1. phy. tex. cõ. 45. ubi aduerte ꝙ Ariſt. uolens indicatiuè probare ꝙ omni generatione tam ſimplicium & eorum quæ alteratione fiunt, q̃ in generatione cõpoſitorum quæ per concretionem ſecretionemꝗ; generantur, omne quod fit ex ſuo oppoſito fit: ponit tamen hanc differentiam quia in compoſitis oppoſitæ diſpoſitiones non ſunt manifeſtę, ſicut in ſimplicibus. Nam in ſimplicibus patet ꝙ muſicum fit ex immuſico, & album ex nigro: ſed ĩ cõpoſitis, ut inquit lucidiſſimus Themiſt. licet cõmunia oĩbus compoſitis inuenire nomina facile eſſet, cùm ſunt conuenientia inconuenientia, ex quibus generatio omnis proficiſcitur, & ĩ quas corruptio omnis reuertit̃, particularibus uerò ſingulisꝗ; compoſitis propria in communi loquendo conſuetudine non habentur. Huius autem rei cauſam ſolus Albertus cognomẽto magnus adducere conatus eſt dicẽs, quia oporteret illud nomen à proportione imponere. Proportio autem illa frequenter ignota eſt, & nullus imponit nomen rei quam ignorat, ut dicit Cõmẽ. 7. meta. cõ. 54. & habetur. 4. met. tex. cõ. 10. Sed ꝑꝑ ꝗd illa ꝓportio ẽ ignota? ſoluit̃, ꝗa eſt relatio, & eſt debilis entitatis. 12. met. cõ. 19. intm̃ ꝙ ut inq̃t Cõ. ibi aliq opinati ſunt p̃dicamẽtũ relationis eſſe de ſecundis intellectis: et ideo eſt difficilis cognitionis, ut teſtatur etiam Ariſto. in prædicamentis in cap. de ad aliquid. Accedit ad hoc ꝙ iſtę proportiones inquãtum proportiones, nõ ſunt terminatę, ut ſcribit Cõ. ĩ. 4. cœli. cõ. 40.

Diſpoſitio naturalis & diſpoſitio præter naturam, non poſſunt eſſe æquali tempore. 2. cœli. tex. cõ. 38. & 3. cœli. tex. cõ. 24. Et Auer. in paraphraſi. 2. de cœlo, in ſumma. 2. quæſito. 5. ſcribit ꝙ tẽpus morbi lõge breuius eſt tp̃e ſanitatis. Et facit ꝓ opinione plusq̃ Cõm. tenẽtis ęgritudinẽ nõ poſſe ꝯtrahi à pricipijs generationis, uidelicet ęgritudinẽ ut nũc.

Nota ꝓ opinione Monachi.

Diſpoſitiones ſecundum Auicen. quædam ſunt intentiones, & quædam ſunt naturales ſeu eſſentiales. 4. meta. cõm. 3.

Diſpoſitio primi principij. ſ. Dei, talis eſt, ꝙ nulla eſt in eo imperfectio. 5. met. cõ. 21. ¶ Ex quo patet quantum errent Moderni tenentes ſecundum Ariſt. & Auer. in Deo phyſicè eſſe



aliquam imperfectionem, quia poſuerunt ipſum eſſe finiti uigoris, & per conſequens ſequitur ipſum non poſſe mouere in inſtanti, ꝙ ut aſſerũt imperfectionis eſt. o ridiculũ caput, o de Peripateticis male merite. uide Auer. in. 9. phyſi. cõm. 4. ubi agens non poſſe agere aliquod impoſſibile, ibi: Non dicitur eſſe diminutio, ſed dicere ipſum facere aliquod impoſſibile, & poſſe facere, eſt deceptio. Dato igitur ꝙ Ariſto. & Cõmen. aſſerant Deum eſſe finiti uigoris, non tamen propter hoc dicũt phyſicè in eo aliquam imperfectionẽ, ex hoc ꝙ non poteſt mouere in inſtanti, quia motum fieri in inſtãti implicat contradictionem in uia eorum quia motus eſt actus entis in potentia & inquantum in potentia abſcinditur, ceſſat motus, ut dicit Cõmen. & Themiſtius in. 3. phy. unde Cõmẽ. in. 3. de anima. cõ. 5. in ſolo. 3. quæſtionis dicit intelligẽtiam primam liberatam eſſe prorſus ab omni potentia & imperfectione, & in. 12. primæ philoſophiæ, cõ. 37. dicit expreſſe ꝙ Deus glorioſus eſt in fine unitatis, ſimplicitatis, & nobilitatis: Nulla igitur perfectio aut ꝑfectionis gradus poſſibilis reperiri in natura entis deficit primo principio, nec aliqua perfectio eſt extrinſeca ab eo, ut expreſſe dicit Cõmẽ. in præſenti loco.

Diſpoſitio demõſtrationis cum ſermonibus logicis talis eſt, ꝙ diſtinguunt partem ueram à parte falſa. Cõmen. 7. met. cõ. 19. idem. 1. phy. cõ. 52. & 53.

Diſpoſitio & diſpoſitum in rebus abſtractis à materia ſunt unum in eſſe, & duo in conſideratione. 12. met. cõmen. 39. ſed tum ſubdit Commentator: Non ſunt ſubiectum & prædicatum in talibus, ſicut eſt in propoſitionibus categoricis ſubſtantialibus. ubi uide ſecundum mẽtem Cõmen. de attributis diſtinctionem eſſe ſolùm ſecundum modum intelligendi noſtrum, & ꝙ nõ ſit aliqua diſtractio ex natura rei.

Diſputatio exigit ut concluſioni contradicatur & argumentis. primo phyſi. cõmen. 22.

Diſputatio debet eſſe remota ab odio, & amicitia: odiũ enim & amicitia ſunt cauſæ maxime diuerſitatis. 1. cœli. tex. cõ. 101. unde. 3. cœli accuſatur Plato, quia ꝑꝑ magiſtri amorem. i. Socratis, & propter amorẽ geometriæ in multis deuiauit à ueritate, ut patet tex. cõmen. 60.

Diſputatiui ſermones in ſcientia ex natura ſua requirunt. ut præponantur in ordine ſermonibus demonſtratiuis. 3. meta. cõ. 1. Quod bene uerum eſt quando inducuntur ad exercitandum intellectum, ſed dum inducuntur ad confirmandum, inducuntur poſt demonſtratiuos, ut gloſat Cõmen. in. 1. cœli & mundi in cõ. 85. Sed tunc inſurgit opinio Ioã. grami. & Auic. qui uoluerunt librũ topicorum pręcedere librum poſteriorum, quia natura ſermonum probabiliũ requirit, ut præponantur ſermonibus demonſtratiuis, ſicut & Cõmen. in præſenti loco: tum etiam quia intellectus aſſuefactus in cognitione probabilium, melius aſſentit neceſſarijs. Sed oppoſitum tenere tutius eſt: nam Ariſt. in principio libri Priorum exorditur librũ illũ cum intẽtione ad librum Poſteriorum, ut patet. Inquit enim primum oportet dicere circa quid, & de quo eſt intentio artis, quoniam circa demonſtrationem & de demonſtratiua diſciplina: poſtea uerò in calce ſecũdi libri poſteriorum analyticorum epilogat dicens de ſyllogiſmo & demonſtratione, quid unumquodꝗ; & quomodo ſit manifeſtum eſt. Similiter autem & de ſcientia demonſtratiua: idem enim eſt nullam mentionem de dialectico ſyllogiſmo faciens. Non eſt autem cõſuetudo Ariſto. aliquid omittere in epilogis ex his quę ſunt neceſſaria. Argumentum autem & motiuum Ioan. gramma. & Auic. nullum eſt, ut dicit Auer. in commentarijs magnis ſuper libro Poſteriorum analyticorum, quia non ſequitur ſi inquiſitio per rationes probabiles in ſcientijs realibus p̃ordinatur inquiſitioni demonſtratiuæ in caſu iam declarato, ꝙ eadem ratione in ſcientia rationali pars illa, quæ tradit artem in dignoſcendis præmiſſis probabilibus, dicitur pręordinari arti docenti dignotionem præmiſſarum demõſtratiuarum, quia non eſt talis ordo artis ad artem, nec talis connexio qualis eſt inter inquiſitionem in aliqua materia per ſermones dialecticos & demonſtratiuos: quia iſtæ artes ſunt diuerſæ, & diuerſis innituntur principijs & fundamentis. Nam ars cognoſcendi pręmiſſas probabiles ſumit robur ex teſtimonio & opinione, ſed artis cognoſcendi propoſitiones demonſtratiuæ aliunde dependent, uidelicet ex conditionibus de omni per ſe & primo: & ideo non eſt neceſſarium intellectum promotum ad artem demonſtratiuam, ut præexercitetur in arte dialectica, quia præmiſſarum probabilium notitia acquiſita per artem, eſt diuerſa ab iſta: immo ſi rectè conſideras ſi contingat unam artem ex iſtis deſeruire alteri ſecus ſe habetres, quia potius ars cognoſcendi præmiſſas demonſtratiuas deſeruiet arti diſcernendi probabiles, ꝗa probabile uidetur eſſe ſicut defectus, & priuatio reſpectu neceſſarij & demonſtratiui, et priuationes cognoſcuntur per habitus, & non ẽ conuerſo. 3. de aĩa. cõ. & tex. 25. unde Albertus cognomento magnus in principio libri Poſteriorum, cap. 1. inquit: Id quod addit ſyllogiſmus dialecticus ſupra conſequentiæ neceſſitatem ſubſtantialem, ſyllogiſmo potius diminuit neceſſitatẽ ꝯñtię q̃ ꝓmoueat, ꝗa ꝓbabile nõ hẽt ꝯñtię uerã neceſſitatẽ: & quomodocunꝗ; res ſe habeat, expedit & utilius eſt incipere ab ea, quæ naturaliter eſt magis dilecta, & quæ magis naturaliter eſt honoranda. ſ. ſcientia demonſtrationis. Quod ideo dixit, quia in ſcientijs non ſemper ſeruatur ordo naturę ſecundum uiam generationis, ſed quandoꝗ; uariat iſte ordo. Vnde plerunꝗ; ſcientia incipit à priori ſecũdum uiam perfectionis: certum eſt enim quòd ſenſus tactus eſt prior natura alijs ſenſibus uia generationis, ſicut materia eſt prior forma, ut dicit Cõ. in. 2. de genera. & corruptio. in cõ. 7. & tex. Tactus. n. eſt baſis et fundamẽtũ oĩum aliorum ſenſuũ 2. de aĩa. 17. Aĩal ẽ aĩal ꝑ ſenſuũ. i. tactus. & tamẽ Ariſt. ĩ. 2. de anima. tractans de ſenſibus incepit à uiſu, qui eſt prior uia formæ & nobilitatis. ut dicit Cõmen. in. 2. de aĩa. in cõmen. 77. & in libro cœli & mundi, in quibus duobus prioribus libris egit de corporibus cœleſtibus, et in duobus reliquis de quatuor elementis inquantum ſunt partes mundi, & tamen corpora cœleſtia ſunt nobiliora illis, & multotiens hoc cõtingit, & immorari ĩ hoc amplius eſt ſuperfluũ.

Digreſſio an liber topicorũ pręcedat librũ poſteriorũ.

Diſputationis modus non eſt idem ad omnes, hi namꝗ; perſuaſione egent, alij uerò ui. 4. meta. tex. cõ. 19. ubi dicit Cõmen. in cõmento, ꝙ ars eſt in hoc, ut cogantur ad concedẽdum aliquid poſitum quouſꝗ; uideatur ſuus defectus. Iſte enim non uult concedere per rationem intrinſecam, quapropter neceſſe eſt ut faciant ipſum cõcedere uiolenter per uerbera. ita etiam dicit Auic. ꝙ illi qui negant contingentia & libertatem arbitrij, torquendi ſunt & uerberandi, donec concedant an ſit in poteſtate torquẽtis eos uerberare, & nõ aut uelle & nolle. ita in ſimili ſcribit Philoſophus in. 1. Topicorum. cap. 8. qui dubitant utrum oporteat Deos uenerari, & parentes honorare, indigent pena: qui uero dubitant utrum nix ſit alba, indigent uiſu.

Diſſimilia ſi paterentur abinuicem tunc quodlibet poneret̃ à quolibet. 1. de genera. & corrup. tex. cõ. 49.

Diſſolutio eſt duobus modis. 3. cœli. tex. cõmen. 51.

Diſſolutio ſit incipiendo à poſteriori, & perueniendo ad primum principium in cognitione. 7. metaphyſic. cõmen. 23. uide retractationem quam feci in theorematibus circa partem contradicentem.

Diſtantia maxima & minima non diffiniuntur niſi per lineã rectam. Cõm. 5. phy. cõmẽ. 24 & reddit cauſam, pro quo etiam uide in. 1. cœli in tex. cõm. 27.

Diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ. 2. cœli. tex. cõm. 64.

Diſtantia ultimorum maxima eſt, quare & quæ contrariorũ 10. meta. tex. cõmen. 13.

Diſtantia in loco eſt maxima. ſ. centri ad circumferentiam, et iſta diſtantia eſt cauſa in contrarietate ſubſtãtiarum corporum propriorum iſtis locis. Et ideo dictum in diffinitione contrariorum ſimpliciter ꝙ ſunt illa, inter quę eſt diſtãtia in eſſe maximè. 10. meta. cõm. 13. uide in concordantijs.

Diſtantiæ unius plura nõ ſunt q̃ duo ultima. 10. met. t. c. 14

Diſtantia ęterni ab innouato maior eſt q̃ diſtantia ſpecierum ab inuicem. ex diſpu. 10. in ſolutio. primi.

Diſtantia decem prædicamentorum non eſt ſicut diſtantia contrariorum: nam contraria ſunt uerè quę ſub eodem genere maximè diſtant, & non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, ſed decem prædicamenta non diſtant merito contrarietatis, quia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto: ſed dicuntur ſtare pro quãto non generantur ex ſeinuicem mutuo, neq; aggregantur in uno & eodem genere. ex paraphraſi metaphyſi. tracta. 3. colũna. 22.

Diſtinctio rerum non ſolum eſt per ſuas formas, uerumetiã & per ſuas materias: & non ſolũm per hęc duo, uerumetiã per ſuas cauſas efficientes & finales. ex paraphraſi metaphyſi. tracta. 2. colũna. 15.

Diſtenſiones inſunt corporibus perfectis omnes rationabiliter. 2. cœli. tex. cõ. 3. Non intellexit Philoſophus per diſtenſiones, tres dimenſiones. ſ. longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quia tales ſunt in omnibus corporibus; nedum in perfectis. ut bene notauit ibi Simplicius, & Cõmẽ. in com̃. ſed intellexit iſtas differẽtias poſitionis. ſ. dextrum, ſurſum, & anterius: et per conſequens alias his oppoſitas: & per corpora perfecta non intellexit corpora animata habentia uirtutem nutritiuam & augmentatiuam tantum, ut ſunt plantæ: nec quæcunq; ultra hæc quæ habent ſenſum tactus tantum, ut ſunt animalia quę gręci zoophyta appellant: ſed quæ ultra hæc habent appetitum & motum localem. idem Philoſophus. 8. phy. tex. com̃. 57. & 58. animalia perfecta talia nuncupat: & hoc habetur etiam ex ſecundo cœli. tex. cõmen. 9.

Diuerſa in forma diuerſantur in materia. 2. phyſi. tex. commen. 26. idem primo de anima cõmen. 53. & 2. de anima. cõmen. 60. idem. 2. phyſi. cõmen. 87.

Diuerſa ſecundum magis & minus neceſſariò communicãt in eadem natura. 4. phyſi. cõmen. 71.

Diuerſarum rerum diuerſę ſunt diffinitiones. 4. met. t cõ. 28.

Diuerſa dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ. 5. meta. in cap. de eodem & diuerſo.

Diuerſa ſpecie & eadem ſpecie quæ ſunt, uide. 5. metaph. in cap. de eodem & diuerſo.

Diuerſa genere dicuntur quorumcunq; non eſt idem ſubiectum primum, & non reſoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem ſpecies & materia. 5. meta. tex. cõ. 33. & eſt in cap. de genere.

Diuerſa per materiam ſunt eadem in forma, ut Socrates & Callias. 7. meta. tex. cõ. 28. Inde elicitur ꝙ indiuidua eiuſdem ſpeciei intrinſecè diſtinguuntur per materiam, & nõ per aliquod accidens, & habẽt conuenientiam ratione formæ. idem notauit Cõmenta. in libro deſtruct. in diſputa. 1. in ſolutio. 7. dubij. Vide quæ ibi notaui in litera M. ibi, materia diuerſa ſunt eadem in forma. Vide etiam in hanc ſententiam concurrere Themiſtium in. 1. de anima. ca. 24.

Diuerſum & diſſimile multipliciter dicuntur. 10. metaphyſi. tex. cõmen. 10.

Diuerſum & idem opponuntur. 10. metaphy. tex. cõ. 10.

Diuerſum non dicitur in non entibus, ſed non idem. 10. metaphyſi. tex. cõmen. 10.

Diuerſum differt à differente, quia diuerſum eſt per ſuam eſſentiam, ſed differens eſt per aliquid exiſtens in eſſentiam. ex paraphraſi trac. 1. cap. de differente. et habetur ab Ariſt. in. 5. meta. cap. de diuerſo. Item differens ſuſcipit magis & minus, ſed diuerſum non. ex paraphraſi tract. 3. in col. 12. Et dicamus ꝙ unum opponitur multitudini multis modis.

Diuerſitas in finibus eſt manifeſtior quam diuerſitas ĩ actionibus. 3. phyſi. cõmen. 19.

Diuerſa ſecundum formam non habent eandem actionem. tertio phyſi. 19.

Diuerſitas ſecundum appropinquationem et remotionẽ non eſt diuerſitas in ſubſtantia. 1. cœli. cõ. 81.

Diuerſitas partium motuum non facit diuerſitatem formarũ ſpecificarum: nam eſt diuerſitas motuum in animalibus in parte dextra et ſiniſtra, et manifeſtum eſt ꝙ inueniuntur in eadem ſpecie. 2. cœli. cõmen. 49.

Diuerſitas formæ partium corporum conſimilium eſt propter diuerſitatem modorum, uerbi gratia: Quòd os non differt à carne, niſi quia habet plus de terreitate q̃ de aquoſitate, & caro è conuerſo: unde eſt diuerſitas ſecundum magis & minus, & non eſt diuerſitas abſoluta. 4. cœli. cõ. 41. cõtra ponentes formas partiales ſpecificè diſtingui. Animaduertãt enim entia non eſſe multiplicanda ſine neceſſitate.

Contra ponentes formas partiales.

Diuerſitas naturæ recepti facit diuerſitatem naturę recipientis. 3. de anima. com̃. 5. iuxta principium.

Diuerſitas artium fit per diuerſitatem modi terminorũ utendorum. Cõmẽ. 6. met. cõ. 2. ubi per terminos intelligas diffinitiones, & per artes ſcientias ſpeculatiuas: nam ſcientiarum ſpeculatiuarum diuerſitas ſunt per diuerſum modum diffiniendi. Nam principia in ſciẽtijs ſpeculatiuis ſunt ſicut fines in agibilibus. ut dicitur in. 2. phy. tex. cõmen. 69.

Diuerſitas rerum eſt duplex, quædam eſt cum contrarietate & quædam ſine contrarietate. 10. meta. cõ. 24.

Diuerſitas per contrarietatem exiſtens in rebus facit ꝙ talia non ſunt in eodem ſubiecto, ſed diuerſitas ſine contrarietate hoc non efficit. ibidem.

Diuerſitas intelligẽtiarum prouenit ex diuerſitate naturarũ, quas recipiunt in eo ꝙ intelligũt de primo principio. ex diſpu. 3. in ſolu. ulti. dub. uide idem. 12. meta. com̃. 44.

Diuerſitas orbium procedit ex diuerſitate ſuorum motorum & formarum, & materierum, ſi materias habent: & ipſorũ operum in hoc mundo, licet orbes ſecundum Philoſophos non ſint pro operibus. ex diſpu. 3 in ſolõ. ultimi dubij.

Diuerſitas quę primò accidit in inferioribus entibus, ut ſunt ſimplicia corpora. ſ. elementa, ꝓcedit ſine dubio à diuerſitate materiæ, quæ ſumitur ex ipſius propĩquitate & diſtantia à ſuperceleſtibus corporibus, ut diuerſitas ignis à terra. ex libro deſtructio. diſputa. 3. in ſolõ. ulti. dubij. uide in concordantijs nuper æditis.

Diuinus accipit prima principia mouentia à naturali, & nullam habet uiam ad demonſtrãdum eſſe primum motorem niſi accipiat ipſum pro conſtantia naturali. 1. phy. cõmen. ultimo. contra Auic. & 2. phy. cõ. 22. & 26.

Diuinus qui uerificat ſubiecta ſcientiarum particularium, dicitur diſputare contra negãtes generationem & corruptionem, & contra illos qui dicunt ꝙ nihil eſt fixum & permanens: & ſimiliter contra negantes ſcientiam. 3. cœli. cõ. 4. idem. 1. phy. tex. cõ. 8. & 12. & 8. phyſi. 22. & 1. cœli. cõmen. 78. idem. 4. metaphyſi. cõ. 1.

Diuinum non inuidum eſſe conuenit. ex procemio primæ philoſophiæ.

Diuinum ſi in aliqua natura aliqua natura exiſtit, in tali natura exiſtit. ſ. in natura entium ſeparatorum & immobiliũ. 6. meta. tex. cõmen. 2. ¶ Vbi animaduerte ꝙ Ariſto. ibi diſtinguit tres partes philoſophię theoricę, ſcilicet mathematicã, phyſicam, & theologiam, & ait ꝙ ſcientiam honorabiliſſimam oportet circa genus honorabiliſſimum eſſe: nullum autem genus entium diuinius & honorabilius eſſe poteſt rebus immobilibus & ſeparatis. Quod ideo dixit quia ſciẽtia theorica, ut notat Alexander in ſecundo topicorum, dicitur παρὰ τὸ θεωρεῖν, hoc eſt à cõtemplandis rebus diuinis, & ideo ſcientia diuina eſt maximè theorica, & maximè honorabilis. ¶ Et ex hoc loco frater mi, ſcire & elicere clarè poteris quantum deuiauerit à peripateticorum uia Scotus & Antonius Andreæ & ſequaces iſtorum, qui non ſolum logicam ſcientiam, uerum & theoricam ſcientiam eſſe aſſeuerant: cum tamen ſcientia theorica ſit de entibus in quibus eſt aliquid diuinitatis, ut etymologia uocabuli denotat: & ut ex prædicta authoritate clarè colligitur ex mente magiſtri: Scientia autem logicalis eſt de ſecundis intellectis, quæ ſunt entia diminuta. unde Ariſto. in. 6. met. à contemplatione ſcientiæ diuinæ, quæ ſpeculatiua eſt, duo entia remouit, ens. ſ. per accidens, quia non eſt determinatum: & ens in anima, quia eſt ens diminutum: & ideo caueant iſti talia fingentes.

Cõtra Scotum & Antonium andree in. 6. metaphy.

Diuina natura eluceſcit in generatione animalium tam perfectorum q̃ imperfectorum, quia non eluceſcit inquantum animal nobile aut ignobile. ex fine li. de pti. aĩa. Cõmen.

Diuiſio,



Diuiſio, & inductio, & ſyllogiſmus hypotheticus per naturã uſitantur ad declarationem eorum, quæ indigent modicula innuitione. Cõmen. 2. phyſi. com̃. 3. & in prologo. 1. phyſi. & 2. cœli. cõ. 22. & 1. priorum in digreſſione de ſyllõis hypotheticis. & in. 6. phyſi. cõ. 41. & 1. cœli. cõ. 2.

Diuiſibilitas competit rei, ut eſt mẽſura uel numerus. 3. phyſico. commen. 35. idem. 5. metaphyſi. tex. cõmen. 18. idem 3. cœli. cõmen. 5.

Diuiſio magnitudinis in partes eiuſdem ꝓportionis creſcit in infinitum, ſed non diuiſio in partes eiuſdem quantitatis. 3. phyſi. tex. com̃. 59. & 8. phyſi. com̃. 69.

Diuiſio in numerando eſt certior uia inductione. 5. phy. c. 7.

Diuiſionis uia & exempli uſitat̃ in diffinitionibus & deſcriptionibus, non ſecundum ꝙ declaratur illud quod eſt naturaliter ignotum à noto, ſed ſecũdum ꝙ declaratur illud q̃d eſt minoris latentiæ, eo ꝙ eſt ignotum naturaliter. 6. phyſi. cõ. 41. uide conſimile. 2. phyſi. cõ. 3. primo cœli. cõ. 2. & in primo priorum in digreſſione de ſyllõo hypothetico.

Diuiſio in motu quòd eſt in loco, & quanto, eſt eſſentialiter: ſed in qualitate & ſubſtantia eſt per accidens. 6. phyſic. cõmen. 59. & 37. 39. & 49.

Diuiſione Ariſtoteles non utitur niſi ad declarãdum ea quæ ſunt latẽtiora primis cognitionibus, & apertiora primis q̃ſtionibus: & ſimiliter utitur inductione. idem in prologo ſuo ſuper primo phyſi. & in primo priorum in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico. 4. cœli. cõmẽ. 22. & in. 2. phy. com̃. 3. & in. 6. phyſi. com̃. 41.

Diuiſio qualitatis eſt ratione quantitatis in eo quòd quantitas. 3. cœli. cõmen. 7.

Diuiſio non competit materiæ niſi per quantitatem. primo cap. de ſubſtantia orbis.

Diuiſio alia eſt ſecundum quantitatem, alia ſecundum qualitatem. 5. meta. tex. com̃. 30.

Diuiſiones non ſunt neceſſariæ in ſcientia ex natura ſcientię, ſed inducuntur ab authoribus propter debilitatem diſcretiue ſcholarium. ex. 1. colliget. cap. 1.

Diuiſio alicuius in materiam & formam, eſt alia à diuiſione ſpeciei in formam cõmunem & propriam. 5. metaphy. cõmen. 30. & primo phyſi. cõmen. 5.

Diuiſio generis per differentias ordinatè facta largitur diffinitiones. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 43. & in. 2. poſte. in illo capitulo. ad probandum autem terminum per diuiſionem oportet coniecturare. etc.

Diuiſio non accidit niſi quanto, propoſitio iſta non eſt uera uniuerſaliter, ſed ſolum de illo quod per ſe diuiditur: fallit enim in eo quod diuiditur per accidẽs, ut albedo, & forma. ex lib. deſtruc. diſpu prima in ſolõ. 8. dub.

Diuiſio entis per neceſſarium & poſſibile, intelligendo per poſſibile illud quod habet cauſam, ut intellexit Auicen. nõ eſt diuiſio nota de ſe, quia id quod diuidit ens in habẽtem cauſam, & non habentem cauſam, non eſt diuiſio nota de ſe. ex diſputa. 4. in ſolutione quinti dubij.

Diuiſio aliquibus ſcientijs ſufficit in enumerandis ſuis ſubiectis, aliquibus uerò deſeruit uia ſenſus in hoc, aliquibus uerò neutra ſufficit. ex com̃. ſuper primo de partibus animalium. cap. 1. in col 4. Arithmeticæ enim & geometriæ diuiſio ſufficit, aſtronomiæ uerò uia ſenſus deſeruit, ſed ſcientiæ naturali non ſemper deſeruit aliqua iſtarum uiarum de per ſe, ut ſcientiæ de animalibus neutra uia deſeruit uel ſufficit & ibi uide cauſam.

Diuiſioni q̃ fit in ſcĩa naturali, quãdoq; accidit ęquocè in genere diuiſio q̃d non accidit in mathematicis. ibidem.

Diuiſio in partes paruas æqualiter competit tam medicinæ calidæ q̃ frigidæ ad hoc, ut facilius ꝓueniat actio, quia res conuertibiles quando conuertuntur in partes minimas, facilius conuerſionem recipiunt. 5. collĩet. cap. 3. contra Galõ. [illegible]e etiam in fine primi de generatione & corruptione.

Diuiſio in partes paruas difficilius fatigat naturã. Vnde iſta eſt una res ex rebus, q̃ adiuuãt ad uelocitatem digeſtionis, quia calor in eis magis dominatur. 5. colliget. cap. 26.

Diuiſio [illegible]ccidit rei ex eo ꝙ eſt mãlis, non ex eo ꝙ habet formam: forma enim non eſt diuiſibilis niſi per accidens. ex paraphraſi metaph. 2. tracta. 2. colõ. 15.

Diuiſibilia in potẽtia non eſt impoõe in eis dari primum, licet ſm ꝙ ſunt in potentia non ſit in eis primũ. 8. phyſi. in tex. com̃. 44. ubi expreſſe colligitur dari minimum motum contra negantes minima. Immo Cõmentator dicit ꝙ ſuper hoc principio Ariſto. fundauit illam demõſtrationem in principio. 7. phyſicorum adductam, & ita dicit in com̃. 2. etiam ſuper. 7. phyſicorum.

Diuiſio continui in partes æquales de neceſſitate terminat. Continuum eſt quãdo illud quod diuiditur in unum quod eſt maius, & aliud eſt minus. Et iſtam diuiſionem moderni noſtri appellãt in partes proportionales. Auerroẽs. 8. phy. cõmen. 68. idem. 3. phyſi. tex. cõmen. 59.

Diuinatio ſecundum quietem contingens à Deo non eſt, qa diuinatio ſecundum quietem potius fatuis q̃ ſapiẽtibus cõtingit. & uide cauſam in libro de diuinatione.

Diuinatio ſecundum quietem data eſt propter magnam ſolicitudinem erga hominem, & dicitur ꝙ eſt pars ꝓphetiæ. Cõmen. in cõmento libri de diuinatione ſecundum quietem. unde Iſaach in. 2. lib. de elementis dicit ſomnum ſecũdum Iudæos, Chriſtianos, & omnes qui propheticant, eſt una partium prophetiæ.

Doctrina ordinata debet incipere à cognitione cauſarũ primarum rei cognoſcendæ perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum cauſarum remotarum ſecundum ordinem, donec perueniatur ad cãs propinquas. 1. phyſi. cõ. 1. uide. 2. phyſi. tex. com̃. 72. Non intelligitur ut Conciliator in differẽtia. 4. & Vgo Senenſis, & pleriq;, de aliquo genere demonſtrationis, ſicut eſt demõſtratio propter quid. Nam magna eſt differentia inter ordinem doctrinæ, & inter uiã doctrinæ. Via enim doctrinæ eſt triplex, genus demonſtrationis ſigni, demonſtratio cauſæ tantum, & demonſtratio ſimpliciter: ſed ordo doctrinæ eſt reſpectus ſecũdum prius & poſterius, inuentus in ſcientia ex natura ſcibilium. Nam cum in ſcientia rerũ naturalium quæ haberi debet ex cognitione cauſarum, cũm cauſæ aliæ ſunt uniuerſales & cõmunes omnibus rebus conſtitutis per naturam, aliæ uerò ꝓprie & ſimiliter cũm res naturales de quibus ſcientia haberi poteſt ſicut in tali diſcrimine: quædam enim ſunt uniuerſales & cõmunes, quędam proprie. Ex hoc inſurgit talis ordo doctrinæ in ſcientia, nunquid prius debeantur præponi quæſtiones & problemata de rebus cõmunibus & uniuerſalibus per cauſas cõmunes & uniuerſales terminãdæ, an de proprijs. Et ſententia Cõmenta. & Ariſto. 1. phyſic. tex. cõmen. 4. eſt, ꝙ ordo doctrinæ eſt ab uniuerſalibus ad particularia. Et iſtum ordinem innuit etiam ſecũdum expoſitionem Auer. in probatione maioris Ariſto. in principio primi phyſi. Tunc, inquit, arbitramur cognoſcere unumquodq;, cum cãs eius ſimplices cognouerimus et principia prima, & uſq; ad elementa. Dicere autem Auerroem intellexiſſe in prædicta authoritate de demonſtratione propter quid, error eſt: nam demonſtratio propter quid non fit per cauſam remotam, quum Ariſto. in primo poſteriorũ, huiuſmodi demõſtrationes per cauſas remotas uideatur collocare in numero demonſtrationum quia, ſeu ſignorum.

Doctrina quæ incipit à cõmunibus eſt naturalis, tũ quia ꝓpoſitiones acceptæ ſunt immediatæ, tum quia ſunt manifeſtiores, tum quia non accidit iteratio. primo phy. com̃. 57. idem in ſuo prologo. ibidem.

Doctrina eſt actio docentis, et eſt in addiſcente. tertio phyſi. tex. cõmen. 20.

Doctrina nominum ſynonymorum uſitatur ad expoſitiones 4. phyſi. cõmen. 45.

Doctio & diſciplina, etſi idem eſſent, non propterea docere & addiſcere ſunt idem. 3. phy. tex. cõmen. 21. ubi colligitur ꝙ licet abſtractum & concretum idem ſignificent, differũt tamen ex connotato, quia aliquid connotat cõcretum quod non cõnotat abſtractum. Vnde, ut ibidem dicitur, tametſi diſtantia Athenis ad Thebas, & Thebis ad Athenas una et eadem ſit, non tamen idẽ eſt diſtare hinc illuc, et illinc huc,

quia diſtare connotat unum in ratione termini à quo, & aliud in ratione termini ad quem:& ideo ſunt duo diſtare, licet una ſit diſtantia. Nota tamen authoritate Alexādri, & lucidisſimi Themiſtij locum illum in.3.phyſi. debere legi ex ſuperabundanti, uidelicet dato ꝙ cōcederetur ꝙ doctio & diſciplina ſint idem, & actio & paſſio ſint eadem, nō tamen ſequeretur propterea docere & addiſcere, aut agere & pati, eſſe eadem propter cauſam quam prædiximus. Nihilo minus reuera doctrina & diſciplina non ſunt eadem, neq; actio & pasſio eſt unum & idem:& ideo actio & pasſio ſi dicuntur eadem, eſt ſecundum ſubiectum, ſed non ſunt ratione formali eadem: negatiua enim in qua unū genus generalisſimum negatur de alio, eſt imediata & uera, ut dicit in primo poſteriorū. unde iſta eſt uera: Nulla actio eſt paſſio, quia coordinationes prædicamētales & impermixtæ: unde ſicut album & dulce ſunt eadem ſubiecto, pro quanto enim albedo & dulcedo fundātur in lacte, ideo uerificatur album de dulci & contrà: quia accidens accidenti non accidit, niſi quando ambo eidem accidūt. ut dicit Philoſophus in.5.meta. in tex. cōmen.14. Sic quia actio & pasſio fundātur in motu tanquam in ſubiecto, ſic dicuntur eſſe eadē ſubiecto, ſed non ſunt eadem ratione formali:& quia denominatio ſit à forma potius q̃ à materia, ideo Ariſto. dixit, ꝙ ꝓprie actio cum paſſione non eſt idem totius, cui rerum idētitas & diuerſitas eſt uenanda à forma magis q̃ à materia, præſertim apud Peripateticos, ſicut bene notat Cōmenta. in.2.phyſic. in cō.87. ubi dicit ꝙ Ariſto. in hoc reſiſtit antiquis aſſerentibus formas diuerſificari propter materias, & ipſe opinatur è contrario, & ita ſcribit notabiliter etiam ipſe in.1.de anima cō.52. ꝙ membra cerui non differunt à membris leonis, niſi qa anima differt ab anima. et.2.de anima, cōmen.60. aſſerit ꝙ melius eſt exiſtimare diuerſitatem eſſe per formā q̃ per materiam. Ex præſenti loco etiam elicitur quomodo ſit intelligendum dictum Cōmenta. in.12. metaphy. cōmen.44. ubi ſcribit ꝙ in abſtractis à materia non eſt uerum agēs, niſi ſecundum ſimitudinem, quia actio uera & paſſio fundātur, in motu uerò qui eſt actus unus in potentia, quia ibi non eſt motus uerus, ſed motus æquiuocus, & ſecūdum ſimilitudinem, ut intellectio motus dicatur, ut patet.8.phyſi. com̄.40. ſic ibi eſt actio ſecundum ſimilitudinem, nam ſcientia & intellectio eſt cauſa oīum entium: duo enim ſunt principia efficientia natura & intellectus. in 2.phyſi. ſicut autem dicit Cōmenta.12.metaphyſi. com̄.5. Scientia æquiuocè dicitur de ſcientia Dei, & de ſcientia noſtra; quia ſcientia noſtra cauſatur à rebus, ſed ſcientia Dei eſt cauſa rerum:& ſic ibi non eſt agens, niſi ſecūdum ſimilitudinem, quia intellectio Dei eſt cauſa ꝓductiua natura non tempore præcedens talia æterna. ex.2.cap. de ſubſtātia orbis, & eſt forma & finis conſeruans illa.4.cœli cō.1.

Doloris cauſa non eſt ſolutio continuitatis, ut dixit Gale. ſed eſt mala complexio quæ ſequitur ſolutionem continuitatis.3.colliget.31.cap. quod eſt de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti ſenſibili.

Doloris cauſa non ſunt duę res ſimul. ſ. ſolutio continuitatis, & eruditas & frigiditas, ut dixit errans Auic. ibidem.

Dolor eſt cauſa attractionis, aut ꝓpter malam complexionem calidam q̃ eſt cauſa doloris, aut propter malam complexionem quæ ſit ꝓpter ſuperfluitatem motus uirtutis expulſiuæ, cùm ſuꝑfluitates expellit, aut propter ambas iſtas.7.colliget. cap.29.

Domus ſine materia facit quodammodo domum materiam habentem.7.meta. tex. com̄.23.

Domui eſſe non ſit, ſed huic domui.7.meta. tex. cōmē.53. ubi Cōmen. dicit ꝙ quidditas domus ſimpliciter nō habet generationem: generatio enim nō eſt niſi huius domus demōſtratæ. idem in procœmio meta. actus & generationes ſunt ſuppoſitorum, idem in.1.de genera. & corrup. tex. cō.40.

Dormire eſt ligamentum & quies ſenſuum, & reuerſio ipſorum ab inſtrumentis eorum ad partem intrinſecam corporis.2.colliget. cap.21. de ſomno.

Dormientium partes exteriores corporis refrigerant. ibidē.

Dormientium digeſtio fortis eſt. ibidem.

Dormiendi operatio non attribuitur niſi uirtuti ſenſibili, & propriè ſenſui cōmuni. ibidem.

Dualitas in una re eſt propter materiam.1.metaphyſi. com̄.40. idem.1.phyſi. cōmen.6.

Dubia in ſcientia diuina contingentia ſiquis ſoluere perpenderit, ex his quæ ſunt in humana ſcientia, ille transfert iudicium præſens ad abſens in duobus entibus maxime diſtātibus, in ſpecie uidelicet, et in genere. ex libro deſtru. diſpu.6. in ſolutio.4. dubij.2.

Dubitatio eſt quaſi ligamentum, & reſponſio eſt quaſi diſſolutio.2.cœli cōmen.106.

Dubitatio & admiratio atteſtantur ignorantiæ. ex procœmio primæ philoſophiæ.

Duæ diffinitiones diuerſæ eidem rei conuenire non poſſunt. Auer. ſententia eſt in.1.de generatione animalium. cap.1. contra illos qui tenent animam intellectiuam, quidditate conſiderari in particulari in duabus ſcientijs, ſcilicet in ſcientia naturali, & in ſcientia diuina: unius enim rei non eſt niſi una quidditas.

Dulcedo attribuit caliditati & humiditati, amaritudo aūt caliditati & ſiccitati. ex libro de ſenſu & ſenſato. Auer.

Dulcedo temperata ſignificat caliditatem & humiditatem.5.colliget cap.42. de liquiritia.

Durum eſt q̊d non cedit in ſeipſum ſm ſuperficiē.4.meteo. tex. com̄.30. & in.2.de gene. & corrup. tex. cō.13.

Durities & mollities cauſæ ſunt facilitatis & difficultatis receptionis non localis mutationis, ſed alterationis.4.phyſi. tex. cōmen.86.

Dux eſt cauſa ordinis exiſtentis in exercitu, & ordo non eſt cauſa ducis.12.meta. tex. cōmen.52.

Ducis bonum eſt maius bonum, quàm bonum quod eſt in ordine exercitus. ibidem.

¶ De litera E.

EADEM eſt cauſa contrariorum ſecundum diſpoſitiones diuerſas.2.phyſi. cō.30. & textu. idem.5.meta. com̄.2. &.2.cœli.92.

Eadem eſt diſpoſitio de cauſis generationis, & de cauſis actionum: unde qui attribuit generationē neceſſitati, attribuit actiones neceſſitati: & qui attribuit generationem fini, & actiones attribuit fini.2.phyſi. cōmen.75.

Eadem alia per accidens, alia ſecundum ſe.5.meta. in cap. de eodem & diuerſo. & eſt tex. non habens cōmentum poſt tex. com̄.15. immediate.

Eadem ſunt quorum ſubſtantia una eſt, ſimilia uerò quorum qualitas una, æqualia quorum quantitas eſt una.5.metaphyſi. tex. cōmen.20.

Eadem omnia nō inſunt quolibet modo eiſdem, ſed ſolùm quibus idem eſt eſſe.3.phy. tex. cōmen.21. hoc eſt, quæ habent eādem diffinitionem & rationem formalem, illa etiā habent eadem accidentia ſeu proprietates, ſed nō qualitercunq; eiſdem eadem competunt, quia ſtat aliqua eſſe eadē ſubiecto, ut album & dulce:& quia talia non habent eandē diffinitionem, non quicquid competit albo, competit dulci: albo enim competit inquantum albū eſt diſgregare uiſum, quod tamen non competit dulci inquātum dulce. Ratio autem iſtius propoſitionis eſt, ut notat Cōmen. in.1.cœli. cō.19. ubi Ariſto. in litera habet, ꝙ in ſimplicibus & homogeneis eadem eſt ratio totius & partis, ut ſi gleba terrę tendit ad medium, & tota terra etiam ſi eſſet à ſuo loco ſeparata, tēderet ad medium: talia enim habent eādem diffinitionem, & quæ habent eandem diffinitionem habent eandem formam: quia forma eſt ratio, & quicquid erat eſſe rei:& quę habent eandem formam, habent eaſdem operationes conſequentes formam.

Eccentrici quos ponunt mathematici ſunt impoſſibile.2.



cœli. cōmen.32. & ibi uide cauſam.

Eccentricum aut epicyclum dicere, eſt res extra naturā: epicyclum autem eſſe impoſſibile eſt oīno.12.meta. cō.45. uide etiā in.2.cœli. cō.35. & in iſtis duobus locis uide rationes contra Ptolomæum & modernos aſtrologos.

Echinus habet quinque oua, totidemq; dentes, & quiq; partium uentrem 4.de natura animalium. cap.2. & uide cauſam in.4.de partibus animalium. cap.2.

Echini ſpinis ac pedibus utūtur: ijs enim nitibundi mouentur, ſedemq; permutant.4.de natura animalium. cap.2.

Echini pelagici uſus ad ſtillicidia urinæ confert. Ariſtote. in 4.de generatione animalium. cap.3. idem in.4.de natura animalium. cap.2.

Echo ſemper ſit, ſed non manifeſtè.2.de aīa. tex. cō.80.

Aegrotantibus oīa amara uidentur, quia habent linguā ſubmerſam huiuſmodi humore.2.de anima, tex. cō.104.

Aegritudo eſt mala diſpoſitio in mēbro, per quam membrū agit & patitur contra naturam.2.colliget. cap.1.

Aegritudinis numerus ſpecierum, eſt ſicut numerus ſpecierū ſanitatis: quāuis opinatum ſit ꝙ plures ſunt ſpecies ægritudinum q̃ ſpecies ſanitatis, quia multæ ægritudines habēt nomina, & ſanitates oppoſitæ illis non habent nomina:& tamē impoſſibile eſt cognoſcere ægritudines perfectè, niſi per cognitionem ſuorum oppoſitorum: & ideo dictum eſt ꝙ diſciplina contrariorum una eademq; eſt. ibidem.

Aegritudinum compoſitio, aut eſt compoſitio cōplexionis, aut eſt compoſitio uicinitatis.3.colliget. cap.9.

Aegritudinum quatuor ſunt tempora. ibidem.

Aegritudinibus duplex contingit declinatio, una eſt ex debilitate uirtutis ſicut in mortiferis, alia ex debilitate ægritudinis ſicut in ſalubribus. ibidem.

Aegritudinum genus q̊d eſt continuitatis ſolutio eſt duobus modis, unus eſt ſolutio cōtinuitatis uirtutis, alius eſt ſeparatio contiguitatis termini à termino.3.colliget. cap.14.

Aegritudinum quædam ſunt terminabiles criſi, & quædam ſine criſi.4.colliget cap.38.

Aegritudines ſunt cholericæ, aut ſanguineę, ſiue ſiant cū apoſtemate mēbrorum principaliū, ſiue non.4.coll. cap.33.

Aegritudinum quædam ſunt per eſſentiam in mēbro, & q̃dā per colligantiam alterius membri.4.colliget. cap.45.

Aegritudines plures uni membro poſſunt contingere, quarum una ſit ſibi propria, & alia ſit propter colligātiam cum alio membro. ibidem.

Aegritudines plures per colligantiam diuerſorum mēbrorū uni membro poſſunt contingere. ibidem.

Aegritudines quæ ſunt acutæ in terris Hippocratis, in terris noſtris peracutæ ſunt:& hoc manifeſtatur quòd Hippocrates non curabat ægritudines acutas niſi cum aqua hordei & melicrato.7.colliget. cap.9. de cura febrium putridarum in generali.

Aegri qui à natura euadūt ſolum ex fortibus ęgritudinibus, in fine remanent in ægritudinibus quæ temporaneæ dicūtur: ſicut mihi accidit quando ægrotaui febre fortisſima, & criticaui ex illa per apoſtemata in teſticulis, eo quòd mihi neceſſaria adminiſtrata non fuerunt, & remanſi arthriticus & podagricus.7.colliget. cap.31.

Aegritudines quædam à ſola natura curari poſſunt, q̃dam requirunt artis iuuamen, & in hoc oſtēditur potentia medicinæ: q̃dam uerò nec arte nec natura poſſunt curari, ſed ſi aliqui euadunt, per accidēs euadunt, ſicut in rebus naturalibus monſtra ſiunt.7.colliget. cap.31.

Electio non ſine mente eſt.2.phyſi. tex. cōmen.52. &.11. primæ philoſophiæ. cap.7.

Electio cuiuſdam boni rei abſolutè apud eligentem ſemper debet eligi, & quilibet eligens qui ſic ſe habet, continuè dicitur eligere & diligere ipſum electum, niſi impedimētum contingeret aut ꝙ dimitteret ipm̄ pro meliori bono. ex lib. deſtru. diſpu.1. in ſol.2. dubij. idem.8.phyſi. cō.15.

Elephantes generantur in his duobus locis, uidelicet in ultimo orientis, & in ultimo occidentis.2 cœli. tex. cō.111.

Elephantus ſenſorium olfactus peculiari quadam proprietate præ cæteris aīalibus ſortitus eſt, nam utitur eo & ad potum & ad cibum. ex.2.de partibus aīalium. cap.16.

Elephantus eſt animal terreſtre ſimul & paluſtre. ibidem.

Elephantus nare arbores complectendo euellit, & utitur ea loco manus. ibidem.

Elephantus non reperitur in prouincia Andalugiæ, neq; in regionibus meridionalibus: fertur tamen quòd inuenitur in extremis regionibus meridionalibus, ubi ſunt magna deſerta. Auerro. in.2.de partibus animalium, in cap. de inſtrumentis olfactus.

Elephas ſolus uiuit pluſquam humo. Ariſto. in.4.de genera. animalium. cap. ultimo.

Elephantorum uterus diutinus eſt, biēnio nanq; geſtatur propter exuberantiam magnitudinis. ibidem.

Elephanti naris prolixa & ualida, eiusq; uſus idem qui manus: ea nanq; cibos tam humidos q̃ ſiccos colligunt, capiūt, & in os admouēt ſoli animalium omnium.1.de natura animalium. cap.11. uide etiam de hoc in.2.de natura aīalium. cap.1. ubi etiam multa de elephanto inuenies.

Elephātus fœmina incipit coire anno aut duodecimo cùm celerrimè, aut quintodecimo cum lentisſimè. Mas quinque aut ſex annos natus ſuperuenit, & poſt coitum triennio interpoſito repetit quā grauidam reddidit, eādemq; præterea tangere nunq̃ patitur.5.de hiſtoria aīalium. cap.14.

Elephantem alij annos ducentos, alij trecentos uiuere aiunt.8.de natura animalium. cap.9.

Elephantus ferarum omniū mitisſimus eſt & placidisſimus 9.de natura animalium. cap.46.

Elemēta Plato primus appellaſſe traditur cauſas intrinſecas componentes rem, quæ principia ab antiquioribus dicebātur, ut tradit Eudemus, ut recitat Simplicius in prologo primi phyſi. Ad hoc alluſit Ariſto. in.1.phyſi. in tex. cōmē.48. ubi dicit: Omnes enim elementa & ab ipſis uocata principia, & uerè ſine ratione ponentes: tamen contraria dicunt tanq̃ ab ipſa ueritate coacti. Ad hoc etiam aſpiciens Philoſophus in.11. primæ philoſophiæ. cap.1. quærit dicēs: Dubitabit autē utiq; aliquis ſi oportet quærere quæſitam ſcientiam circa principia, uocata ab aliquibus elementa. & in principio.2.de partibus animalium, ubi ponit triplicem eſſe compōnem: primā utiq; quis ponit eam quæ ex uocatis ab aliquibus elementis, puta terra, aqua, aere, igne.

Elementum in propria ſignificatione ſumptum ſumitur pro cauſis intrinſecis, ſicut & materia & forma. Cōmentator in prologo.1.phyſic. cōmen.1. & facit expoſitio Alexan. uide cauſam in.5.meta. cōmen.4.

Elementorum cœlum eſt cauſa agens & conſeruans, & ueluti forma & finis. trac.4. in paraphraſi meta. col.15.

Elementa cauſantur à motu magno, & ideo corpus circulare neceſſariò eſt eorum agens & conſeruans. ex paraphraſi metaphyſi. trac.4. col.15.

Elementa eſſe contraria non eſt propoſitio per ſe manifeſta, ſed declaratur in ſcientia naturali. Cōmenta.3.phyſi. com̄.41. uide ibidem cōmē.44. &.2.de generatio. & corruptio. tex. cōmen.7. & in tex. cōmen.49.

Elementa non habent motorem in actu & motum in actu, quia ſunt compoſita ex mā & forma, & motor eſt in actu & motum in potētia.4.phyſi. cōmen.71.8.phyſi. com̄.30. 3.cœli. cōmen.28.4.cœli.22.24. &.25.

Elementa non poſſunt moueri in uacuo, quia motus fieret in inſtanti.4.phyſi. cō.71.74. &.8.phyſi. cō.82.3.cœli.28.

Elementa in ſuis naturis ſuccedūt ſibi in nobilitate, ſicut ſuccedunt ſibi in ſitu:& non ſolum hoc eſt in elementis, uerū etiam & in corporibus cœleſtibus. Auerroes.1.cœli. com̄.16. idem in.12. primæ philoſophiæ. cōmen.4. & in.2. cap. de ſubſtantia orbis. & in.2.cœli.41.

Elementa habent figuram accidentaliter, cœlum uerò eſſentialiter.2.cœli. com̄.22. &.3.cœli. cōmen.67.

Elementorum eſſe eſt propinquius materiæ, cœli uerò eſt ꝓpinquius formis.2.cœli. cō.22. idem.1.cœli.24.

Elementa ex ſuis ſubſtantijs requirunt dum ſunt in ſuis locis naturalibus, ut figurentur ſphæricæ: quoniam motus eorū

à centro & ad centrum eſt motus æqualis ex omnibus partibus, i ꝙ intendunt dimenſiones æquales, & quieſcunt in dimēſionibus ęqualibus. 2. cœli. cō. 26. idem. ibidē. cō. 30.

Elementa quātò magis appropinquāt corpori cœleſti, tantò magis recipiunt leuitatē & cōnexionem. 2. cœli. cō. 32.

Elementa non habent quātitatem terminatam. 2. cœli. com̄. 95. uide in concordantijs.

Elementa non habent figuram naturalem cum recipiāt omnem figuram, unde æquiuocè dicuntur habere figuram elementa, animal, & cœlum. 2. cœli. cōmen. 108.

Elementa conſiderantur in ſcientia libri de cœlo, inquātum ſimplicia ſunt. 2. cœli. cōmen. 1. ¶ Inde eliciunt aliqui ex mente Auer. corpus ſimplex eſſe ſubiectum non mundum ſeu uniuerſum, ut tenuit Alexan. imitās in hoc Simplicium: ſed hoc non eſt uerum, ſicut late probauimus in quæſtionibus noſtris Miſcellaneis. Quantum autem ſpectat ad pręſentem authoritatem uerba ſequentia declarant mentē eius quia ſubdit ꝙ conſiderare de ſimplicibus eſt in hoc libro, ut daret intelligere ꝙ ſimplicia conſiderantur in hoc libro, ſed non ſub ratione ſimplicitatis, quia in eodēmet cōmento dicit ꝙ elementa in ſcientia libri de cœlo conſiderantur inquantum ſunt partes mundi. Ne igitur illa noto reduplicationis eſſet cauſa erroris, ideo ſtatim declarauit ſeipſum ꝙ ly inquantum, reduplicabat formale ſed materiale: quia uerum eſt ꝙ corpora ſimplicia conſiderantur ibi, ſed non ratione ſimplicitatis inquantum ſunt partes mundi.

Elementa in ſcientia libri de cœlo conſiderantur inquātum ſunt partes mundi, & inquantum ſunt ſubiectū: ſed in ſciētia libri de generatione & corruptione, conſiderātur inquātum ſunt cauſæ compoſitorum generabilium & corruptibilium. 3. cœli cōmen. 1. & cōmen. ultimo.

Elementorum motus quia non eſt à generante, niſi mediante forma generati, & motus primò & eſſentialiter fit à motore & nullo alio mediante, & propter hoc iſte motus primò & eſſentialiter non eſt à motore extrinſeco, ſed à forma moti. 3. cœli. cōmen. 28.

Elementorum idem eſt motor & motum ſm ſpeciem, ſed differunt ſm modum: lapis enim mouet ſe inquantum eſt grauis in actu, & mouentur inquantum ęſt potentia inferius. 3. cœli cō. 28. idem. 4. cœli. cō. 22.

Elementum ſeu lapis non eſt motus per ſe, ſed aſſimilatur ei quod eſt motum per ſe: & ideo indiget in ſuo motu motore extrinſeco, neq; etiam numeratur inter ea quæ mouētur ab extrinſeco, quia non mouet ab extrinſeco imediate, ſed à ſua forma. uide in concordantijs.

Elementum mouet ſe mouendo medium, ſicut nauta mouēdo nauem mouet ſe per accidens. 3. cœli. cō. 28.

Elementum corporum eſt ad quod alia corpora reſoluuntur intus exiſtens potentia, aut actu. ex. 3. cœli. tex. cō. 31.

Elementum dicitur in comparatione eius reſpectu cuius eſt elementum, & ideo corpus eſſe elementum eſt ei accidēs. Cōmentator. 3. cœli. cōmen. 31.

Elementa de quibus Ariſtoteles egit in libro phyſi. ſunt alia ab illis, de quibus egit in. 3. & 4. cœli. & elementum ęquiuocè dicitur de illis & de iſtis. 3. cœli com̄. 31.

Elementa aut ſunt partes mixti ſecundum quantitatem, ſecūdum dicentes generationem fieri per congregationem: aut ſecundum qualitatem & quantitatem, ſecundum dicentes generationem eſſe tranſmutationem in ſubſtantia ex pluribus uno corpore. 3. cœli. com̄. 31.

Elntum ſi eſt ex quātitate, debet eſſe pauciorum partiū: & ſi eſt ex qualitate, debet eſſe ſimplicius. 3. cœli. cō. 42.

Elementorum generatio ex corpore duobus modis intelligi poteſt. 3. cœli. cōmen. 56.

Elementum eſt pars elementati, & ideo ꝙ apud generationem alterius corrumpitur ſecundum totum, non eſt elemētum eius. 3. cœli. cōmen. 67.

Elementa non eſt neceſſe ut ſint denudata à formis omnino, ſed ſolum à formis quas recipiunt. 3. cœli. cōmen. 67. ſecūs autem eſt de prima materia, ut ibidem eius cauſam uidebis, & intelliges num forma corporeitatis ſit ex mente Auerrois, contra Groſſipedales.

Elementa concurrentia ad generationem mixtī, corrumpuntur ſecundum medietatem. 3. cœli. cō. 67.

Elementorum ſubſtantiales formæ ſunt diminutæ à formis ſubſtantialibus perfectis, & eſſe earum eſt medium inter ſubſtantias & accidentia. 3. cœli. com̄. 67.

Elementorum formæ non recipiunt ſeipſas, nec elnta, ſunt ſibi inuicem elementa, quia ſunt eiuſdem generis, & ſunt in eodem ordine in ſubſtantialitate. 3. cœli. cō. 67.

Elementum indiſſolubile & incorruptibile eſt. 3. cœ. cō. 62.

Elnta mouent ſe accidentaliter, & quod mouēt ſe pp̄ ſuam motionem in mediū, ſicut gubernator nauis mouet ſe cum mouerit nauim. 4. cœli. cō. 22. & 3. cœli. cō. 28.

Elementa ablato medio non poſſent moueri. 4. cœli cō. 22. & 4. phyſi. cō. 71. & 8. phyſi. cō. 82. & 3. cœli. cō. 28.

Elementa mouentur ad ſua loca, ſicut res mouentur ad ſuas formas. 4. cœli. cō. 23. & tex. cō. 22. & 23. ibidem.

Elementa non mouentur ex ſe in rei ueritate, ſed ex extrinſeco: & hoc uult determinare Ariſto. 4. cœli. cōmen. 25. uide in concordantijs.

Elementa remoto impedimento mouentur à remouente impedimentum per accidens, & tunc etiā formæ eorum erūt mouentes per accidens, & aſſimilantur illis quæ mouētur per ſe. 4. cœli. cōmen. 25.

Elementa poſſunt impediri à motu, licet non impediantur à forma, ita ꝙ impedimentum diuidit inter formam, & accidens conſequens formam, uerbi gratia: Lapis poteſt impediri à motu ad inferius, licet non impediatur à forma: ſecùs eſt in alijs motibus. 4. cœli. com̄. 25.

Elementa mouētur ad ſua loca tanq̄ ad fines: nam loca ſunt fines motuum eorum, & ſunt quaſi forma, quia ſunt perfectiua. 4. cœli: cō. 25. & habetur ex tex. cō. 24.

Elementa media ut aer & aqua, licet dicantur grauia & leuia, ſunt tamen naturæ ſimplices, & non dicuntur eſſe cōpoſita ex duabus naturis ſeu potentijs, niſi ſecundū comparationem. Cōmen. 4. cœli. com̄. 26.

Elementa omnia grauitatem habent pręter ignem, & leuitatem p̄ter terram. 4. cœli. tex. cōmen. 29.

Elementa media ut aer & aqua, habent reſpectu inferentis uiolentiam magis uelocem motum deorſum q̄ ſurſum: unde & dicuntur magis eſſe grauia q̄ leuia. 4. cœli. cō. 29.

Elementorū trium. ſ. aeris, aquæ, & terræ, uniuerſum & partes ſentiūtur ſenſu in ſuo loco naturali: partes autem eorum cùm ſunt extra ſuum locum naturalem, comprehenduntur moueri ad totum, ſed de igne nihil comprehenditur niſi partes: unde notum fuit quòd illæ partes mouentur ad uniuerſum exiſtens in ſuo loco naturali: & hæc eſt demonſtratio quia. 4. cœli. cōmen. 32.

Elementum quandoq; dicitur de quatuor corporibus, & quādoq; de prima materia. 4. cœli. cō. 37. uide. 3. cœli. tex. cō. 31. & 5. metaphyſi. tex. com̄, 4.

Elementa non generantur reciprocè, quia habent eandem materiam: & ſi haberent materias diuerſas, non poſſent reciprocè generari. 4. cœli. com̄. 37. & 8. meta. tex. cōmē. 11. conſimile in. 8. phyſi. cōmen. 46.

Elementorum potentiæ ſunt æquales. 4. cœl. cōmen. 30. uide in concordantijs.

Elementa ſi ita differrent in materia ſicut differunt in forma, tunc fugerent ſe adinuicem & ſegregarentur adinuicem in loco, & non mouerentur adinuicem ſecundum perfectionem, cùm contraria fugiant ſe, & conſimilia ſunt ea quæ copulantur adinuicem. 4. cœli. com̄. 39.

Elementum quod dicitur per prius, debet eſſe oīno intranſmutabile. 2. de generatione & corrup. cōmen. 6. ubi aduerte ꝙ hoc nomen elementum dicitur ſecundū prius & poſterius, & ratio elementi primò competit primæ materiæ: ut eſt uidere in quinto primæ philoſophiæ. cōmen. 4. uide etiā Auer. 10. meta. cōmen. 2. & 3. cœli. com̄. 31.

Elementum à primis cōtrarietatibus quæ ſunt ſm tactum, ſolum conſtituitur. 2. de genera. tex. com̄. 7.

Elementa non inueniuntur in ſuis locis ſimplicia, & pura.



Cōmenta. 4. metheorum. cōmē. 10. Vbi nota ꝙ (ut dicunt Peripatetici) ſimplicitas elementorum ſola ratione ꝓpēditur: & dicunt inſuper ꝙ non q̄libet impuritas remouet elementum à ſua ſimplicitate, ita ꝙ fiat mixtum. unde Auicēna in capitulo de febre peſtilentiali in. 4. canone dicit: Nos nāq; cum aerem dicimus, nolumus dicere aerem ſimplicem, mundus quoniam ipſe non eſt aer qui nos circūdat: & ſi fortè inuentus fuerit purus, fortè eſt alius, & ſubdit: Et nos non dicimus illum aerem, niſi quemadmodū dicimus aquam maris: & tamen cum illa nō ſit pura aqua ſimplex, ſed mixta ex terra, aere, & igne, ſed ſupertranſiens eſt aqua.

Elementa omnia contrarietatem habent adinuicē, quia differentiæ contrarię ſunt. 2. de generatione & corruptione. tex. cōmen. 24. & 22. & 49.

Elementa ſymboleitatem habentia facilius tranſmutantur. 2. de genera. & corrup. tex. cōmen. 25.

Elementum inquantum elemētum īnatum eſt manere, cum ſit pars rei elementatæ. 2. de generatione & corrup. cō. 31. idem. 5. meta. cōmen. & tex. 4. idem. 3. cœli. cō. 67.

Elementa ex qualibet parte carnis generari poſſunt, contra Empedoclem. 2. de gene. & corrup. tex. cōmen. 47.

Elementa digniora ſunt ut corrumpant, q̄ ut generent: quapropter ſi generent res, oportet ut habeant agens, ꝙ faciat ea per temperamentum, & alteratione apta, ut aliquid fiat 2. de genera. & corrup. tex. cōmen. 54. Ex quo patet ꝙ aliāſmo contrariam diſpoſitionem habere poteſt aliquid in ratione agentis principalis, & in ratione inſtrumēti: unde elementa in ratione agentis potius corrumpunt entia, q̄ generant. Sed in ratione inſtrumenti reſpectu primi alterātis & mouentis ea ad mixtionem, ſic ſunt cauſæ generationis. Et nota iſtud, quia multas difficultates euades in philoſophia naturali, & in medicina. unde ꝯſimile habetur, ex. 2. de anima, contra Antiquos, tex. cōmē. 41. de igne reſpectu augumenti, quia concurrit ut concauſa, & non ut agens. Et ideo in 2. de gn̄atione. tex. cōmen. 55. contra Antiquos Ariſto. inquit ꝙ ſimile aliquid faciunt, ut ſi quis ſerræ & unicuiq; inſtrumentorum attribuit cauſam eorum quæ generantur. Neceſſe enim eſt ſerrante diuidi, & incidente coæquari, & in alijs ſimiliter. Quocirca ſiquidem maximè facit ignis & mouet, ſed quomodo moueat non uident, quoniam deterius eſt quàm organa.

Elementa omnia iudicem acceperunt præter terram. primo de anima tex. cōmen. 59.

Elementa cōparātur materiæ. 1. de aīa. tex. cōmen. 82.

Elemēta carent ſapore & odore, q̄a ſapor & odor ſunt mixti ſecundum ꝙ eſt mixtum, ex lib. de ſen. & ſenſa.

Elementa ſunt elementa per quatuor uirtutes, ut eſt declaratum in libro de generatione & corruptione. 4. meteo. cō. 1. & in. 2. de generatione & corrup tex. cōmen. 8.

Elementorum diſpoſitio eſt, ut ſint æterna ſecundum ſpeciē, & ſint generabilia & corruptibilia ſecundum partem. Cōmentator in. 2 meteo. cap. primo.

Elementa non habent ambas qualitates ſubſtantiales in fine. 4. meteo. cōmen. 10.

Elnta non inueniunt̄ in ſuis locis ſimplicia & pura. ibidem.

Elementorum cōſideratio rerum mobilium eſt propria ſcīæ naturali, ſed in ſcīa diuina conſiderantur, ut ſunt principia ſubſtantiæ. 1. meta. cō. 18. conſimile ibidem. cō. 5. & 15.

Elementa rerum diuerſarum in ſpecie eſſe conuenientia in ſpecie improbabile eſt. tertio metaphyſi. cōtra Zenonem. tex. cōmen. 16. in fine.

Elementum nō habet odorem neq; ſaporem, eo ꝙ iſta duo non ſunt niſi in compoſito. 3. colliget. cap. 34.

Elementum non dicitur de cauſis extrinſecis, ſed de cauſis intrinſecis, & dignius de materia. 5. metaphyſic. cōmen. 4. intellige dum ſumitur in ſignificatione proprie dicta, ut limitat Cōmenta. 1. phyſi. cōmen. 1.

Elnti diffinitio ponit̄, & explanat̄. 5. meta. tex. cō. 4.

Elementi conditio non eſt, ut non ſit diuiſibile ſecundū quātitatem, ſed ut ſit diuiſibile ſecūdum formam, ſicut ſunt mēbra organica quæ componuntur ex membris cōſimilibus, quæ non diuidūtur ſecundū formam. Quælibet enim pars membri conſimilis participat nomen & rationem totius: quælibet enim pars carnis eſt caro, & oſſis os, & tamē bene talia ſunt diuiſibilia ſecundum quantitatem. Cōmenta. 5. meta. cōmen. 4. Nota tamen ut ex eodem cōmento colligitur, ꝙ hoc non eſt uerum ſecūdum opinionem illorum, qui aſſerebant lineas componi ex punctis, & corpora componi ex corporibus indiuiſibilibus: unde ſecūdū uiam iſtorum elementi conditio non ſolùm eſt, ut non ſit diuiſibile ſecundum formam, uerū etiam dicitur eſſe indiuiſibile ſm quantitatem. Dictum igitur illud eſt uerum ſecundum ſententiam Ariſtotelis. Et aduerte ꝙ licet Ariſtoteles dicat elementum non de neceſſitate debere eſſe indiuiſibile ſecundum quantitatem, quia multa ſunt elementa, quæ ſecundū quantitatem diuidi poſſunt: tamen Ariſto. non negat, neq; Cōmenta. ꝙ etiam aliquod indiuiſibile ſecundū quantitatē inexiſtens rei, quam componit, ſit indiuiſibile: alioquin unitates non eſſent elementa numeri.

Elementi diſtinitio data in. 5. meta. uidelicet elementum eſt ex quo primo inexiſtente indiuiſibili ſecundum ſpeciem in aliam ſpeciem componitur, uerè competit primæ materię. Cōmenta. 5. meta. cōmen. 4. in calce cōmenti.

Elementum eſt, in quod diuiditur inexiſtens, ut materia. 7. meta. tex. cōmen. ultimi.

Elementa quæ non corrumpuntur ſecundum totum ſed ſecundum partes, aſſimilantur in hoc ꝙ agūt perpetuò illis, quæ non corrūpuntur neq; ſecundum totum neq; ſm partem. ſ. corporibus cœleſtibus. 9. meta. 20. & in. 2. de generatione & corruptione. tex. cōmen. 59.

Elementa quatuor ſunt corporum compoſitorum elemēta, ſed non primò, quia ſunt cōpoſita ex prima materia & formis ſimplicibus: ſed elementi nomē uerè habet prima materia in compoſitis. 10. meta cōmen. 2. Inde collige duo, ꝙ uidelicet prima materia uerè elemēti rationem poſſidet, ꝓ quo etiam uide in. 5. primæ philoſophiæ in tex. cōmen. 4. Secundū uerò ꝙ elicitur eſt, ꝙ forma elementi apud Auerroem appellatur forma ſimplex. Et ſic intelligas dictū eius ꝙ quæcūq; ſunt præter primam materiam & ultimam formam, ſunt materiæ cōpoſitæ & formæ cōpoſitæ: oēs enim alias formas à formis elementarijs, Cōmentator appellat compoſitas formas.

Elementa ſubſtantiæ ſunt ſubſtantię, & elementa relationis ſunt relationis: unde ſi ſubſtantia eſſet elementum relationis & aliorum, tunc omnia eſſent ſubſtantiæ: omne enim cuius elementum eſt ſubſtantia, eſt ſubſtātia. 12. primę philoſophiæ. tex. cōmen. 19. Vide tamen ꝙ intelligitur de elementis propinquis: nam elementa ſubſtantiæ ſunt elementa remota aliorum p̄dicamentorum, ſicut notat Cōmen. & Philoſophus. 12. meta. tex. cō. 21. & 22. & infra.

Elementum & elementatum ſunt eiuſdem naturæ, ſed elementum in illa natura eſt ſimplex, & elementatum eſt cōpoſitum. 12. primę phię. cō. 20. authoritatę Alexandri.

Elementum non eſt idem cum ſuo elementato. 12. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 21.

Elementa nullo alio motu ex ſe mouentur q̄ locali. Them. in principio. 2. phyſi. & idem tenet Auer. ibidem.

Elementa ſunt ſphæricæ figuræ, quia ambiuntur à corpore ſphærico. ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſol. 11. dubij.

Elementorum comparatio ad cœlos eſt, ſicut puncta ad circulum. ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſol. 3. dubij.

Elnta ſunt mā mēbrorum ſimilariū, & ſimilaria ſunt materia organicorum. ex. 2. de partibus aīalium. cap. 1.

Elementum quodlibet inuenitur in cōpoſito in potentia, ſed non conuertitur, ut quicquid continetur in aliquo in potentia, illud ſit ei elementum. Cōmenta. contra Gal. in. 2. colliget. cap. 1. Cholera enim utraq; in potentia continetur in ſanguine, tamen ſanguis non eſt elementum eis: ſimiliter acetum in potentia continetur in uino, uinum tamen non eſt elementum aceti, aut fex & ſpuma non ſunt uini elemēta, ſed ſuperfluitates.

Elementa quando occurrunt corpori, non dant ei niſi qua-

litatem ſiue intus,ſiue extrà adueniant; & ideo mouent noſtra corpora,ſed non mouentur ab eiſdem:propterea quia qualitates cum quibus operant̃ elemẽta, ſunt in actu,ſicut eſt calor in igne,& frigus in niue:& quando elemẽta mouent corpora ipſa non mouentur,ideſt non conuertuntur. 3.colliget cap.3.

Elementum dicitur tripliciter,uno mõ illud,ad quod reſoluitur aliquid ratione formæ,& iſto mõ ignis, aer,aqua, & terra dicunt elementa cæterorum compoſitorũ. Alio modo pro eo ꝙ creditur eſſe minima pars rei, ut ſumunt ponẽtes atomos. Tertio modo uniuerſalia dicuntur el'nta particularium,apud opinãtes uniuerſalia eſſe principia rerum.ex paraphraſi meta.trac.1.cap.1.de elemento.

Embrio eſt pars animalis,& ideo neceſſe eſt ut nutriatur ex nutrimẽto illius rei,cuius ipſe eſt pars. Auer.in.2.de gene, animalium.cap.Q̃ꝛo fœtus in utero animalium augeatur, & habetur ab Ariſto.ibidem in cap.5.

Empedocles poſuit cauſam efficientem in prima generatione,& Anaxagoras,ſed in alijs dimiſerunt eam.2.phyſi.tex. cõmen.75.uide in concordantijs.

Empedocles generat mundum ex quatuor elementis, quæ erant principia materialia apud ipſum:lis uerò & amicitia erant cauſæ agentes.8.phyſi.tex.cõmen.2.

Empedocles opinabatur mundum generari quando multiplicatio fit per litem, & corrumpitur quando adunatio fit per amicitiam ibidem.

Empedocles opinabat̃ cœlũ eſſe cõpoſitũ ex quatuor el'ntis & amicitia tm̃,non enim eſt in eo lis, quia in cœlo nõ ſunt partes diuerſæ. Cõmen.8.phyſi.com̃.2.

Empedocles poſuit amicitiam & litem in entibus ſm ſimilitudinem amicitiæ & litis in hominibus, ut quemadmodũ amicitia congregat homines,lis autem ſegregat; ita in entibus ſunt duo entia ſimilia iſtis,uidelicet odium naturale,et amicitia naturalis.8.phyſi.tex.com̃.14.

Empedocles opinabatur elemẽta & ſphærum.i.Deum eſſe principia. Them.primo phyſi.ſuper tex.32.Nota tamen ꝙ ſphærum cœlũ appellabat,& hoc apud ip̃m Deus erat.

Empedocles ponens mundũ gñari de nouo,poſuit motũ localem præcedere omnes motus;& ſimiliter Anaxagoras et Democritus.8.phyſi.tex.cõmen.77.

Empedocles poſuit corpora ſimplicia ſecũdũ tempus fuiſſe ante motum.1.cœli.tex.com̃.89.

Empedocles opinatur orbes eſſe Deos,& erant apud ipſum compoſiti ex quinque,uidelicet ex quatuor elemẽtis, & ex amicitia.Et ideo reputabat Deum eſſe ĩmortalem:lis enim eſt cauſa corruptionis. Et licet bene narrauerit quòd ipſe iam opinabatur mundum corrumpi & generari, fortè tamen non opinabatur hoc niſi in eis quæ ſunt ſub ſphæra:quãuis ipſe uidetur hoc opinari in oĩbus partibus mũdi. primo de anima.com̃.80.Them.etiam ibidem dicit Empedoclem Deum ſphærum appellaſſe.

Digreſſio d cognitione Dei benedicti ſm Peripate.

Empedocli accidit inſipientiſſimum eſſe Deum,ſolus enim elementorum unum nõ cognoſcit diſcordiam: mortalia autem omnia,ex omnibus enim unumquodq; eſt.1.de anima tex.cõmen.80.& 3.meta.tex.cõ.5. Conſimile ſcribit Philoſophus in.3.primæ p̃hiæ.tex.cõ.15.ubi dicit:Propter q̃d & accidit ipſi fœliciſſimũ Deum minus prudentẽ eſſe alijs, non enim cognoſcit elementa omnium, nam odium non habet:notitia uerò ſimili ſimilis fiat.Ex hoc ſcire poteris de mente Ariſto.fuiſſe Deum oĩa intelligere,alioquin argumẽtum quod adducit in p̃allegatis locis,facile põt in ipſum retorqueri.& licet in.12.primæ p̃hiæ excluſerit à diuina cognitione ſingularium ipſorum cognitionẽ, & quia infinita ſunt,et quia uileſceret,non ꝓ hoc oẽm cognitionẽ de iſtis inferioribus excluſit in ĩtellectu diuino.Cognoſcit enim ea nobiliori mõ q̃ ſi intellectio eorum in ꝓpria forma exiſteret. Vnde non derogaret perfectioni intel'ſs diuini talẽ cognitionem ſub ratione qua ſingularia ſunt, & cum ꝓprijs eorum ꝓprietatibus ab intel'lu diuino remouit, ſed ut attribueret ſimpliciſſimam et perfectiſſimã cognitionẽ:intel'ls enim diuinus ĩtelligit entia in altiori gradu unitatis,ſimplicitatis,& nobilitatis,q̃ aliquis intel'ſs poſſit intelligere.Nã intelligẽdo ſe qui eſt ens per eſſentiam,nihil aliorum dicit̃ ignorare,quia oĩa ſunt entia per ꝑticipationẽ reſpectu eius, quę nobiliori mõ ſunt in ipſo q̃ ſunt in ꝓpria forma:& nobiliori mõ intelliguntur in ipſo q̃ intelligant,aut intelligant̃ in propria forma.Et ſic dixerunt Peripatetici intel'm diuinum unum intelligendo ſolũmodo oĩa cognoſcere, & nobiliori mõ q̃ aliqs intel'ſs poſſit capere.Et ideo dixerũt ſcĩam Dei benedcti nõ eſſe,neq; ul'em,neq; particularem, neq; in potẽtia quãdoq;,neq; in actu quãdoq;:iſtæ enim ſunt diuiſiones & modi ſcĩæ noſtræ,quę æquiuocè dicitur cum ſcĩa Dei:nam ſcĩa Dei eſt cauſa totius entis cauſati, & ſcĩa noſtra eſt cauſata ab ente:& ſic poſuerunt mũdum eſſe ſub diuina ꝓuidentia,& talis dependentia eſt in nobiliori gradu q̃ eſſe poſſit aut intelligi. Vnde ſcribit Comen.in.2.phyſi. ſuę auſcultationis in cõ.35.& iſta propoſitio uidelicet q̃ dicit:Naturam agere ꝓ finem,eſt maxima & eſt fundamentum in ſcĩa naturali, & in ſcientia diuina:& declarans q̃ꝛo ſit maximum fundamẽtum in ſcĩa diuina dicit: Quòd ſi diuinus non cõceſſerit eam,non poterit probare, ꝙ Deus habet ſolicitudinem circa iſta quę ſunt hîc.&.12.primæ p̃hię cõmen.37.oſtendens modum quo intellectus diuinus habet ſolicitudinem eorum,quæ ſunt hîc,dicit:Dicentes autẽ ꝙ Deus ſolicitus eſt circa unumquodq; indiuiduũ,aliqualiter eſt uerum & aliqualiter non:quia nullum indiuiduũ habet diſpoſitionem propriam,niſi illa diſpoſitio inueniat̃ in aliquo mõ illius ſpeciei.Et hoc igitur mõ uerum eſt Deum ſolicitari circa indiuidua: ſolicitudo autem circa ĩdiuiduum tali modo,ꝙ nullus habeat cõicationem cum eo, hoc non eſt fas bonitati diuinę,quod q̃ꝛo & qualiter ſit intelligẽdũ ample declaraui in concordãtijs.Et qui uult diffuſe & reſolute uidere Peripateticorum uiam,uideat quę ſcripſi in proprio theoremate de intellectione primi cõtra Ioãn.de Bacchone,& alios.Nos autem licet iſta ſcripſerimus ex mente eorum,firmiter tamen credimus & nullatenus dubitamus Deum oĩa cognoſcere ſub rationibus ſingularibus: uerum enim eſt,quod diuino afflatus ſpiritu propheta teſtatur: Et humilia reſpicit in cœlo & in terra.

Empedocles quatuor elementa aſſeruit eſſe principium materiale omnium,ex erratis primi metaphyſi.

Empedoclis mentem ſi quis inſpexerit,& non ad ea quæ dicit,balbutiendo inueniet concordiam bonorum,litem uerò malorum cãm eſſe:q̃a ſi quis dixerit Empedoclem bonum & malum quodãmodo cauſas ſeu principia dicere,bene dicet.ex primo metaphyſi.cap.2.

Empedocles primus præter ueteres hãc cauſam diuiſam adduxit.ſ.efficientem,& non unum principium motus,ſed diuerſa atq; contraria fecit.1.metaphyſi.cap.2.

Empedocles primus in materiæ ſpecie quatuor elementa dixit,non tamen utitur quatuor, ſed ut duobus exiſtentibus ſolum igne ſecundum ſe, oppoſitis uerò quaſi una natura terra,aere,& aqua.

Empedocles ſolus ex antiquis ultra materiam innuit cauſam formalem,ſed non dixit eam apertè. primo metaphy. tex.cõmen.ultimi.

Empedocles exiſtimauit cœlum eſſe Deum conſtantem ex quatuor elemẽtis,& amicitia ſine lite:ſed oĩa generabilia et corruptibilia ſm ipſum ſunt cõpoſita ex quatuor elementis & amicitia & lite.3.meta.tex.cõmen.15.

Empedocles dixit permutantes habitũ ꝑmutare prudentiã: ad præſens enim augetur conſilium in hominibus.4.meta. tex.cõ.21,idem.2.de anima.tex.cõ.150.

Annotatio ſup ij phy. tex.c.22. cõtra Alex. & Simpl.

Empedocles licet dixerit mixtionem eſſe formam rerum,ipſe tamen non poſuit ueram mixtionem ſm ꝙ de eo narrauit Ariſt.alibi,ſed per mixtionem intellexit cõpoſitionem. Cõmen.5.meta.cõ.5.ꝓ hoc dicto Auer.uide in.2.de gene. & corrup.tex.cõ.37.& etiam in.1.eiuſdem.tex.cõ.85.Ex quo patet ſol'o ad argumentũ et dubitationem Alexã.in.2. phyſi.in tex.cõ.22.ubi Ariſt.ſoluens q̃õnem ibi propoſitã an eiuſdẽ ſcĩę ſit utrãq; naturã cognoſcere.ſ.materiã & formam,an alterius ſolũmodo,dicit: In antiquos q̃dem aſpicienti



ciẽti uidebitur utiq; eſſe materiei, ex parua enim parte quadam Empedocles et Democritus ſpeciem et quicquid erat eſſe,tetigerunt.¶ Dubitat autem Alexan.propter quid non meminit etiam Anaxagoræ:nam quemadmodum Empedocles ea ratione formam, & quod quid erat eſſe, tetigiſſe uiſus eſt, quia ultra quatuor elementa quæ poſuit concurrere in ratione materię,poſuit etiam litem et amicitiam quę concurrebant in ratione efficientis,ſic pariformiter Anaxagoras ultra partes ſimilares quæ gerebant uicem materię, poſuit intellectum , qui ſupplebat uicem cauſæ efficientis. Soluens autem Alexan. huiuſmodi dubitationem reſpondet propterea Anaxagoræ opinionem a Philoſopho fuiſſe neglectam, quià intellectu illo ſeparato non uteretur Anaxagoras in generatione.Sed contra iſtam ſolutionem inſtat Simplic.nam generatio ſecundum Anaxagorã ponentem quodlibet eſſe in quolibet,fiebat per ſegregationem,ſegregatio autem fiebat per motum localem:ſed cauſa motus ſecundum Anaxagorã erat intellectus ſeparatus,ut patet.8. phyſi.tex.cõmen.77.& clarius in.8.phy.in tex. cõmẽ.37. ſcribit Ariſt.unde Anaxagoras intellectum impaſſibilem affirmans et immixtum eſſe:quoniam quidem motus principium eſſe facit: ſic enim utiq; ſolum mouebit cum ſit immobilis,& imperabit cum ſit immixtus.Simplicius autem aliter ſoluit,inquit enim ꝙ ideo Ariſto.non meminit Anaxagoræ,quia intellectus ille non erat forma materialis, ſicut eſt forma naturalis, quæ eſt in materia. Sed in ueritate iſta ſolutio Simplicij minus longe ſatisfacit q̃ ſolutio Alexan.Nam ea ratione etiam Ariſtote.non debuit meminiſſe opinionis Empedoclis, quia ut habetur. primo phyſi.tex. cõmen.48.ubi Ariſto. ponit differentiam inter opiniones antiquorum,inquit: Differunt autem adinuicem , quòd hi quidem priora,& alij poſteriora ſuſcipiunt: & hi quidẽ notiora ſecundum rationem,illi autem ſecundum ſenſum : hi quidem enim calidum & frigidum , illi autem humidum & ſiccum·alij autem imparem et parem:quidã autem concordiã & diſcordiam cauſas ponunt generationis: hæc autem differunt ſecundum prædictum modum. Vbi patet ꝙ enumerat opinionem Empedoclis ponentis concordiam et diſcordiam in numero eorum, qui poſuerunt principia notiora ſecundum rationem.ut exponit Themiſt. Cõmenta. & ipſemet Simplicius citat carmen Empedoclis in illo loco loquentis de lite & amicitia,uidelicet ἀλλά δὴ ἐ ϛυ φκσὶ νόῳ, μὶ δ᾿ ὄμμασιν ἔσηε ὠϛακώς,ideſt ſed mente inquit inſpice neq; oculis conſpicere ſperes. Aliam etiam Simplicius intulit ibi expoſitionem , ꝙ ideo Anaxagoræ non meminit, quia intellectus eſt cauſa efficiens,ſed ſegregãs iam inexiſtentes res.ſed ſermo Philoſophi eſt de cauſa uerè efficiente.Sed nec iſta ſolutio ſtare poteſt,quia etiam pariformiter nec opinionis Empedoclis debuit meminiſſe , quia lis & amicitia non ſunt cauſa generationis & corruptionis , niſi per congregationem & ſegregationem, ex qua uerè non reſultabat aliquod mixtum ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum apparentiam tantum,ſicut habet̃ in.1.de generatione & corruptione tex.com̃.85.& in.2.de gener. tex.com̃.37. & habetur in pręſenti loco.5.metaphyſi.com̃.5. Dicamus igitur nos ſermonem conuenientem,ꝙ Alexandri & Simplicij expoſitiones in hoc conueniunt, quia credunt Ariſt. ea ratione dixiſſe Empedoclem aliqualiter tetigiſſe formã, & quod quid erat eſſe rerum naturalium, quia poſuit litem & amicitiam ultra elementa , quæ ſunt tanquam materia. Sed in ueritate hoc non intellexit Ariſto. in præſenti loco, quia ſine dubio tunc meminiſſet opinionis Anaxagorę, ſi hoc ad cauſam efficientem Ariſt.retuliſſet, cuius argumento eſt ꝙ in eodẽ.2.phy.in tex.cõ.75.ubi ĩ ſimili dicit quod in cauſam materialem omnes inducunt, quoniam quia calidum huiuſmodi eſt & frigidum, unumquodq; igitur taliũ hęc ex neceſſitate ſunt,& fiunt,& apta nata ſunt. Etſi aliam cauſam dicunt, quantacũq; gaudere ſinunt:hic quidem cõcordiam & diſcordiam, ille uerò intellectum:ubi Com̃.in com̃. ſcribit:Et quia quidam iſtorum dicunt agens in generatione mundi nõ in omnibus generationibus,ut Empedoclęs amicitiam & litem, & Anaxagoras intelligentiã dixit: quoniam etſi ponunt, dicimus tamen ꝙ iſti homines reducunt omnia in cauſam materialem: quia iſti etſi ponũt aliã cauſam.ſ.agẽtem,ut Empedocles & Anaxa. modicum perceperunt eam & conceſſerunt eam in principio generationis mundi,deinde dimiſerunt eam in alijs rebus.Et propterea uidetur mihi ꝙ Ariſt.refert hoc ad cauſam formalem et non ad cauſam efficientem , & fundo opinionem meam in præſenti loco.in.5.metaphy.tex.cõ.5.ubi Ariſt.ponens ſignificata naturæ dum ponit naturã,quæ eſt forma per quã oſtenditur quid ſit res,dicit: Amplius autem alio modo natura dicitur exiſtentium ſubſtãtia,ut dicentes naturam primam compoſitionem eſſe,ut Empedo.dicit, ꝙ natura nullius ẽ exiſtẽtiũ,ſed ſolũ mixtio & ꝑmutatio mixtorũ eſt,ubi Cõ.in com̃. ſcribit: Nam tertio modo dicitur illud quod eſt ſubſtantia rerum naturalium, quæ datur ad interrogationẽ factam per quid, ſcilicet formam, ſicut quidam dicunt, ꝙ natura rerum eſt forma primæ compoſitionis in unaquaq; rerum naturalium.Qui enim opinabantur elemẽta non admiſceri,et quòd ſunt exiſtentia in actu in eo cuius ſunt elementa,nõ tenent formam rei factæ ex elementis niſi in cõpoſitione & figura, ſicut eſt diſpoſitio in domo, quæ fit ex lateribus & lapidibus : & hoc dicit propter Democritum, Cõmen.& Philoſophum,ut patet.1.phyſi.tex.cõ.41.dicit ꝙ poſuit prĩcipia differre poſitione figura & ordine.Deinde ſequitur:Sicut Empedocles qui dicit, ꝙ mixtio & mutatio mixtorũ ſunt in mixtione naturę rerũ gñabiliũ.ſ.ꝙ formæ & ſubſtantię rerũ generabiliũ ſunt ĩ mixtione & mutatione partium:& iſte homo licet expres ſit hoc nomen mixtio,tamen non opinabatur ueram mixtionem eſſe ſecundũ ꝙ Ariſto.narrauit de eo alibi, ſed ſolummodo per mixtionem intelligebat compoſitionem.Ecce per uitam meã quãtum iſte locus facit aperte ad iſtam expoſitionem illius loci in.2.phyſic.quia ibi generaliter omnes antiquos,dicit in quæſtione quærente , Vtrum naturalis interſit cognoſcere utranq; naturam.ſ.materiam & formam,reſpondere ꝙ ſolum de materia,exceptis duobus.ſ.Democrito,qui ultra ꝓpria atomalia,quæ concurrebant in ratione materię,poſuit quodammodo etiam formam, quia reddens cauſam diuerſitatis in compoſitis aſſerebat illam diuerſitatem prouenire ex poſitione,figura, & ordine. Empedocles etiam ultra elementa, quæ erant materia , & litem & amicitiam quæ erant non cauſę formales mixtorum, ſed efficientes, tetigit quodammodo formam , quia dicebat mixtum nihil aliud eſſe niſi talem elementorum compoſitionem:ſed quia illa mixtio non erat uera mixtio, quia ex illa non reſultabat aliqua forma ſuperaddita miſcibilibus,ut tenet Ariſto. & rei ueritas eſt,ideo dicitur Empedoclem etiam tetigiſſe quodãmodo formam. pro hoc uide etiam in.2.de generatione & corruptio.in tex.cõ.41.&.40.ubi Ariſt.reprehendit Empedoclem,quia non aſſignauit ueram cauſam, quia generata habent magnitudines terminatas.dicit enim:Nõ enim amicitia,aut lis ſunt cauſa,quia congregationis hæc,illa uerò ſegregationis cauſa eſt, hæc autem eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq;,ſed non ſolum & mixtio & ſeparatio mixtorũ, quẽadmodum ille inquit. Ecce quod non perfectè Empedocles cognouit formam,quę eſt ſubſtantia,& quodquid erat eſſe uniuſcuiuſq;, ſed ſolum tetigit aſſignando eſſe mixtionem illam,quæ nõ erat uera,ſed compoſitio ſola. Vnde mirum eſt de Alexandro & Simplicio,qui referunt hoc ad cauſam efficientem,cũm quæſtio phyſicalis de forma ſit non de efficiente,licet idem ſubiecto efficiens & forma eſſe poſſit, & eſt ſolutio quietans intellectum ſicut uides . Vnde ex hoc elice unum pulchrum contra commune dictum, ꝙ Empedocles licet communiter dicatur duo principia poſuiſſe materiam & efficiens,dic tamen ex preſenti loco,et ex.2.phy. 22.ꝙ etiam aliqualiter tetigit formam.

Empedocles cauſam ſterilitatis mulorum mixturam ſeminum opinabatur , quæ ex molli utraq; materia generatur, cuius impugnationem uide in ſecundo de generatione animalium.cap.6.

Empedocles opinabatur quòd cauſa maris & fœminę ſit caliditas & frigiditas uteri, cuius impugnationē uide in quarto de generatione animalium capitu. primo ab Ariſtotelis & Auer. ibidem.

Empedocles non rectè putauit, aut non bene uſus uerbo trãſlatiuo eſt, cum dixerit octauo decimo menſis pus extitit album, putredo enim concoctioni contrarium eſt, pus autem putredo eſt: lac uerò eſt res concocta prorſus, Ariſto. in. 4. de generatione animalium. capit. 8. Inde ſcire potes quomodo in philoſophia naturali, et in demonſtratiuis ſciētijs tranſlatitia uerba & metaphorica minimè adduci debent. Vide in. 2. poſteriorum analyticorum, ubi prǫcipitur non eſſe diffiniendum per metaphoras.

Entelechia & perfectio abſq; eo cuius eſt, eſſe non poteſt, quemadmodũ neq; terminus abſq; eo cuius eſt terminus. Alexan. primo de anima capit. 1. quo probat animam eſſe inſeparabilem à corpore, tu tamen nota ꝙ entelechia ęquiuocè dicitur de anima intellectiua, & de alijs, ut notat Cõmentator. 2. de anima. cõmen. 11. & 3. de anima. cõmen. 5. Nota etiam ꝙ refert conſiderare animam intellectiuam ut anima eſt, & refert cõſiderare ipſam ut intellectiuam, quia differt ualde anima ab intellectu, ut patet primo de anima. commen. & tex. 13. & infrà, & per hoc ſolues Achilles Alexan. & ſequacium.

Entis nomen dicitur de neceſſe eſſe & de alijs analogicè, ſicut iſtud nomen caliditas dicitur de igne & de alijs rebus calidis. diſputatione 5. in ſolu. 3.

Ens eſt genus ſubſtantiæ, & ſumitur in ſua diffinitione illo modo, quo ſumuntur rerum genera in diffinitionibus earũ ut habetur ab Alpharabio in ſuo libro de demonſtratione. ex diſputa. 7. in ſolutio. primi dubij contra Auicē. nota tamen ꝙ loquitur de genere analogo propter dictum Porphyrij & Ariſto. in. 3. meta. contra Platonem aſſerentium ens non eſſe genus. Plato enim opinabatur ꝙ ens eſſet uerum genus uniuocum, ut notat Alexander in tertio metaphyſicæ, & Diuus Thomas.

Ens nomen eſt quod dicitur multipliciter de decem prędicamentis. 1. phyſic. cõmen. & tex. 13. idem. 5. meta. tex. cõ. 2. & 7. metaph. tex. cõmen. 10. Non ualet gloſa ſcotizantium qui aſſerut ens eſſe multiplex multiplicitate ſuppoſitorum, quia decem genera generaliſſima, ſimiliter Deus & creatura ſunt partes ſubiectiuæ entis. Non tamen iſta multiplicitas impedit uniuocationem, alioquin genus ęquiuocè diceretur de ſuis ſpeciebus, & ſpecies de indiuiduis, ſed multiplicitas ſignificationum eſt quæ impedit uniuocationem ſicut canis: ſed in ueritate iſta gloſa eſt contra Ariſto. in. 1. phyſic. in loco præallegato, ubi diſputatur contradicentes ens eſſe unum principium ſuæ diſputationis, fundat ſuper diuiſione ſignificatorum entis, ſicut clarè patet intuenti textum. 13. & omnes expoſitores Græci & Cõmenta. hoc aſſerunt. Amplius autem ſi Ariſto. diſputans in illo loco accipit principium ſuæ diſputationis hoc præſuppoſitũ, ꝙ ens dicitur multipliciter, ſi illa per uos eſt multiplicitas ſuppoſitorum, cùm ibi arguat contra illos qui ponebant unum eſſe ens, (tales enim non faciebant differentiam inter ens & principium) Ineuitabiliter igitur ſequitur ꝙ in tali diſpoſitione Ariſto. peteret, quia aduerſarius ſtatim dicens ens eſſe unum, negat de facto ens habere ſub ſe multitudinem ſuppoſitorum, ut patet intuenti. Amplius Ariſto. in eodem primo phyſic. tex. cõ. 25. ubi ſpecialiter arguit contra Parmenidis ſyllogiſmum in quo arguebat, quicquid eſt præter ens eſt non ens, & quicquid ens eſt non eſt nihil, igitur tantum unum eſt ens: dixit ꝙ paralogizat per fallaciã ęquiuocationis, quia ratio ſua falſa eſt & non concludens, quia ſimpliciter accipit quod eſt multipliciter dictũ. Vnde Cõmentator in commento exponens illum locum dicit, quòd propoſitiones eius ſunt falſæ, quia utitur hoc nomine ens, ita quòd dicatur de una intentione, ſed dictum eſt de pluribus: Ecce igitur quòd iſta multiplicitas importata per nomen entis, eſt multiplicitas intentionum, quia, inquit, quòd hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis. unde inquit: Quando per hoc nomen intendimus unum decem prædicamentorum, uerbi gratia, ſubiectum aut quantitatem, tunc non erit uerum dicere quòd quodquid eſt non ens eſt nihil, quoniam non ſequitur, ut illud quod non eſt ſubſtantia, aut quantum, ut ſit nihil. Ergo propoſitiones eius non ſunt ueræ niſi per hoc nomen eius intelligamus omnia decem prædicamenta. Sed tunc non concludit illud quod intendebat quòd ens eſt unum, & patet quòd ratio Ariſtote. conſiſtit in hoc quòd Parmenides paralogizat, ex hoc præcipuè, quòd multipliciter dicto quantum ad ſignificata, utitur tanquam ſimpliciter dicto: & confirmatur, quia conſuetudo Ariſtote. in omni diſputatione in qua eſt terminus multiplex tali multiplicitate ſignificatorum, quæ ex ęquiuocatione eſt, diſtinguere illam multiplicitatem immo dat regulam in hoc libro elenchorum. Et eſt etiam expreſſe in. 1. cœli. in tex. commen. 110. ubi dicit expreſſe: Multipliciter enim dictis & ſi nulla differentia ad ſermonem neceſſe intellectum confuſum habere, ſiquis diuiſo multipliciter tanquam in diuiſo utatur: immanifeſtum enim ſecũdum quam naturam ipſi acciderit quod dictum eſt. Amplius lucidiſſimus Themiſtius in expoſitione illius tex. commen. decimo tertio ſic exponit: Initium igitur eorum omnium, quæ ſumus dicturi, commodiſſimum eſt percũctari, quid illis ſignificet id quod ens uocamus, ut rũ putent multiplicem eſſe illius ſignificatum an ſimplicem, ſi multiplicem ut nos in prædicamentis oſtendimus &cæ. Ecce bone Deus quod dicit de mente Ariſtote. in prædicamentis fuiſſe ens eſſe multiplex, quo ad ſignificata, q̃d oſtẽdit ſermo Ariſto. in prædicamentis. Eorum enim (inquit) quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulum ſignificat, aut quantitatem, aut ſubſtantiam, aut qualitatem & cætera. Et. 5. primæ philoſophiæ, tex. commen. 14. facta diuiſione inter ens ſm accidens, & ſm ſe, ens ſecundũ ſe ſic diuidit dicens: Secundum ſe uerò dicuntur eſſe quæcunq; ſignificant figuras prædicationis, quoties enim dicitur toties ſignificat. Amplius quarto metaphyſic. tex. ſecun. dicit quòd ens dicitur multis modis, ſed ad unum & ad unam aliquam naturam, & non æquiuocè. ubi Commentator bene ponderat illud in commento, dicens: Et ita aſſerunt omnes Peripatetici antiqui, quòd hoc nomen ens dicitur multis modis, & non æquiuocè, ſicut canis qui dicitur de latrabili & marino: neq; uniuoce, ut animal de homine & aſino: ſed eſt de nominibus attributis uni, & ſunt media inter uniuoca & æquiuoca: eſt enim ęquiuocum analogum non purum æquiuocum, quia tale nullius ſcientię poteſt eſſe ſubiectum: ſed immorari ĩ hoc amplius eſt ſuperfluum, cùm alibi ſcripſerim diffuſius. Amplius Ariſt. in. 1. phyſi. expreſſe teſtatur in tex. cõmen. 21. dicens hoc nomen ens dici de pluribus ſecundum rationem, quæ tamen ſunt unum ſecũdum ſuppoſitum. unde Commentator ibi in commento dicit: Hoc nomen ens dicitur de pluribus ſecundum diffinitionem, & uno ſecundum ſubiectum.

Ens & non ens dicuntur de decem prædicamentis. primo phyſi. cõmen. 25.

Entia eſſe unum in forma impoſſibile eſt opinari, ſicut poſſibile eſt opinari, ꝙ ſint unum in materia. primo phyſi. commen. 24. Vide in concordantijs.

Ens in potentia nõ eſt priuatio pura, neq; eſt actio pura. primo phyſi. cõmen. 78.

Ens in potentia eſt aliquid cui accidit priuatio non in ſubſtãtia eius. primo phyſic. commen. 29. Ex quo patet materiam in ſui prima notione pręcedere potentiam et priuationem, ut dicit lucidiſſimus Themiſtius in aurea digreſſione primi phyſic.

Entia ſeparata eſſe non demonſtratur niſi in ſcientia naturali. 1. phy. com̃. ultimo. contra Auicen. & 8. phy. cõ. 3. & 2. phy. 26. & in libro deſtru. in diſpu. 4.

Ens cùm diuiditur ſecundum diuiſionem demonſtratiuam, intrabit una natura in plures artes. 2. phy. cõmen. 71. Pondera quod dixit ſecũdum diuiſionem demõſtratiuam, quia aliæ ſunt diuiſiones entis abſolute conſiderati, & aliæ ſunt diuiſiones



diuiſiones entis, ut cadit ſub operæ animæ, ut alias declaraui tibi in Theorematibus. Ex hac authoritate colligitur, ꝙ de eadem re poſſunt plures ſcientiæ conſiderari ſecundum diuerſas rationes formales. idem. 2. phyſi. tex. cõmen. 18. de lineis mathematicis & naturalibus.

Entia naturalia ſunt in potentia & in actu tribus modis, aut in duobus temporibus reſpectu eiuſdem, aut ĩ eodem tempore reſpectu duorum, aut ĩ eodem tempore reſpectu eiuſdem, ſed duobus modis. 3. phy. 8. & 9. cõ.

Ens tribus modis, ſcilicet actu & potentia, & ſecundum cõpoſitionem ex actu & potentia. 3. phy. cõ. 58. uide Cõmē. 3. tertij phyſi.

Entia ſucceſſiua non habent eſſe completum extra animã, ſed eſſe eorum completur ex opere animæ. quarto phyſic. cõmen. 88. & 104. & 109.

Entia completa ſunt illa, in quorum eſſe nihil facit anima. 4. phy. cõ. 88. & 131.

Entium quædam ſemper mouentur, ut cœlum: quędam ſemper quieſcunt, ut terra: quædam quãdoq; mouẽtur, & quãdoq; quieſcunt, & ſunt quæcunq; ſunt infra cœlum, & ſupra terram. 8. phy. cõ. 19.

Entia naturalia in motu & quiete diuiduntur quinque aut ſeptem modis. 8. phy. tex. cõ. 21.

Entia in actu terminus eſt ut ſit tangibile, cum ſit impoſſibile reperire corpus non tangibile. Et omne tangibile comprehenditur per ſenſum tactus. 8. phyſi. cõmen. 23. uide in concordantijs.

Ens quodlibet in actu eſt in tempore, uidelicet demonſtrato. 8. phy. tex. cõmen. 62.

Entia quorum nobilitas eſt in actione, ſunt diminuta reſpectu entium, quorum nobilitas eſt in ipſis, quia illa quorum nobilitas eſt in actione, non acquirunt nobilitatem per ſe, ſed oportet ꝙ habeant aliquod exemplum quod dedit eis illud propter quod eſt actio: & etiã quia ſunt propter illud quod facit ipſum, & illud propter quod facit illud quod eſt factum ſecundo cœli. commen. 63. uidetur Auerrois ponere exemplaria & ideas quas Ariſtote. impugnat ubiq;. uide in concordantijs.

Entia quæcunq; non intendunt per ſuas operationes niſi ut aſſimilentur perfecto nobili, quod eſt Deus, ſecundum ꝙ poſſunt. 2. cœli. cõ. 64. idẽ. 2. de anima. tex. cõ. 34. & 1. phy. tex. cõ. 81. & 12. meta. cõ. 44.

Ens cui accidit reſpectus ſecundum quod eſt reſpectiuum, habet diſpoſitiones contrarias, & infinitas. 3. cœli. cõmen. 9. comparatio enim eſt accidens ſeparabile à re.

Ens in potentia non inuenitur, niſi in ente in actu. tertio cœli. cõmen. 29.

Ens eſt comprehenſum, & non cõprehenſum naturaliter eſt non ens. primo de generatione & corruptio. commen. 19. idem ſecundo phyſicorum, commen. 47. & habetur ex. 3. de anima. tex. cõmen. 4.

Ens rationabilius eſt, ut ſit cauſa generationis nõ entis q̃ nõ ens entis. 2. de gene. & corru. tex. cõ. 55.

Ens aliquod ſimpliciter nobile in iſtis rebus inferioribus eſſe, impoſſibile eſt propter remotionem à prima cauſa. 2. de generatione & corruptione. tex. cõ. 59.

Ens & unũ licet dicantur pluribus modis, tamen prima perfectio in omnibus illis. ſ. forma magis digna eſt, ut habeat hoc nomen unum & ens, q̃ illud quod eſt congregatum ex materia & forma. Congregatum enim non dicitur unũ niſi propter unitatem exiſtẽtem in forma. 2. de anima. com̃. 7. & eſt ex mente Philoſophi. in tex. contra ponentes compoſitum eſſe magis ens & uerius ens ipſa forma. idem ſcribit Cõmen. 7. & 8. primæ philoſophiæ, utrobiq; in tex. cõ. 7. & 2. phy. cõ. 4. licet compoſitum ſecundum formoſitatem dicatur magis ens, ſed ſecundum rei ueritatẽ forma eſt magis ens, ut notaui tibi in concordantijs, & hoc tene.

Ens, potentia & actus ſunt genera multipliciter dicta. 2. de anima. com̃. 30. idem. 4. metaphyſi. tex. com̃. 2. & 1. phyſi. tex. cõmen. 13. et. 5. metaphy. tex. cõmen. 14. 7. metaph. 15. & 12. meta. 21. & 22.

Entia nihil aliud ſunt niſi ſcientia Dei, & cauſę entium nihil aliud ſunt, niſi ſcientia eius. 3. de anima. cõmen. 36. authoritate Themiſtij.

Entia omnia aut ſunt ſenſibilia aut ĩtelligibilia. 3. de anima. tex. cõmen. 37.

Entium ſenſibilium diſpoſitio apud ſenſum eſt, ſicut diſpoſitio intelligibilium apud intellectum. tertio de anima. commento. 37. & tex. commen. 3.

Entia in quibus dominatur mixtio ignis & aquę ſuper mixtionem terræ & aeris, ſunt longioris uitæ, & exiſtentiæ: in aqua enim & igne ſunt qualitates actiuæ fortiores q̃ in aere & terra, & in aere & terra ſunt paſſiuę fortiores. Cõmē. in cõ. libri de cauſa longitu. et breuitatis uitę. Inde patet de mente Auer. non eſſe in ſummo ambas qualitates in unoquoq; elemento, & ſine dubio eſt opinio Ariſt. in. 2. de generatione & corruptione. tex. com̃. 13. & Cõmenta. 4. cœli. cõ. 39. dicit ꝙ omnes conueniunt in hoc ꝙ humiditas in aere eſt maior q̃ caliditas. Et iſta fuit opinio eius in com̃. ſuper primo canticæ canticorum. cõ. 15. & eſt opinio Alex. in primo meteororum & libro naturalium quæſtionum, quam ſequitur etiam Ioannes gramma. in. 2. de generatione & corrupti. & Simplicius in. 4. cœli. Quicquid ſenſerit Galenus & alij de hoc.

Enti in potentia & enti in actu nõ eſt aliqua una intentio cõmunis uniuocè. 1. meta. cõmen. 46.

Entia omnia non acquirunt eſſe & ueritatem niſi à prima cauſa: eſt igitur ens per ſe & uerum per ſe, & omnia alia ſunt entia & uera per participationem eius. ſecundo metaphyſi. tex. commen. 4.

Ens ſimpliciter eſt ſubiectum utriuſq; ſciẽtiæ, quia communicat ſcientiæ diſputatiue in uniuerſalitate conſiderationis 3. metaphy. commen. 1. idem in cõmen. 2. & 4. meta. tex. commen. 5.

Ens quodlibet cõparatũ ad aliud, aut ē idẽ, aut diuerſum, aut ſimile, aut diſſimile, aut contrariũ, aut nõ contrarium: talia enim ſunt de conſequentibus eſſentialibus entis inquantũ ens. Cõmenta. 3. metaphy. cõm. 2. idem. 4. meta. tex. cõ. 5. & tex. cõ. 6. Ex quo patet ens inquantum ens habere paſſiones eſſentialiter conſequentes ipſum.

Ens & unum quę dicuntur de generibus altiſſimis, nõ ſunt genera eorum, non enim notificant de eis unam naturam, cum naturæ eorum ſunt diuerſæ: genera enim altiſſima ita ſe habent, ꝙ neutrum collocatur ſub altero, & unũquodq; habet differentiam unam propriam abſq; eo ꝙ cõueniunt in unam naturam. 3. meta. com̃. 10. idem. 10. meta. cõ. 8. & 12. meta. cõmen. 19. & 20. & 1. phyſi. cõmen. 13. & 4. metaphy. tex. cõmen. 2. Et in prędicamentis item Porphyrius, in cap. de ſpecie.

Ens & unum ſecundum aliquos ſignificãt ſubſtantias, ſecũdum aliquos accidentia. 3. meta. cõmen. 16. Etiam Auic. de numero illorum fuit, qui dixerunt ꝙ ſignicãt diſpoſitiones accidentales additas eſſentiæ: quia non diſtinxit inter ens, quod ſignificat uerum: et inter ens, quod ſignificat eſſentias decem prædicamentorum. 4. metaphyſi. cõmen. 3. & 10. metaphy. cõmen. 8.

Ens & unum ſecundum Platonem & Pytagoricos ſignificant naturas ſimplices, et non naturas compoſitas, ſicut nomina denominatiua: & in hoc conueniũt naturales, & Empedocles cum eis: ſed differunt, quia Pythagorici dixerunt ꝙ ens ꝙ eſt ſubſtantia entium, eſt ipſe numerus: Plato autem dixit ꝙ ſunt ipſæ formæ numerales: ſed naturales dixerunt ſermonem manifeſtiorem in hoc, quia dixerunt ꝙ ens & unum ſignificant elementum rerum ſenſibilium: quidã enim dixerunt illud eſſe ignem, quidam aerem, quidam aquam &c. 3. meta. cõmen. 16.

Ens & unum ſunt magis uniuerſalia alijs. tertio metaphyſi. tex. cõmen. 16.

Ens multis modis dicitur, ſed ad unum et ad unam aliquam naturam, & non æquiuocè. 4. meta. tex. cõ. 2.

Ens non eſt æquiuocum, ſi enim eſſet æquiuocum, non conſideraret de eo una ars. 4. meta. cõ. 2.

Quod dēt medium in uniuocum purū, & purum æquiuocum.

Ens non dicitur æquiuocè, ſicut canis qui dicitur de latrabili & marino: neq; uniuocè, ſicut animal dicitur de homine & aſino, ſed eſt de nominibus quę dicuntur de rebus attributis eidem, & ſunt media inter uniuoca & equiuoca. ibidem cōmen. 2. Ex quo patet ꝙ inter uniuoca propriè et purè & æquiuoca, dicatur medium.

Ens dicitur de affirmatione & negatione, & uniuerſaliter dicitur de primis intelligibilibus & ſecundis, & ſunt res logicæ. 4. meta. cōmen. 2. Et habetur etiam in textu.

Ens & unum ſe conſequuntur, ſicut principium & cauſa, ſed non ut una ratione oſtenſa. 4. meta. tex. cō. 3.

Entis tot ſunt ſpecies quotcunq; ſunt unius. quarto metaph. tex. cōmen. 3.

Ens & unum aut ſignificant eandem naturam omnibus modis, ſ. ſubiecto & diffinitione, aut utrūq; conuertitur ſuper alterum & conſequitur ipſum, quia ſignificat eandem naturam ſubiecto & duas diffinitiones. 4. meta. cō. 3.

Ens & unum ſignificant eandem naturam in formam, licet diuerſificentur ſecundum modum. ibidem.

Entis inquantum ens, & unius inquantum unum, eędē ſunt paſſiones ſecundum ſe. 4. meta. tex. cō. 5.

Contra negantes ens nō habere paſſiones.

Entis, inquantum ens, ſunt quęd ampropria, de quibus Philoſophi eſt perſcrutari ueritatem, ſicut numeri inquantum numerus ſunt propriæ paſſiones, ut imparitas & paritas, commenſuratio, æqualitas, excedentia, & defectus. 4. met. tex. cōmē. 5. contra illos qui aſſerunt entis inquantum ens eſt, non eſſe ueras paſſiones demonſtrabiles de ipſo.

Ens & non ens ſunt duæ differentiæ uniuerſaliores rerum opinabilium, ſicut unum et multum ſunt rerum entium. 4. metaphyſi. cōmen. 6.

Ens & unum licet dicantur multis modis, attribuuntur uni primo, ſicut alia contraria attribuūtur uni primo in eis, ſic unum & multa alicui primo attribuuntur. quarto metaph. tex. cōmen. 6.

Ens in potentia eſt indefinitum. 4. meta. tex. cō. 15.

Ens non ſequitur exiſtimationem, niſi entia habeant eſſe in anima, ſed exiſtimatio ſequitur ens. 4. meta. cō. 15.

Ens quod non eſt in actu, non eſt ens. 4. meta. tex. cō. 15. uide. 9. meta. tex. cō. 7. & . 12. meta. cō. 11.

Ens dicitur dupliciter, actu & poteſtate. 4. meta. tex. cō. 20.

Entia ſempiterna non acquirunt eſſe neceſſarium ab aliquo alio, neq; in eis eſt aliquid extra naturam. 5. metaphy. cōmen. 5. uide in concordantijs.

Ens aliud ſecundum ſe, aliud ſecundum accidens. 5. metaphy. tex. cōmen. 13.

Ens ſecundum ſe diuiditur in decem prędicamenta, 5. meta. tex. cō. 14. & . 6. meta. tex. cō. 4.

Ens ſignificat uerum, & non ens falſum. 5. meta. tex. cō. 14.

Ens quod ſignificat eſſentiam rei, eſt aliud ab ente, quod ſignificat ueritatem. Cōmen. 5. metaphy. cō. 14. idem in libro deſtruc. in diſputa. 8. in ſolutione primi dubij.

Ens primò diuiditur in ens per accidens, & in ens per ſe. 6. meta. cō. 1. Vide in concordātijs, ubi declaraui ꝙ ſunt plures diuiſiones entis primæ: & illud eſt bene dictum, quia quælibet eſt prima in ſuo ordine. Dixi tamen ibi illas diuiſiones eſſe diuiſiones entis, quod eſt ſubiectum in metaphyſica, ſed aduerte limitando & melius digerendo dicta noſtra, quæ aliàs iuxta modum loquendi communem diximus, ꝙ entis quod eſt ſubiectum in ſcientia diuina, ꝙ eſt ens extra animam, & ens per ſe, (nam Ariſt. in. 6. primæ philoſophię excluſit ens in anima à cōſideratione metaphyſici, quia eſt ens diminutum: & excluſit ens per accidens, quia non eſt terminatum, nec eſt ſcibile) quòd entis extra animam, & per ſe, non ſunt niſi tres dimenſiones, ſecundū quas tota ſcientia diuiditur diuina. Prima eſt diuiſio in ſubſtantiam & accidens, & de iſta diuiſione tractatur in. 7. & 8. meta. qui duo libri ideo appellantur tractatus de ſubſtātia, quia denominatio fit à principaliori differentia. Vnde Cōmen. 2. phyſi. cō. 4. dicit, ꝙ ſubſtantia & accidens ſunt differentiæ entis ſecundum ꝙ eſt ens, & iſtam diuiſionem appellant moderni formalizantes diuiſionem in partes ſubiectiuas. Secunda diuiſio eſt per potentiam & actum, & de tali diuiſione egit Philoſophus in. 9. primæ philoſophię qui appellatur tractatus de potentia & actu: & iſta ſunt oppoſita relatiuè, ut patet. 9. meta. tex. cō. 13. Et ſic intelligitur dictum Cōmen. 1. de anima. cō. 6. ubi dicit ꝙ potentia & actus ſunt differentiæ ualde oppoſitæ, & contingūt omnibus prædicamentis, quia. 12. meta. tex. cō. 22. & infrà, in omni prędicamento eſt propria potētia & proprius actus, & īter oppoſitiones relatiuas iſta eſt prima & ſumma. Tertia diuiſio entis eſt per unum et multa, et talem diuiſionem moderni appellant diuiſionem per paſſiones entis: & hoc eſt ſecundum Auic. ſententiam, quem ipſi ſequūtur in metaphyſica. Nos autem iuxta Ariſt. & Com̄. ſententiam iſtā diuiſionem appellamus eſſe per priuatiuè oppoſita: & de iſta Ariſt. locutus eſt in. 10. meta. Et aduerte ꝙ aliæ diuiſiones ab iſtis, ſicut eſt diuiſio entis in ens per accidens, & in ens per ſe, & ſicut eſt diuiſio entis in ens in aīa, et in ens extra animam ſunt diuiſiones logicales, & aliæ quę ſunt conſimiles illis. Et ſcias frater mi, ꝙ alia eſt diuiſio entis ī ſubſtantiam & accidens, & alia eſt diuiſio entis ī ens per ſe & īn ens per accidens, cuius argumento eſt ꝙ Ariſt. 5. meta. tex. cō. 14. ens ſecundum ſe diuidit in. 10. prædicamenta, quorum nouem ſunt accidētia. Et ideo diuiſio entis in ſubſtantiam & accidēs ē de diuiſionibus entis, quod eſt ſubiectum in metaphyſi. quod ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem non euadit quod ſit, aut ſubſtātia, aut accidēs ſed diuiſio entis in ens per ſe, & in ens per accidens eſt diuiſio penes modum prædicandi per ſe uel per accidens. Et per conſequens eſt ſecundum attributa rationis, & ſic diuiſio entis in ens in anima, et in ens extra animam eſt diuiſio uocis puræ æquiuocè in ſua ęquiuocata. Dicit enim Com̄. in. 7. meta. cō. 15. ens non dicitur de ſubſtantia et accidente purè æquiuocè, ſicut dicūtur nomina de affirmatione & negatione, et uniuerſaliter de oppoſitis. i. cōtradictorijs. Et iō patet quantum errant, qui tenent ens in ſua maxima communitate, ut dicitur de affirmationibus & negationibus, et de entibus in anima & extra animam, eſſe ſubiectum adæquatum in ſcientia diuina. Et patet quantum à ueritate deuiauerit ille magiſter abſtractionum Franciſcus de Mayrone, qui etiā abſtrahit, ubi nulla penitus poteſt eſſe abſtractio, uolens enti in anima & enti extra animam eſſe conceptum communem uniuocum.

Contra Frā ci. de Mayro.

Entium conſideratio eſt duobus modis. ſ. modus communis & proprius. 6. meta. tex. cō. 1.

Ens prima diuiſione diuiditur in ens per ſe, & in ens per accidens. 6. meta. cō. 4. idem. 5. meta. tex. cō. 13.

Ens per ſe diuiditur in decem prædicamenta. ibidem.

Ens prima diuiſione diuiditur per potētiā & actum. 6. meta. tex. cō. 4. idem. 9. primæ philoſophiæ. tex. cō. 1.

Ens per accidens à nulla ſcientia conſideratur, neq; ſpeculatiua, neq; operatiua. 6. meta. tex. cō. 4.

Entia per accidens nullam habent ſpeciem, neq; generationem, neq; corruptionem. 6. met. tex. cō. 4. ubi Cōmen. deducit nullam ſpeciem per accidens inueniri. Vide pro hoc 8. phy. cō. 46. & . 7. meta. cō. 22.

Ens per accidens & ens uerum excluduntur à conſideratione ſcientiæ diuinæ, quia ens per accidens nō habet cauſam terminatam, & ens uerum nō habet cauſam niſi animam: & ideo utrunq; numeratur in genere entis diminuti. 6. primę philoſophię. tex. cō. 8. Ex quo elicitur error illorum, qui ponunt ens communiſſimè ſumptum ad ens reale, & ad ens rationis eſſe uniuocum, & in tali communitate ponunt illud eſſe ſubiectum adæquatum in ſcientia diuina. Primū enim ſtare nō poteſt, quia ens dictum de affirmationibus & negationibus eſt purè æquiuocum, ut dicit Commentator. 7. metaphyſi. cōmen. 15. Secundum eſt contra Philoſophum hîc.

Cōtra Frā. de Mayro.

Ens non ſignificat prædicamenta, nec modo uniuoco, nec ęquiuoco. 7. met. cō. 15. & . 4. meta. tex. cōmen. 2. et. 1. phy. 13. & . 2. de anima. 30. & . 12. meta. 21. & . 22. & . 5. meta. 14.

Ens dicitur de decem prædicamentis ſecundum ꝙ ens deriuatur



riuatur ab eſſe, ſed eſſe non ſecundum unam intentionem eſt in unoquoq; eorum. 7. metaphy. com̄. 15.

Ens ſi non eſt idem cum ſua quidditate, tūc nihil eſt idem cū ſua quidditate. 17. meta. tex. com̄. 20.

Entia inueniuntur duobus modis, uidelicet forma ſine materia, & forma in materia. 7. meta. cō. 34.

Ens & unum non contingit ſubſtantijs rerum eſſe, ſicut neque elemento aut principio eſſe. 7. primæ philoſophiæ. tex. commen. 57.

Entia ſenſibilia ſunt entia, licet non intelligantur, ſicut ſunt entia licet non ſentiantur. 7. meta. tex. cōmē. 58. Ex quo patet eſſe cognitum accidere quidditatibus rerum &c.

Entia compoſita ex materia & forma ſūt entia et unum per ſuas formas, ſed entia carentia materia ſenſibili & intellectuali, non habēt alias cauſas à ſeipſis in hoc ꝙ ſunt entia & unum. 8. meta. com̄. 16. & habetur ex textu. ibidem.

Ens quod fuit in potentia illud idem eſt in actu, & non ſunt duo diuerſa. 8. meta. tex. cō. 15. & . 16. idem. 12. meta. com̄. 19. & agens extrahens aliquid de potentia ad actum nō cōgregat inter diuerſa, largitur enim non multitudinem ſed perfectionem, ut dicit Cōmen. in cōmen. 15 in. 8. meta.

Ens diuiditur eſſentialiter in potentiam & actum. 9. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 1.

Entia cùm non habuerint actiones proprias, non habebūt eſſentias proprias: actiones enim non diuerſantur, niſi per diuerſas eſſentias. 9. metaphyſi. cōmē. 7. uide etiam primo cœli. cōmen. 8.

Entia quæ non ſunt extra animam, non dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed dicuntur eſſe in anima cogitatiua, aut appetitiua, ſed non dicuntur entia, ſicut res mobiles. 9. met. tex. cō. 7. uide etiam. 5. meta cō. 15. & . 10. meta. cō. 2.

Ens in potentia eſt ſimile rei. 10. metaphy. cōmen. 2. uide. 9. metaphy. cōmen. & tex. 7.

Ens & unum uniuerſaliter prædicantur maximè de omnibus. 9. metaphy. tex. cōmen. 6.

Ens & unum ſunt uniuerſalia, quæ non habent eſſe niſi in anima tantum. 10. meta. tex cō. 6. idem. 7. meta. 57.

Ens dicitur de pluribus ꝙ̄ unum, ut cum dicitur de ſignificato rei. 10. metaphy. cōmen. 6. Vide in concordantijs.

Ens & unum dicuntur æqualiter. tex. cōmen. 7. in. 10. meta. & tex. cōmen. 8.

Entia ſi colores eſſent, eſſet utiq; numerus quidam entia. 10. metaphy. tex. cōmen. 7.

Ens & unū ſunt ſynonyma, & ęqualiter prædicamenta diuiduntur ſecundum ea. 10. meta. tex. cō. 8.

Ens & unum ſecundum Auic. ſignificant intentionem additam eſſentiæ rei, nō enim opinatur ꝙ res eſt ens per ſe, ſed per diſpoſitionem additam ei, ut dicimus aliquid eſſe albū 10. meta. cō. 8. Et ibi uide impugnationem, & in. 4. primæ philoſophiæ. in com̄. 3. item in libro deſtruct. diſputa. 7. in ſol'one primi dubij.

Ens et unum ſecūdū Auic. ſignificāt accidēs in rebus. ibidē.

Ens quod ſignificat uerum, differt ab ente quod ſignificat genus: nam ens quod ſignificat uerum, eſt accidens: quod autem ſignificat genus, ſignificat unum quodq;. 10. prædicamentorum multipliciter. 10. metaphy. contra Auicen. qui ignorauit huiuſmodi differentiam, ut patet ibi. cōmen. 8. & in. 5. meta. in cōmen. 14.

Ens & unum ſignificant. 10. prædicamenta prima ſignificatione & ſine medio, & non mediante aliquo communi, ſicut genus ſignificat ſuas ſpecies. 10. meta. cō. 8. ubi ponderat differentiam inter genus uniuocum, et inter genus analogum. Nam analogum non ſignificat aliquam naturam cōmunem analogatis, ſicut genus reſpectu ſpecierum. Iſtam differentiam uide etiam apud lucidiſſimum Themi. in. 2. de anima. in ca. 12. Et eſt in expoſitione tex. 30. Vide etiam Auer. de hoc in libro deſtru. in diſpu. 7. in ſolu. 5. dubij.

Ens & unum ſignificant eandem eſſentiam, ſed differunt ſecūdum modum. 10. metaphy. tex. com̄. 8. ubi per rationes tres, hoc ibi oſtenditur, ut exponit Commentator.

Ens & unum non ſignificant idem omnibus modis, ſed ſignificant idem ſecundum ſubiectum, & diuerſa ſecundum modum. 10. metaphy. cōmen. 8.

Ens & unum non ſunt genera uera. 10. meta. cōmen. 12. ubi per uera genera intelligas genera uniuoca, talia enim ſunt genera multipliciter dicta.

Ens inquantum ens habet accidentia propria, quæ prima philoſophia ſpeculatur. 11. metaphy. cap. 3. & idem habeē in. 4. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 5.

Ens eſt aliud ſecundum ſe, hoc autem ſecundum accidens, ſic & cauſa. 11. primę philoſophiæ. cap. 7. idem in ſecundo phyſi. tex. cōmen. 50.

Ens per accidens non poteſt eſſe prius ente ſecundum ſe. 2. phy. tex. cō. 66. & in. 11. meta. com̄. 7.

Entium hoc quidem eſt actu ſolùm, hoc autem potentia & actu. 11. primæ philoſophiæ. capit. 8. in principio. & in. 3. phyſi. tex. cōmen. 3.

Ens ſiue ſignificet & demonſtret unum genus & unam naturam, ſiue demonſtret genera diuerſa, et naturas diuerſas, quomodocunq; ſit, ſemper ſubſtantia eſt prior cęteris. 12. metaphyſi. cōmen. 2.

Ens diuiditur in potentiam & actum in omnibus prædicamentis. Cōmenta. 12. meta. cōmen. 9. & . 1. de anima. commen. 6. & . 12. metaphy. com̄. 26.

Ens in potentia dicitur non ens, ſcilicet in actu. 12. meta. tex. com̄. 11. & . 5. phy. tex. com̄. 8.

Ens & unum ſunt ex rebus uniuerſalibus, quæ non habent eſſe extra animam. 12. meta. com̄. 21.

Ens & unum non ſunt aliqua natura communis alia à decē prædicamentis. 12. meta. cōmen. 21. & cō. 19. & . 20. & . 10. metaphyſi. cōmen. 8. idem. 3. metaphyſic. cōmen. 10. & . 1. phy. 13. & . 4. metaphy. cōmen. 2.

Entium quædam ſunt ſeparabilia, & quędam non. 12. met. tex. cōmen. 25. ubi per ſeparabilia intelligit ſubſtātias, per inſeparabilia uerò accidentia.

Entia ſunt duobus modis, modo ſcilicet permanente in numero, et modo permanente ſecūdum ſpeciē. 9. met. cō. 32.

Entia nolunt male diſponi: multitudo enim principum bona non eſt, unus ergo ſit princeps. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. ultimi. Et aduerte ꝙ fuit ſententia doctiſſimi Homeri in. 2. Iliados.

Entium omnium principia contraria non ſunt, quia corporum cœleſtium principia non ſunt contraria. 12. metaphy. tex. cōmen. 53. contra antiquos.

Entium ſpecies duæ ſunt, quarum altera eſt de natura motus, & non poteſt ſeparari à tempore: alia eſt ab æterno, & non eſt de natura motus, & nequit aliquo modo à tempore denominari. ex libro deſtru. diſp. prima. in ſol'o. 14. & . 15. dubij. Iſta etiam eſt Platonis ſententia in Timæo, ubi inquit: Atqui erat & erit, quę nati temporis ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſsignamus.

Entia aliqua ſunt, quorum ſubſtantiales diffinitiones conſiſtunt in motu, ut uentus, & aliæ res conſimiles ut cœli, & aliæ inferiores res ſunt de hoc genere, ſcilicet ſunt de entibus, quorum eſſe cōſiſtit in motu. ex diſp. 5. in ſolu. 9. dub.

Entis unitas nihil ſignificat niſi diuiſionis priuationem, ſicut neceſſarium eſt denominatio priuatiua. ſ. ꝙ ſuum eſſe non eſt ab alio. ex lib. deſtru. diſpu. 3. in ſol'. 14. dubij.

Ens non ſignificat aliquid additum extrà ſuper rei ſubſtātiā, ut albedo. diſpu. 3. in ſolu. 14. contra Auicē. idem. 4. meta. cō. 3. & . 10. met. cō. 8. Vide diffusè in diſpu. 5. i ſol. 3. dub.

Entis diuiſio per neceſſarium & poſſibile non eſt diuiſio, ſicut diuiſio animalis per rationale et irrationale, aut per ambulans, uolatile, & natans. ex diſpu. 3. in ſol'one. 14. dubij. Vbi aduerte ꝙ loquitur de diuiſione neceſſarij & poſſibilis facta ex intentione Auic. et Algazelis, quam diuiſionem dicit eſſe ignotam & imaginariam, quia nō datur in rerum natura: ſed ſecus eſt de uero poſſibili, quia illud eſt aliqd in rebus ex parte materię, et aliquid ex parte agentis. Dicit enim Cō. ꝙ ſi non eſſet potentia, non eſſet agens. 12. meta. cō. 18. Et in prima diſpu. in ſol. ulti. dubij. dicit ꝙ poſſibilitas agentis eſt ſine dubio aliquid reale extra animam.

Entis diuiſio aut eſt in ſubſtantiales differentias, aut ad differentias relatiuas, aut ad accidentia addita ſupra entis ſubſtantiam. diſputa. 3. in ſolu. 14. dubij.

Entis diuiſio in ſubſtantiales differentias, infert neceſſariò multiplicationem actionum in eodem ente: ſed entis diuiſiones per relatiuas differentias, aut per accidentia addita ſuper ſubſtantiam rei, nullam inferunt pluralitatem. ibidē. Vbi aduerte ꝙ hoc dupliciter intelligi poteſt, uel de diuiſione entis tranſcendenter & uniuerſaliter ſumpti, & tunc diuiſio entis per ſubſtantiales differentias eſt per ſubſtantiam & accidens, & talis diuiſio infert neceſſario multitudinem actionum. i. actiuū, quia ſubſtantia et accidens ſunt primò diuerſa, & ſunt de differentijs entis. 2. phyſic. cō. 4. Alia eſt diuiſio entis per relatiuas differentias, ſicut eſt potentia & actus, & talis non largitur multitudinem, ſed perfectionem. 8. meta. tex. cō. 15. &. 12. meta. cō. 18. Tertia diuiſio entis eſt per differentias accidentales, quæ dicunt diſpoſitiones additas eſſentię, & iſta non uariant eſſentiam, nec inferunt multitudinem. Vnde non eſt expoſitum hoc, ut ſomniauit ille expoſitor de diuiſione per unum & multa, quia ſi intelligat de uno quod eſt ſynonymum enti, nō dicit diſpoſitionem additam ſupra rei ſubſtantiam. Contra Auic. poteſt etiam exponi de diuiſione entis limitati, quia ens quod eſt animal, uerbi gratia, poteſt diuidi per differentias ſubſtantiales, ut per rationale & irrationale, uel per relatiuas, uel per accidentia: unde patet ꝙ prima neceſſariò infert pluralitatem actionum, ſed non duæ reliquæ. Nam de diuiſione per relationes ꝙ non inferāt multitudinem in eſſentia rei, patet ex his quę dicit Cōmen. hîc, uidelicet ꝙ priuationes & relationes non ſunt denominationes ſignificātes aliquam diſpoſitionem additam ſupra rei ſubſtantiam in actu ut quidam putauerunt dicentes ꝙ prædicamentum relationis non eſt connumeratum cum entibus extra animam, ut etiam dicit. 12. meta. cōm. 19. Amplius ens ſecundum ꝙ eſt reſpectiuum habet diſpoſitiones contrarias & īnfinitas, ſed ſecundum ꝙ eſt eſſentia, non eſt niſi unum tātum. De diuiſione etiam facta per accidentia, quæ dicunt diſpoſitiones additas ſuper rei ſubſtantiam, ꝙ non inferāt multitudinem, patet quia infinita alicui poſſunt accidere. Nota bene hoc.

Ens quodlibet appetit finem ſuum cum motu, ſcilicet primū principium, prout erga illud mouetur deſiderando finem, ſed homo uoluntariè, & alia entia naturaliter. ex diſpu. 3. in ſolutio. 18. dubij. in fine.

Entia procedunt gradatim à primo principio ſecundum localem ordinem ſecundum Peripateticos, qui unde ad hāc opinionem deuenerint, uide in diſput. 3. in ſolº. 18. in fine. etiam uide. 12. meta. cōmen. 44.

Ens duas habet entitates, una eſt nobilis, & alia uilis: & nobilis eſt cauſa uilis. ex diſpu. 12. in ſol. 2. dubij.

Entium nobilium ſunt duo genera, unum ſempiternum motus ingenitum atq; immortale, ſecundum indiuiduum, ut ſunt cœleſtia corpora: aliud uerò eſt genus rerū, quę quandoq; mouentur, & quandoq; quieſcunt, ex. 2. de generatione animalium. Cō. ca. 1. & habetur ibidē ab Ariſt. in tex.

Ens & unum ſignificant decem prædicamenta prima ſignificatione, & ſine medio. 10. primæ philoſophię. commen. 8. Vbi ſcias multiplicem eſſe differentiam, ut aliàs notaui in 12. primæ philoſophiæ. in cōmen. 2. inter genus uniuocū, & analogum, quia genus uniuocum ſignificat ſuas ſpecies mediante aliquo communi, quia dicit: Aut unam naturam, aut unum conceptum realem, obiectiuum, indifferentem ad omnes ſuas ſpecies, & illæ in ſuis ſpeciebus, licet diuerſetur per differentias diuiſiuas per quas contrahitur ad ſpecies: ut tamen in ſe ſpectatur, & quo ad ſuam rationem non permutatur, nec quo ad ſuas differētias conſtitutas, quia talis diuiſio ex una parte non competit uidelicet ex his quæ rationem eius complent, ſed ſolum ex his quæ ſunt ſibi aduenientia, ſicut ſunt diuiſiuæ differentiæ, quæ ſunt extra conceptum diuiſi. Et ideo animal quod eſt in homine & aſino, licet re diuerſitatem habeat, quia hoc eſt rationale, illud irrationale differens in actum, non tamen inquantum eſt ſubſtātia animata ſenſitiua permutatur, quia ſic non diuiditur, ſed remanet indiuiſum: ſed genus analogum, ut eſt in ſuis analogatis, non ſolū diuerſitas eſt ex parte analogatorum, immo ſua communitas in ipſis inuenta diuerſificatur ſecundum intenſius & principalius, & debilius & remisſius: ſicut ens quod eſt commune ſubſtantiæ, & accidentis non ſolum differt ex naturis in quibus ſaluatur, immo ratio eius, communis etiam in ipſis differentiam ſuſcipit, ita ꝙ entitas in ſubſtantia principalior et prior eſt, & in accidentali poſterior, ita ꝙ non remanet in aliqua ratione communi & indifferenti. Ita etiam bonum quod dicitur de per ſe bono, & per ſe appetibili, & de bono ſecundum quid appetibili, non ſolum differentiam eſt inuenire ex iſtis analogatis, immo ratio communis ipſius bonitatis uariatur in iſtis, & hoc non eſt propter aliam rationem, qa uniuocis generibus eſt aſſignare tertium commune diſtinctum ab uniuocatis, ſiue illud ſit natura, ſiue realis conceptus: ſed in analogis hoc non eſt, quia talia nō habent aliā rationem, per quam conſtituantur ab illa ſecūdum quam diuiduntur. Et hoc eſt quod egregiè notauit Cōmē. in præſenti, & ante ipſum Ariſt. & Themiſtius collegit hoc in. 2. de anima. ex tex. 3. Et ſequitur etiam eos Simplicius in. 2. de anima in principio. ubi Ariſto. diuidit ens in ſubſtantiam, & alia prædicamenta. Alias autem differentias require ſuprà. Et ideo mirandi ſunt formalizantes, qui ponunt conceptus tranſcendentes eſſe ſimpliciter ſimplices, & cū hoc ponunt uniuocationem in ipſis.

Ens dicitur multis modis, uno modo de decem prędicamentis, & eſt de nominibus quę dicuntur ſecundum ordinem & proportionem non de nominibus, quæ dicuntur ſecundum meram ęquiuocationem, neq; uniuocationem. ex paraphraſi meta tract. 1. cap. 1. idem. 4. metaphyſi. cō. & tex. 2. idem ibidem in tracta. 2. in principio.

Ens ſecundo modo dicitur de uero, quod. ſ. ita ſe habet in intellectu, ſicut extra intellectum, ſicut cūm dicimus, ſi natura eſt, ſi uacuum non eſt. ibidem. Ex hoc poteris ſcire contra Bononienſes, ꝙ quæſtio ſi eſt in. 2. poſteriorum analyticorum, eſt quæſtio de ente uerò, ut aliàs notaui tibi.

Ens ut dicitur de. 10. prædicamentis, aggregantur in eo duo modi, quia. ſ. dicitur de eis inquātum habent eſſe extra animam: & ſecundo inquantum ſignificant quidditates, illarum eſſentiarum. ibidem.

Ens eſt de nominibus tranſumptiuis, quia illud quod ſignificat ī philoſophia eſt aliud ab eo, quod à uulgo ſignificatur per ipſum: nam Philoſophus īdicat aliquid ineſſe alicui rei cūm dicit, inuenitur prædicatum, tandem apud eos ſignificat aliquid ineſſe in ſubiecto. ibidem.

Ens ſi ſignificaret accidens in re, ut pluries repetit Auic. aut eſſet de accidentibus, quæ ſunt primę intentiones, aut ſecūdæ. Et uide pulchram rationem contra Auic. in hoc loco, quam non adduxit in. 4. meta. cōmen. 3. et eſt in paraphraſi. ubi ſuprà. tracta 1. cap. 1.

Ens quod ſignificat uerum eſt accidens, et eſt de ſecundis intelligibilibus, ut ibidē expreſſe colligitur ab Auer. Ex quo ſequitur ꝙ quæſtio ſi eſt, in ſecundo poſteriorum, quęrit de eſſe uero, quod eſt accidens nō reale, ſed intentionale, et eſt ens diminutum. Et ideo abijcitur in. 6. primæ philoſophiæ ab Ariſt. quod nota contra Modernos.

Ens eſt ſubiectum eſſentiale ſcientiæ diuinæ, & decem prædicamenta ſunt ſpecies eius, & dicitur de eis, neq; æquiuocè, neq; uniuocè, ſed ſecundum prius & poſterius. ex trac. 2. in paraphraſi metaphy. in principio.

Entia ſunt duplicia, unum uidelicet quod aptum eſt inſeruire alteri, quod eſt finis eius: aliud uerò eſt qđ perficit aliud non, quia ſit gratia eius, ſed quia eſt princeps, ideo perficit illud. ex tracta. 4. in paraphraſi meta. col. 7.

Entia omnia eſſe ſub cura & prouidentia Dei glorioſi, uide pulchre in paraphraſi meta. trac. 4. ab Auer. in fine. Et dicamus ꝙ eſſe harum rerum inferiorū & earū perpetuitas.

Ens uerè et maximè ens à Platone dicebatur ens ipſiſſimū, ut ita loquar. Them. 1. phyſi. ſuper tex. 26. Et idem infra ibidem ſuper tex. 31. inquit ꝙ Plato ipm uerè ens cōſtituebat ideam, materiam uerò primam atq; inferiorem eſſe quidē, ſed nihil habere entitatis exiſtimabat, arbitrabatur enim nos entia quodammodo eſſe.



Enunciare in omni re & prætermittere, nihil forſan utiq; uidebitur eſſe ſignum, aut multæ ſtultitiæ, aut multæ promptitudinis. 2. cœli. tex. cōmen. 34.

Eorūdem eſt permixtio & ſeparatio. 1. meta. tex. cō. 16.

Hepatis principatus in generatione ſanguinis eſt paruulis, & non principalis, contra Galenum. ex. 3. de partibus animalium. Auer. in cap. de corde.

Hepar non eſt ſufficiens in faciendo per ſuam operationem, niſi propter calorem tranſmiſſum à corde temperatum in quantitate & qualitate. 2. colliget. cap. 9. de iuuamentis mēbrorum officialium.

Hepar eſt in latere dextro, licet quidam hominum narrēt in aliquibus hominibus fuiſſe repertum in ſiniſtro, & ſplenē in deſtro. Auer. 3. de partibus aīaliū. in cap. de hepate.

Hepar, ut dicit Ariſto. in quibuſdam hominibus inuenitur in latere ſiniſtro, & ſplen in latere dextro. 4. colliget. cap. 4. de ſignis hepatis.

Hepatis caro eſt principium generationis ſanguinis & uenarum. Gal. 3. de utili. parti. cap. 12. &. 13.

Hepar habet pāniculum in quo eſt neruus. Vide cauſam à Galeno. 4. de utili. parti. cap. 12. &. 13. & ibi redditur cauſa, quare habet arteriam, & cur non habet unum uentriculum magnum, ſicut duo ſunt in corde, et alia problemata in illo. 13. cap. ſoluit ſecundum uiam ſuam.

Hepar eſt rubicūdius ſplene, ſed ſplen ē rarius & leuius, hepate & uide cām in. 4. de util. pti. à Gal. cap. 15. deſcriptā.

Hepar à quatuor organis expurgat, à duobus renibus, à ſplene, & ciſtu ſellis. 5. de utili. parti. cap. 10. & ibi reddit cauſa quia habuit minimum neruum.

Epicurus exiſtimauit mobile poſſe per magnitudinem componi ex indiuiſibilibus punctis, & ꝙ mobile mouetur per totam magnitudinem, licet in nullo punctorum moueri dicatur: cuius errorem præuidit Ariſto. tanquam præſagiens futurum aliquando hominem qui ad talem errorē eſſet impetiturus. Them. 6. phyſi. ſuper tex. 8.

Epcycli quos ponunt aſtrologi ſunt falſi, & ſimiliter eſt de eccentricis & magis. primo cœli. cōmen. 5. idem cōmē. 10. &. 2. cœli cōmen. 35.

Aequalitas dicitur duobus modis ſecundum continentiā, & ſecundum hoc dicitur ꝙ circulus eſt æqualis figuræ rectorum laterum, & dicitur etiam quando duo æqualia hn̄t mēſuram cōem qua menſurātur. 4. phyſi. cōm. 43.

Aequalitas eſt propria quantitati non qualitati, nam qualitati ꝓpria eſt ſimilitudo. 7. phy. tex. cō. 32. idem. 5. meta. tex. cōmen. 20. & in prædicamentis.

Aequalitas eſt proprium coniunctionis, ideſt comparationis. 7. phyſi. cōmen. 34.

Aequiuoca inuicem comparari non poſſunt. 7. phy. t. c. 24.

Aequiuocorum alia ſunt quorum diffinitiones ſunt diuerſæ uoce & ratione, alia uerò quorum diffinitiones ſunt æquiuocè, ſicut nomina. 7. phyſi. cō. 26. Notandum tn̄ eſt ꝙ talia non ſunt pure æquiuoca, ſed ambigua, ut notat Cōmenta. ibidem in calce cōmenti.

Aequiuocationum aliæ ſunt multum diſtantes, aliæ uerò habentes quandam ſimilitudinem, aliæ uerò proxime, aut genere, aut ſimilitudine. 7. phyſi. tex. cōmen. 31.

Aequiuocis uerbis rectum non eſt uti in doctrina demonſtratiua, niſi in his quæ licet ſint diuerſa, tamen conueniunt in omnibus intentionibus de quibus dici poſſunt. 3. de anima. cōm. 20. conſimile. 2. de anima. cōmen. 30. uide. 4. primæ philoſophiæ. cōmen. 2.

Aequiuoca non habent ꝑdicatum eſſentiale, licet in eis poſſit eſſe prędicatum, quod uerè dicitur de omnibus ſignificatis eius, ut omnis canis eſt pulcher: ſed in æquiuocis analogis poteſt eſſe prædicatum eſſentiale, ſicut in uniuocis. 4. meta. cōmen. 2. & tex. idem. 2. poſteriorum. ubi dicitur ꝙ ſi ſubiectum ſcientiæ & demonſtrationis fuerit analogum, et paſſio erit analoga, taliū enim ſunt diffinitiones, ſeu deſcriptiones quæ poſſunt eſſe media in demonſtrationibus, ut patet. 2. phyſi. de natura. tex. cōmen. 3. & de motu. 3. phyſi. cōmen. 4. & tex. cōmen. 6. ſicut eſt etiam de animæ diffinitione, ut patet. 2. de anima. cōmen. 7. &. 30. & cōmen. 5. in tertio de anima contra Alexan. Aduerte tamen quòd licet purè æquiuocis aliquod prædicamentum ſecundum omnem ſenſum uerè dici poſſit, tamē adhuc propoſitio eſt diſtinguenda, ne remaneat intellectus confuſus. 1. cœli. tex. cōmen. 110. Etiam ut puto propter aliam cauſam, ne uideātur ignorare dictam æquiuocationem etc.

Aequiuocè purè dicitur nomē de affirmatione & negatione, & uniuerſaliter de oppoſitis. 7. meta. tex. cō. 15.

Aequiuocationis modus multum apud Arabes uſitatus inuenitur, uidelicet quando aliquod nomen ſignificat aliqd, & ſuum oppoſitū, uerbi gratia: Caeram, quod ſignificat lucem & tenebras: & alum, quod ſignificat magnū & paruū. Cōmen. 7. metaphy. cōmen. 15. ſic etiam apud nos actio quandoq; ſignificat actionem, & quandoque paſſionem æquiuocè. 5. phyſi. cōmen. 38.

Aequiuocę interrogationes ſunt diſtinguendæ, quando datur reſponſio talibus interrogationibus. 7. metaphy. cōm. 36. & eſt regula Philoſophi in primo cœli. tex. cōmen. 110. & in libro elenchorum.

Equus maximè omnium cæterorum animalium diuerſicolor eſt oculis: alij nāque cæſij altero oculo naſcuntur, quod nulli ex cæteris beſtijs euenit, quāuis homines nonnulli altero oculo diuerſo gignantur. Ariſto. in. 5. de generatione animalium. cap. 1.

Equus inter cætera animalia unus euidentius albeſcit pilo per ſenectutem. ibidem. ubi & cauſam eiuſdem in cap. 5. ibidem inuenies.

Equis contra ꝙ̄ in cæteris animalibus accidit: cū enim in cęteris ſenectute dentes nigreſcant, equo candidiores redduntur. 2. de natura animalium. cap. 3.

Equus mas uiuit circiter annis quinque & triginta, fœmina pluſꝙ̄ 40. iam & quinque & ſexaginta annos uixiſſe equū traditum eſt. 5. de hiſtoria animalium. cap. 14.

Equę potiſſimū ex fœminis incenduntur libidine, mox uaccæ, equæ itaq; equiunt: unde uocabulum id ab hoc uno animali, traditur maledicto in mulieres libidinoſas. Ariſto. in 6. de natura. anima. cap. 18.

Equæ tempore coitus humorem ſuis genitalibus ſimilem geniture emittunt, ſed multò tenuiorem ꝙ̄ mares, quem hippomanes nonnulli appellant, non ꝙ pullis naſcentibus adhæret. Accipi eum humorem difficilem aiunt eſſe ꝙ paulatim labitur. Ariſto. 6. de natura animalium. cap. 18. & ibidem dicit, ꝙ hoc pręcipuè ad ueneficia petitur, quod etiam Theocritus in pharmaceutria ſentire uiſus eſt, licet Ariſt. aduerſetur in hoc, quia ſuſpicatur hippomanē plantā eſſe.

Equus ſalaciſſimum omnium animalium, tum marium, tum fœminarum eſt, homine excepto. Ariſtote. in. 6. de natura animalium cap. 22.

Equi mares ſunt ꝑꝑ coitum minus uiuaces fœminis. ibidē.

Equorum uita annos utplurimum longiſſima, uſq; ad triginta protrahi poteſt, licet etiam nōnullis uſq; ad quinquaginta protracta ſit. ibidem.

Equa cum peperit, ſtatim ſecūdas deuorat, atq; etiam ꝙ pulli naſcentis fronti adhæret, hippomanes dictum, minus carica parua, ibidem. Vbi aduerte ꝙ aliter ſumitur hippomanes in hoc loco, & aliter ſuprà in eodem libro. cap. 20. eſt enim nomen multiplex apud Ariſto. ut elicitur ex cap. 18. Et ut notaui tibi in loco ꝓprio, licet Theocritus in pharmaceutria ab utraq; ſignificatiōe diſſentiat, & opinetur etiā habere tertiam ſignificationem pro plantæ genere.

Equi ſeniores profectò tam mares ꝙ̄ fœminæ ſunt fœcundiores. 6. de natura animalium. cap. 22. quod ea ratione euenire credēdum eſt, quia cūm omnium animalium excepto homine ſalaciſsimum ſit equus, ex coitus, in iuuentute immodico uſu ſemen refrigeratur, & eſt ſterile: quod & in ho-

minibus plerunq; euenire cernimus.

Equus non peruertit initum aſini,ſed aſinus equi.6.de natura animalium.cap.23.uide cauſam in tertio de generatione animalium.cap.ultimo.

Equa non aſinum,ut aſina equum recipit, niſi aſinus ſit, qui equam ſuxerit:admittunt de induſtria, quod hippotetales uocant,ac ſi equimulgos cognomines, qui in paſcuis modo equorum uiribus bonis ſuperantes coeunt.6.de natura animalium.cap.23.

Equi, muli, & aſini potu maximè pingueſcunt.8.de natura animalium.cap.8.

Equi & cameli libentius aquam turbulẽtam & craſſam bibunt,quippe quę ne ex fluuio quidem prius hauriant,q̃ pede inturbent.ibidem.& infrà.cap.14.

Equum & ouem hoĩes uſu periti tot morbis infeſtari quot hominem referunt.8.de natura animalium.cap.24.

Equarum genus miro quodam amore ſuæ prolis putatur teneri,cuius rei indicium eſt ꝙ ſæpius ſteriles auferunt pullos à matribus,quos ipſæ amore proſequentes tueantur.9.de natura animalium. cap.4.

Equam regi Scytarum ferunt fuiſſe egregiam, ex qua mares generoſi omnes generarentur,quorum unum qui præſtantior haberetur cum ut ex matre procrearet placeret,admiſſum omnino recuſaſſe:opertam deinde latuiſſe matrem,ut prudens ſuperueniret:uerum ubi à concubitu faciem matris detectã agnouerat, fugã properaſſe atq; ſeipſum actũ pcipitem interemiſſe,ex.9.de natura aĩalium.cap.47.

Erinaceus & elephantus teſtes intus habẽt,& uide cauſam.1.de generatione animalium.cap.12.

Error & peccatum habent latitudinem, quia unus error eſt maior alio.4.met.tex.cõmen.18.& ponitur exemplum in tex.ꝙ magis errat ille qui dicit quatuor eſſe mille,quàm q dicit quatuor eſſe quinque.

Eſſe ſm ueritatem in entibus eſt quid ĩtellectuale, uidelicet eſſe res extra intellectum, ſicut eſt in intellectu, ita ꝙ eſſe & uerum nomina ſynonyma ſunt.ex libro deſtru.diſpu.5.in ſolutione.3.dubij.

Eſſe eſſentialiter non eſt niſi ex cauſa agente & generante, quæ eſt aut natura,aut anima,aut intellectus.Cõmenta.4.phyſi.cõmen.128.

Eſſe & non eſſe dicuntur de ſubſtantia ſimpliciter,& de accidentibus non ſimpliciter.5.phyſi.cõmen.7.& primo de generatione & corruptione, tex.cõmẽ.11.& primo phyſi.tex.cõmen.62.

Digreſſio de eſſe & eẽntia cõtra Alexã. Achilli.

Eſſe non prædicatur per accidens de aliquo,dicere enim aliquid eſſe,non eſt prædicatio per accidens.Cõmen.1.phy.cõmen.27.Ex hoc aſſumit Alexan.Achillinus in libro ſuo de diſtinctionibus in principio.Et ĩ primo libro de elemẽtis.dubio.23.ꝙ eſſe exiſtẽtiæ & eſſe eſſentiæ ſunt idem,& ſunt nomina ſynonyma,unde ſum & exiſto ſunt uerba ſubſtantiua ſynonyme idem ſignificantia. Vnde ponit tria corollaria, primum ꝙ exiſtẽtia quidditatiuè dicitur de his q̃ ſunt,ſecũdum eſt iam allegatum ꝙ ſum & exiſto ſunt uerba ſubſtantiua idem ſignificantia ſynonymè,tertium eſt ꝙ duæ primæ quæſtiones ſimplices, uidelicet quæſtio ſi eſt, & quæſtio quid eſt, ambæ pertinent ad quidditatem, ſed differunt penes hoc,quia quæſtio prima an eſt, pertinet ad quidditatem uniuerſalem rei:& dicitur prima,quia uniuerſalia ſunt nobis notiora,& particularis cognitio uniuerſalẽ præſupponit,cum ſcientifica fuerit,aut diſtincta.ex primo phyſi.tex.cõmen.4.& ideo particularis cognitio ſecunda dicitur.Secunda uero quæſtio.ſ.quæſtio quid eſt, ad particularem rei cognitionem ſpectat,& ideo per proprium genus & per propriam differentiam,ut patet ex.7.primæ philoſophiæ.cõmen.43.& ſubdit ꝙ ex his intelligitur dictum Auer.in.5.meta.cõmen.14.ponentis diuerſitatem expoſitorum in quęſito ſimplici.ſ.utrum aliquid ſit,an.ſ collocetur hæc quæſtio in quæſtionibus accidentis.Et eſt opinio Aui.quam ſequitur Scotus ut aſſerit:aut in quæſtionibus generis,& eſt opinio Ariſt.quam ſequitur Auer.quia intelligũt per hoc nomen ens aliquod cõmune decem prædicamentis analogicè dictum. Deus enim non eſt in gñe uniuocè dicto,ſed bene eſt in gñe analogo.In libro etiam de elemẽtis loco præallegato dicit ꝙ ens & eſſe ſola grammaticali differentia diſtinguuntur,qualis eſt inter uerbum & participium.Nam ens eſt deriuatum ab eſſe,ut dicit Cõmen.7.meta.cõmen.15.Et ſic dicit tria ꝙ cum ens diſtinguatur in potentiam & actum,& in congregatum,dicit ꝙ forma eſt ipſum eſſe,quia eſt id quo aliquid eſt,ſed forma eſt quo aliquid eſt,igitur forma eſt ipſum eſſe.Secundo dicit ꝙ materia eſt eſſe potentiale. Tertio compoſitum eſt ipſum eſſe in tranſitiue,& eſt ipſum eẽ compoſiti,ſed non eſt eẽ tranſitiue,& eſt eẽ quo ipſum eſt,quia tale eſt forma.Sed iſta opinio ſtare non poteſt in fundamentis Peripateticorum,quia licet in abſtractis à materia, eſſentia & exiſtẽtia idem ſunt, tamen ſecùs eſt in gñabilibus & corruptibilibus. Scribit enim Philoſophus ꝙ in cõceptis cum materia,aliud eſt qdditas,& aliud eſſentia.7.primæ philoſophiæ.tex.com̃.34.&.3.de anima.tex.com̃.9.ubi ſcribit ꝙ in quibuſdã aliud eſt caro, & aliud carni eſſe, & magnitudo, & magnitudini eſſe. Nam illud quod diuerſificauit eẽntiam à quidditate in iſtis gñabilibus,ut ſcribit Cõmenta.3.de anima com̃.5.in ſolu.3.quæſtionis,eſt materia. Et inde prouenit maxima diuerſitas inter naturas entium abſtractorum à materia,& naturas gñabilium:indeq; uidemus Ariſto.ſæpe dicere,ꝙ nihil eſt cõmune uniuocum illis & iſtis. Et propter hoc tenendum eſt exiſtentiam in iſtis inferioribus in materia conſiſtentibus,non eſſe de quidditate.quod ſic oſtẽditur. Illud quod eſt de intrinſeca ratione quidditatis,nõ poteſt,nec re, nec ĩtellectu ſeparari à tali quidditate,ſed quidditas poteſt intelligi ſine exiſtentia,igitur exiſtentia non eſt de quidditate.Sed ad hoc præfatus doctor nititur reſpondere,& inquit ꝙ duplex eſt,eſſe naturale & intentionale. Et ſimiliter ens diuiditur per reale & rationis,& tũc negat minorem, quia licet eſſentia concipiatur ſine eſſe naturali,non tamen concipitur ſine eſſe,imo ipſa in conceptu animæ eſt ens rationis,& oportet proportionabiliter correſpondere ens reale in eſſe naturali,& ens rationis formæ habenti eſſe cognitũ per intellectum.Nulli enim dubium eſt ꝙ res poteſt eẽ cõcepta,quãuis non exiſtat. Sed iſta ſolutio ſtare non poteſt, nec euacuat uim argumenti,quia certum eſt ꝙ eſſentia aut quidditas rei,ut eſt in anima quidditatiue ĩtelligi poteſt, & tamen in tali eſſe illud eſſe cognitum eſt ſibi aduẽtitium, & non quidditate includitur in conceptu quidditatis,quia quãdo intellectus intelligit hominis quidditatem, quæ eſt animal rationale mortale,non intelligit eſſe cognitum,ut clarũ eſt. Vnde Cõmenta.7.meta.inquit: Senſibilia ſunt entia licet non ſentiantur,ſicut ſunt entia licet non intelligãtur.Arguit enim Philoſophus ibi contra Platonem aſſerentem,ꝙ illud quod ſignificat diffinitio,ſit pars ſubſtãtiæ ſenſibiliũ, tunc enim(ut aſſerit)ſequæretur ut eas eſſe intellectas ſit pars eorum eſſe,adeo,ꝙ ſi iſta ſenſibilia non fuerint intellecta non erunt. Arguo igitur ſic,ſicut ſe habet ſenſibile apud ſenſum,ſic ſe habet intelligibile ad ĩtellectum.3.de anima.tex.cõmen.2.ſed eſſe ſenſatum accidit ſenſibili in eſſe naturali,nam ut inquit Ariſto.in loco præallegato contra Platonem,ſi aſtra non uiderentur à nobis,adhuc eſſent.igitur pariformiter eſſe cognitum,& eſſe intellectum accidit intelligibili: ſed per te ita proportionabiliter eſt eſſe rationis ad ens in anima,ſicut eẽ naturale ad ens extra animam:igitur ſicut eſſe cognitum accidit obiecto intellecto, ita eſſe actualis exiſtentiæ accidit eſſentiæ in eſſe naturali,ita.ſ.intelligẽdo ꝙ non eſt de intrinſeca ratione eius. Et confirmatur,qa tale eſſe cognitum eſt ens diminutum, & eſt comparatio q̃dam, comparatio autem accidit rei; & eſt ſeparabilis à re, ſicut dicit Cõmenta.3.cœli.com̃.9. Dicit enim ꝙ ens reſpectiuum eſt habens infinitas diſpoſitiones & contrarias,res autem ſecundum ꝙ eſt eſſentia,non habet niſi unum,& eſt quodammodo ſua eſſentia.Et hoc etiam eſt quod aperte dicit Auicen.in.5.ſuæ meta.cap.1.his uerbis: Equinitas eſt tantum equinitas,non eſt in actu,nec in potẽtia,non eſt ſingularis,nec uniuerſalis,nec eſt exiſtens in his ſenſibilibus, nec in anima. Ecce igitur ꝙ tam eſſe ſenſibile & naturale, q̃ꝫ eſſe in anima,ſeu eſſe cognitum ſunt aduentitia quidditati. Confirmatur,quia diuiſio per potentiam & actum eſt diuiſio per modos qui ſunt accidentia,ſicut ſcribit Cõmenta.2.phyſi.com̃.32.ubi per diuiſionem cauſarum per modos exponit diuiſionem per accidentia, uidelicet quia non ſunt de intrinſeca ratione cauſarum,ſicut ꝑ ſingulare & uniuerſale,per ſimplex & compoſitum, per potentiam & actum. Vnde ſicut ſingularitas & uniuerſalitas nõ ſunt de intrinſeca ratione quidditatis,ſic neq; actus,neq; potentia. Amplius,ſi aliqua eſſentia includerent quidditatiue exiſtẽtiam actualem,quæ tempore perficitur maxime eẽt eſſentia motus:nam tempus aut eſt idem quod motus,aut eſt paſſio q̃dam ipſius.12.meta.tex.cõmen.29.ſed eſſentia motus abſtrahit ab exiſtentia temporis,ſicut ſcribit Cõmenta.in.4.phyſicæ auſcultationis authoritate Alexan.com̃.101.ubi dicit,ꝙ quando Ariſt.dicit tempus eſſe numerum motus, non eſt intelligendum,quòd menſurat eſſentiam motus. & ibidem cõmen.97.dicit ꝙ motus poteſt imaginari ſine tempore,quia eſt prior natura:et hoc patet manifeſte,quia in diffinitione motus non apparet tempus. Vnde non animaduerterunt iſti,qui ponunt exiſtentiam eſſe de quidditate rei,quod auferunt prioritatẽ naturę, quia exiſtentia non eſt niſi reſpectu ſingularis.Et ita non poſſet intelligi genus ſine ſpeciebus,cum exiſtentia gñis ſit in ſpẽbus: nec poſſet intelligi ſpẽs ſine ſingularibus,cum exiſtentia ſpẽi ſit in indiuiduis:& multa alia quæ contra Ioannem ſuperius annotauimus in conſimili materia. Amplius, ſi exiſtentia per ſe quidditatiuè diceretur da natura humana, ſequeretur ꝙ omnia attributa,quæ uerè competũt naturæ humanæ, quatenus eſt exiſtens ſibi per ſe competerent:& ita cum naturæ humanæ,quatenus exiſtens eſt, competit ꝙ ſit ſingularis,quia nihil exiſtit niſi ſit hoc,& ſingulare: & ſimiliter ſibi ut exiſtẽs competit ꝙ generet,ꝙ ſanetur: ſequeretur igitur ꝙ homo per ſe ſaneretur,per ſe generaret,& per ſe gñaretur. Quod conſequens eſt contra Philoſophum.7.primę philoſophię.tex.com̃.28.& in procemio meta. Actus & generationes omnes ſunt circa ſingulare,unde homo ſanatur, quia Socrates ſanatur. Vnde mirum quomõ non animaduertãt, ꝙ non eſt maior ratio ut exiſtentia ſit de quidditate rei q̃ꝫ ſingularitas,unde Cõmenta.2.de anima.com̃.9.dicit ꝙ indiuiduum ſecũdum ꝙ indiuiduum eſt per formam, qa non eſt indiuiduum niſi ſecundum ꝙ eſt in actu, & nõ eſt in actu niſi per formam.Ecce igitur ꝙ exiſtẽtia eſt,quę indiuiduo competit ſecundum ꝙ indiuiduum:non igitur cõpetit naturę ſub qua indiuiduum eſt collocatum. Principiũ enim per ſe notum eſt,& ab omnibus conceſſum Peripateticis,ꝙ nihil exiſtit niſi ſingulare.unde.12.meta.com̃.27.uerus reſpectus eſt particularis,cum uniuerſalia non habẽt eſſe extra animam. Amplius autem falſum eſt & ab omni ueritate remotum,ꝙ quæſtio ſi eſt,& quęſtio quid eſt,ſint ambę q̃ſtiones ſpectantes ad quidditatem,& ꝙ non differunt niſi per particulare & uniuerſale:quia tunc ſequeretur ꝙ de rebus ſimplicibus in quibus nõ ſunt niſi cauſæ uniuerſales,non poſſunt ambæ iſtæ quæſtiones formari,ſed ſolũ iſtæ quæſtiones formarentur de rebus compoſitis, in quibus aliæ ſunt cauſæ propinquę à cauſis uniuerſalibus;hoc autem falſum eſt,& contra Philoſophum,& omnes expoſitores,nam de oĩbus formari poſſunt.Scribit enim Cõmẽ.contra Them.4.cœli.com̃.22.& in paraphraſi ibidem.clarius in ſumma ſecunda,ꝙ eſt differentia inter ſimplicia & compoſita.Nam ſimplicium cauſæ ſunt ſimplices, & tales ſunt etiam propriæ cauſæ;nam in ſimplicibus non inueniũtur niſi cauſæ uniuerſales tantum, & hæ ſunt ſibi etiam cauſæ propriæ:in compoſitis uero cauſæ propriæ ſunt res additæ cauſis ſimplicibus & uniuerſalibus. Et ideo ad illorũ notitiam non ſatis eſt cauſas uniuerſales exponere, & proprias negligere. Amplius ſi demonſtratio nõ abſtrahit ab actuali exiſtentia,ſequæreẽ ꝙ demonſtrationes mathematicæ omnes eſſent ſophiſticæ paralogiçãtes,quia omnes innituntur principijs & propoſitionibus quæ non habẽt eſſe extra animam,ut dicit expreſſe Cõmenta.in.3.phyſi.com̃.60.uidelicet ꝙ iſtæ propoſitiones, punctus motus facit lineam,& linea ſuperficiem, & ſuperficies corpus, ſunt propoſitiones opinabiles geometricæ, quæ non hñt eſſe extra animam. Amplius Ariſto.primo poſteriorũ dicit ꝙ arithmeticus ſupponit unitatem eẽ,& quid eſt unitas. Aliud autem eſt unitatis eſſe,& quod quid eſt unitatis. Alterans autem dicit diuerſitatem in eſſentia,& non alteritatem qualis eſt inter quidditatem uniuerſalem & particularẽ. Amplius quæſtio ſi eſt,terminatur ſyllogiſmo hypothetico per naturam,ut docuit Cõment.in libro priorum. in cap.de ſyllogiſmo hypothetico:ſed nulla quæſtio quærens de quidditate,nec uniuerſali,nec particulari terminatur ſyllogiſmo, nec categorico,nec hypothetico,nec alia uia quam per diffinitionem:diffinitio autem non dicit aliquid eſſe,aut aliqd non eſſe,ex primo poſteriorum.Sequitur ergo ꝙ iſtæ quæſtiones longe aliter differũt inter ſe,q̃ꝫ per uniuerſale & ꝑticulare.Nec obſtat authoritas Cõmentatoris in.5.meta.cõ.14.dum dicit ꝙ in quæſito ſimplici ſunt diuerſificati expoſitores,in quo quæritur,an aliquid eſt:quia quidã dixerunt in.2.topico.ꝙ reducuntur ad problema de accidente,& q̃dam ad problema de genere:ſed illud non fuit dictum propter Auic.qui reduxit illud ad problema de accidente, & ꝓpter Ariſto.qui reduxit illud ad problema de gñe.Nam nõ eſt conſuetudinis Auer.& Auicen.dicere Ariſt. expoſitorẽ, cum per expoſitores appellare conſueuerit Alexandrum et Themiſtium ex nouis,ex antiquis uerò Theophraſtum & Eudemum,ut eſt uidere in doctrina eius. Amplius Ariſto.nõ dr̃ Ariſt.expoſitor,nec eſt uerum ſm Ariſt.q̃d quęſtio ſi eſt,quærit de eſſe quod eſt genus, imo quærit de eſſe ꝙ ſignificat ueritatem,& ex conſequẽti ꝙ ſpectat ad problema de accidente. Et de hoc adduco uerba Auerrois in propria forma.in diſputa.8.in ſolutione primi dubij.ubi dicit cõtra Auic.Auicẽ.enim, ut recitat Cõmenta.4.meta.com̃.2.uoluit ꝙ ens & unum ſunt diſpoſitiones accidentales conſequentes ꝓpriam naturam. Hoc autem eſt error,& ideo dicit omnia iſta fundãtur ſuper unum errorem,uidelicet ꝙ eẽ rei eſt unum ſuorum conſequentium, & reddit cauſam. Id enim quod præcedit in ſcientia noſtra quidditatem rei,eſt id quod ſignificat uerum eſſe. Et ideo quãdo petimus ſi res eſt ens,uel ſi habet eſſe,& illa res habet cauſam inferentem ſuum eſſe,tantum ualet quãtum dicere: Vtrum habet cauſam uel non,ut pateſecit Ariſto.in principio ſecundi poſte.ſed ſi illa res non habet cauſam,tantum ualet quantum dicere: Vtrum res habet cõſequẽs inferens ſuum eſſe. & quãdo intelligitur de ente id quod intelligitur de re uel ſubſtantia,tunc ſumitur modò gñis analogicè dicti.Ecce igitur locum manifeſtiſſimum ꝙ quęſtio ſi eſt,in principio libri poſteriorum quærit de eſſe quod ſignificat ueritatem propoſitionis,& non quærit de eſſe quod eſt genus. Et ſic etiam ſecundum Ariſto.illa quæſtio reducitur ad problema de accidente,& non ad problema de gñe:nam eſſe quod ſignificat ueritatem propoſitionis ſignificat accidens, & eſſe ꝙ ſignificat ſubſtantiam rei,reducitur ad genus. Sed quid fuit in cauſa ꝙ iſte uir & ille Sueſſanus inciderunt in talem errorem,ut aſſerant ambas illas quæſtiones eſſe de eſſentia & qdditate:quia non potuerunt uidere,quomodo illa prima quæſtio, cum ſit demonſtratiua, poſſit quærere de illo eſſe,quod ſignificat accidẽs,quia illa eſt quæſtio topica:ſed ſi uidiſſent Auer.in.2.poſteriorum,in magnis Cõmẽtarijs com̃.3.utiq; hoc non dixiſſent.Ibi enim apertè uult Cõmẽ. ꝙ quæſitis,quæ numerantur in libro topicorum, utitur demonſtratiuus,ſicut eius utitur topicus,ſed diuerſo mõ:quia demonſtrator quærit quæſita in ordine ad diſpoſitiones,q̃ ſunt extra animam,& per relationem ad primas intentiones;topicus uerò tractat de illis in ordine ad ſecundas intẽtiones,ſicut dicit,& tu uideas ibi eum; Igitur in propoſito. Ita quęſtio,an ſit,poteſt ad utrũq; ſpectare,& ſemper quęrit de eſſe quod pertinet ad problema de accidente,quãdo quærit de eſſe uerò & de topico non eſt dubium,& de demonſtratore patet per authoritatẽ Auer.ubi ſupra,in diſpu

tatione octaua. Sic igitur eſſe actualis exiſtentię non eſt de quidditate rei. Non autem intelligas quæſtionem ſi eſt, q̃rere an res actualiter exiſtat, ſed quærit utrum habeat cauſam, uel in eſſendo, uel inferendo, per quam poteſt oſtendi ꝙ actualis exiſtentia ſibi poteſt competere: nam demonſtrationes & diffinitiones abſtrahunt ab actuali exiſtẽtia, ſicut probatum eſt ſuprà, contra Ioãnem de Gandauo, qui fuit author iſtius opinionis manifeſti erroris. Nõ obſtat authoritas Auerrois primo phyſic. com̃. 27. ubi aſſerit ꝙ dicere aliquid eſſe, non eſt prædicatio per accidens, quia ſumit̃ eſſe nominaliter. i. dicere aliquid eſſe ens, quia tunc ens ſignificat ſubſtantiam rei, & eſt prædicatio in primo modo: quia prædicat̃ ſuperius de inferiori, quia ens illo modo eſt genus analogum, & hoc declarant uerba eius ſequentia in illo com̃. Sed ubi eſſe, ſignificat ueritatem propoſitionis, bene erit prædicatio per accñs, nec obſtat authoritas Cõmẽ. 2. phyſi. com̃. 71. ꝙ prima philoſophia conſiderat de rebus exiſtentibus, inquantum exiſtunt, quia ibi ſenſus eſt, ꝙ prima philoſophia conſiderat de entibus inquantum ſunt entia, & non ſignificat ꝙ ſit de rebus accidentaliter exiſtentibus, & ꝙ dicit ꝙ ens eſt deriuatũ ab eſſe: ut aſſerit Cõmen. in. 7. meta. cõmen. 15. Reſpõdetur ꝙ ut exponit Albertus illam authoritatem in tracta. primo. cap. 4. Tale ens quod dicitur de prædicamentis accñtium eſt deriuatum ab eſſe, ſed non ens q̃d dicitur de forma ſubſtantiali, quia talis non eſt ens, ut eſt deriuatum ab eſſe, ĩmo eſt ens cuius actus eſt eſſe: ſed actus accidentium non eſt eſſe, quia talia non dant eſſe niſi ſecundum quid, & eſſe ſecundum quid non eſt eẽ ſimpliciter: ſed deficit ab illo, & ideo eſt deriuata ſimilitudo eius. Quòd autem aſſerit ꝙ ſunt tria eſſe, uidelicet eſſe quod eſt forma, & eſſe quod eſt materia, & eſſe compoſiti, dicimus nos ꝙ ſi per eſſe intelligit exiſtentiam, unum eſt omnium iſtarum trium ſubſtantiarum exiſtentia, quia non oportet multiplicare entia ſine neceſsitate, ſed exiſtẽtia eſt à forma principaliter, compoſito uerò & materiæ competit per participationem: ens enim & unum cum multipliciter dicantur, quod uerè eſt, actus eſt. 2. de aĩa. unde Boeth. in libro de unitate & uno, dicit, omne eẽ eſt à forma. Quod etiam Peripatetici deſcribentes dixerunt, eſſe eſt exiſtentia formæ in mã. Nec ſequitur ꝙ ſit dare medium ĩter actum primum & ſecundũ, quia forma non dicitur actus primus, niſi pro quanto dat eſſe ſimpliciter ipſi compoſito, & formaliter tale eſſe eſt effectus formæ, effectiuè uerò eſt effectus agentis, ꝙ mediante forma producit tale eſſe, & tale eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ſicut effectus reducitur in illud genus in quo eſt cauſa eius. Vnde etiam punctus ꝓpriè loquendo non eſt ſubſtantia, neq; quantitas, neq; qualitas. etc. ſed eſt principium quantitatis: non oportet enim omnia quæ pertinent ad rem alicuius prædicamenti. recipere prædicationem formalem. Et in recto illius ut clarum eſt, & ſic non oportet ꝙ ſi exiſtentia differt realiter ab eſſentia, ut ſit dare medium inter ſubſtantiam & accidens, quia eſſe exiſtentiæ eſt reductiuæ in prædicamento ſubſtantiæ, licet enim nõ ſit formaliter, neq; materia, neq; forma, neq; ſubſtantia compoſita, eſt tamen effectus formalis formę & efficientis effectiuæ, ut dictum eſt. Poteſt tamen dicit accidens non ſumendo accidẽs, ut ſecundum rem diſtinguitur contra ſubſtantiam, ſed prout diſtinguitur contra id, quod eſt de quidditate, & ſic exiſtẽtia accidit quidditati, ſicut dicit Philoſophus in prædicamentis, ꝙ homo accidit animali. Teneo ergo materiam & formã eſſe partes eſſentiæ cõpoſiti, & ꝙ ipſa eſſentia ſit ipſum compoſitum in iſtis generabilibus & corruptibilibus, & ꝙ eſſe actualis exiſtentiæ, eſt realiter diſtinctum ab eſſentia, & eſt ſecundum rem in prædicamento ſubſtantiæ reductiuæ modo prædicto. Et hoc in uia Ariſto. & Commenta. & in hoc concordes ſunt Thomas, & Egidius Romanus in ſpeciali tractatu de ente & eſſentia, ſed diſcordia eſt in duobus inter uiam. Cõmen. & Latinorum, quia Latini dixerunt materiam non ſolum eſſe partem eſſentiæ, uerũ etiam partem quidditatis, imitati in hoc opinionem Auicen. in. 5. ſuæ metaphyſi. cap. 5. Et Scotus in. 7. meta. & in. 3. ſentẽtiarum idem tenet. Antiqui autem Peripatetici & Cõmenta. diſtinguunt inter quidditatem & eſſentiam in iſtis inferioribus, & uolũt materiam eſſe partem eſſentiæ, ſed non partem quidditatis, nam tota quidditas eſt ipſa forma. Materia autem eſt quidditatis uehiculum, & ſub hac ratione apparet in definitionibus: ſcribit enim Cõmẽta. ꝙ quidditas hominis eſt homo uno modo, & non eſt homo alio mõ, & eſt forma hominis, & non eſt homo, q eſt congregatus ex materia & forma. Alia differentia eſt quia iſti tenent in omnibus creaturis eſſe diſtingui ab eſſentia: in ſolo enim Deo eſſe & eſſentia ſunt idem oĩbus modis, ſed ſecundum Auer. & Ariſt. in omnibus abſtractis à materia eſſe & eſſentia ſunt eadem, licet nullibi æquè perfectè uerificetur hoc niſi de primo principio: ſed in generabilibus & corruptibilibus ſecũs eſt, ut iam declarauimus. Placuit enim nobis digredi in hoc loco, quia multi ſunt decepti tempeſtate noſtra in iſtis manifeſtè, ſicut uidiſti. etc̃.

Eſſentia non eſt elementum, neq; ex elemẽtis, & hoc neceſſe eſt in omnibus compoſitis: nam fomæ rerum ſunt ſuperadditæ elementis. 1. de anima cõ. 77. idem. 7. meta. tex. cõ. ult. &. 1. de generatione & corruptione. 84.

Eſſe ſenſibile & nutribile eſt ſecundum eſſe uiuum in eo quod uiuum, ſed eſſe calidum, uel frigidum, uel graue, aut leue, eſt ſecundum quòd eſt corpus naturale. primo de anima com̃. ultimo.

Eſſe ſenſibile quemadmodum diuiditur in materiam & formam, ſic eſſe intelligibile diuiditur in cõſiĺia his duobus. ſ. in aliquid ſimile materiæ, & in aliquid ſimile formæ. 3. de anima com̃. 5. in ſolutione quæſtionis. 3.

Eſſentialiter tale prius eſt eo ꝙ eſt per accidens. 4. meta. cõ. 14. idem. 3. phyſi tex. cõmen. 66. &. 4. phyſi. com̃. 43. idem primo cœli. cõmen. 14.

Eſſentiæ rerum ignotæ cognoſcuntur ex ſuis actionibus. 7. meta. com̃. 9. Vide in primo de anima. in tex. cõmen. 11. et in. 2. de anima in tex. com̃. 33. &. 42.

Eſſentiæ rerum intelligibilium ſunt exiſtẽtes, licet non intelligantur. 7. met. tex. cõ. 58. Vide in concordantijs.

Eſſe eſt nobilius non eſſe. 9. meta. 20. & in. 2. de generatio. & corruptione. tex. com̃. 59.

Eſſentiæ prædicamentorum & quidditates non habent aliquod cõmune, ſed ſunt diuerſæ. 10. meta. cõ. 8.

Eſſentia prima non habet materiam. 12. primę philoſophię. com̃ 49. Et elicitur ex tex.

Eſſe rerum ſequitur colligationem earum, & ſi ſic dans, ergo colligationem eſt dans eſſe: & quia quodlibet colligatũ unitur ex aliqua re à qua ſit unum, & unum ex quo colligatur procedit ab uno per ſe ſemper exiſtẽs, ſequitur ergo ꝙ ſit unum ſolum per ſe exiſtens, & ꝙ illud det unam rem ꝑ ſe, & ex hoc procedunt entium ſpecies ſm naturalẽ diuiſionem earum, ex libro deſtru. diſpu. 3. in ſol. 12. dubij.

Eſſe ſecundum Auicẽnam ſignificat diſpoſitionem additam ſupra ſubſtãtiam rei, extra animam & res & ens, quaſi accidens rei cui attribuitur. ex libro deſtru. diſputa. 5. in. ſolu. 13. dubij. Ita etiam dicit in. 4. meta. com̃. 3. & in. 10. meta. cõ. 10. de ente & uno. idẽ inq̃t Auicẽ. ſpãĺr ãt in lib. deſtr. loco ꝑalleg. iſto mõ. deducit. ex uerbis Auic. iſtam fuiſſe eius opinionem ꝙ eſſe & ens, ſignificat aliquod accidens extra animsm additum ſupra rei ſubſtantiam iſto modo, qa Aui. dicebat ꝙ quidditas rei eſt ante eſſe. Hoc autem iſta ratione oſtẽdebat, quia poteſt quidditas hominis per diffinitionem ſciri, etiam quidditas trianguli & figuræ, non conſiderando utrum habet eſſe in re extra animam uel nõ: & ideo dixit ꝙ tale eſſe eſt aduenĩẽs poſt rei quidditatem, & eſt accidens inhærens ei. Vnde tale eſſe non eſt pars conſtituẽs rei quidditatem, & inde contingit ꝙ intellectus comprehẽdit rei quidditatem ignorando, utrum tale ens habet eẽ reale extra aĩam aut non. Ex iſtis Auic. uerbis deducit Cõmẽ. hanc fuiſſe ſententiam Auicẽnę, & aduerte ꝙ litera antiqua eſt deprauata ibi, & fuit cauſa erroris ꝙ expoſitor illius loci, & Alexander Achillinus, & alij ſequaces non intellexerunt mentẽ Auer. in illo loco, tamen potuerunt intellexiſſe ex alijs locis. legatur itaq;: Patet ꝙ illud eſſe quo utitur, non eſt illud quod ſignificat ſubſtantias rerum. ſ. illud quod eſt tanquam genus, neq; illud quod ſignificat rem eſſe extra intellectum etc. Et uis rationis Auer. ad probandum Auicẽnam tenuiſſe, eſſe dicere quoddã accidens adueniens extra animam ſupra rei ſubſtantiam, & inhærere ei, in hoc conſiſtit, cùm apud Peripateticos ens ſumatur duobus modis. Vno modo pro uero, & alio mõ pro oppoſito priuationi. i. pro illo cui opponitur priuatio. i. non ens, quod dicit entis priuationem. Sed Auic. dictum aſſerentis rei quidditatem eſſe ante ipſum eſſe, non poteſt uerificari nec pro ente uero, nec pro ente quod opponitur priuationi. Igitur ſumitur tertio modo, ut uidelicet dicit quoddam accñs aduenĩẽs extra animam, ſicut albedo corpori. ut ſtatim probabitur. Aſſumptum probatur, nam ens quod opponitur priuationi diuiditur in decem prædicamẽta: & eſt ſicut genus, uidelicet analogum dictum de eis: quia prius dicitur de ſubſtãtia, & poſterius de alijs. Dicitur enim ſicut ſanum de ſanis. 4. meta. tex. cõmen. 2. & inde præcedunt: Iſto mõ debent ſtare alia entia, quæ ſunt in ſecundo modo. Vult dicere ꝙ cùm ens quod opponitur priuationi diuidatur in decem prædicamẽta. Ariſto. enim in. 5 metaphyſic. tex. cõmen. 14. & in fine ſexti, ens extra animam diuiſit in prædicamenta decem. Tale enim eſt quod opponitur non enti, quod eſt entitatis priuatio. Ideo quia ens eſt prius ſua priuatione, res igitur quæ ſunt in decem prædicamentis, præcedũt omnia quæ ſignificant priuationes, quæ priuationes continentur in altero modo ſ. ſub priuatione oppoſita enti. Figurata enim & uniuerſaliter ea, quæ formaliter entia non ſunt, ſub priuatione & non ente continentur, priuatio autem eſt poſterior habitu, & oſtendit tale ens dici ſecundum prius & poſterius, qa abſolute dicitur de ſubſtantia & ſimpliciter, ſed accidens dicitur ens eo ꝙ habet eſſe in eo ꝙ eſt ens per ſe, iuxta ſententiam Philoſophi in. 7. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 2. Alia uerò dicuntur entia, eo quia taliter entis. Et aduerte ꝙ in litera antiqua ſequitur. Et ens ꝙ primo genere ĩtelligitur eſt cõmune omnibus pñtis. Et ſi ſic iaceat, ſenſus clarus eſt, qa iſtud ens quod ſignificat eſſentias decem prædicamentorũ prima ſignificatione & ſine medio, ut dicit Commenta. 10. meta. c. 8. eſt illud quod eſt ſicut genus, & eſt cõmune cõmunitate prædicationis analogicæ, ut dictum eſt. Sed alia litera nouiter impreſſa habet: Sed ens quod dicitur pro uero, cõmunicant in eo omnia prædicamenta ęqualiter. Et ſi iſto modo iaceat, ſenſus etiam eſt clarus, & facit nos lucrari iſta ſecunda translatio unam differentiam inter ens quod ſumitur pro uero, & inter ens cui opponitur priuatio: quia ens cui opponitur priuatio dicitur ſecundum prius & poſterius, & analogicè ſecundum Peripateticos, ſed ens pro uero dicitur de omnibus prædicamentis æqualiter & quaſi uniuocè. Et ratio eſt iſta qa ens pro uero, non ſignificat niſi ens diminutum, quod eſt reſpectum ad animam, quia tunc aliquid dicitur habere eſſe in ueritate, quando ita eſt extra animam ſicut eſt in anima. Veritas enim, ut dicit Cõmen. in diſpu. prima. in ſolutione. 22. dubij. & etiam hîc, eſt adæquatio rei ad intellectũ. Et hîc dicit ſecundum nouã tranſlationem, ꝙ eſſe in rei ueritate in entibus eſt qd intellectuale, & eſt eſſe rem extra animam, ſicut eſt in anima, & id q̃d illud ſignificat eſt ſynonymum ueri, & eſt id quod ſignificatur per copulam categoricam in propoſitionibus categoricis. Nam dictio eſt, dicitur dupliciter: primò id quod ſignificatur, ut cùm dicimus, ſi res eſt, aut non eſt, aut ſi hoc erit hoc, aut non erit hoc: ſecundo modo id quod prædicat̃ de entibus tanquã genus, & ibi patet ꝙ ens quod eſt ſynonymum ueri, ſumitur pro eſſe quod eſt copula, quæ in categoricis ſemper eſt nota prędicati: ſignificat enim quandã comparationem quam ſine extremis non eſt intelligere, & ueritas in tali compoſitione & diuiſione conſiſtit, ut dicitur in. 3. de anima. Et ideo tale ens uerum, quia eſt in anima, & eſt ens diminutum, Ariſtote. excluſit aditum ſuum, ſed ens extra animam, quia opponitur, diuiſione retinuit. Et illud diuiſit tribus diuiſionibus penes quas ſciẽtia illa diuidit̃, ſicut pulchrè notauit Cõmenta. in prologo ſuper. 7. metaphy. Et ideo ſcias frater mi, ꝙ iſto modo ens pro uero ſumptũ uniuoce dicitur de decem prædicamẽtis, quia ueritas æque bene poteſt adaptari & cõſiſtere in compoſitione conceptuũ ſignificantium ſubſtantiam, ſicut in compõne conceptuum ſignificãtium qualitatem. Sicut enim iſta eſt uera & quidditatiua, hõ eſt anima': ita ſine aliquo diſcrimine iſta eſt uera, albedo eſt color, & linea eſt quantitas. Non enim hic eſt analogia, & ita patet ꝙ tenentes uniuocationẽ entis tenuiſſent hoc de ente, quod eſt ſynonymum ueri, tunc Peripatetici non eſſent diſcordes ab ipſis, ſed ipſi tenẽt hoc etiam de ente, quod ſigñat eſſentias decẽ prædicamẽtorũ, & æquiuocatio decepit eos, & opinio Platonis. Sic igitur ĩtelligis quo modo ſecunda translatio uerior eſt, & tunc ſequitur etiam de tali ente uero, quod eſt quid intellectuale. i. ens in anima & diminutum. Vnde litera antiqua eſt corrupta quæ dicit, ſed ens quod intelligitur pro gñe eſt quid intellectuale. ſcilicet res eſſe ĩ anima, ſicut eſt extra aĩam, patet enim quòd falſa eſt, ſed debet ſtare ꝓ uero. Vbi dicit primo gñe, iam enim prędixerat in illo loco ꝙ eſſe in ueritate ſignificat eſſe extra animam, ſicut in anima, & hoc eſt quid intellectuale & ens rationis & ens diminutum, ut patet etiam ex com̃. 8. in eadem quæſtione contra Auic. & ita etiam noua trãſlatio iacet, ut poteris uidere. Et dicit Cõmenta. ꝙ hæc ſciẽtia ſcilicet etiam ueram præcedit quidditatem rei. Pro quo debes ſcire, ut eſt ſententia Auer. in. 8. diſpu. in ſolutione. 1. dubij. contra Auic. id quod præcedit in ſcientia noſtra qdditatem rei eſt id quod ſignificat eſſe uerum. Vnde cum in principio. 2. poſteriorum analyticorum Philoſophus ponat duo quæſita ſimplicia, ſcilicet ſi eſt, & quid eſt, dicit, ꝙ quęſitum quo quæritur an aliquid ſit, præcedit quæſitum quo quæritur quid ſit. uult Cõmenta. ꝙ quæſtio ſi eſt, quærit de eſſe uero, quod ſignificat ens diminutum, importans compoſitionem quandam ſine extremis non poſſibilem intelligi in qua compoſitione conſiſtit ueritas aut falſitas, unde ut dicit quando quęritur an res ſit, uel habeat eſſe ſi illa res eſt habens cauſam uel non, & ſi nõ habuerit cauſam, & de illa quæritur, utrum ſit, tantum ualet ac ſi quæratur, utrũ habet aliquid conſequẽs, puta effectum uel proprietatem uel operationem, ex quo poſſit inferri à poſteriori ſuum eſſe, et hoc eſt quod dicit etiam in. 5. meta. com̃. 14. ꝙ expoſitores in ſecundo topicorum diuerſati fuerunt in quęſito ſimplici, quo quęrit, an res ſit, utrum coordinetur in problematibus accidentis, uel in problematibus gñis: qui enim intellexerũt per eſſe uerum coordinant in problematibus accidentis, qa eſt uerum ſicut accidẽs quoddam rationis, ut ſupra dictum eſt, ſed eſſe quod eſt ſignificat eſſentias. decem prædicamẽtorum & eſt genus, ita quòd quando quæro, utrum Deus eſt, iſta quæſtio eſt multiplex, quia iſta dictio eſt, duo ſignificat, ut paulo antè dicit Cõmen. uel ſignificat copulam categoricam in categorica propõne, & tunc ſenſus eſt: utrum iſta categoria ſit uera, quæ ſignificat Deum eſſe: & quærit in hoc caſu, utrum ſit aliqua cauſa in inferẽdo, quia Deus nõ habet cauſam ĩ eſſendo per quam poſſit oñdi ueritas iſtius. Si autem ly eſt, ſignificat eſſentiam, ſenſus eſt, utrum Deus ſit eſſentia quædam, & tunc primus ſenſus reducitur ad problema de accidente. Et ſecundus ad problema de gñe, quia ens quod ſignificat rei eſſentiam eſt genus analogum. Et ex his locis intelligis quantũ errauerit ille Alexan. Achillinus, & moderni qui uoluerunt ꝙ quæſtio ſi eſt, in. 2. poſter. eſt quęſtio de eſſentia rei, & de ente quod ſignificat eſſentiam: cuius tamen oppoſitum aperte colligitur ab Auer. in omnibus iſtis allegatis locis. Et ſequitur Cõmen. Et illa qdditas quæ præcedit in noſtro intellectu eẽ non eſt uera qdditas, immo ex expoſitione quadam nominis, iſto modo debet ſtare litera, ut patet ex noua translatione, & ſenſus eſt talis: ꝙ quando dicimus, quod quid eſt, præcedit, ſi eſt: hoc intelligitur non de uera rei quidditate, ſed ſolùm quid nominis. Nam ut patet in. 2. poſteriorum. duplex eſt quid, ſeu diffinitio quid nominis & quid rei. Quid nominis non

Digreſsio cõtra modernos de quidditate cõpõne & eẽ ſm Aui. & ſm Auer. in quo cõſiſtat eorũ dĩa.

eſt uera quidditas, quia ut dicitur ibi & notatur per expoſitore, diffinitio quid nominis indiſcriminatim competit tam entibus quàm non entibus, & complexis & incomplexis: ſed quid rei, non niſi entibus & incomplexis tantum, ut hominis enti albi, non eſt diffinitio. ex ſeptimo metaphyſi. Sed licet diffinitio quid nominis, præcedat quæſtionem ſi eſt, & quæſtionem quid rei, (illa enim præcedit omnem quæſtionem & omnem ſciẽtiam, nam ut dicitur in. 4. primæ philoſophiæ, oportet pręſupponere ſignificata nominum in omni quæſtione & inquiſitione ſcientifica) tamen quæſtio quid rei pręſupponit quæſtionem ſi ẽ, quæ quærat de eſſe uero: nam quærit utrum res habeat eſſe reale extra animam, ſicut eſt in anima, hoc enim eſt eſſe ueritatis correſpondentia rei extrà ad rei intrà. ¶Ex hoc igitur (ut colligamus fragmenta ne pereant) complet̃ tota Auerrois deductio, ex uerbis Auic. inferendo ipſum poſuiſſe ens & eſſe extra animam, ſignificare quoddam accidens reale inhęrens & aduenïens ipſi quidditate, & additum ſupra rei ſubſtantiam ſic. Nam Auicẽ. dicit ꝙ quidditas rei eſt ante eſſe reale rei, quia intellectus poteſt ſcire quidditatem hominis, aut trianguli in gñando, utrũ habeat eſſe reale extra materiam uel non: tunc ſic aut Auic. intelligitur ſecundum diuiſionem bimembrem Peripateticorum diuidẽtium ens in duo, uidelicet in ens uerum, & in ens quod ſignificat ſubſtantiam ſeu eſſentiam rei: aut oportet addere tertium mẽbrum, ꝙ eſt ens, prout ſignificat aliquod accidens reale aduenïens quidditate & inhærens ei: ſed non poteſt intelligi pro illis duobus membris ex diuiſione uulgata Peripateticorum: igitur ipſe poſuit tertium membrum. Antecedens probatur, & primo ꝙ non poteſt intelligi pro ente uero, quia quidditas uera rei, quæ exprimitur per ueram diffinitionẽ non præcedit eſſe uerum, quia quãdo Peripatetici dicunt, ꝙ quidditas præcedit eſſe, non intelligũt de uera qdditate, ſed ſolum de quid nominis, quia quid nominis præcedit ſi eſt, & quid rei præſupponit: ſed q̃ſtio ſi eſt, (ut diximus ex mente eius in principio diſputationis octauæ) quærit de eſſe uero, igitur dictum eius non eſt uerum de primo membro. Nec etiam eſt uerum pro ſecundo membro, uidelicet ꝙ quidditas præcedit eſſe quod ſignificat eſſentiã rei: quia uera quidditas includit in ſuo intellectu ens, ꝙ ſignificat rei quidditatem & eſſentiam, igitur relinquitur quod Auic. uoluerit eſſe reale extra animam dicere quoddam accidens reale ſuperueniens quidditati rei, ſicut ſunt accidentia extra animam, quæ adueniunt ſupra rei ſubſtantiam, ut albedo & ſapor: & iſta (ni fallor) eſt indubitata ſententia Auer. in omnibus prædictis locis, quia uerum uero conſonat ex omni parte. Et ex hoc ſcire poteris quæ fuerit mens antiqua Peripateticorum de iſta compoſitione quinta, quę eſt ex quidditate & eſſe, ſeu ut loquuntur Latini, ex eſſentia & eſſe. Et nos (ſi Deo placuerit) faciemus opuſculum propter multos errores, qui paſſim circũferunt̃, & Deus ſit dator auxilij in hoc etc. In hoc tamen unum præcipuum dubium remanet in uia Auer. iuxta ſententiam Peripateticorum, & eſt quia etiam ipſe concedit dictum Auic. & fundamentum, uidelicet ꝙ quidditas rei diffinitiuæ, cognoſci poteſt ſine reali rei exiſtentia, alioquin diffinitiones nõ eſſent niſi exiſtentium, quatenus ſunt exiſtẽtes, & per conſequẽs diffinitio eſſet rerum ſingularium, quatenus ſingulares, q̃d eſt falſum. Vnde ipſe in. 4. cœli. ſumma. 3. cap. primo concedit, etiam diffinitiones abſtrahere ab actuali exiſtẽtia, & tunc reddit dubium Auic. uidelicet ꝙ tale ſit aliquid additum ſupra rei ſubſtantiam, & per conſequens accidẽs. Soluitur, ut mihi datur cernere, ꝙ eſſe realis exiſtẽtię extra animam fundamentaliter eſt natura rei quæ denotatur exiſtere, tamen tale eſſe ut dicitur uerum ſic ad animã, quia importat talem adęquationem rei ad intellectum, & tale eſſe reale iſto modo definitio pręſupponit, licet tale eſſe definitio non includat. Aliud enim eſt p̃ſupponere ſeu præexigere, aliud eſt includere, & ſic conciliantur uerba eius. Vnde Auic. dicebat uerum eſſe quidditatiuum præcedere ipſum eſſe, ſed hoc non eſt uerum, quia præſupponitur ueræ quidditati, ut ſit habens ueritatem. i. non habẽs conceptum qui ſit ratio in ſe falſa: de tali enim non poteſt haberi diffinitio quid rei, ſed quid nominis tantum.

Eſſe in primo principio nõ eſt ſine quidditate, neq; primum principium habet quidditatem ſine eſſe ſecundum Philoſophos, imo opinati ſunt, ꝙ eſſe compoſiti eſt denominatio addita ſupra ſubſtantiam, & ꝙ hæc denominatio acquirit̃ ei ab agente: & ſic putãt ꝙ id quod eſt ſimpliciter & abſq; agente, nõ habet dictam denominationem additam ſupra ſubſtantiam, ſeu quidditatẽ, & ꝙ quidditas ſua nõ differt à ſuo eſſe. ex libro deſtrũ. diſputa. 8. in ſol. primi dubij. Vide in concordantijs nuper æditis.

Eſſentia dicitur abſolute de indiuiduo, quod non eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto, quod eſt indiuiduũ ſubſtantiæ. ex paraphraſi meta. cap. de eſſentia, in trac. 1.

Aetas nouella & ſenectus magis q̃ florens, fœminas gñat: in altera enim calor nõdum perfectus eſt, in altera deficit. Ariſto. in. 4. de generatione animalium. cap. 2.

Aetas quadrupedum quomodo dignoſcat̃, uide in. 6. de natura animalium. cap. 25.

Aeterna non continentur à tempore. 3. phyſi. 32. &. 4. phyſi. tex. cõmen. 118.

Aeternæ res non continentur à tp̃e, & res æternæ ſeparatæ à materia, neq; continent̃ à tempore, neq; habẽt coexiſtentiam cum tempore. 4. phyſi. cõmen. 117.

Aeternitas in continuo eſt eſſentialiter, & in ſucceſſiuo accidentaliter. 8. phyſi. tex. cõmen. 56.

Contra ponentes intẽſionem fieri per p̃tes graduales.

Aeternum q̃dlibet à parte ante eſt æternum à parte poſt, & è conuerſo. 1. cœli. tex. cõ. 124. & infrà.

Aeternum ſi corruptibile foret, natura neceſſarij conuerteretur in naturam poſſibilem. 1. cœli. com̃. 138.

Aeterna aut cauſa ſunt, aut cãm habentia, & q̃d ex his cãm habet, q̃cquid illi ineſt & accidit, cauſatum ẽ neceſſario. 2. cœli Auer. in paraphraſi. ſumma. 2. quæſito. 4.

Aeternæ res non habẽt agẽs niſi ſm ſimilitudinem, neq; habent ex quatuor cauſis niſi formalẽ & finalem: & ſi habuerint aliquid quaſi agens, non erit niſi inquantũ eſt forma illi, & conſeruans ipſum. 4. cœli. com̃. 1.

Aeterno & non æterno nihil eſt omnino cõmune. 3. cap. de ſubſtantia orbis.

Aeternum non poteſt eſſe pars rei generabilis & corruptibilis. 1. meta. tex. com̃. 35. Caueant igitur qui tenẽt ex mente Cõmen. animam intellectiuam eẽ uerè partem eſſentialẽ hominis in ratione formæ dantis eſſe.

Cõtra ponẽtes aiam ĩtellectiuã ſm Cõmẽ. eſſe formã dãtem ẽẽ.

Aeternum & corruptibile ſunt cõtraria ĩmediata, & hoc eſt manifeſtũ: nulla enim eſt natura media inter eſſe abſtractũ & materiale. 1. meta. cõ. 39. uide in concordantijs.

Aeterna non habent potẽtiam. 9. meta. tex. cõmen. 17. idem 2. cœli. 32. &. 34. &. 12. meta. 30. &. 1. cœ. 20. Et in fine etiã ubi nota ꝙ intelligitur de potẽtia ad corruptionem, quia in eodem. 9. met. in loco allegato dicitur in tex. ꝙ bene poteſt eſſe potentia ad aliquod accidens.

Aeternum quodlibet ẽ actio pura, & q̃d ẽ actio pura non habet potẽtiam. 12. primę philoſophiæ. tex. cõ. 30. idem. 9. primæ p̃hiæ. tex. cõmen. 17. Eſt aũt nihil potẽtia ſempiternũ 3. de aïa. cõ. 5. in ſolutione q̃ſtionis. 3. uidetur loqui ſolũ de primo tantum. Vide in concordantijs.

Aeternum eſt duplex, quoddam eſt cauſa actionis æternæ, quia non facit niſi unã actionẽ æternam, & hoc eſt primũ cœlum quod mouet̃ motu diurno: & aliud quod agit actiones diuerſas, ut quæ mouẽtur in orbibus decliuibus, & maximus eorum eſt ſol, remotus enim & propinquus facit cõtraria. 12. metaphy. tex. cõmen. 33. & in. 2. de generatio. & corruptio. tex. cõmen. 56.

Aeternæ res differunt à rebus creatis in hoc, ꝙ quando ſunt effectæ, non adiungitur eis priuatio propter quã indigeant agente, ut ab eo continuetur earum eſſe. ex libro deſtruct. diſpu. 3. in ſolu. 8. dubij.

Ethera antiqua appellauerunt ſupremum locum, à currere ſemper ſempiterno tempore ponentes denominationem ipſi. primo cœli. tex. cõmen. 22. Cõſimile legitur apud Platonem in Cratillo qui aſſerit Græcos Deos θεοὺς appellare ἀπὸ τοῦ θεῖν: quod eſt currere: quia ſolem, aſtra, lunam, & cœlum Deos eſſe arbitrabantur, quæ ſunt in perpetuo curſu ſeu motu.

Plato in Cratillo.



Aethiopum uita eſt non naturalis, & complexiones eorum exeunt à complexionibus humanis ualde, & habitatio eorum in ſuo loco eſt per accidens, ſcilicet cùm ſint illic ſpeluncæ, in quibus habitant, ſicut reliqua animalia. Auer. in 2. meteo. cap. 2. in col. 13.

Aethiopes ſunt una extremitas latitudinis humanę, & Theutonici & Sclaui ſunt alia extremitas. ibidem.

Ex, præpoſitio denotat in idiomate Arabum quandoq; ſubiectum, & quandoq; oppoſitum. primo phyſico. cõmen. 58. uide in. 5. primæ philoſophiæ. cõmen. 29. ubi habetur ꝙ famoſior ex ſignificationibus iſtius prępoſitionis ex, eſt, quando importat genus cauſę materialis: materia enim diffinitur per eſſe id, ex quo fit aliquid ut inexiſtente.

Ex, præpoſitionis famoſior ſignificatio eſt quando aliquid dicitur fieri ex alio tanq̃ ex materia. 5. meta. com̃. 29.

Ex, præpoſitio tranſumptiue ſumitur pro iſta præpoſitione poſt. 5. meta. tex. cõmen. 29.

Ex aliquo fieri aliquid, dicitur duobus modis, potentia ſcilicet & actu. 1. phyſi. tex. cõmen. 78.

Ex calido fit magis calidũ, nullo facto calido ĩ materia quod non eſſet prius calidum. 4. phyſi. tex. cõmen. 84. facit contra tenentes intenſionem formarum fieri per additionẽ partis gradualis ad partem gradualem.

Excellens neceſſe eſt diuidi in excellentiam, & in id quod excellitur. 4. phyſi. tex. cõmen. 71.

Excrementum aliud utile, aliud inutile eſt. 1. de generatione animalium. cap. 18.

Excrementum & colliquamentum differunt. ibidem.

Ex duobus elemẽtis ſummè contrarijs tertium generari poteſt. ſecũdo de generatione & corruptione. tex. cõmen. 27.

Ex duobus actu exiſtentibus impoſſibile eſt unum actu per ſe fieri. 7. meta. tex. cõmen. 49. &. 8. meta. tex. cõmen. 15.

Exempla licet non uſitentur in doctrina demonſtratiua, in rebus tamen quæ non intelliguntur niſi per comparationem ad aliud, uſitari poſſunt. primo phyſic. cõmen. 81. conſimile. 3. de anima. cõmen. 14. 4. phyſi. cõmen. 84 &. 2. de anima. 149.

Exemplis poſitis de literis ſi poſt adducantur exempla de materijs, demonſtratio erit manifeſtior. quarto phyſicorũ, cõmen. 71.

Exemplorum non requiritur uerificatio, ſed manifeſtatio. ſecundo de anima. cõmen. 67. ita etiam dicit Philoſophus in libro priorum, exemplis utimur non ut ita ſint, ſed ut audiant, qui addiſcunt.

Exemplaria dicere eſt propinquum ad dicere formas ſenſibilium eſſe ſeparatas. 7. meta. cõmen. 56.

Exemplum ad faciendam fidem eſt infirmiſſimum argumẽtum, & propterea illorum demiror prudentiam, qui arbitrantur exempla uim probationum habere. Themiſtius. primo de anima. cap. 24. & habetur ab Ariſtote. in ſecundo priorum.

Exercitium largitur naturæ hominis pręparationem, quæ in ea non erat antè ad ſcientiam: et non eſt remotum ut uirtus moralis operetur in hoc, & maximè caſtitas. 7. phyſicorũ, cõmen. 20.

Exercitium quid ſit & quotuplex ſit, require. ſexto colliget. capitulo ſecundo.

Exercitium temperatum ſanitatis mirabilis cauſa exiſtit, & malitia quæ propter priuationem exercitij accidit in carceratis, manifeſtatur quòd eſt, quia illorum facies cachexiæ fiunt, & eorum color eſt impurus, & omnes operationes eorum ſunt læſæ: & hoc non ſolùm homini accidit, uerum etiam alijs animalibus calcantibus contingit, ſicut uolucribus in cameris detentis. ibidem.

Ex fundamẽtis quæ ponit naturalis, eſt ꝙ plures formę ſunt in materijs. 2. phy. cõmen. 21. idem. 1. phy. 11.

Exiſtens in alio per ſe, aut exiſtit tanq̃ ſub̃a, aut exiſtit tanq̃ accidẽs: et utrũq; aut exiſtit cũ medio, aut ſine medio. Subſtantia cum medio eſt ſuperficies colorata. Vnde dicitur in textu quòd anima dicitur (namq; pars quædam eſt hominis) in qua primò eſt ipſum uiuere: & ideo iſta, rationale uiuit, eſt immediata, ſed homo uiuit eſt mediata ¶ Et ex hoc loco ſcire poteris quomodo uiuere ęquiuocè dicitur in corruptibilibus & in ſempiternis. Nam corruptibilia uiuunt mediante anima, in qua primò dicitur eſſe ipſum uiuere: et quia anima informat talia per formalem inhærentiam, ideo uiuere trãsfunditur ad talia compoſita, ita ꝙ ibi aliquid dicitur uiuere per uitam, & animari per animam: ſed corpora cœleſtia ſunt uiua, quia intelligentia eſt uita, & quia ipſa habet ſuam ſubſiſtentiam, & non formaliter inhæret orbi: ideo ibi nihil dicitur eſſe animatum per animam, nec dicitur ibi eſſe aliquid uiuum per uitam, ſed dicuntur uiuẽtia per ſe pro quanto intelligentia ipſa eſt uita & dicuntur animata per ſe pro quãto intelligentia aſſiſtens eſt anima: & hoc eſt quod pulchrè dixit Commentator in. 8. metaphyſi. in cõmen. 12. & in. 1. cap. de ſubſtantia orbis habet eandem ſententiam, ſicut poteris uidere.

Exiſtimatur uerbum apud Ariſto. quandoq; dicit certitudinem & ſcientiam certam. 4. phyſi. cõmen. 33. uide etiam. 1. de anima. cõmen. 19. &. 2. de anima. 52.

Exiſtimatione Ariſto. quandoq; utitur pro certitudine. 2. de anima. cõmen. 52. &. 1. de anima. cõmen. 19.

Expellentis duo ſunt modi, aut ꝙ expellens ſeparatur ab expulſo & expulſum remaneat in motu, aut quòd non ſeparatur ab illo. 8. phyſic. tex. cõmen. 85. & habetur etiam. 7. phyſi. tex. cõmen. 10.

Experimentum ſermonum uerorum eſt, ut conueniant ſenſatis, non è conuerſo. 8. phyſic. cõmen. 22. &. 1. cœli. cõmen. 22. &. 3. de anima. cõmen. 7. Et nota ꝙ eſt authoritas Philoſophi in. 3. de generatione animalium. cap. 10.

Eperientia artem efficit, ut ait Polus, in experientia uero caſum. ex procœmio metaphyſi.

Experientia ad agere nihil ab arte differre uidet̃. ibidem.

Expertos magis proficere uidemus ſine experientia rationẽ habentibus. ibidem.

Experientia eſt ſingularium cognitio, ars uerò uniuerſalium. ibidem.

Experimento carens & uniuerſale cognoſcens, in hoc autem ſingulare ignorans multotiens in curatione peccabit, ſingulare enim magis curabile eſt. ibidem.

Experti ipſum quidem quia, ſciunt, ſed propter quid neſciunt. ibidem.

Expoſitores Ariſt. dixerunt ꝙ demonſtratio in principio. 7. phyſi. eſt ſuperflua. 7. phyſi. cõmẽ. 1. uide pro hoc. 8. phyſi. cõmen. 27. &. 33. &. 4. cœli. com̃. 25.

Expoſitio nominum eſt pars ſcientiæ diuinæ, ſecus eſt in ſcientia naturali, & in alijs ſcientijs ſpecialibus. Cõmenta. 5. meta. com̃. 1. uide conſimile. 3. meta. com̃. 1.

Expoſitores diuerſificantur in ſecundo topicorum in quęſito ſimplici, quo quæritur, utrũ aliquid ſit, utrum collocetur in quæſtionibus generis, uel in quęſtionibus accidentis. Qui enim intelligit de ente illud quod eſt commune decem prędicamentis, dicit quòd collocatur in quæſtionibus generis et qui intelligit de ente illud quod intelligitur de uero, dicit quòd collocatur in quæſtionibus accidentis. Commentator. 5. metaphyſic. commen. 14. Iſte locus præcipites duxit Bononienſes ad aſſerendum quòd quæſtio ſi eſt, in ſecundo poſteriorum pertinet ad rei eſſentiam, & quòd eſt quęſtio de quidditate: cuius tamen oppoſitum ſcribit Commentator in diſputatione. 8. in libro deſtructionũ in ſolutione primi dubij, contra Algazelem qui fuit in opinione Auicen. tenentis ens et unum ſignificare diſpoſitiones accidentales conſequentes eſſentiam rei ſcribit enim: Sed omnia iſta fundantur ſuper unum errorem, uidelicet quòd eſſe rei eſt unum ſuorum conſequentium: id namq; quod præcedit in ſcientia noſtra quidditatem rei, eſt id quod ſignificat eſſe uerum. Et ideo quando petimus ſi res eſt ens, uel ſi habet eſſe, & illa res habet cauſam inferentem ſuum eſſe, tan

Cõtra Alexan. Achillinũ & ſequaces, uide in epitome meta. Auer. trac. primo ĩ prĩcipio ubi dicit ꝙ ens uerũ dr̃ ꝙ ita ſe habet in ĩtellectu ſicut extra ĩtellectum: ut ſi diceremus ſi nã ſi uacuum non eſt.

tum ualet quantum dicere, utrum habet cauſam uel non: ut patefecit Ariſtotelis in principio ſecundo poſteriorum. ſed ſi illa res non habet cauſam, tantum ualet quantum dicere, utrum res habet conſequens inferens ſuum eſſe. Sed quando intelligitur de ente id quod intelligitur de re uel ſubſtantia, tunc ſumitur modo generis analogicè dicti. Ecce igitur ꝙ eſſe quod quæritur in quæſtione ſi eſt, eſt eſſe quod ſignificat ueritatem quę in complexione conſiſtit, & non ſignificat eſſentiam rei, quia tunc illa quæſtio pertineret ad quæſtionem generis: ens enim quod ſignificat eſſentiam rei eſt genus analogicè dictum de decem prædicamẽtis, ut dicit Commentator in prędictis locis: & etiam in. 5. metaphyſi. cõmen. 4. & in ſecundo de anima. cõmen. 30. et 3. phyſico. cõmen. 4. & iſta eſt expreſſa ſententia Auerrois ſine dubio.

Expreſſibilia ſunt illa, in quibus profundatur digitus & poſtea redeunt, ſicut eſt conſuetudo latinorum. 4. meteororũ commento primo.

Extenſibilia ſunt illa quę poſſunt trahi ex uno latere, & elongantur, & non inciduntur, & ſunt uniuerſaliter res conglutinatiuæ. 4. meteo. cõmen. 1.

Extra omne & totum nihil eſt. 4. phyſi. tex. cõmen. 45. & 1. cœli. à tex. cõmen. 96. uſq; ad. 100.

Extrà & intrà notant locum. 1. cœli. tex. cõmen. 69.

Extrema continentis & contenti in eodem ſunt. 4. phyſico. tex. cõmen. 35.

Extrema longitudinis ſunt ſurſum & deorſum, latitudinis dextrum & ſiniſtrum, profunditatis antè & retrò. 8. phyſi. cõmen. 64. idem. 1. cœli. tex. 13. & 2. cœli. tex. cõ. 9.

Extrema non cognoſcuntur niſi per comparationem eorum ad media. 4. colliget. cap. 1.

Extremorum permutatio non eſt neceſſe ut fiat per omnia media. 2. de anima. cõmen. 105.

### De litera. F.

FABER adeſt ligno, & figulus limo. 1. de generatione animalium. ca. 20.

Fabuloſè tradita ab antiqs ſunt multa ad multorũ pſuaſionẽ, & ad opportunitatẽ multorum, & conferens ad leges. 12. metaphy. tex. cõmen. 50.

Factiones omnes ſunt ab arte, aut à poteſtate, aut à mente. ſeptimo metaphyſic. tex. cõmen. uigeſimo ſecundo.

Factum eſt de operationibus facientis ſicut finis. 2. cœli. cõmen. 17. & elicitur ex textu. ibidem.

Factum eſſe ut dicitur, impoſſibile eſt ſi nihil prę extiterit. 7. metaphyſi. cõmen. 23.

Falſum poſſibile non infert falſum impoſſibile. 8. phyſico. tex. cõmen. 36. & ex. 1. priorum.

Falſum aliud poſſibile, aliud impoſſibile, & falſum poſſibile differt ab impoſſibili. 1. cœli. tex. cõmen. 119.

Falſum ſemper in compoſitione eſt. tertio de anima commen. & tex. 22.

Falſitas eſt propria imaginationi, ſed ſenſui non competit niſi per accidens. 4. meta. cõmen. 24.

Falſum aliud ſemper, aliud uerò quandoq;, & ſub alijs reſpectis. Falſum poſſibile & falſum impoſſibile. 5. metaphyſi. tex. cõmen. 34. & eſt in capitulo de falſo.

Falſa ratio nullius eſt ſimpliciter ratio. ibidem.

Falſa eſt omnis ratio alterius, q̃ cuius eſt uera, ut quæ circuli falſa trigoni. ibidem.

Falſum poſſibile & falſum impoſſibile ſunt duæ naturæ diuerſæ. Commentator quinto metaphyſic. cõmen. 34. idem primo cœli. tex. cõmen. 119.

Falſitatis primus modus eſt in intelligere, ſecundus in credere. 5. cõmen. 34.

Falſum eſt duobus modis, eſſentialiter, & per accidens. 5. metaphyſi. cõmen. 34.

Falſidicans in potentia eſt intelligens & cognoſcẽs, ſed qui actu fallitur, non habet cognitionem. quinto metaphyſic. ibidem.

Falſum poſſibile & falſum impoſſibile differunt, quia alterum poteſt recipere ueritatem, aliud uerò nequaquam. 9. metaphyſi. tex. cõmen. 8.

Falſum & impoſſibile non idem ſunt: nam te nunc ſtare falſum quidem eſt, ſed non impoſſibile. nono metaphyſi. tex. commen. 8.

Falſum impoſſibile non ſequitur ex falſo poſſibili. 9. metaphyſi. tex. cõmen. 9.

Falſum eſt quod in intellectu aliter eſt quàm ſit extra intellectum, et hoc poteſt conſiderari uarijs modis. ex paraphraſi metaphy. tracta. 2. col. 11.

Fames eſt appetitus calidi & ſicci, ſitis uerò frigidi & humidi. 2. de anima. tex. cõmen. 28.

Fames eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ groſſæ calidæ & ſiccæ, ſitis eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ frigidæ & humidæ. ſecundo colliget. capitulo decimotertio, quod eſt de inſtrumento tactus.

Fames eſt una ſpecies euacuationis præſertim, in ęgritudinibus in quibus ſtatus & criſis ſunt propinqua. ſeptimo colliget. cap primo.

Famoſa apud omnes, aut ſunt neceſſaria ſecundum totum, aut ſecundum partem: impoſſibile enim eſt ut famoſum ſit falſum ſecundum totum. ex libro de ſomno & uigilia. Commentator.

Fato euenire dicitur quod naturale eſt, & naturæ inſtitutionem ordinemq; ſequitur. Themiſti. ſuper. 5. phyſicorum, tex. cõmen. 57. ubi Ariſto. inquit aliquas generationes eſſe uiolentas, & non fato deſtinatas ſeu diffinitas. & in quarto de generatione animalium. capitulo ultimo inquit: Multa principia incidunt quæ generationes deſtinatas ſecundum naturam & corruptiones ſæpe impediant, atq; in cauſa ſint earum quæ ueniunt præter naturam. Inde Alexan. in libro de fato pulchrè & eleganter collegit ex ſententia Peripateticorum, fatum à natura non differre, quod et Maro intellexiſſe uiſus eſt ĩ quarto Aeneidos, ubi inquit: Nam quia nec fato merita nec te. ubi de morte Didonis loquitur.

Faciem in homine partem illam dicimus, quæ caluæ ſubiecta eſt: nam piſcis aut bouis faciem dicere nõ ſolemus. primo de natura animalium. cap. 8.

Febres quæ fiunt à phlegmate groſſo ſunt magis periculoſæ, quàm illæ quę fiunt à cholera. uide cauſam tertio colliget. cap. 6.

Febris ethicæ tres ſunt ſpecies. 3. colliget. cap. 11.

Febris ephemeræ duo ſunt ſigna propria: primum ꝙ pulſus in hac febre non eſt diuerſus, ſecundum quòd ſuum naturale ſedimen non mutat, quia ſolum urina mutat colorem. 4. colliget. cap. 26.

Febrium putridarum duo ſunt ſigna, unum ꝙ urina in principio hypoſtaſim non habet, aliud uerò quia pulſus eſt uarius & diuerſus. 4. colliget. cap. 27.

Febris de cholera pura in corpore fieri non poteſt, quia talis de neceſſitate mortifera eſſet: quia cholera non eſt apta recipere aliquam digeſtionem niſi in hoc, ꝙ cum ſanguine eſt admixta, aut cum materia qua nutriuntur membra radicalia, hoc eſt ſanguis dealbatus. quarto colliget. cap. 31. de febre ſanguinea.

Febribus acutis propria eſt alienatio mentis. ibidem.

Febris ethicæ ſignum proprium eſt, ꝙ pulſus poſt tres horas aſſumpto cibo fit uelox & calor augmentatur quod in febribus putridis nõ euenit, quia calor extraneus in membris radicalibus non eſt fixus, ſicut in ethica. Membra autẽ agunt in cibum, & ideo cibus acquirit calorem extraneum & iſta eſt uera cauſa, & cauſæ alię datę à medicis ſuper hoc ſunt ſicut fabulæ cantatorũ, quia dicunt ꝙ cibus in talibus eſt ad ſimilitudinem aquæ proiectæ in calce quod eſt impoſſibile. Virtus nutribilis enim non poteſt tantum eſſe elongata à nutriente, ut ipſum eidem ſit contrarium, ſicut aqua calci reperitur. Quod unumquodq; iſtorum alterum corripit. 4. colliget. cap. 33.

Febris



Febris diffinitio eſt hæc, eſt calor compoſitus ex calore naturali et extraneo putredinali miſſo à corde in totum corpus, & lædit omnes actiones & paſſiones. 3. colliget. cap. 3. facit pro opinione Gentilis.

Felicitas praxis quædam eſt, eupraxis enim eſt. 2. phyſi. 58.

Felicitas eſt quædam uita & eſt in anima. 9. met. tex. cõ. 16. ubi Cõmenta. dicit ꝙ eſt qualitas uitæ nobilis.

Felle quędam animalia omnino carent, ut equus, mulus, aſinus, ceruus, Dama. ex. 4. de partibus anima. cap. 2.

Fel in eodem genere animalium quædam habent, quædam non habent, ut in genere murium, quod & homini accidit: quidam enim ſel in iecore habere uiſuntur, quidam uero carent. ex. 4. de partibus animalium. cap. 2.

Fel morborum acutorum cauſam Anaxagoras eſt arbitratus, & male. ibidem.

Fellis carentia non eſt cauſa longitudinis uitæ: nam multa animalia felle prædita diutius uiuunt, ut camelus & delphinus. ibidem.

Fellis priuationem uel in uictimis nonnuſquam percipi certum eſt: quippe cùm parte quadam agri Chalcidici Eubœę fel minimum pecori ſit. primo de natura aĩalium. cap. 18. uide in ſpeciali quæ animalia felle uacent, in. 2. de natura animalium. cap. 15.

Fellis paucitas ſequitur temperantiam & longitudinem uitæ. colliget. cap. 49.

Fel galli ueteris eſt illud qđ magis q̃ritur ĩ medicinis. ibidẽ.

Fœmina eſt mas occaſionatus. primo phyſi. cõmen. 81.

Fœminæ uiuunt pluſquam maſculi propter coitus paucitatem. ex libro de longitudine & breuitate uitæ.

Fœminæ authoritate Parmenidis ſunt calidiores uiris: Empedocles autem contrario opinabatur cum quo concordat Ariſto. in. 2. de partibus animalium. cap. 3.

Fœminæ inter inſecta coeuntia, & inter piſces ouiparos, et quadrupedia ouipara, magna ex parte ſunt maribus maiores. uide cauſam. 1. de generatione animalium. cap. 16.

Fœminę in uiuiparo genere animalium, minora corpora obtinent q̃ mares ob menſtruorum profluuium. primo de generatione animalium. capitulo. 19.

Fœminis eodem tempore ſeu ætate menſtrua fluere incipiunt quo maribus ſemen, & illa ætate qua mares amittũt generandi facultatem deſinit mulieribus mẽſtruorum profluuium. 1. de genera. animalium. cap. 19.

Fœminis fluentibus menſtruis non mariſcæ, non uarices, non fluxus ſanguinis narium contingere ſolet. ibidem.

Fœminæ ſunt minus uenoſæ q̃ mares, & lautiores, leuioreſq;. uide ibidem cauſam.

Fœmina non emittit ſemen. ibidem.

Fœminæ ſæpenumero concipiunt ſine ea, quæ per coitum fit uoluptate. ibidem.

Fœmina qua fœmina patiens eſt, & mas qua mas agens. 1. de generatione animalium. cap. 20.

Fœmina & mas in plantis non ſeparantur, ſicut in animalibus greſſibilibus. 1. de genera. aĩa. cap. 20.

Fœmina cùm eandem habeat animam, & materia excremẽtum fœminę eſt, deſiderat marem, quia ex ſeipſa generare non poteſt. uide cauſam in. 2. de generatione animalium. cap. 4. prope dimidium.

Fœmina in aĩalibus ĩ qbus eſt diſtinctio ſexus, ex ſeipſa generare nõ poteſt: quia mas eſt q perficit generationẽ, alioquin mas fruſtra eſſet. Sed ſi quod genus fuerit ꝙ fœmina ſit, & marem diſtinctum non habeat, id ex ſeipſo generare poteſt quod & ſi nondum dignum fide exploratum habemus, tamen facit ut ĩ genere piſcium dubitetur: eorum enĩ quos Rubeos ſeu Rubelliones, ut in genere piſcium uocãt, nullus adhuc uiſus eſt, ſed fœminæ omnes fœtu plenæ reperiuntur. Ariſtot. in. 2. de generatione animalium. cap. 4. iuxta dimidum capituli.

Fœmina cruditate frigiditateq; ſanguinei alimenti deſcribitur. Ariſto. in. 4. de genera. animali. cap. 1.

Fœminæ magis generantur nouella ac ſeneſcente ætate, q̃ in ætate florida. & uide cauſam in. 4. de genera. cap. 2.

Fœminę generantur auſtrinis flatibus, mares uerò aquilonijs. ibidem.

Fœmineum ſexum quaſi læſionem naturalem, & detrimentum putandum eſt. ex. 4. de genera. cap. 6.

Fœminarum mulier eſt maxime ſanguinea. 3. de natura animalium cap. 19.

Fœminę in pedeſtribus animalibus ex maiori parte ſunt minores, & minus uiuaces, quam mares, præterquam in mulorum genere: eius enim fœminæ & maiores & uiuaciores ſunt maribus. Ariſt. in. 4. de natura animalium. ca. ultimo.

Fœminæ piſcium uiuaciores maribus eo ꝙ uetuſtiores capiantur, eſſe conſtat. ibidem.

Fœminarum partes illæ quæ inferiores poſterioreſq; dici poſſunt, robuſtiores habent q̃ mares. ibidem.

Fœminę partes illas quas natura uelut arma animalibus tribuit, ut dentes, cornua, calcaria, & cætera id genus, aut nõ habent, aut imbecilliores habent q̃ mares. ibidem.

Fœminarum caro humidior eſt. ibidem.

Fœminę magis q̃ mares pediculum ſentiunt. 5. de natura animalium. cap. 31.

Fœminæ potiſſimum id temporis cuſtodiri debent, cum ſemen ferre incipiunt. 7. de natura anima. cap. 1.

Fœminæ ut plurimum matri, mares patri ſimiles procreantur. 7. de natura animalium. cap. 6.

Fœminæ omnes minus q̃ mares ſunt animoſæ, excepta panthera & urſa: fœminæ enim in his generibus uidentur eſſe animoſiores, cùm in cęteris ſint proculdubio molliores. 9. de natura animalium. cap. 1.

Fœminæ ſunt malitioſiores, aſtutiores, inſidioſiores, atq; in enutrienda prole ſollicitatiores maribus. ibidem.

Ferè eſt nota dubitationis. 2. phy. cõmen. 30.

Fermentum ponitur in pane, ad hoc ut faciat ipſum ſpongioſum, & in eo dominetur aereitas, & ſit facilis ad digerendum: propterea quia corpus aereum leuius eſt ad permutandum propter ſuam humiditatem, quia ſubſtantia ſicca eſt dura ad permutandum & ad digerendum. quinto colliget. cap. 26.

Ferrum & cornu mollificantur. quarto meteororum, tex. cõmen. 36.

Ferrum quod habet minorem purificationem melius eſt. ibidem. tex. cõmen. 40.

Fœtus qui forma animalis naſcuntur, augentur in utero per umbilicum. 2. de generatione animalium. cap. 5. in principio. & idem. 4. capitulo. ibidem.

Fibrorum duo ſunt genera. 3. de natura animalium. cap. 6.

Fides uulgi eſt fortior fide Philoſophorum. in prologo tertij phyſi. Commentator.

Fides nulli beſtiarum ineſt. 2. de anima. tex. cõmen. 157.

Fidem ſequitur ſuaſum eſſe, ſuaſionem autem ſequitur ratio. ibidem.

Fieri aliquid ex aliquo dicitur duobus modis, uel ex oppoſito uel ex ſubiecto. 2. metaphy. tex. commen. 7. idem primo phyſi. 58. 59. 61.

Fieri ſimpliciter eſt ſubſtantiarum, fieri ſecundum quid, eſt accidentium. primo phyſic. tex. cõmen. 62. & 1. de generatione & corruptione tex. cõmen. 11. & 18. & 5. phyſic. tex. cõmen. 7. & 8. phyſi. tex. cõmen. 46.

Fieri hoc ex hoc dupliciter contingit. 8. meta. tex. cõmen. 11. aut quia principium erit, aut quia ex reſoluto in principiũ.

Figura diuiditur in contraria ſecundum eſſe & non eſſe, ſcilicet in habens angulos & carens angulis. primo phyſico. cõmen. 41.

Figura diuiditur in contrarias differentias ſecundum famoſitatem, ſcilicet in rectam & rotundam. ibidem uide in cõcordantijs.

Figura eſt qualitas in quantitate in eo ꝙ quantitas. 7. phyſi. cõmen. 15. idem in prædicamentis.

Figuræ in hoc aſſimilantur formis ſubſtantialibus, quia nõ acquiruntur per ueram alterationem. ſeptimo phyſicorum commen. 16. idem in calce commen. 67. ſuper tertio cœli & mundi.

Figuræ diuerſitas non eſt ſecundum differentias ſubſtantiales rei, figura enim qualitas.7.phyſi.cõmen.19.

Figura ſphærica eſt ſubſtantia & natura prima ſecũdo cœli.tex.cõmen.22.

Figura rotunda eſt maximæ capacitatis & minimè paſſibilis.Gale.4.de utilita.parti.cap.7.

Figuræ ſphæricæ ad alias figuras proportio eſt, ſicut proportio ſubſtantię corporis cœleſtis ad alia corpora. Commentator.2.cœli.cõmen.22.

Figura cœli non eſt in eo accidentaliter ſicut eſt in elementis.2.cœli.commen.22.uide etiam quomodo elementa habeant figuram accidentaliter.in.3.cœli.cõmen.67.

Figuræ rotundæ non poteſt fieri additio. ſecundo cœli. tex. commen.23.

Figuræ ſphęricæ prioritas ad alias figuras ſecundum ſimplicitatem, unitatem, & diffinitionem, non eſt uerè, ſed ſecundum ſimilitudinem.2.cœli.cõmen.22.&.25.

Figura prima eſt primi corporis.ſecundo cœli. tex. cõmen. 26. & cõmen.22.

Figura ſphærica differt ab alijs figuris, quia quomodolibet mutetur axis, non ſequitur euacuatio loci aut repletio: ſecus autem eſt in alijs figuris.

Figura terræ fortè ita eſt, ſicut eſt de generatione & corruptione, quia uidelicet eſt ſeparabilis à parte, ſed non eſt ſeparabilis à toto.2.cœli.cõmen.103.

Figuræ omnes componũtur ex pyramidibus, rectilinea quidem ex rectilineis, ſphæra autem ex octo partibus.3.cœli.tex.cõmen.40.

Figuræ regulares ſunt finitę, enormes uerò ſunt infinitę. Cõmentator authoritate Themiſt.3.cœli.cõmen.40.

Figurę ſunt ex qualitatibus aſſociatis formis ſubſtãtialibus perfectis in hoc quòd non recipiunt diuiſionem.3.cœli.cõmẽ.67. Non intelligitur ut expoſuit Albertus magnus.3.cœli.trac.2.cap.8. quòd figuræ cõcomitantur formas ſubſtantiales perfectas, ſicut ſunt formæ animatorum: & ideo elementa ſecundum ꝙ ſunt elementa non habent figuras determinatas: unde non eſt propria figura niſi in corporibus animatis. Et ſic etiam intellexit præſentem authoritatem Henri. de Gãdauo in quolibeto.16.q.14. Nam etiam corpora inanimata ſunt figurata: quodlibet enim corpus figuratum eſt.3.phyſi.tex.cõmen.35.& quodlibet corpus aut pluribus, aut una ſuperficie continetur. ibidem. Et ideo dicamus ꝙ ſenſus ſecundum mentem Auer. eſt quod quęrit ſi formæ ſubſtantiales elementorum recipiunt magis et minus, pariformiter erit & de figuris eorum: et ſoluendo dicit quòd figuræ ſunt de qualitatibus quæ aſſociantur, ideſt aſſimilantur formis ſubſtantialibus perfectis, in hoc quòd non recipiunt diuiſionem, hoc eſt, quòd ſicut formæ ſubſtantiales perfectæ non recipiunt magis & minus, ſic etiã figura quæ eſt qualitas fundata in quantitate non recipit, neq; magis, neq; minus, & hoc declarant uerba ſequentia cùm ſubdit: Et ideo carent motu alterationis, ut declaratum eſt in.7.phyſic. & iſta eſt rei ueritas. Vnde ſicut in ſubſtantia non eſt motus, quia non recipit magis neq; minus, nec eſt ibi contrarietas, ut demonſtratum eſt in.5.phyſico.tex.cõmen.10. ſic etiam in 7.phyſic. demonſtratum eſt, quòd in quarta ſpecie qualitatis quæ eſt forma, uel circa aliquid conſtans figura non eſt motus alterationis. Et hoc ipſe Cõmentator expreſſe tenet, & ſeipſum declarat in.7.phyſi.in cõmen.16. & ex iſto loco patet quòd aliquid quod atteſtatur perfectioni poteſt reperiri in accidente, quod non inuenitur in forma ad quam concomitatur illud accidens, uel quod eſt coniunctum cum illa, ſicut tenentes potentias animę realiter diſtingui ab anima intellectiua patiuntur conſimilem difficultatem, quòd intellectus eſt plus eleuatus q̃ eſſentia animæ.

Contra Albertum & Hẽricũ de Gandauo.

Figuræ adinuicem non admiſcentur.3.cœli.cõmen.68.

Figura ſphærica et figura pyramidalis facilè pertranſeunt in re, & faciunt ad uelocitatem motus.3.cœli.tex.cõm.69. licet ex opinione antiquorum ibi loquatur Philoſophus.

Figura circularis non debet moueri naturaliter niſi circulariter.tertio cœli.cõmen.70.

Figura rotunda eſt magis remota à læſione ut probant caſtra, quæ turres rotundas ne à machinis ledãtur extruunt. Etiam figura rotunda plura continet, & eſt magis apta ad motum continuum.2.colliget.cap.11.

Figuræ per accidens competit incidere aut diuidere. tertio cœli.tex.cõmen.73.

Figuræ nihil eſt contrarium.3.cœli.tex.cõmen.74.

Figuræ non ſunt cauſæ ꝙ quædam ferantur ſimpliciter, aut ſurſum, aut deorſum, ſed eius quod uelocius aut tardius.4.cœli.tex.cõmen.42.

Figura acuta diuidit corpora continua citò, & ſimiliter corpus ualde graue.4.cœli.cõmen.44.

Figura eſt magnitudo quædam.2.de anima.tex.cõmẽ.133.

Finis duplex.2.phyſi.tex.cõ.24. aut ſicut forma eſt finis materiæ, aut illud cuius eſt res, dicitur finis rei.idem.2.de anima.tex.cõmen.37.finis cuius & finis cui.

Finis eſt nobilior his quæ ſunt ad finem. ſecundo phyſicor. 31.&.2.metaphyſic.tex.cõmen.8.& ſecundo phyſico.23.&.5.metaphy.tex.cõmen.3.

Finis generationis eſt alter à fine rei generatæ.2.phy.cõ.70.&.24.idem.8.meta.cõ.12.&.4.cœli.22.

Finis dicitur æquiuocè de forma & loco, ibidem.ĩ.4.phyſicorum, cõmen.14.

Finis non inuenitur abſq; eo, cuius eſt finis 4.phyſi.cõ.42.&.107.&.6.phy.cõm.32.3.de anima.cõm.5.contra Alexandrum.6.etiam phy.cõmen.57.

Finitum continuum unum finem habere nõ poteſt, ſed duos ſaltem.4.phyſi.tex.cõmen.91.

Fines ſunt in eo cuius ſunt fines.4.phyſi.tex.cõmen.107.& cõmen.42.&.120.&.129.

Finis non eſt de natura rei cuius eſt finis.4.phyſi.cõm.129.&.6.phyſi.cõmen.32.

Finis eſt indiuiſibilis, & differt ab illo cuius eſt finis.6.phy.cõmen.32.idem infrà tex.cõmen.46.

Finis rei non eſt res cuius eſt finis.6.phyſi.cõmen.32.

Finitum ad infinitum nullam rationem habet.8.phyſicorũ, tex.cõmen 15.

Finem deſtruens deſtruit etiam quę ſunt ante finem.8.phyſico.cõmen.24.

Finita ſemper eiſdem contingẽtibus magis accipiẽda ſunt, in his enim quæ ſunt natura, oportet finitum, & melius ſi contingat eſſe & magis.8.phyſi.tex.cõmen.48.conſimile 1.phyſi.tex.cõ.50.

Finitas actionis in duratione eſt à materia.8.phyſi.cõ.78.&.2.cœli.cõmen.38.

Finitum & infinitum agere ęqualem actionem in eodem tẽpore impoſſibile eſt.8.phy.tex.cõ.79.

Finitum & infinitum ſolũ de corporibus dici poſſunt.8.phy.cõmen.79.idem.1.phyſic.tex.cõmen.15.&.3.phyſic.tex.cõmen.35.&.36.

Finiti cuiuslibet diſpoſitio eſt habere principium & finem. primo cœli.cõmen.36.

Finitatis & magnitudinis cauſa eſt forma, & ideo ſi magnitudo eſt infinita, & forma etiam eſt infinita.1.cœli.cõmẽ.61.idem.1.cap.de ſubſtantia orbis, &.3.phyſic.59.&.60.65.68.67.72.idem.4.phy.tex.cõ.35.&.49.idem.3.cœli.cõmen.72. uide in concordantijs.

Finis duplex ſecundum primam intentionem, et ſecundũ ſecundam. ſecundo cœli.commen.17.&.21.idem.12.metaphyſi.cõmen.36.

Finis actio & finis paſſio.2.cœli.cõmen.17.

Finitas uigoris competit formis inquantum formæ ſunt, ita quòd talis finitas eſt communis formis exiſtẽtibus in materia, & formis ſeparatis à materia.2.cœli.cõmẽ.38.&.39.&.71. idem in.3.capitulo, libri de ſubſtantia orbis. uide in concordantijs.

Finium diuerſitas eſt cauſa diuerſitatis actionum. ſecundo cœli.cõmen.65.

Fines entium ſunt tres quos poſuit Ariſtote. uide ſecundo cœli.cõmen.65.

Finis



Finis eſt nobilior finito, & continens contento. ſecundo cœli.tex.cõmen.74.

Finis ſeu cuius gratia non actiuum eſt, ſanitas enim non eſt factiuum niſi ſecundum metaphoram: unde elicitur quòd finis metaphoricè mouet.1.de generatione & corruptione tex.cõmen.55.

Finis non ſeparatur à finito, neq; perfectio & complementum à ſuo perfectibili.2.de anima.cõ.22.

Finis ſeu cuius cauſa duplex eſt, hoc quidem cuius, illud uerò cui.2.de anima.tex.cõmen.35.&.37.idem.2.phy.tex.cõmen.24.uide Themiſtium.2.de anima.cap.14.

Fine omnia appellari, ſeu à fine omnia appellare iuſtum eſt 2.de anima.tex.cõmen.49.

Finalis cauſa eſt dignior omnibus cauſis.ibidem Cõmen.

Finis ſignificata agens ſignificatione neceſſaria, ſicut motũ ſignificat mouens.2.cap.de ſubſtantia orbis, quod ideo dixit, quia finis eſt propter quem agens agit. ex.2.phy. ubi animaduerte quantum deuiauerit Ioan. de Baccone et Grego. de Arimino in ſecũdo ſententiarũ, diſtinctione prima. tenentes in uia Commẽtatoris æterna habere finem, & nõ habere efficiẽs, cùm apertiſſimè totum oppoſitum probet ibi Commentator, ut bene patet inſpicienti & ponderanti uerba eius. Dicit enim quòd cum quidam ignorauerunt quòd duplex eſt agens, uidelicet pręcedens ipſum actum, & quoddam natura tantum, dixerunt Ariſt. non dicere cœlum habere cauſam agentem, ſed mouentem tantũ. & Cõmentator dicit quòd illud fuit ualde abſurdum. Vnde non eſt dubium in hoc quòd agẽs ipſum eſt mouens ipſum. Et iſti hanc opinionem quam ipſe reprobat, imponunt ipſi dicentes cœlum non habere cauſam niſi reſpectu motus & accidentium. O bone Deus quomodo ingenia præclara plerunq; hallucinantur in re clariſſima. Manifeſte enim Auerroes in illa digreſſione quam ex amore dicit ſe feciſſe, quia uidebat pleroſq; in hoc ſua tempeſtate errare, dicit: Tametſi cœlum non ſit corpus compoſitum ſed ſimplex, et non habeat prĩcipium intrinſecum, uidelicet materiam per quã poſſit corrumpi, ſic enim formaliter eſt neceſſe eſſe, quia tamen eſt finitarum dimenſionum & terminatarum ſuperficie terminante ipſum, & omne tale quum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe abſq; hoc quod aliud largiatur ſibi permanentiam & æternitatem, neceſſe eſt ut ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut eſt de finitate ſuæ actionis et ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam largientem ſibi permanentiam æternam, quemadmodum largitur ſibi motum ęternum. Vbi expreſſe Commentator uult, ꝙ ſi intellectus circumſcriberet ab orbe intelligentiam quid eſſet de orbe, ſoluit quòd erit ſicut eſt de motu: manifeſtum autem eſt quòd niſi intelligentia eſſet, motus non eſſet: igitur neq; ſubſtantia orbis eſſet, quia in eodem genere cauſę dependent motus & orbis ab ipſa, ſicut in iſtis forma et accidentia conſequentia formam dependent ab agente: Vnde licet orbis non poſſit deſinere eſſe per principium intrinſecum, quod eſt cauſa corruptionis, quia caret materia per quam res poteſt eſſe & non eſſe, poſſet tamen deſinere eſſe per ablationem principij ſeparati à quo eſſentialiter dependet tanquam à cauſa extrinſeca: cœlum enim & tota natura dependet à Deo glorioſo, et in hoc non eſt dubium in uia Auer. Vnde uide ſi placet ipſum in libro deſtructio. in diſputatione.3.in ſolutione.18.dubij. inquit enim Amplius quòd dat entium ſeparatorum à materia finem, eſt illud quod dat eis eſſe: Forma enim & finis ſunt idem et unũ in hac ſpecie entium. Ergo quod dat finem entibus illudmet dat formam, & illud quod dat formam eſt agens, ergo quod dat finem, hoc eſt, eſſe, eſt agens. Apparet idcirco quod primum principium eſt agens, & forma, & finis: & immorari in hoc eſt ſuperfluum.

Finis terminus eſt.2.metaphyſi.tex.cõmen.9.

Finis eſt melior alijs cauſis, quia aliæ cauſæ ſunt propter illam: forma autem eſt melior alijs, quia ſciẽtia rei per illam eſt perfectior q̃ ſcientia rei per alias.3.meta.cõmen.3.

Finis nõ poteſt eſſe priuatio eius cuius eſt finis. Themiſtius quinto, phyſicorum.47. ſic enim probatur ibidem, quietem in termino, ad quem tendit motus, non eſſe contrariam motui.

Finalis cauſa eſt magis manifeſta in rebus uoluntarijs q̃ in rebus naturalibus.5.meta.cõ.1.

Finita magis quàm infinita, & unum magis quàm multa oportet exiſtimare: eiſdem autem accidentibus ſemper finita magis accipiendum, in his enim quę ſunt natura, oportet finitum, et melius ſi contingat.8.phyſico.tex.commen.48. Vbi aduerte quòd iſtud eſt maximum fundamentum in uia peripateticorum, & quàmplures opiniones Ariſtotelis ſunt fundatæ ſuper hoc principio. & in libro de partibus animalium, capitulo quarto in libro tertio, expreſſe dicit: Vbicunq; fieri poteſt, unum quãplura eſſe melius eſt, loquitur enim ibi de principio uenarum, & probat quòd principium unum eſſe oportet, ubi fieri poteſt. Et ſuper hoc fundamento tenet cor eſſe primum principium omnium motuum & ſenſationum, contra medicos ponentes pluralitatem principiorum ſuper hoc principio. Etiam in.12.metaphyſi.unum eſſe principem uniuerſi concludit, quia pluralitas principantium mala, ex ſententia doctiſſimi Homeri in primo Iliados. Super hoc principio pretulit in primo phyſicorum, opinionem Empedoclis ponentis principia finita, opinioni Anaxagoras & Democritus, ponẽtium principia eſſe infinita, ut patet primo phy.tex.cõmen.50. Et ratio iſtius eſt quia Deus & natura nihil fruſtra faciunt. primo cœli.tex.cõmen.32. natura enim non abundat in ſuperfluis, immo euitat multitudinem quoad eius fieri poteſt: ut uidere licet in plantis & animalibuſq; per unum inſtrumentum ſæpe conſequuntur uarias utilitates, minuſq; habent ob id multiplicata inſtrumenta ex actionum diuerſitate ubi hoc fieri poteſt: ut patet in ſecundo de anima in inſtrumento anhelitus, quo natura utitur ad duas utilitates, & ad reſpirationem et ad formationem uocis, ut eſt in tex.cõmen.88. ubi dicit Ariſtoteles: Iam enim aere reſpirato utitur natura ad duo opera, ſicut lingua ad guſtum & locutionem. Et nota cùm ars imitetur naturam, quòd hoc etiam ueritatem habet in arte ſicut in natura, ut gloſat Commentator in primo phyſicorum, commen.50. dicẽs: Qui enim ſanare poteſt modica actione, agit actione artificiali: ſi autem laborauerit maiori actione, aget ocioſe & ſuperflue. Tene igitur in uia peripatetica, quòd in naturalibus ubicunq; apparentia ſaluari poſſunt ex uno aut ex finitis principijs, unitas multitudini, et finitas infinitudini eſt p̃ferẽda.

Finis quarundam rerum eſt agere tantum, & finis quorundam eſt aliquod actum.9.metaphy.tex.cõm.16.

Finis penes philoſophum dicitur tribus modis, unus ad quẽ res neceſſariò tendit, & hic abſolutè dicitur finis. Secundus eſt ſicut forma dicitur finis eſſe materiæ, et hic apparet finis entis ſeparabilis. Tertius eſt ut eo exiſtente ſtent res per ipſum ordinatè, & hic finis cauſarum appellatur: ſicut dicitur exemplariter quòd terra eſt finis uaſorum quæ per eam fiunt. Auerroes.6.colliget.cap.1.

Finis non omnium rerum optimus eſt, alioquin finis unus omnium rerum eſſet fingendus, ſed id rei cuiq; melius eſſe dicendum eſt, quòd maximè ſit cuiq; naturæ congruum atque idoneum. Themiſtius.2.phy.ſuper.tex.4.

Fines corporum diuerſantur ſecundum diuerſitatem naturarum corporum.4.phyſi.cõmen.36.& primo capitulo de ſubſtantia orbis.idem primo cœli.cõmen.72.

Finitum eſt quicquid à ſua parte menſuratur.6.phy.61.

Flamma ſpiritus aut fumus ardens eſt. quarto meteororum. tex.cõmen.48.

Flamma eſt fumus ardens, fumus autem eſt ex aere & terra 2.de generatione & corrup.tex.cõmen.28.

Fluuij & uenti conſtituũtur per motum.1.de anima.cõ.36.&.37.idem.8.phyſi.40.&.20.

Flexibilia ſunt illa, quæ poſſunt redire à rectitudine ad flexibilitatem ſeu curuitatem, ut uirgę humidæ & calami. Commentator in.4.meteororum.in ſumma.

Phlegmaticum corpus ſi ad ætates reſpicias non eſt dare, ui

delicet frigidum & humidum, quia ætas ſenum eſt frigida & ſicca. Galenus in.6.de accidenti,& morbo prope finem.

Flamma magis urit quam aqua feruens. ex ſecundo de partibus animalium.cap. ſecundo licet aqua feruens magis calefaciat quàm flamma.

Phlegma eſt materia remota membrorum conſimiliũ, quia non fiunt ex ea niſi conuertatur in ſanguinem, ſed cholera & melancholia nõ ſunt aliquo modo in materia membrorum. ſecundo colliget. cap.1.nec propinqua nec remota, idem uide ibidem capi.8.de iuuamentis membrorum. ubi reddit cauſam quare natura phlegmati non ordinauit receptaculum, ſicut fecit choleræ & melancholiæ.

Phlegma eſt ſanguis diminutè decoctus, & aliter dicitur eſſe ſuperfluitas ſanguinis, aliter utraq; cholera.2.colliget. cap.3.de iuuamentis membrorum conſimilium.

Phlegma non naturale eſt quatruplex. ex.3.colliget.cap.6.

Phlegmatica apoſtemata quædam fiunt à phlegmate groſſo, quædam uerò à phlegmate ſubtili.3.colliget.cap.6.

Flumen quantò magis elongatur à ſuo ortu, tantò eſt deterius: & propterea noſtrum flumen melius eſt in Corduba ꝗ in Sibilia, propter crementum & decrementum, & propter admixtionem aquæ ſalſæ, in eo quãuis non ſentiatur. 5.colliget.cap.38.de aquis.

Flumina, flumen, et flabra ſeu uenti ita ſe habẽt ꝙ in eſſentia eorum eſt motus, flumen niſi fluat nõ erit amplius flumen ſed aqua aut colluuies: flabra niſi flentur non erunt flabra ſed aer aut uapor: nihil enim aliud uẽtus eſt niſi fluctus aeris. Themiſtius primo de anima. cap.19. idem Commen. primo de anima.cõ.36.&.37.

Phlebotomia, ut dicit noſter chariſſimus Auenzoar, non debet fieri niſi poſt corporis mundificationem: quia quando uenæ ſunt à ſanguine inanitæ, ſugunt ſuperfluitates malas ad nutriendum ineptas, & ab his malam acquirunt complexionem: ſicq; flebotomia erit cauſa maioris conſtipationis uentris, quia membra ſugendo ſuperfluitates fæculentas, magis exiccant.7.colliget.cap.1.

Phlegma non eſt cauſa caniciei, ut quidam putant. Auer.in 5.de generatione animalium, capitulo de caluicie. & ibi uide cauſam.

Formæ naturales licet non moueantur, tamen ſunt naturales, quia ſunt in mobili.1.phyſi.com̃.11.Ex quo ſequitur ꝙ ſi intelligentia eſſet forma cœli, eſſet naturalis conſiderationis quidditatiue, contra Groſsipedales.

Forma eſt principium generationis per ſe, et priuatio per accidens.1.phy.64.67.&.71.75.&.79.

Formarum aliæ ſunt in materijs, aliæ uerò nõ in materijs.1. phy.cõ.ultimo idem.12.meta.cõ.25.&.2.phy.cõ.26.

Forma ſubſtantialis non eſt in ſubiecto per quod ipſa ſuſtentetur ſicut accidentia.2.phyſi.cõmen.4.&.2.de anima 4.&.8.commentis.

Forma comprehenditur per intellectum.2.phyſi. cõmẽ.10. idem primo cœli.cõmen.92.&.12.metaphyſi.cõmen.14. uide in concordantijs.

Forma non ſeparatur à materia in eſſe, ſed ſecũdum diffinitionem tantum.ſecundo phyſi.tex. cõmen.12.idem primo cœli.cõmen.92.&.8. metaphy.cõmen.8.

Forma eſt dignior natura ꝗ materia.2.phy.tex.cõ.12.& primo cœli.cõmen.5.&.5.metaphy. cõmen.5.idem.7.&.8. metaphy.utrobiq; tex.cõmen.7.

Formæ artificiales licet ſint accidentia in corporibus naturalibus, tamen conſtituunt res artificiales ſecundum ꝙ ſunt artificiales.ſecundo phyſic. cõmen.13.uide idem ſecundo de anima.cõmen.8.

Formæ naturales quanquam à materia animo & cogitatione eximuntur, non tamen poſſunt actu aut ſubſtantia eximi.Themiſtius.2.phyſic. ſuper tex.26.idem habet ibidem tex.cõ.12.& Cõmenta.12.meta.com̃.39.

Formæ quædam ſunt magis ſeparabiles à materia ꝗ quędã 2.phy.cõ.19.uide.6.meta.tex.cõ.2.

Formæ habent duplex eſſe, ut eſt declaratum in ſcientia de anima, ſenſibile & intelligibile. Nam formæ inquantum formæ non habent tertium eſſe. ex paraphraſi metaphyſic tracta.4.colũna.6.

Forma relatiuè dicitur ad materiam.2.phy.tex.com̃.26.

Forma per ſe cõſideratur à naturali & materia propter formam.2.phyſi.cõmen.26.& tex.cõ.91.

Forma ultima ad quã peruenit materia, eſt forma hominis. ſecundo phyſi.cõmen.26.

Formæ naturales ſunt in materijs.2.phy.tex.com̃.26.&.3. cœli.tex.cõmẽ.primi.Nota tamen ꝙ habet ueritatem ut in pluribus, quia fallit in intellectu. uide in.6.metaphyſi. tex. cõ.primi.propter Alexan. & ſequaces qui aliter intellexerunt iſtam propoſitionem uerificari: & ſic ſolue infinitas authoritates Petri pomponatij de mortalitate intellectus.

Formarum abſtractarum conſideratio ſecũdum quòd ſunt abſtractæ & de quidditatibus earũ eſt primæ philoſophię non ſcientiæ naturalis.ſecundo phyſic. cõmen.26.pondera reduplicationis notam.

Formarum abſtractarum eſſe conſideratur in ſcientia naturali, non in prima philoſophia, contra Auic.2.phy. cõ.26. & primo phyſi.cõmen.ultimo.& in lib.deſtru.diſpu.4.in ſolutione quinti dubij.8.phy.cõ.3.

Forma triplex, compoſitionis, alterationis, & utriuſq; ſimul ſecundo phy.tex.cõmen.31.

Forma exemplar ab Ariſto.nuncupatur, non eo modo quo hi qui ideas poſuere ſeparatas quaſdam ſpecies, atq; ipſas per ſe nullo innexu materię ſubſiſtẽtes: ſed propterea quia definita, præſcriptaq; eſt omnium forma quę à natura proueniunt. Themiſtius ſecundo phyſic.28.idem Cõmenta. 12.metaphy.cõmen.18.in illa parte: Et hæ ſunt ideæ quas comminiſcebatur Plato.

Forma eſt actio agentis, & eſt illud quod exiſtit in recipiente.ſecundo de anima.tex.commen.24.ubi dicitur: Videtur etiam in diſponente & diſpoſito actiuorum ineſſe actus. uide in contractionibus nuper æditis.

Forma non ſequitur neceſſario naturam materiæ, ut opinati ſunt antiqui.2.phyſico.cõmen.74.&.87.uide Ariſto.expreſſe contra antiquos in.5.de generatione animaliũ.ca.1. & ibidem require cauſam erroris eorum.

Formis non accidit nobilitas niſi ſecundum ꝙ forma eſt finis.2.phy.com̃.74. Vnde Commẽtator inde colligit in mathematicis non eſſe nobilitatem, quod ſic intellige: cùm lineæ & magnitudines naturales & mathematicę ſint eadẽ tamen forma magnitudinis non habet rationem boni, niſi ut eſt terminus et finis generationis naturalis, aut terminus corporis ſenſibilis, non autem abſolute inquantum magnitudo eſt abſtrahẽs à tali motu, & ſenſibili eſſe, ſicut eſt dũ eſt in ſola imaginatione: ſic enim propoſitiones geometrię ſunt fundamenta imaginationis.3.phy.com̃.60.& iſto modo intelligitur uulgata propoſitio, ꝙ in mathematicis non eſt ratio boni neq; finis in reſpectu quo à naturali conſiderantur: nam bonum & malum ſunt in rebus, & in tali eſſe conſiderantur à naturali: ſed à Mathematico conſiderãtur, ut ſunt in imaginatione huiuſmodi & eſſe tale eſt eſſe in anima, & eſſe in anima eſt eſſe diminutum.6.metaphyſic. cõmen.& tex.ultimo. Sic in ſimili dicimus quòd aurum in mente non mouet in ratione finis, quia aurum non primo illo eſſe apparet, ſed pro eſſe reali quod habet in burſa: ſic enim mouet ut finis, ſicut dicit de balneo Commentator. 12.metaphyſi.cõmen.36.Non intelligas autem in ſcientijs mathematicis non ineſſe nobilitatem & bonitatem in uia Peripateticorũ, quicquid de Platone dicatur in hoc, ut aliàs declaraui, uide in concordantijs.

Forma eſt cauſa terminationis & continentiæ.3.phyſic. tex. cõ.67.idem.1.de anima.cõmen.90.

Forma ſi ex ea eſſet infinitum, poſſibile eſſet inuenire corpus infinitum in actu.3.phy.cõmen.67.

Forma eſt cauſa quòd omnis res ſit una, & forma eſt indiuiſibilis per ſe.tertio phyſicorum, cõmen.68.idem ſecundo de anima.tex.commen.7.idem primo de anima. commen.90.&.53.idem.3.meta. cõmen.15.1.cœli.92.8.metaphyſic. cõmen. ultimo.7.metaphyſicæ, commẽto quinto, 37.&



37.&.60.2.de aĩa.2.7.8.9.60. 8. meta.tex.cõ.3.&.cõ.7. Caueant igitur ponentes primum principium indiuiduationis materiam & unitatis numeralis.

Cõtra ponentes primũ principiũ indiuiduationis eẽ materiã

Formæ in rebus gñabilibus quodãmõ ſunt formę, & quodã modo ſunt fines.4.phy.11.&.2.phyſi.tex.cõ.70.

Forma, totũ, & cõpoſitio ſunt idem ſubiecto, & differũt ſm modum, uide Them.2.phyſi.ſuper tex.31.

Forma eſt ultimum rei quam continet.4.phyſi.cõ.14.

Forma eſt determinans dimenſiones & materiam.4.phyſi. com̃.15.&.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Formæ ſeparatio à materia eſt eius corruptio, & eſt unũ de poſitis à naturali.4.phyſi.com̃.17.idem.5 phyſi.cõmen.5. &.4.cœli.cõmen.23.

Formæ ſeparatio & loci differunt.4.phyſi.cõ.17.

Forma aliter dicitur eſſe terminus, & aliter locus.4.phyſic. tex.cõmen.35.& uide Them.ibi notantem prę́ſſius, loquẽdo formam non nũcupari terminum, ſed rationem & ꝗd quid erat eſſe rei.

Forma non mouet neq; mouetur, quoniam motor & motũ ſunt compoſita ex materia & forma.5.phy.cõmen.& tex. 3.& ibidem.cõmen.5.

Formas qui finxerit moueri, non eſt loquendum cum eo in philoſophia naturali.Comen.5.phyſi.com̃.5.

Forma ſumitur tribus modis, largè, propriè, & magis propriè.5.phyſi.cõmen.5.

Formæ & paſſiones ſi ſunt in ſubſtantia corporum, neceſſe eſt ut moueantur & fluant, quia neceſſe eſt ꝙ omne quod inuenitur in corporibus motis & fluentibus, moueatur & fluat. Cõmenta.5.phyſi.cõmen.37. Caueant ergo qui de mente eius tenent quãlibet intelligẽtiam dare eſſe cœlo ꝑ formalem inhærentiam. Accideret enim per uitam meam ineuitabiliter intelligentiam moueri per accidens. Et mirũ eſt de iſtis Groſſipedalibus ꝙ in tali paſſione manifeſti erroris, non exceperint primam in qua nulla prorſus eſt potentia.3.de anima.com̃.5.

Contra Groſſipedales ponẽtes itelligẽtiã dare eſſe ꝑ formalẽ inhærentiam,

Forma eadem poteſt agere diuerſas actiones in tẽporibus diuerſis.5.phyſi.com̃.38.

Forma eſt indiuiſibilis.6.phy.com̃.45.&.3.phy.68.

Forma quælibet exiſtens in materia eſt diuiſibilis ad diuiſionem ſui ſubiecti.8.phy.tex.cõmen.78.aliter demonſtratio illa Ariſtotelis nulla eſt.

Formæ in materia contrarię ſunt, & ſi eſſet forma in materia ſine contrario, tunc natura ocioſè egiſſet. primo cœli.com̃. 20.idem.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Formæ diuerſarum naturarum innatę ſunt habere materias diuerſæ quantitatis, cùm diuerſitas formarũ ſit cauſa diuerſitatis quantitatum.1.cœli.com̃.72.

Formæ acceptio ut eſt abſtracta à materia, & ut concernit materiam differens eſt.1.cœli.tex.cõ.93.

Formæ exiſtentes in materia multiplicari poſſunt ſecundum numerum, quando aliquid remanet materiæ extrà: ſi uero tota materia comprehenſa fuerit in uno, nequaquam primo cœli.tex.com̃.93.

Forma eſt ſubiectum uniuerſalitatis, & is eſt intellectus cuiuslibet formę: & ideo dicitur in diffinitiõe uniuerſalis, qđ eſt illud quod aptum natum eſt prædicari de pluribus.primo cœli.cõmen.92.

Formæ ſubſtantia alia eſt ſubſtantia materiæ, & hoc manifeſtum eſt.primo cœli. cõmen.92.&.2.phyſi. cõmen.12. &.8.metaphyſi.cõmẽ.8.

Forma eſt aliud ab habente formam.1.cœli.cõmẽ.93.&.7. metaphyſi.21.&.26.27.&.60.

Formæ generaliter in omnibus quę ſunt apud nos, ſunt cauſa permanentiæ entium in aliquo tẽpore.2.cœli.cõmẽ.6. idem primo de anima.cõmen.90.

Forma eſt ante priuationem.2.cœli.tex.cõ.18.

Formam inquantum forma impoſſibile eſt augeri in infinitum.3.cœli.cõmen.6.

Forma patris prior eſt materia filij tẽpore, & natura.3.cœli com̃.25.idem.9.meta..tex.com̃.13.

Forma inquantũ forma mouet, & mouetur inquãtum eſt in materia.3.cœli.com̃.28.&.4.cœli.cõ.22.

Forma ad materiam eſt ſicut continens ad cõtentum: 4.cœli.tex.cõmen.35.&.1.de anima.tex.cõmen.90.

Formę elementorum ſunt diminuti eſſe.4.cœli.cõmen.40. &.3.cœli.cõmen.67.

Forma quantò magis fuerit perfectior, tantò magis erit manifeſtior, ut ſit accepta in diffinitione accidentium in formato, & quantò magis fuerit diminuti eſſe, tantò magis erit è conuerſo. Et ideo uidemus ꝙ calidum, & humidum, & frigidum, & ſiccum ſunt cauſæ in formis elementorum, & ſunt cauſatæ in formis animalium.4.cœli. cõmen.40.ubi ponderabis ipſum ſequi opinionem Alexandri, ut ex prætextu uerborum elici poteſt.

Forma eſt manifeſtior in membris officialibus ꝗ in mẽbris conſimilibus, cuius argumento eſt ꝙ mortuus magis dicĩt habere carnem aut os, ꝗ manum aut brachium.1.de generatione & corruptione.tex.com̃.37.

Forma inuenitur duobus modis ſicut ſcientia & ſicut conſiderare.2.de anima.tex.cõmen.2.&.5.

Forma ſubſtantialis ęquiuocè dicitur eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto, quia ſubiectum accidentis eſt ens in actu, ſed ſubiectum formæ ſubſtantialis eſt ens in potẽtia, & præcipue primum ſubiectum quod nõ denudatur à forma ſoino.2.de anima.com̃.4.idem.1.phy.cõmen.63.&.1. cap.de ſubſtantia orbis. Sed quid dicemus de qualitatibus interminatis, & uniuerſaliter de accidẽtibus interminatis, quorum ſubiectum eſt prima materia, ut uult Cõmen. niſi eſſet ꝙ differunt adhuc talia accidentia à forma ſubſtantiali per aliam differẽtiam poſitam per Auer.in eodem com̃. 42.de anima.& eſt quia forma ſubſtantialis eſt pars eſſentialis ſubſtantiæ compoſitæ, ſed nullum accidens ſiue terminatum ſiue interminatum eſt pars ſubſtantiæ.

Accidentia interminata.

Formæ rerum naturalium cùm fuerint ablatæ, auferuntur materiæ, & nullum ens remanet niſi æquiuocè.2.de anima.tex.cõmen.8.ſecus autem eſt de forma artificiali, ut ibidem dicitur.

Forma eſt propter quã attribuĩt primitus actio enti, & iſta conuertitur.2.de anima.cõ.24.idem.2.phyſic.17.&.2.de generatione & corruptione.tex.com̃.53.

Formæ materiales non ſunt ſeparabiles.3.de anima.cõ.4. idem.4.phyſi.cõ.18.&.3.cœli.cõ.31.

Forma nulla eſt liberata à potentia ſimpliciter, niſi prima forma quę nihil intelligit extra ſe, ſed eſſentia eius eſt quidditas eius: aliæ autem formæ diuerſificantur in eſſentia & quidditate quoquo modo.3.de anima.cõmen.5.in ſolutione quæſtionis tertiæ.

Forma eſt indiuiſibilis per ſe, ſed eſt diuiſibilis per accidẽs. 3.de anima.tex.com̃.24.

idem habes columna precedenti.

Formæ extra animam habent eſſe materiale purum, & in anima ſpirituale purum, & in medio habent eſſe medium in ſpirituale & corporale. Auerro.in commento libri de ſenſu & ſenſato.

Formę hñt tres ordines, quorũ unus eſt corporalis, ſecundus eſt in ſenſu cõmuni, & eſt ſpiritualis, tertius ẽ in uirtute imaginatiua, & eſt magis ſpiritualis.ibidem.Auer.

Forma in ſenſu cõi ſtatim definit i abſentia ſenſibilis, & tũc uirtus imaginatiua imaginabitur illam.ibidem.

Formæ uniuerſales non indiuiduantur niſi per materiam. Cõmenta.in cõmento libri de diuinatione ſecundum quietem.idem primo cœli.tex.cõmen.92.& primo.meta.com̃. 40.&.12.meta.cõmen.14.

Formam unam habere niſi unum ſubiectum impoſſibile ẽ. 1.cap.de ſubſtantia orbis.

Forma compoſiti quantò magis fuerit remota à formis ſimplicium, tantò magis erit contraria illis formis, quapropter actio ſimplicium fortior eſt in ea. Cõmenta.in cõmento libri de longitudine & breuitate uitę.

Formæ omnes cõmunicant in dimenſionibus non terminatis.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Formæ corporum cœleſtium ſunt abſtractæ in eſſe, & non ſunt neq; in toto, neq; in parte, neq; in diuiſibili, neq; in in

diuiſibili. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Forma abſtracta differt à formis conſtitutis in eſſe per ſubiectum, quia in ea idem eſt efficiēs & finis: ſecus in formis conſtitutis in eſſe per ſubiectum, quia forma à qua moueẽ dicitur à forma ad quam mouetur. primo cap. de ſubſtantia orbis. idem. 12. metaphyſi. com̄. 36.

Formas remanere & res quarum ſunt formæ deficere impoſſibile eſt, quia tunc non eſſet generatio neq; corruptio. Cōmenta. 1. metaphyſi. com̄. 33. ubi etiam dicit, ꝙ impoſſibile eſt exiſtimare formas eē abſtractas à ſubſtātijs, quarum ſunt formæ. Caueant igiẽ qui ponunt de mente Auer. animam intellectiuam eſſe formam dantem eſſe formaliter homini, quia tunc homo non eſſet generabilis & corruptibilis inquantum homo. Vnde quæcūq; ſolutio daretur eadem dabitur à Platone cōtra quem arguit Philoſophus ibi de idea, ut patet conſideranti.

*Cōtra aſſerētē aīam ītellectiuā ſm̄ Auer. darẽ eē formalr̄ hoī.*

Formas ſpecificas eſſe ꝓprias in materijs, licet ſit principiū in philoſophia: aliqui tamen negauerunt illud ut Auicēna, q cum ſua famoſitate dixit hoīem generari ex terra ſicut murem. 2. meta. cō. 15. uide. phyſi. com̄. 46.

Formæ formarum conſiderādæ ſunt in ſcīa diuina. 4. meta. cōmen. 2. ubi Auer. in calce cōmenti dicit ꝙ formę, quas quidam dicunt, conſiderandæ ſunt in hac ſcientia, ſicut enim apud dicentes eas formas formarum entium cūm hæc ſciētia conſiderat de formis, igitur cōſiderat de formis: formarum. Vbi animaduerte ꝙ hoc dicitur propter ideas Platonis, qui exiſtimabat eas eſſe extra animam, & appellabat eas formas formarum: & ſi tales formæ eſſent, pertinerent ad ſcientiam diuinā, quia eſſent de numero entium abſtractorum ſecundum eſſe. ¶ Et ex hoc loco uolo tibi declarare locum adhuc non intellectum in doctrina Cōmenta. in. 2. phyſi. cōmen. 26. ubi in calce cōmenti ſcribit, ꝙ ſcientia naturalis de eſſe formarum cōſiderat quouſq; perueniat ad ultimam formarum materialium, & primam abſtractarum, aut ad formas formarum quæ ſunt medię in eſſe inter illas, ſicut exiſtimaẽ de forma hominis ultima, ꝙ cum diſiunctiua detur per membra oppoſita. Dico ſenſum eē ꝙ naturalis ſcientia quo ad quidditatiuam conſiderationē de eſſe formarum. i. de eſſentijs formarum ſe extendit incluſiue uſque ad illam formam, quę eſt ultima inter formas naturales, & eſt prima inter abſtractas, ſcilicet uſque ad formam hominis ultimam. i. ad animam intellectiuam, quia aſcendendo ex iſtis. inferioribus progrediendo uſq; ad primam formā, quæ eſt Deus glorioſus, anima eſt ultima inter formas habentes habitudinem ad materiā, & eſt prima inter abſtractas, licet deſcendēdo à primo ad infima intellectus hominis ſit poſtremus īter abſtracta, ut patet. 3. de anima. cō. 19. Quia autem opinio Cōmenta. fuit, conſiderationem quidditatiuam de intellectu hominis pertinere ad naturalem, ut patet. 3. de anima. cōmen. 17. & alibi, ideo incluſiue ſe extēdit uſq; ad animam intellectiuam, aut ſe extendit uſq; formas formarum quæ ſunt mediæ in eſſe inter ipſas. ſ. uſq; ad ideas excluſiuè, quia conſideratio de ideis, ſi eſſent, pertineret ad ſcientiam diuinam, ut dicit Cōmenta. in cōmento p̄ſenti, & ideæ à ponentibus illas appellabantur formæ formarum, & erant mediæ in eſſe ſecundum Platonem inter formas immerſas in materia, & inter formas ſimpliciter abſtractas. Ita ꝙ Cōmenta. uoluit in iſtis uerbis obſcuris aſſignare terminum cōſiderationis quidditatiuæ naturalis & incluſiue terminantem, & iſta eſt anima intellectiua, & terminum excluſiue terminantem ſi daretur, & ſunt Platonis ideæ, & non poteſt aliter intelligi, quia nil melius eſt, quàm Auer. per Auerroem interpretari. Et hoc cōcordat cum his quæ dixerat Cōmenta. in eodem cōmen. 26. ubi exponens illud dictum Philoſophi: Quæ ſunt ſpecies ſeparatæ in materia. dicit: Et dicit hoc quaſi contradicendo dicentibus formas ſeparari. Ecce quomodo uerum uero conſonat ex omni parte: & ideo illa uerba ſic per parentheſim debēt legi, uidelicet ꝙ conſideratio naturalis ſe extēdit uſq; ad formā ultimam materialium & primam abſtractarum, ſicut exiſtimatur de forma ultima hominis, & hoc eſt primum mēbrum, aut ad formas formarum quæ ſunt mediæ in eſſe inter illas. ſ. ad ideas quæ ſunt mediæ inter ſimpliciter abſtractas, ut eſt Deus, & ſimpliciter materiales, ut ſunt iſtæ formæ ſingularium.

*Nota locū in Auer. adhuc non intellectū.*

Formæ quædam ſunt magis ſeparabiles à materia, & quædam minus. 2. phyſi. tex. cōmen. 18. & 19.

Formæ quæ indifferenter poſſunt concipi & diffiniri abſq; materia ſenſibili & cum materia ſenſibili, ſunt illæ in quibus commūicat naturalis cum mathematico. Cōmenta. 2. phyſi. cōmen. 18.

Formarum ſunt multi ordines. ſ. abſtractæ à materia & non abſtractæ. 2. phyſi. cōmen. 26. & 1. phyſi. cō. ulti.

Forma eſt ſpecies & exemplar, hæc autem eſt ratio & quod quid erat eſſe rei. 2. phyſi. tex. cōmen. 28. ubi pondera dictū Alexandri, quod etiam abbreuiator eius Themiſtius ibidē annotauit, quod Ariſto. non appellat formam exemplar eo modo quo hi, qui ideas poſuere ſeparatas quaſdam ſpecies atq; ipſas per ſe nullo nexu materiæ ſubſiſtentes, ſed propterea quia diffinita pręſcriptaq; eſt, omnium eorum forma quæ à nā proueniunẽ, hominis, equi, bouis, fici, olei, platani, etiam illud principium unde hæc oriuntur eatenus pergit mouendo & exercendo materiam, donec forma illa & ſpecies materiæ coaptetur & cōgruat plene atq; perfecte. Vnde, ut inquit Alexāder, forma eſt tanq̃ ſcopus & naturæ intētio. Fortè etiam, ut notat Simplicius, forma naturalis quę in materia exiſtit, illa enim ibi diffinitur, & ea ratione exēplar dicitur, uidelicet reſpectu artis: iam enim Philoſophus multotiens dicere conſueuit artem imitari naturam, & iam ibidem in tex. 21. dixerat.

*6. tho ppq 44 ar 3.*

Forma recepta habet tres gradus, primum corporeum, ſecūdum ſpiritualem, & iſte eſt in ſenſu cōmuni: tertius autem eſt ſpiritualior, & iſte eſt in imaginatiua uirtute, & ab iſto gradu deuenit ad alios gradus altiores & nobiliores. 3. colliget. cap. 38. de uiſu & uidentibus.

Forma eſt ſubſtantia per quā indicium ſubę ſit ſubſtantia. 5. meta. tex. cō. 15. idem. 2. de anima. te. com̄. 2.

Forma eſt finis materiæ & compoſiti ex mā & forma, ut forma hominis eſt finis ſuæ materiæ, & finis hominis qui cōponitur ex forma & materia. 5. meta. tex. cōmen. 22.

Forma eſt finis, perfectum autem eſt habens finem. 5. meta. tex. cōmen. 29.

Forma ſpēi diuiditur in genus & differentiam. 5. metaphyſi. tex. cōmen. 30.

Formæ ut ſunt genera & ſpecies ſeu differentiæ differunt à ſeipſis, ut ſunt formæ tātum: illas enim genus eſſe aut differentias accidit illis. 5. meta. cōmē. 30. idem. 7. meta. cō. 46. ubi colligitur ꝙ uniuerſale poteſt ſumi duobus modis, & ꝓ prima intentione & pro ſecunda.

Forma eſt cauſa ſubæ demonſtratæ, & ſubæ demonſtratæ non ſunt ſubſtantiæ niſi per illam. 7. meta. cōmen. 5. idem in. 2. de anima. cō. 2. 7. & 8. meta. cōmen. 7. idem. 1. de anima cōmen. 90. & 2. phyſi. cōmen. 4.

Forma ſecundum illum modum ſecundum quem eſt prior materia, eodem modo eſt prior compoſito. 7. meta. tex. cō. 7. ubi, aduerte de mente Cōmenta. ibi, & in. 8. metaphyſi. in tex. com̄. 7. & in. 2. phyſic. com̄. 4. formam eē magis ens & magis ſubſtantiam q̃ ſit compoſitum, quia textus iacet ꝙ eadem ratione forma eſt prior eo quod ex utriſq;, & ita cōmuniter inuenitur litera hodiernis temporibus, & etiam in quibuſdam græcis codicibus. Simplicius tñ in. 2. phyſi. auſculta. & Argyropylus aliter legit locum iſtum in recto, & ſenſus ē ꝙ propter eandē rationem illud quod ex utriſq; compoſitum eſt, eſt magis ens utriſq;. ſ. materia & forma: unde tenuit Simplicius ſubſtantiam compoſitam eē magis ens & ſubſtantiam quàm ſit materia & forma, & forma eſt magis ens quàm materia, & iſta fuit etiam opinio Alexan. ut recitat Cōmenta. in. 12. primæ philoſophiæ. Hanc opinionem ſequuntur Diuus Thomas & Scotus, & ferè omnes Latini, ſed Cōmenta. eſt alterius opinionis. uide in cōcordantijs de hoc, & in quæſtionibus Miſcellaneis in proprio quæſito.

*Alex. i lib. naturaliū qōnum.*

Forma non eſt eſſentialiter in materia neq; priuatio, quoniā ſi aliqua forma eēt eſſentialr̄ in materia, tunc materia non reciperet omnes formas. 7. meta. com̄. 8. idem. 1. phy. com̄. 63. & 69. & 79. & 1. cap. de ſubſtantia orbis. idem. 3. cœli com̄. 67. uide tamen Alexan. pulchre in. 1. libro naturalium quæſtionum caplo uel quęſtione ultima: ubi pulchre declarat quomodo forma, licet non ſit ꝑ ſe in materia primo modo dicendi per ſe, & ſimiliter de priuatione. Si tamē loquamur de per ſe ſecundo modo, de quo meminit Ariſtote. & Theophraſtus in poſterioribus analyticis, & eſt quādo aliquid per ſe ineſt alicui, quod ponitur in ratione dicente, qd eſt, ſicut par & impar per ſe inſunt numero, quia numerus ponitur in ratione iſtorum: ſic forma materialis ꝑ ſe ineſt materiæ & priuatio etiam, quia materia ponitur in ratione iſtorum & non contrà. Et ita quando Cōmen. dicit ꝙ forma & priuatio non ſunt eſſentialiter in materia, intelligitur eſſentialiter primo modo & non ſecundo mō, nam ut ſcribit Cōmenta in. 2. de anima. cōmen. 67. iuxta doctrinam Ariſto. in. 1. poſterio. analyti. duo ſunt modi propoſitionū eſſentialium: unus in quo p̄dicatum eſt cauſa ſubiecti, ſicut dicēdo, ꝙ homo, eſt rationalis: alius, ubi ſubiectum eſt cauſa prædicati, ut homo eſt uiſibilis.

Forma habet intentionem magis ſeparabilem q̃ materia. 7. meta. tex. com̄. 8. ubi Cōmenta. dicit, ꝙ intentiones ſeparabiles in intellectu, quæ ſcilicet non intelligūtur in reſpectu aliorum, ſicut eſt in materia: ſed q̄ intelliguntur per ſe, ſunt magis ſubſtantiæ. Et ideo exiſtimatur ꝙ forma etiā ſit ſubſtantia, cūm ſit quidditas quam ſignificat diffinitio, & congregatum ex materia & forma etiam eſt ſubſtantia. Et hæc duo ſunt magis ſubſtātia q̃ materia. Vbi aduerte ꝙ ut ſcribitur in. 9. primæ philoſophiæ. tex. com̄. 13. licet potētia & actus opponantur relatiuè, potentia tamen per ſe refertur ad actum: actus autem non refertur ad potentiam niſi pro quanto potentia refertur ad ip̄m. Et inde prouenit alia differentia, ꝙ potētia intelligitur per aliud, actus autem per ſe, ut colligitur ex. 9. primæ philoſophiæ tex. com̄. 20. & quia potentia ad materiam reducitur, & actus ad formā, ut ſcribit Cōmē. in. 12. primę p̄hiæ. in cō & tex. 26. ſic intellectus formæ eſt magis ſeparabilis, q̃ intellectus materię. De hoc tamen uide latius in contradictionibus.

Formæ ſunt plures & non habent eandem actionem cōmunem, ideo ex actionibus formarum non potuit in naturali philoſophia declarari prima forma, ſicut ex paſſionibus materierum potuit declarari prima materia. Cōmen. 7. meta. com̄. 9. uide in concordantijs.

Formæ Platonis ſunt deſtructæ ab Ariſt. in ſcientia diuina, & quia non proſunt ad ſcientiam, & etiā quia nihil proſunt ad generationem. 7. meta. com̄. 22.

Forma non eſt generabilis & corruptibilis niſi per accidēs, & ſimiliter eſt de materia, & generabile & corruptibile in rei ueritate eſt indicium compoſitum ex materia & forma. 7. metaphy. tex. com̄. 23. & 26. 27. 31. 33. idem. 8. meta. tex. com̄. 8. & 12. metaphyſi. com̄. 18.

Forma ſi per ſe gñaretur & faceret, tunc gñationes protenderentur in infinitum. 7. meta. tex. cō. 26.

Forma eſt cauſa ipſius eſſe oībus. 2. de anima. tex. cō. 37. inde Boetius in lib. de unitate et uno: Omne eſſe eſt à forma. quod etiam Peripatetici deſcribentes dixerunt: Eſſe eſt exiſtentia formæ in materia.

Formæ ſeparatæ non poſſunt tranſmutare materiam: non enim trāſmutat materiam niſi illud quod eſt in materia, & ideo contingit dicentibus mundum generari, ꝙ tranſmutans ipſum ſit aliquod indiuiduum. ſcilicet corpus particulare. 7. meta. tex. com̄. 28. & 31.

Formæ non generantur per ſe, quia ſi ita eſſet, tunc generatio eſſet non à materia. 7. meta. cō. 31.

Forma & materia differentiam habent, quoniam forma p̄dicatur per ſe de habente formam, ſecūdum ꝙ declarat qdditatem eius ſubſtātialem: materia uerò non prædicatur de habente formam uera prædicatione, nedum ut prædicetur per ſe: idolum enim nō dicitur cuprum, nec homo caro. 7. meta. com̄. 34. ubi animaduerte ꝙ notabiliter appoſuit illā conditionem ſpecificantem, uidelicet ſecūdum ꝙ declarat quidditatem eius ſubſtātialem. Nam forma & mā poſſunt comparari ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma dupliciter, uno modo in eſſe reali: & ſic appellantur partes ſecundum fidem apud Cōmenta. in primo phyſi. com̄. 5. & ſic tam materia q̄ forma ſunt partes eſſentiales ſubſtātiæ compoſitæ, ex materia & forma, ſicut fatetur ibidē Cōmentator in principio iſtiuſmet com̄. 34. ubi dicit ꝙ materia ſecundum conſiderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſt pars ſubſtantię cōpoſitæ. Alio modo poſſunt comparari in eſſe quidditatiuo, & ſic ſola forma indicat rei quidditatem, & eſt tota rei quidditas & materia, & ſic non eſt pars quidditatis, ſed eſt uehiculum deferens ipſam quidditatem: & hoc eſt quod dicit Cōmenta. ꝙ forma in tali conſideratione ut habet declarare quidditatē rei, prædicatur per ſe de formato, unde forma hominis eſt homo uno modo. ideſt in eſſe quidditatiuo cōſiderato ipſo homine: alio modo non eſt homo, & eſt dum homo conſideratur in eſſe reali, ut teſtatur Cōmenta. etiam in eodem 7. meta. in com̄. 21. Ex quo collige iſtam eſſe per ſe in primo modo, homo eſſe anima eius: illo modo conſiderando hominem: ſed materia non prædicatur uera prædicatione de formato per ueram prędicationem. Cōmenta. intelligit prædicationem formalem, & in recto, quia iſta eſt falſa, homo eſt caro aut ſanguis: nedum ut prædiceẽ per ſe, ſed ſolū materia p̄dicatur de formato denominatiue, quia diciẽ homo carneus, & idolum cupreum. conſimilem ſententiam imitatur Themiſtins in. 3. de anima. in cap. 27.

*Materie et forme differentia*

*Materia non est pars quidditatis*

Forma inueniẽ ſine materia & in materia. 7. meta. cō. 34.

Forma non diciẽ de forma ul̄i & de forma particulari, q̄ eſt forma materiæ demonſtratæ. 7. meta. cō. 25. & 36.

Forma differt à materia, quia cùm fuerit forma erit res, ſed materia cùm fuerit non erit res. 7. meta. com̄. 37. Et fuit ſententia lucidiſſimi Themiſtij. in paraphraſi ſuper. 2. de anima in principio, ubi dicit hoc eſſe diſcrimen inter materiam & formam: à materia enim res habēt ut fierent, à forma uerò ut eſſent.

Formæ quæ non niſi in una materia exiſtunt, à qua nunq̃ ſeparantur in eſſe, poſſunt tamen intellectu ſeparari. 7. meta. tex. com̄. 37. idem. 2. phyſi. tex. com̄. 12. cogita tamen de tali abſtractione ad quem artificem ſpectat.

Formę mathematicę differunt à formis naturalibus, quia cū inueniantur in diuerſis materijs, intellectus facile cōprehēdit diuiſionem talium formarum à materia, ſed in naturalibus cum difficultate. 7. meta. com̄. 37.

Formæ nāles, aut plures, aut oēs non poſſunt eſſe ſine materia. Cōmen. 7. meta. cō. 39. idem Philoſophus in. 6. primæ p̄hiæ. tex. cō. 1. Et ibi Cōmentator declarat quare dixerit, aut plures ad excipiendum intellectum.

Formas quarum actiones apparent in materia, ſeparatas eē eſt ſermo magis exiſtimabilis q̃ ſermo Platonis de Ideis, & de hoc perſcrutatus eſt Ariſtote. in libro de anima. 7. metaphyſi. cōmen. 51.

Forma eſt ratio, & hoc aliquid ens rōne ſeparabile. 8. meta. tex. com̄. 3. idem. 2. phyſi. tex. com̄. 12. ubi dicit Cōmen. ꝙ forma eſt ſeparata à materia ſecundum diffinitionem non in eſſe: impoſſibile enim eſt formam ſeparari à materia: ſeparatio enim formæ à materia eſt corruptio eius. 4. phyſi. com̄. 18. & in eodē octauo, inquit Cōmen. in com̄. 8. ꝙ formæ quum diſtinguunẽ ab intellectu à materijs, inuenit eas aliud à ſubiecto, & aliud à compoſito ex eis & ſubiecto: cū autem intelligit cōgregatum ex eis. i. ſenſatum, inuenit eas idem in diffinitione & non diuerſa.

Forma nulla artificialis eſt ſubſtantia, nedum ut ſit ſeparata 8. meta. com̄. 9. & 2. phyſi. com̄. 13.

Forma nulla ſubſtātialis recipit magis aut minus, nō enim eſt homo maioris humanitatis q̃ alius homo ſecūdum formam: ſed ſi fuerit, erit ſecundum ꝙ eſt in eo forma in materia. 8. meta. tex. cō. 10. & hoc eſt rationabile, quia in. 1. cœli & mundi in tex. com̄. 92. & 95. ſcribiẽ in omnibus his quæ

natura,& his q̃ ab arte conſtantibus alterum eſt ipſa ſecũdum ſeipſam forma,& quæ eſt mixta cum materia.

Forma quæ eſt ultimum in gñatione & finis ſunt unũ in ſubiecto & duo ſecundum modum.8.metaphyſi.tex.cõmen.12.idem in.2.phyſi.tex.cõmen.70.

Forma non patitur ſecundum ꝙ eſt forma à primo tranſmutante eſſentialiter,ſed patitur per accidens. Vnde tranſmutatio eius non eſt prima tranſmutatio, ſed ſecundum ꝙ eſt forma in paſſiuo.ſ.in materia.Cõmenta.9.primæ philoſophiæ.cõ.2.idem in.4.cœli.com̃.22.& in.3.cœli.com̃.28.ubi habet ꝙ in motu elementorum.

Forma inquantum forma mouet, ſed ut eſt forma in materia mouetur.

Formæ quæ non ſunt in materia non patiuntur,neque eſſentialiter, neque accidentaliter.9.metaphyſi.cõmen.2.uide in concordantijs.

Forma eſt continuationis cã,& ideo forma eſt digniori modo una q̃ continuatio,quia forma eſt cauſa cõtinuationis.10.meta.cõ.1.idem.1.de anima.com̃.90.

Forma eadẽ ĩ ſpecie impoſſibile eſt ut ſit æterna nõ ęterna, quia ſic poſſe eſſet ut quidã hoĩes eſſent æterni,& quidã generabiles & corruptibiles.10.met.cõ.ulti.& elicit̃ ex textu ꝙ formas ſeparatas ponẽtes dicũt,ꝙ tales formæ ſunt ſubſtantiæ formarum ſenſibilium.10.meta.cõ.ulti.

Formas ſeparatas ſi quis poſuerit,non uniuocè ſed ęquiuoce dici, ut hominem ſeparatum cum homine ſenſibili, non eſt loquendum cum eo.ibidem.

Fortuna eſt cauſa per accidens in factis ſecundum electionem eorum quæ gratia huius fiunt.11.metaphyſi.cap.7.& in.2.phyſi.tex.cõmen.52.

Fortuna & mens circa eadem uerſant̃,electio enim ſine mẽte eſt.11.meta.cap.7.&.2.phyſi.tex.com̃.52.

Forma non generatur nec materia,ſed compoſitum.12.metaphyſi.tex.cõmen.12.idem.7.primę philoſophiæ.23.26.27.31.uide in concordantijs.

Forma poſito ꝙ ſit generata ſequæret̃ ꝙ eſſet compoſita ex materia & forma.12.meta.tex.com̃.12.idem.7.meta.26.&27.ubi nota ꝙ Cõmentator ponit pulchrum documentum in iſto cõmento.12.limitans dictum Ariſto.inquit enim ꝙ hoc quod dixit non eſt impoſſibile in materijs cõpoſitis & in cupro,ſed in prima materia,& in formis ſimplicibus.

Forma non comprehenditur ſecũdum ſenſum, ſed ſecundũ ſuam actionem,& ideo non comprehenditur niſi in intellectu.12.metaphyſi.cõmen.14.

Forma artis eſt in anima,& eſt aliud ab eo quod ẽ extra animam.12.metaphyſi.cõmen.14.

Formæ artificiales non habent generationem neque corruptionem cum ſint accidentia.12.metaphy.cõmen.14.idẽ in.2.phyſi.cõmen.15.

Formæ artificiales non ſunt abſtractæ,quia aut ſunt in anima aut in materia.ibidem Cõmenta.in calce cõmen.14.& in cõmen.36.& in.7.primæ philoloſophiæ de forma ſanitatis.tex.cõmen.23.

Formas abſtractas eſſe eſt perſcrutatio naturalis,ſed utrum formæ abſtractæ ſint aliæ à formis ſenſibilibus,non eſt ꝑſcrutatio naturalis.12.meta.com̃.15.

Formarum rerum nãlium q̃dam ſunt q̃ ſunt materia aliarũ formarum,ut forma ignis,& aliorum elementorum q̃ ſunt materię aliorum:& ſimiliter forma carnis & oſſis,quę ſunt materia capitis.Cõmen.12.metaphy.com̃.15.authoritate Alexã.idem.3.cœli.com̃.67.colligitur ex mẽte Philoſophi in princ.2.de partibus animalium cap.1.ubi ponit triplicẽ compoſitionem.Ex hoc loco poterimus gloſare ſatis ſubtiliter authoritatem Auer.in.1.phyſicę auſcultationis,in com̃.3.ubi per cauſas ſimplices exponit primam materiam & ultimam formam,quæ ſunt exiſtentes in re:nam quæcunque ſunt præter primam materiam & ultimã formam,ſunt formæ compoſitæ,& materiæ compoſitæ. Vbi prima materia appellatur materia ſimplex,quia ſolum habet rationem materiæ & nulli eſt forma:& forma ultima quæ non ordinatur ad aliam formã eſt forma ſimplex,quia nulli eſt materia,ſed quæcunq; ſunt præter primam materiam,& ultimam formam ſunt materiæ compoſitæ,& formę compoſitæ,quia habent rationem formæ,& habent rationem materiæ reſpectu diuerſorum:ſicut forma ignis in mixto ratione primæ materiæ habet rationem formæ,ſed ratione formæ mixti habet rationem materię,& ſimiliter forma carnis reſpectu formæ elementariæ habet rationem formæ,ſed reſpectu formæ organicæ ſic habet rationem materiæ: nam ſicut membra conſimilia componuntur ex elementis,ut ex materia,ſic organica componuntur ex conſimilibus,ut dicit Ariſto.in loco præallegato.& in primo de generatione & corruptione.tex.com̃.35.membra anomœomera augẽtur,quia homœomera augentur.Et eſt expoſitio ſatis ſubtilis,& bona,ſi bene conſideras,licet alias uarijs modis locũ illum expoſuerim:& ſic illud uulgatum q̃d forma ſimplex ſubiectum ſeu materia eſſe non poteſt,gloſari poteſt,& ſatis philoſophicè iuxta Peripateticorum doctrinam.

Formæ omnes ſubſtantiales fiunt à forma abſtracta extrinſeca,quæ à quibuſdam dicitur dator formarum:& eſt intelligentia agens.12.primæ philoſophiæ.cõ.18.in fine primę colũnæ. Vbi aduerte ꝙ iſta fuit opinio Auicẽnæ,de qua uide etiam in.7.primæ philoſophiæ.com̃.31.

Forma apud Ariſto.non habet generationẽ neq; corruptionem niſi accidentaliter.ſ.per generationem & corruptionẽ compoſiti,& cũ homo conſeruauerit hoc fundamentũ nullus error accidet ei.12.primæ p̃hiæ.cõmen.18.

Formarum imaginatio, ꝙ per ſe gñentur, induxit homines dicere formas eſſe,& datorem formarum: & induxit loquẽtes trium legum,quę hodie ſunt,dicere aliquid fieri ex nihilo.12.primę philoſophię.cõ.18.prope finem.

Formæ ſimplicium ſunt aliæ à formis cõpoſitorum,& materiæ eorum propinquæ ſunt aliæ à materijs eorum,ſed tamen ſunt eadem proportionaliter: in ſimplicibus autem ſunt prima materia & formę contrariæ ſubſtantiales,& in compoſito ex ſimplicibus uirtus quæ eſt in ſimplicibus ad recipiendum formas cõpoſitas ex formis finalibus,& iſtis formis.12.meta.cõmẽ.22.Hinc ſumitur formas ſimpliciũ eſſe alias à formis mixtorum,pro quo uide etiam in.7.met.tex.com̃.60.& in.1.meta.com̃.12.& primo de generatiõe 84.&.3.cœli.com̃.67.hinc etiam ſumitur pro expoſitione Burlei quid ſit forma compoſita.Et ex hoc loco poteris exponere cõmentũ.10.2.phyſi.quia dum ibi Cõmentator dicit unũquodq; habet principium proprium motus p̃ter cõmune,intellexit in mixtis & non in ſimplicibus, quia in eis non eſt niſi prima materia & forma ſimplex.

Forma primi mouentis eſt quodãmodo omnes formæ.12.meta.tex.com̃.24.& com̃.18.in calce cõmenti.

Forma prima eſt tantum abſtracta apud Alexan.12.meta.com̃.25.ubi colligitur de mente Alexan.animam.cœli non eſſe abſtractam,ſed ſolùm primam formam eẽ abſtractã: niſi fortè uoluerit dicere Cõmenta.12.meta.com̃.41.cœlum moueri ex duobus motoribus,ex intẽtione fortè Alex. Nam ſm Cõmen.12.primæ philoſophiæ cõ.36.motor corporis cœleſtis mouetur ut finis,& ut efficiens. & idem tenet contra Auic.in.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Forma mouens corpora cœleſtia in.8.phyſi.eſt demonſtratum ꝙ ſit abſtracta,& ꝙ in nulla exiſtit materia:& ĩ libro de anima eſt demonſtratum ꝙ formæ abſtractæ ſunt intellectus.12.meta.com̃.36.idem primo de anima.cõmẽ.2.&3.de anima.in ſolu.tertiæ quęſtionis.cõ.5.&.2.cœli.com̃.61.& in ultimo cap.libri de ſubſtantia orbis.

Forma balnei ut eſt in anima mouet ut agens,& forma balnei ut eſt extra animã mouet ut finis.12.meta.cõ.36.

Forma balnei ſi non eſſet in materia,moueret ſecundũ agẽs & ſecundum finem.12.meta.com̃.36.

Formæ materiales uidentur habere duplex eſſe in actu & in potentia,in actu.ſ.materiale eſſe,in potentia autem ſecundum quod ſunt in forma abſtracta,ut formæ artificiales habent eſſe in actu in materia,& habent eſſe in potẽtia in anima artificis.12.meta.com̃.36.

Formarum intellecta ſunt in intellectis per ſe, ſed intellecta



materierum ſunt in intellectis per aſſimilationẽ.12.meta.cõmen.37.authoritate Alexandri.idem.7.meta.cõmen.8.in calce cõmenti.&.12.meta.com̃.14.

Formarum quædam ſunt ſubſtantiales, & quædam non: & ſubſtantialium quędam ſunt materiales,& quędam nõ.12.metaphyſi.cõmen.37.

Forma hominum in eo ꝙ ſunt homines,ſecundum Ariſto. opinionem non eſt niſi per cõtinuationem cum intellectu, qui declaratus eſt in libro de anima,quod eſt agens nos et mouens nos:intelligentiæ enim abſtractæ duobus modis ſunt principia,in eo ꝙ ſunt abſtractæ eorum quorum ſunt principia,ſecundum ꝙ ſunt mouentes,& ſecũdum ꝙ ſunt fines.12.meta.cõmẽ.38.Ex hoc accipiunt aliqui ex mente Auer.animam intellectiuam eſſe formam formaliter perficientem hominem:ſed iſti multum errant, tum quia ſeq̃ret̃ ſecundum mentem eorum intellectum agẽtem,quem aſſerunt ex mente Auer.eſſe Deum, eſſe formam hominis, q̃a iſta authoritas eſt de intellectu agente:de illo enim fuit declaratum ꝙ eſt agens & mouens nos,& ita iſti incidunt in maiorem errorem. Amplius non habetur ex iſto loco intellectum eſſe formam formaliter perficientem per inhærentiam,ut ipſi gloſant:quia probatio eſt, ꝙ intelligentiæ abſtractæ in eo ꝙ abſtractę duobus modis ſunt principia in ratione mouentis,& in ratione finis: talis autem finis non perficit ſicut ſunt qualitates quibus perficitur res perfectibilis,ſed talis finis eſt forma & ſubſtantia extrinſecus perficiens ſicut ſunt actiones ſeruorum erga intentiones domini ſui,ſic eſt diſpoſitio primi principij cũ omnibus entibus.12.meta.com̃.37. Vnde iſti Groſſipedales non potuerunt imaginari aliud genus perfectionum,niſi illarum quæ ſunt qualitates & perfectiones inhærentes perfectibilibus, iuxta rudem imaginationem antiquorum non ualentium aſcẽdere ad ꝑfectiones abſtractas & per ſe ſubſiſtentes. Vult igitur Cõmenta.dicere ꝙ forma & perfectio hominum in eo ꝙ homines, eſt per cõtinuationem.i.per copulationem cum intellectu abſtracto,de quo locutus ẽ in.3.de anima. Homo enim eſt homo per ſupremum quod eſt in eo,ut dicit Ph̃s in.10.ethi.& tale eſt intellectus, ſed intell'us apud ipſum non eſt de genere formarum inhærentiũ,ſed abſtractarum quę extrinſecus perficiunt,ſicut dominus eſt forma ſerui ſui,ut dicit Cõmen.in cõmento allegato,licet uia eius ſit contra fidem & ueritatem,tamen iſta eſt uia eius.

Formæ quæ ſunt abſtractę à materia ita ſe habent,ꝙ diſpoſitio & diſpoſitum in eis reducũtur in unum,in eſſe,& duo in conſideratione.12.meta.com̃.39.

Formæ quę ſunt hîc ſecundum aſtrologos obediunt formis cœleſtibus.12.meta.cõmen.50.

Forma artificialis quæ eſt in materia,& quæ ẽ in anima medici eſt eadem:quantò magis in rebus intelligibilibus q̃bus non admiſcetur materia?12.metaphyſi.com̃.51. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Forma & anima diuiduntur diuiſione ſubiectorum.ex libro deſtruct.diſpu.1.in ſolu.8.dubij.

Forma duplex habet eſſe,ſeparatum materia per intell'm,& eſſe ſenſibile.ex diſpu.3.in ſolu.18.dub.ubi dicitur ꝙ lapis ſine dubio habet materialem formam in materia,& aliam formam quæ eſt intellectio & comprehenſio facta in aĩa, prout anima rationalis capit eam ſeparatam.

Formæ apud Peripateticos non ſunt ſcientes prout in materia conſiſtunt,& ſi fortè inueniretur aliquid in materia nõ conſiſtens,manifeſtum eſt ꝙ eſt pura ſcientia.ex lib.deſtr.diſpu.6.in ſolutio.2.dubij.

Formæ naturales aliquo modo à materia ſeparatæ inueniũtur,& ſunt pura ſcientia & intellectus,& intellectus in eſſentia nihil aliud eſt à forma rerũ à materia ſeparatarum: unde poſtq̃ res quę de ipſarum naturis non ſeparantur ſic ſe habent, quantò magis illæ quæ de natura earum continuè ſeparantur,digniores ſunt in hoc ꝙ ſint purus intellectus & pura ſcientia:ibidem.

Formæ ſignum Philoſophi ſumpſerunt ex operationibus,et ſignum ſubiecti ſumpſerunt ex paſſionibus:impoſſe enim ẽ ꝙ actio & paſſio ab una & eadem nã procedant.ex diſtin.6.in ſol.6.dubij.idem.4.cœli.cõ.2.&.12.metcõ.14.&.4.phyſi.com̃.38.& in.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Forma in rebus cõpoſitis ex materia & forma,ut ex duabus naturis,eſt ſolùm comprehenſa ab intellectu, quia formæ ſunt intelligibiles & intellectæ quãdo intell's humanus ſeparauerit eas à ſubiectis earũ.ex diſp.6.in ſol.6.dubij.

Forma eſt per quã ens eſt ens,& ab ea prouenit operatio in quolibet ente.ex diſpu.10.in ſolu.2.dubij.

Formarum materialium quædã ſunt propinquiores ad actũ q̃ aliæ,prout magis purificãtur à paſſione quæ eſt ſignum materiæ.ex diſt.10.in ſolu.2.uide de elementis exemplum 2.cœli.cõ.32.&.3.cœli.com̃.67.

Formæ ſignum apud Philoſophos eſt operatio,& materię ſignum eſt paſſio.ex libro deſtru.diſpu.6.in ſolu.6.dubij.& ex diſpu.10.in ſolu.ſecundi dubij.

Formæ ſubſtantiales ſecundum Philoſophos non agunt ad inuicem,ſed in accidentibus omnes conueniũt ꝙ calidum agit calidum ſibi ſimile,& omnes alię qualitates quatuor. ex diſputationibus phyſicis in diſputatio.1.in ſolutione.4. Hoc etiam habetur à Philoſopho in libro de ſenſu & ſenſato,ubi dicit,quòd ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus.

Forma una nõ habet niſi unam materiam.ex.com̃.ſuper.2.de partibus animalium.in cap.de carne.

Forma eſt per quam aliquid eſt unum,alioquin aliquid eſſet unum per aliquid poſterius.Auer.in.3.de partibus animalium cap.de corde.ubi Arguit contra Gale.Platonem,& Hippocratem ponẽtes plures animas in uno & eodem animali.Aduerte tamẽ unum ꝙ licet Auer.& multi ex Latinis aſcribant iſtam opinionem Platoni: Themiſtius tamẽ oppoſitum ſentit in ſua paraphraſi ſuper primo de anima in cap.2.cum inquit:Sit ridiculum,ut Diuinus inquit Plato, tanquam Troianum equũ inſideant,plures animas in quolibet homine contineri,ſed ſingulas in ſingulis, quæ partibus in differentibus conſtent.

Forma una non eſt niſi in una materia.ex primo de generatione animalium.cap.1.Auer.

Formam unam habere unam materiam eſt ſuppoſitio in ſcientia naturali,ſicut naturam eſſe,& multa alia per ſe nota. Auer.in.1.de generatione animalium.in digreſſione contra Galenum:utrum ſemen mulieris concurrat actiuè ad generationem.idem.8.phyſi.cõmen.46.

Formam habere partes quarum quædam ſunt in una materia,& quædam in alia materia impoſſibile ẽ, uerbi gratia, corpus animalis quod eſt ſubiectum propinquum animę uidetur,ꝙ eius partes non poſſunt habere materias diuerſas,quãuis partes ſui corporis quæ ſunt ſicut ſubiectum ꝓpinquum reperiantur in diuerſis modis,ueluti in diſcrepantia membrorum ſimilarium in ſe in duritie & mollitie etc. Auer.in.1.de gene.aĩalium cap.1.ubi ponitur improbatio antiquorũ in col'.7.ex quo collige contra ponentes formas partiales ſpecie ſubſtantialiter differentes. Cõtra ponentes formas ꝑtiales.

Formæ agentis conditio non eſt ut ſit in materia eiuſdẽ ſpẽi cum materia in quã agit forma,exempli gratia,forma agẽs ipſius lecti reperitur in anima artificis quę differt à materia formæ lecti,quę eſt lignum.Auer.in.2.de generatione animalium,capl'o utrum ſemen ſit animatum.

Forma & efficiens proprium & determinatum tempus habet ſibi ad agendum,& ſimiliter materia ad patiẽdum habet tempus ꝓprium & determinatum: & quãuis tempus ueraciter formæ non attribuatur ſed materiæ,tamẽ hoc eſt dictum in formis abſtractis,uerum etiam in formis relatiuis hoc poteſt dici ꝙ dictũ eſt.4.colliget.cap.38.de ſignis criſis,quod ſic intelligo: Tempus enim habet ſecum annexam ſucceſſionem,ſed ſucceſſio cauſatur ex reſiſtentia paſſi ſeu mobilis,& reſiſtentia cauſat̃ ex contrarietate.4.phyſi.cõmen.71.materia autem eſt ſubiectum contrarietatis, & eius eſt propriè pati & reſiſtere non formæ,quia illius proprium eſt agere & mouere.Hoc autem dictum principaliter ueritatem habet in formis abſtractis, quæ ſunt abſolu-

tæ à ſubiecto pro quantò non ſunt conſtitutæ in eſſe per ſuum ſubiectum: & ideo tales nullo modò ſunt patientes, neq; per ſe, neq; per accidens, ſed ſolum ſunt agentes. 9. metaphyſi. cõmen. 2. Tamen hoc etiam ueritatem habet in formis relatiuis, formas autem relatiuas (ni fallor,) appellat iſtas formas materiales quæ ſunt conſtitutæ in eſſe per ſubiectum, quibus competit agere per ſe, & competit pati per accidens: forma enim inquantum forma mouetur, ſed ut eſt forma in materia patitur & mouetur. 4. cœli. cõ. 24. & 3. cœli com̃. 28. & ideo etiam in talibus formis relatiuis ueraciter & per ſe loquendo tempus attribuitur materię & nõ formę. Ex hoc inferas unum pulchrum & ſubtile ualde, ꝙ licet tempus ſit, aut motus, aut paſſio quædam mouẽs, ut dicitur 12. meta. com̃ & tex. 29. & 4. phy. tex. cõmen. 90 eſſentia tamen motus magis dependet à motore. 12. meta. com̃. 41. licet quo ad denominationem magis attribuitur mobili, quia motus ẽ in mobili & non in motore. 3. phyſi. tamen tp̃s magis denoĩatur pati mobilis q̃ agere motoris. Et ideo quo ad denominationem eſt differentia, quia motus denominat mobile non motorem, ſed tempus ueraciter magis attribuitur mobili q̃ motori.

Forma dicitur multis modis, nam quãdoq; ſumitur pro formis corporum ſimplicium non organicorum: quandoque pro formis corporum organicorum, & iſtæ ſunt aĩæ. quandoq; formis corporum cœleſtium quę ſimilantur partibus ſimplicibus pro quanto ſunt non organica, & partim organicis pro quanto ſunt mobilia ratione illarum: & quãdoq; pro qualitate & quantitate aduenientibus mixto inquantũ mixtum, & per hunc modum differunt formæ corporũ ſimilarium partium, & acquirũt diuerſas proprietates. ex paraphraſi metaphyſi. tra. 1. cap. de forma. Ex quo patet diffinitionem animæ non competere intelligentię contra modernos, tum quia corpus cœleſte ꝓpriè non eſt corpus organicum compoſitum ex partibus conſimilaribus, tum q̃a non eſt habens uitam in potentia. Et omnes Græci expoſitores, ut Alexander in principio ſuæ abbreuiationis de anima. & Themiſt. 1. de anima cap. & Ammonius & Simplicius uolunt ſolùm illam diffinitionem competere uiuentibus generabilibus & corruptibilibus: unde Simplicius in principio. 2. de anima, & alibi plerũq; notat hoc. Amplius ſeq̃retur ꝙ intelligentia quidditatiue conſideraretur à naturali, quia cognitio per diffinitionem eſt cognitio quidditatiua, nec reſponſio chimerica ualet ꝙ habet duas quidditates, quia unius rei non eſt niſi una quidditas p̃ſertim in rebus per ſe ſubſiſtentibus, ſicut eſt intelligentia ſeparata.

Forma mixti eſt ſuperaddita formis elementorum, neq; eſt elementum, neq; eſt compoſita ex elementis. cuius uide rationem in paraphraſi meta. trac. 2. col. 12.

Forma eſt cauſa ut res ſit ĩtelligibilis, & materia eſt cauſa ut res ſit ſenſibilis. ex trac. 2. in paraphraſi metaphyſi. col. 15. idem primo cœli. cõmen. 95.

Formarum eſſe intelligibile Ariſto. diſtinxit ab eſſe earũ ſenſibili: etenim eſſe intelligibile non habẽt extra intellectũ in quantum eſt intelligibile, habent tamen eſſe extra intell'm inquãtum ſunt ſenſibiles in tract. 3. paraphraſis meta. col. 11. ibi: Et dicamus ꝙ iam fuit oſtenſum hîc.

Forma & finis ſunt agẽtia quodãmodo ſimilitudinis. Auer. in paraphra. meta. trac. 4. col. 14.

Forma naturalis non poteſt niſi ſola ratione à materia ſeparari, ſeparatio enim talis formæ eſt eius interitus. Alexan. in paraphraſi. de anima. in cap. de intellectu agente. & idẽ habet. Cõmenta. in. 4. phyſi. com̃. 13.

Formæ quæ ſunt hîc cum habeant eſſe in ſubſtantijs ſeparatis nobiliori mõ q̃ in materia, quæri poteſt, quia ſi ibi ſunt in eſſe nobiliori, deinde fuit neceſſe ut habeant eſſe ignobilius. Et uide ſolutionẽ iſtius dubij. ibidem. col. 16. ubi diciẗ ꝙ hoc fuit neceſſarium propter ſuum ſecundum eſſe, quia eſſe eſt nobilius quàm non eſſe.

Forma eſt à qua res eſt id quod eſt nõ à ſubiecto. Themiſt. in. 2. phyſi. in tex. 11. idem habetur in. 2. de anima. tex. cõ. 7. idem. 73. Cõmen. 1. de anima. com̃. 90. Et ideo licet materia & forma ſint partes eſſentiales compoſiti eſſe, tamen et unitas eſt à forma non à materia, quia materia ſolum eſt ut ſubiectum.

Forma à materia non re ipſa, ſed ratione abiungitur. 2. phy. tex. com̃. 12 idem Themiſtius & Cõmenta. ibidem. idem Cõmenta. in. 12. primæ philoſophiæ. com̃. 39.

Forma & finis tunc coniunguntur atq; concurrunt, cum ex rei diffinitione ſtatim apparet melius ac potius rẽ illo modo q̃ alio quouis ſe habere, ꝙ in rebus naturalibus paſſim aduertere eſt: quum uero non ſtatim apparet, tũc eſt forma ſolum, & non habet rationem finis, ut in mathematicis cernitur. Themiſtius in. 2. phy. ſuper tex. 74. idem etiam tenet Auer. ſub uerbis obſcuris. ibidem. ſed eſt eadem fermè ſententia. gloſat etiam Auer. de fine gñationis ꝙ eſt idem cum forma rei generatæ: fallit autem de fine rei generatæ. ut patet. 2. phyſi. com̃ 70. & 24. & 8. meta. cõmen. 12.

Forma preſſius, ſi quis de me quærat, id terminus non nũcupatur, utpote quæ non ſit ſuperficies, ſed ratio & id q̃d ſub hoc uerbo quid ſit rem eſſe percipitur, niſi quis dignationi eius hoc tribuat, quatenus materiam fuſam diffluentemq; quaſi coercet finibus & intra certos limites reuocat, ueluti norma quædam mẽſuraq; rerum ac numerus. Themiſtius 4. phyſi. ſuper. 35.

Formæ nonnullæ mouere dicuntur, ut animal anima, & lapidem grauitas, non tamẽ ab his mouentur illa quatenus ꝓcreantur. i. quatenus ad ea genialis tranſmutatio inita eſt. Hæc enim grauitas lapideſcentem & concreſcentem uaporem progignit, ipſa alioquin motus in his neceſſariò haberet, quod ſtatim cõuincitur eſſe falſum: quoniam in rebus motis non in mouentibus motum eſſe eſt perſuaſum. Themiſtius. 5. phyſi. tex. 4. Ex quo habetur ꝙ forma nõ mouet ut terminus motus, ſed ut agens.

Forma aut naturalis, aut mathematica, aut artificiaria eſt: naturalem & phyſici & dialectici occupant, ſed dialectici materiam negligunt, phyſici accurrant. Them. 1. de anima. 17. & colligitur ex ſententia. Ariſt. ibi tex. cõ. 16.

Forma eſt rei cauſa quãtũ ad eſſe, materia uerò quo ad fieri. Them. 2. de anima. in princi. & ibidem. ca. 6. inquit: Sicut à forma res habet ut ſit, ita etiam à forma habet ut ſit unũ. Alexã. etiam in paraphraſi de anima, ubi oſtendit animam eſſe formam, inquit: A' ſpecie res habet ut ſit. uide etiam Alexan. ibidem in. 1. cap. ubi dicit: Forma eſt à qua unumquodq; eſt id q̃d eſt, & differẽtia rei eſt per formam non ꝑ materiam. Et elicitur ex tex. ibidem tex. com̃. 7. ens & unũ quum multis modis dicantur, quod uere eſt actus eſt, ubi Them. aſſerit: Quot modis autem eẽ quid dicitur, totidem unumquodq; dicitur. Decem autem ſunt rerum initia, decẽ quoq; erũt appellationes unius, atq; utrũq; præſtat forma ea quam nos entelechiam appellamus.

Forma licet in materia producitur, non tamen eſt ĩpſi materiæ forma, ſed eius ꝙ ex ambabus facultatibus cõditũ eſt. Them. 2. de aĩa. cap. 6. Vide pro hoc Auer. & Philoſophum 7. primę philoſophiæ. tex. com̃. 26.

Forma minus uidetur poſſe per ſe ſubſiſtere q̃ materia, licet materia ſecundum ſe ſubſiſtere nequeat abſq; forma. Alexander in principio abbreuiationis de anima. cap. 1. Vide in concordantijs nuper æditis.

Forma eſt principium à quo differentijs, quæ ſecundũ id q̃d eſt agere & pati corporibus inſunt: omnia enim quæ agũt & q̃ patiuntur, quatenus corpora ſunt, ut hoc, aut illud agãt patianturue à ſpecie poſſidẽt: Iccirco non ab re diciẗ pati & agere corporea per ea q̃ incorporea ſunt. Alexã. in paraphraſi de anima. cap. 2. Vide in cõcordantijs nuper æditis.

Eorma diciẗ in reſpectu materiæ, & ẽ conuerſo. 9. metaphy. com̃. 11. Vide in concordantijs nuper æditis.

Formicarum quædam ſunt pẽnatæ, quædam uerò pẽnis priuatę. 4. de natura animalium. cap. 1.

Formicæ origani ſulfuriſq; puluiſculo inſꝑſo, ſuas relinquũt cauernas alioq; migrant. Ariſt. in. 4. de nã aĩalium. cap. 8.

Formicę nihil uenantur, ſed facta ab alijs colligunt. Ariſto. in. 9. de natura animalium. cap. 40.





Fortuna eſt cauſa per accidens in his quæ ſunt in minori ſecũdum propoſitum, quæ propter hoc ſunt ſecundo phyſicorum tex. commen. 52.

Fortunitas eſt in actionibus, nihil. n. aliud eſt quam actiones laudabilium finiũ. ibidem. in com. 58.

Fortitudo eſt diſpoſitio ſecundum curſum naturę eius in potentia & dicitur reſpectu debilitatis. 7. phy. com. 7.

Fortuna & caſus, hoc eſt cum uoluntas, aut natura facta eſt alicuius per accidens cauſa. Them. 2. phyſic. ſuper tex. 50. Et elicitur ex textu.

Fortuna differt ab alijs cauſis per accidẽs in eo ꝙ illæ ideo cauſæ nuncupantur, quia accidentia ſunt cauſæ per ſe, ut albus, grammaticus, muſicus, deambulator, quo fit ut nullum talium ſit cauſa ædium: at in fortuna actio una eadẽq; eſt huius effecti cauſa per ſe, illius uerò ꝑ accidens. Themiſt. 2. phyſicorum. 51.

Fortuitæ rei ſi cauſas per accidens quę propinquiores ſunt, & quæ remotiores ſcire uoluerimus, oportet illas actu conſtituere, quandoquidem in cauſis per accidens ſimpliciter liceat in infinitum procedere. Themiſt. 2. phyſico. ſuper. 55. Ex his liquet ſolutio ad quæſtionem quam teſte Simplicio Ariſto. mouit in. 2. phyſic. ſed non ſoluit relinquens nobis ſolutionẽ. Nam uideri poſſet fortuitam non infinitam rem eſſe, cum ſit cauſa per accidens, ſed in cauſis per accidens, quædam ſunt propinquæ quædam remotæ. In infinitis autem non eſt propinquum neq; remotũ, quia non eſt primum nec ultimum: ex dictis autem Themi. patet ſolutio ſicut uides.

Fortuna conſtare non omnia dicuntur quæ citra conſilium & uoluntatem eueniunt. Euenit namq; nauiganti in hyeme naufragium facere hoc, neque ex propoſito conſiliouę, neq; fortuito euenire dicimus, quia plurimum ſolet exitus ille nauigantibus hyeme euenire. Themi. 2. phy. ſuper. 61.

Frangibilia ſunt illa quæ diuiduntur ad partes magnas, & minutim frangibilia ſunt oppoſita iſtorum, & diuiduntur ad partes prauas: cauſa autem eſt diſtantia pororum & ꝓpinquitas pororum in minutim frangibilibus. Commentator in. 4. meteororum. in ſumma.

Frangi eſt diuidi in partes magnas, & comminui eſt diuidi in partes ſubtiles. quarto meteororum. tex. cõm. 44.

Frigidum calefacit conuerſum quodammodo, & ambiens, quemadmodum peccat uoluntarius ſciens, quando ẽ, contrario utitur ſcientia. 8. phyſi. tex. com. 8.

Frigus quodãmodo eſt defectus caloris. primo de generatione & corruptione. tex. commen. 18. & 2. cœli. com. 18. & 2. phyſi. 15. & 10. primæ philoſophiæ. tex. cõm. 7.

Frigus congregat homœogenea & heterogenea. 2. de genera. & corru. tex. com. 8.

Frigiditatis operatio prima & per ſe eſt priuatio operationis caloris naturalis, & eſt indecoctio & corruptio. quarto meteoroꝝ in ſumma.

Frigiditas aliquo modo adiuuat in generatione, & hoc ſecundaria intentione inquantum coequat ipſum calorem naturalem: & etiam frigiditas conſeruat calorem naturalem generati ne axhalet, ſeu uaporet. ibidem.

Frigiditas eſt duarum ſpecierũ, uidelicet frigiditas aquea, & frigiditas terrea: frigiditas aquea operaẗ humiditatẽ, terrea uerò ſiccitatem. Auer. ſententia in. 4. metheo. in col. 5. ex quo uidetur ꝙ qualitates primæ in elementis inuentæ tam actiuæ quàm etiam paſſiuæ ſpecie diſtinguuntur de intentione eius: & fuit etiam ſententia Alex. in. 1. lib. naturaliũ quæſtionum. q. 6. quam etiam ſequitur Simpli. in. 4. de cœlo & mun. Conſidera tamen inſtantiam contra iſtam uiã, quia tunc nõ ſufficienter Ariſto. uenatus fuiſſet ex coniugationibus qualitatum primarum numerum quaternarium elementorum in. 2. de genera. & corrup. in tex. comẽ. 16. Accidit enim iuxta iſtam uiam quatuor qualitates primas eſſe geminatas, & ita erunt octo, niſi eſſet ꝙ ſunt quatuor genere ut ſunt interminatæ, & ut præcedunt formas elementarias in materia, ſic enim conſiderantur ibi. Vnde Ariſtote. dicit quòd primum principium eſt prima materia, ſecundum uerò ſunt primæ contrarietates, tertium uero ignis & aqua, & talia: ſed huiuſmodi contrarietates ut ſunt terminatæ, ſic ſpecie diſtinguuntur ſpecialiſſimæ: unde quidam dixerunt ꝙ ratio Ariſtote. demonſtrat quatuor eſſe elementa in genere, non autem in ſpecie atoma. Nam ignis tres ſunt ſpecies, ignis carbo, flamma, & lux ſimiliter uariæ ſunt ſpecies terræ, & aquę. Vnde Commen. in. 3. de cœlo & mundo. com. 52. dicit: Quod cum ſit declaratum ꝙ elementa non ſunt æterna, oportet quærere numerum elementorũ in corporibus ſimplicibus generabilibus & corruptibilibus. In hoc igitur eſt iuuamẽ in hac perſcrutatione in ſciendo numerum, & deus ſcit, tamen conſidera ſuper hoc diligenter, requirit enim ſpecialem quæſtionẽ circa hoc.

Frigiditas ſecundum Alex. facit ſubſtantiam in corporibus frigidis, & caliditas in corporibus calidis, ẽ contrario in rebus in quibus ſunt accidentia ſcilicet ꝙ caliditas & frigiditas non ſunt ſubſtantiæ in rebus, quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas, ſed aliæ uirtutes. ſ. anima in animatis. 12. metaphyſi. commen. 22. idem primo phyſic. commen. 52. & 5. phyſi. com. 10. & 8. metaphy. com. 5.

Frigiditas eſt contraria calori naturali & impedit ipſum in omnibus ſuis operationibus propter ſuam qualitatem. 3. colliget. com. 20.

Frigiditas, ut eſt declaratum in naturali philoſophia, eſt in corpore ſicut inſtrumentum temperans calorem naturalem qui eſt primum agens & ſubſtantiale. 3. colliget. cap. 21. de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti hepatis. Et ibi nota ꝙ quando augmentum frigiditatis eſt paruũ, tunc operatio naturalis membri diminuitur: & ſimul quando augmentum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio naturalis membri diminuitur: & ſimiliter quando augmẽtum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio membri augetur, & ſit mala: ſed quando augmentum frigiditatis & caliditatis eſt notabile, ut trahant calorem naturalem extra ſuam formam naturalem, tum membrum faciet operationem contrariam ſuæ operationi naturali.

Frigiditate natura non utitur per ſe & prima intentione ut frigiditas eſt in aliqua operatione eius, ſed per accidens, & ex ſecunda intentione, uidelicet in temperando & cõmenſurando calorem naturalem. in. 2. de parti. animaliũ. cap. de cerebro, & in. 4. meteororum. com. 1. in digreſſione. Et iſto modo intelligitur dictum Galeni. in. 6. de accidenti & morbo prope finem, ubi habet ꝙ frigiditas nulli functioni utilis eſt, uidelicet per ſe & eſſentialiter: per accidẽs enim iuuat, ut patet in prima particula aphoriſmorum: Ventres hyeme & uere.

Frigiditas quæ non eſt terreſtris eſt debilis operationis. 5. colliget cap. 12. uide in contradictionibus nuper æditis.

Fulmina quæ conſtant ex materia ſubtili aerea non corrumpunt corpora mollia in quæ cadunt, ſicut narratur ꝙ quædam fulmina reſoluunt ſiue liquæfaciunt æs & non comburunt pannum ſeu bombicem qui eſt cum eis, & occidunt multa animalia abſq; hoc ꝙ appareat in eis ſignũ combuſtionis. 2. meteo. cap. 2. de fulminibus prope finem.

Fulminibus cadentibus in aliquibus locis, inueniuntur in illis corpora ſimilia ferro & æri, ut narrauit Auicen. dicens ꝙ ipſe laborauit in diſſoluendo illud, & nõ potuit, quia diſſoluebatur & conuertebatur in ignem. Et ꝙ nullus Peripateticorum meminit de hoc. Dixit etiam Auic. ꝙ lapis magnus cecidit in Corduba igneus in die ſereno ſeu claro, & ipſe uidit illum lapidem, & habebat odorem ſulphuris, & quaſi naturam harmoniaci, & hoc non eſt remotũ. ibidẽ.

Fulmen ſeu uentus accenſus deſcendit inferius cum uelocitate, quia hæc pars fumoſa eſt compoſita ſeu conſtituta ex parte leui & graui, & hoc cum accidit parti graui frigeſieri, tunc ab illa parte graui mouetur inferius, & impoſſibile eſt propter fortem mixtionem ſeparari partem leuem à graui. ibidem.

Fumus eſt ex aere & terra. 2. de generatione & corruptione. tex. commen. 28.

Fumus eſt calidus & ſiccus, & quamuis ſumus habeat hãc complexionem, tamen ſemper remanet in eo uirtus rei ex qua fit fumus: propterea utimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generandam carnem bonam. 5. colliget. cap. 42. in fine capituli dũ agit de fumo, hoc eſt, contra ponentes reſolutionem fieri uſq; ad materiam primam. Ibidem etiam paulo ſuperius idem Auer. dicit de cinere, ꝙ cineres diuerſificantur ſecundum diuerſitatem rerum ex quibus fiunt, unde uidemus ꝙ habent diuerſas proprietates iuxta naturam rerum, ex quibus generantur. Et Seneca in libro naturalium quæſtionum dicit ꝙ ſapor herbæ remanet in lacte: & experimento hoc patet, ꝙ caro animalium retinet ſaporem ciborum & herbarum, ex quibus nutriuntur, ſicut Paduæ caro uituli tempore hyemis habet ſaporem raparum.

Futurus incedere quis non incedet. ex. 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 64. ex quo patet non quæcunq; eueniunt, ex neceſſitate euenire.

## ¶ De litera G.

GALENO Sæpe accidit opinando aliquas eſſe demonſtrationes Ariſto. in illis q̃ intelliguntur ex uerbis Ariſto. primo aſpectu, & non ſunt in rei ueritate, quapropter mox incepit ei contradicere neſciens ſe ſibimet contradicere in ueritate. 8. phy. cõ. 78. idem. 4. phyſi. in tra. de tempore, ſuper tex. cõmen. 97. &. 98. ubi etiam lucidiſſimus Themi. hoc idẽ aſſeuerat dum inquit. Verum Galenus in pleriſq; omnibus ferè ad hũc modum moleſtus importunuſq; eſt & dominus Albertus cognomento Magnus. ibidem. 4. uidelicet phy. tract. cap. 4. inquit: Nec Galenus, nec Auguſtinus ſciuerunt bene naturas rerum.

Galenus errauit circa intellectum demonſtrationis in principio. 7. phyſico, quia non intellexit quid ſit primum motum per ſe. 7. phyſi. com. 1. &. 2.

Galenus opinatus eſt cor non eſſe primum principium motus in animalibus, quia uidit animal extracto corde moueri per duos paſſus: & quia animal non mouetur abſciſſo capite opinatus eſt caput eſſe principiũ motus ſeptimo phyſicorum commen 4.

Galenus exiſtimauit ꝙ nos non percipimus tempus, niſi perceperimus nos moueri in anima noſtra & eſt imaginatio corrupta per ſe. 4. phyſi. commen. 97.

Galenus redarguit temporis diffinitionem datam ab Ariſt. uide. 4. phyſi. Themiſtium ſuper tex. 102. ubi ponit duas ſolutiones ad eius argumentum.

Galenus cùm exiſtimaret ꝙ nullus poteſt ſcire mundum eſſe æternum, niſi propter has propoſitiones, quarum origo eſt à ſenſu & teſtimonio uetuſtatis, dixit in ſuo libro quem compoſuit de his quæ dubitauit, ꝙ nullam certitudinem habebat de mundo, utrũ eſſet nouus aut antiquus. Et manifeſtum eſt ex uerbis ſuis ꝙ ipſe non utitur in antiquitate mundi, niſi talibus propoſitionibus, & in libro ſuo quem appellauit de demonſtratione. 1. cœli. com. 22. uide etiam quæ ratio maxime fecit Galenum dubitare. 1. cœli. cõ. 92.

Galenus non ſufficienter determinauit de anhelitu. 2. de anima. commento. 88.

Galenus exiſtimauit, ꝙ uirtus cogitatiua eſt rationalis materialis. 3. de anima. commen. 6.

Galenus tantum applicabatur errori, ꝙ exiſtimauit aerem eſſe ſentientem. Auer. in commen. libri de ſenſu & ſenſato prope finem.

Galenus dubitauit utrum uirtus informatiua eſſet creator aut creatura. 7. meta. commen. 31. Et uide ibi cauſam.

Galenus dubitauit an uirtus dans animam ſit deus, aut aliud ibidem. diſp. 3. in ſol. 18. dub. &. 7. meta. com. 31.

Galenus opinatus eſt principium ſanguinis & uenarum nõ pulſatilium eſſe iecur per duas rationes. Ariſtote. autem opinatus eſt eſſe cor. ex. 3. de parti. anima. in cap. de corde, etiam duabus demonſtrationibus.

Galenus conceſſit unam propoſitionem, & dixit eam conuerti, ꝙ ubi eſt principium uirtutis alicuius animalis quæcunque ſit illa uirtus, ibi etiam eſt principium inſtrumẽti illius uirtutis: & è conuerſo, ubi eſt principium inſtrumenti alicuius uirtutis, ibi etiam eſt principium uirtutis illius. ex tertio de partibus animalium. in capitulo de corde Commentator.

Galenus in libro de ingenio ſanita. dicit ꝙ in apoſtemate hepatis eſt phlebotomanda baſilica dextra, & in ſuis ſermonibus uniuerſalibus dicit contrarium, ponit Auer. 7. colliget. capitulo. 29. & ibi ponit ſolutionem iſtius apparentis contradictionis.

Galenus in his quæ apparent in anatomia ubi diſcordat ab Ariſto. maximam facit difficultatem, quia hac noſtra ætate non poſſumus acquirere ueritatem. Commen. in. 3. de partibus animalium. in cap. de corde. & eſt authoritas Damaſceni in ſuis aphoriſ.

Galenus fuit qui inuenit aliud iuuamentum diaphragmatis à iuuamentis poſitis ab Ariſto. & alijs antiquis, quod eſt magis nobile, quia huiuſmodi uelamen, ut ipſe opinatur, eſt lacertus quo animal mouet pectus in reſpiratione, quod genus membrorum ſcilicet lacerti, per quod ſit motus uoluntarius, ut imaginor, non fuit cognitum tempore Ariſtote. Et ideo laudemus Galenum de hoc ſicut tenemur laudare ipſum in alijs rebus manifeſtatis ab ipſo in arte anatomica. Auer. in. 3. de partibus animalium in cap. de ſepto tranſuerſo.

Galenus non intellexit Ariſto. opinione de capite. i. de oſſe tutante cerebrum, an ſit propter cerebrum. uide Auerro. contra Gale. in. 4. de partibus animalium. in cap. de membris animalium ſanguineorum extrinſecis.

Galenus opinatus eſt fœminam habere uerum ſemen, & actiuè concurrere ad generationem: contra quem uide Auer. in 1. de generatione animalium. ubi adducit rationes eius, & impugnationem opinionis eius in illo capitulo, ubi ponitur improbatio antiquorum in col. 7.

Galenus non perſpexit ſundamenta naturalia, & ideo non eſt mirum ſi errauerit in modo generationis corporis ex membris, ſed de ſequentibus ipſum mirandum eſt, ſcilicet de Auicenna qui habebat notitiam ſcientiarum ſpeculatiuarum. ibidem.

Galenus dicit quòd in hepate eſt fons ſpiritus naturalis ſecũdo colliget. cap. 8.

Galenus poſuit neruos, & membra phlegmatica, & uiſcoſa, generari ex ſpermate, & reliqua membra ex ſanguine: cõtra quem uide Auer. ibidem.

Galenus poſuit neruos eſſe inſtrumentum motus uoluntarii & ſenſus. et uide motiuum eius. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium.

Galenus aſſimilat in uno ſuo libro animam lapidi adamanti. 2. colliget. cap. 7.

Galenus opinatus eſt illa membra reſtaurari non poſſe quæ ex ſpermate generantur, ſed non eſt ita, nam ſi ita eſſet, tũc non uideretur aliquod membrum reſtaurari in aliquo animali, & in alio non: & in aliqua ætate reſtaurari, in alia uero non: dicitur enim ꝙ ſi oculi pullorum hirundinum erũpantur mox reuertuntur. Oſſa uerò ſenum aut non reſtaurantur, aut difficile recuperantur: ſed priuatio partis aereę quæ eſt in ſemine, & primi humidi inutilius reperti eſt in cauſa ꝙ talia membra, quæ inciduntur, non coniunguntur, neq; reſtaurantur. 2. de generatione animalium. cap. 2. Auer. uide etiam in eodem cap. in fine capituli. ubi apertius Auer. huius problematis explicat cauſam.

Galeni doctrina in libro de complexionibus non incedit per uiam, per quam inceſſit in libro de elementis. ſ. per uiam demonſtratiuam. Auer. 2. colliget. cap. 1.

Galeni error, quẽ dixit de cõplexione tẽperata, ẽ paruus. ibid.

Galenus dixit quòd pilus generatur ex uno uapore fumoſo aduſto, ſed hoc indiget ſpeculatione, quia uidetur quòd pilus ſit corpus extenſibile ſiccum. Auerro. in ſecũdo colliget. cap. 8. de iuuamen. membrorum conſimilium. Opinio iſta Galeni eſt in. 2. complexionum. cap. 5. Poteſt tamẽ dici pro Galeno, ꝙ extenſionem illam pilus ſumit ex cute, in qua eſt uiſcoſitas quædam: ut eſt uidere ad ſenſum, ubi extracto pilo eſt in extrema radice unctuoſitas quædam, & ſic per conſumptionem eius in nobis contingit caluitium: ut dicit Ariſto. in. 5. de generatione animalium.

Galenus opinatus eſt locum eſſe ſpacium ſeparatum, cõtra quem uide pulchrè Themi. in. 4. phy. ſuper tex. 36. ubi pulchre digreditur ibi, ſed ſtatuamus inquies.

Galenus opinabaẽ ꝙ hepar, ꝑpter dominiũ quod habet ſuꝑ omnia membra nutritiua, quod eſſet penitus in uirtute nutritiua princeps, neſciẽs ꝙ poſtremũ nutrimentũ eſt in corde, & quòd in eo eſt prima uirtus nutritiua princeps. 2. colliget in cap. 9. de iuuamen. membrorum officialium.

Galenus dixit: Ariſto. & ſi uir doctus, & ad quancunq; partem rationem adducere eximius extiterit: nullã tamen potuit probabilem rationem reddere, cur repleto capite uis ſentiendi quieſcat, ſi in corde eſt collocata ex fine quarti libri de cauſis ſymptomatum.

Galenus dixit ꝙ teſticuli habent uirtutem principalem generatiuam: ſed uide impugnationẽ eius in. 2. colliget. capi. 10. de iuuamentis membrorum deſeruiẽtium generatiuæ, ubi tenet uirtutẽ iſtã ſm Ariſto. eſſe in corde, & ibi eſt uirtus principalis, quia cor tranſmittit eis calorem temperatum in debita quantitate, & qualitate. Et ideo iſta membra inſeruiunt, & concurrunt, ut inſtrumentum, & ſi qua eſt uirtus in eis, illa eſt particularis.

Galenus opinatur ꝙ inſtrumẽtum tactus eſt neruus, qui uenit à cerebro, & Ariſto. opinatur ꝙ organũ tactus eſt caro. 2. colliget. cap. 11. de iuuamento membrorum officialium deſeruientium uirtuti ſenſitiuæ.

Galenus quando dicit ꝙ in euacuatione membri maior cadit timor in euacuando q̃ in alterando, non ſanè loquitur ſed erat, quia ſicut timenda eſt euacuatio ne uirtutem ledamus, ita eſt in alteratione & maxime in alteratione frigiditatis, ſed dic tu pro Gale. quòd ſermo eſt comparatiuus & non abſolutus.

Galenus dixit ꝙ ſenſus cõmunis eſt in cerebro, & Ariſt. dicit, ꝙ primo & principaliter eſt in corde. 2. colliget. cap. 11. Opinionem Ariſtote. require in libro de ſenſu & ſenſato. & in. 3. de parti. anima. cap. 4.

Galenus dixit odoratus ſenſum fieri in duabus carunculis, quæ ſunt ſimiles capitibus mammillarum: ſed Ariſto. dixit, ꝙ ſit in duobus meatibus q ſunt in naſo. 2. colliget. ca. 17. de iuuamento inſtrumenti odoratus. Et ibi require impugnationem Auer. contra Galenum.

Galenus ſentit ꝙ origo & ſitus caloris naturalis deſeruientis motui uoluntario ſit cerebrum, & ad totum corpus miſcetur per neruos ab eo: ſed Ariſto. opinatur ꝙ cerebrum ſit ſeruitor cordis in hac operatione per uiam qua ſeruit ei in ſenſibus, & origo eius eſt in corde. 2. colliget. cap. 18. de iuuamentis membrorum uoluntarii motus.

Galenus & omnes medici confitentur, ꝙ uirtus uoluntaria eſt in corde. ibidem.

Galenus opinatus eſt ꝙ motus uoluntarius non ſit niſi per muſculos, & non eſt ita: muſculi enim non ſunt niſi in animalibus ſanguineis ꝑfectis, & nõ eſt impoſſibile eſſe motum uoluntariũ ſine muſculo: quod ſi eſt, eſt ꝑpter calorẽ naturalẽ, aut propter rem quæ ſtat loco eius in aĩalibus q̃ ſunt ſanguinea neq; carnoſa. 2. colliget. cap. 18. de iuuamẽtis membrorum uoluntarii motus.

Galenus motum anhelitus dixit eſſe motum uoluntarium, & eius dixit duo eſſe iuuamenta, & primũ eorũ ſolum uerum eſt. 2. colliget. cap. 19. de iuuamentis membrorũ, ubi ẽt uide impugnationem, an ſit motus uoluntarius.

Galenus opinatus eſt ꝙ uirtus uoluntaria motiua principaliter ſit in cerebro, & ꝙ immediatum inſtrumentum iſtius uirtutis ſit neruus. Ariſto. autem & Auer. tenẽt uirtutẽ iſtã principaliter eſſe in corde, & ꝙ primum inſtrumentũ per ſe mobile ab iſta uirtute ſit muſculus in animalibus perfectis. Et ideo egritudo a qua prouenit læſio in motu, eſt primo, & per ſe in muſculo, & in neruo, & cerebro nõ eſt niſi per uiam & modũ colligantiæ. 2. colliget. cap. 18. &. 19.

Galenus non habuit ueram radicem in logica. ibidẽ. ca. 19.

Galenus in maiori parte rerum, in quibus putant homines ꝙ contradicit Ariſtote. non eſt uera contradictio, ſed ſunt ſicut concluſiones & complementa. Et ideo non eſt dicendum ꝙ illud quod dicit Gale. in particularibus rebus contradicit in uniuerſalibus Ariſto. ſecundo colliget. cap. 19. de iuuamentis membrorum motus anhelitus.

Galenus & ſi tempore ſuo ars medicinæ eſſet plenè completa, dixit tamen: Non eſt impoſſibile ꝙ aliquis ueniat poſt me, & inueniat aliquid quod per me non fuit inuentum. 2. colliget. cap. 19.

Galenus dixit ꝙ in motu anhelitus pulmo nullũ habet proprium motum in ſe, ſed ſequitur motum pectoris, ſed Ariſtote. tenet oppoſitum. ibidem.

Galeni ſententia motus pulmonis eſt uiolentus uel per uiolentiam. i. per uiam per quam mouentur corpora artificialia. Et melius eſt dicendum ꝙ illud principium eſt in eo ꝑ motum ſecundum quem mouentur naturalia. ibidem.

Galenus ſentit ꝙ tẽperatior regio eſt terra gręcorũ, & inter alias eſt terra Hippocratis. Et dicit ꝙ totum tempus illarum terrarũ eſt, ſicut tempus ueris. 2. colliget. cap. ulti. q̃d eſt de complexionibus temporum. Vide tamen tu Gal. in prima particula ſeparatorum ſermonum. com. 14. & in libro de tuenda ſanitate parum poſt principium, quia Auer. non bene habuit mentem Gal. quia non dicit Gale. totũ tẽpus illius regionis abſolutè eſſe, ſicut ueris, ſed reſpectu climatum inter quę mediat quartum clima, quia reſpectu tertii eſt, ſicut æſtas, & reſpectu quinti eſt ſicut hyems.

Galenus opinatus eſt ꝙ cholera non naturalis, uitellina, eſt calidior naturali, & alij medici præter ipſum tenent oppoſitum, & Auerro. laudat dictum Gale. 3. colliget. capi. quarto de cauſis ægritudinum naturalium.

Galenus non cognouit uirtutem diſcretiuam, cuius officium eſt ut cognoſcat ſanguinem à ſuperfluitatibus, ut nutriat membrum ex conuenientiori, & mittat unicuiq; membro quod eſt ei ſimile, & uirtus ſeparatiua non eſt hæc uirtus de qua ipſe loquitur. Etenim eſt magna differẽtia inter uirtutẽ diſcretiuam & ſeparatiuam, & in eſſe & in tempore. 3. colliget. ca. 16. de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti nutritiuæ in generali.

Galenus dixit ꝙ ſolutio continuitatis ſit cauſa doloris: contra quem uide Auer. 3. colliget. cap. 31. de accidentibus ſuperuenientibus uirtuti ſenſibili.

Galeni & medicorum cauſæ inductæ ſuper accidentibus uiſus ſunt fundatæ ſuper falſa fundamenta, quia non eſt aliquid in oculo niſi calor naturalis qui aduenit ei à cerebro per duos neruos perforatos, nec calor poteſt ſeparari à corpore in momento etiam remanente calore intrinſeco, & homine uiuente: & impoſſibile eſt ut extendatur uſque ad ſtellas, quia antequam ueniret illuc eſſet corruptus. Nec etiam in eo eſt corpus cœleſte, nec igneum habens ſplendorem. 3. colligel. cap. 38. & facit contra illos q tenent uiſionem fieri extra mittendo.

Galenus conatur per rationes oſtendere quòd ueritas ordinationis in circuitibus febrium, prouenit à calore putredinali, ſed rationes eius infringuntur: nam mea ſententia penitus eſt, quòd natura iſtos circuitus cum calore intrinſeco operatur, quamuis huic calori aduenerit aliquid extrinſecum in quantitate aut qualitate in eo ꝙ eſt agens in materia non naturali. 4. colliget. cap. 27.

Galeni uerba de febre ſangninea uaria ſunt, quia aliquando dicit, quòd eſt cholerica continua, & aliquando dicit quòd eſt aliud à continua cholerica, & tu ſententiam meã noſti in hoc quarto colliget. capi. 31. de febre ſanguinis, & ſignis eius.

Galenus ſicut fugitiuus dixit medicinæ frigidæ non refrigerant corpus, niſi propter diuiſionem in paruas partes:

cuius impugnationem uide. 5. colliget. cap. 3.

Galenus ſaporem amarum non appropriauit niſi calido tantum, ſed amaritudo poteſt eſſe & à calido & à frigido, ſicut color niger inuenitur, & per calidum, & per frigus. 5. colliget. cap. 27. & in. 2. de anima. cōmen. 105. & argumentum efficax contra Galenum & medicos eſt de oppio quod eſt ī fine amaritudinis, & inducit paralyſim propter ſuam frigiditatem. Et quāuis poſſent dicere ꝙ non prouenit amaritudo à parte frigida, nos dicemus iam amaritudo eſt dominans in ſuo ſapore, & ſapor fortis eſt in iudicio ſuper naturam ibi. Vnde debet iudicari ꝙ ſit magis calidum ꝗ frigidum, & quomodo non cogitauit hoc.

Galenus fuit uerax & legalis experimentator in arte medicinæ, & nullus poteſt ei cōparari, niſi is q cum clamat nō intelligit id qđ clamat. 5. colliget. cap. 31. Fortè dicit hoc propter Rhaſim qui fuit maximus experimētator, & ille dum Galeno contradicit plerunq; uocem propriā uidetur ignorare: alij referunt hoc ad Auicennam, ſed primus intellectus eſt magis conſonus ueritati.

Galenus opinatus eſt medicinæ compoſitę operationes contrarias prouenire à contrarijs qualitatibus, & non ab una media reſultante ex contrarijs, cuius impugnationem require ab Auerro. in. 5. colliget. capit. 57. ubi etiam excluditur reſponſio Galeni aſsimilantis operationem medicinæ compoſitæ operationi ſenſus & ſenſibilium, nam ſenſus ſimul à contrarijs ſenſibilibus immutatur, ſicut uiſus ab albo & nigro, ubi ponitur ratio diuerſitatis, & ibi uide pulchre de hoc.

Galenus dixit ꝙ quando ſunt duæ medicinę eiuſdem uirtutis, & una eſt debilior alia, ſi miſceantur, debilis diminuit fortiorem, cuius oppoſitum poteſt prouenire, & uide motiuum. 5. colliget. cap. 57. uerſus finem.

Galenus dixit in regimine complexionis temperatæ, ꝙ quādo naſcuntur ſal tritum ſuper corpus illorum aſpergatur, ſed melius eſt ut inūgatur cum oleo de glādibus: quia mordicationem non inducit, & facit conſimilem operationem, quia corpora eorum, propter extrinſecus aduenientia indurantur, ut dicit Auenzoar. 6. colliget. cap. 6.

Galenus dixit ꝙ quidam medici dicūt, ꝙ homo temperatus ter debet exercitari in die, & ter balneari, & hoc eidem placere uidetur, de quo non modicum admiror, quia ſi hoc fiat ter, & horę ciborum ternam ſectionem habebūt. Auer. 6. colliget. cap. 6. ubi recitat opinionem aliorum aſſerentiū complexionibus temperatis in duobus diebus ter comedendi tempora diſtribuantur, & totis uiribus exerceantur, & opinio iſtorum eſt magis ueritati propinqua, cui mirabilis Auenzoar aſſentire uidetur.

Galenus præcepit ſi ſanguis ſit coagulatus i pulmone, ut propinetur acetum cum aqua mixtū: ſed hæc medicina eſt contraria iuuamento cauſæ & accidenti, propterea quia aceto ineſt per naturam ut moueat tuſsim, & tuſsis eſt paruum accidens, & hoc eſt timendum. Et acetum cum ſit pungitiuum, uulneri nocet & ſanguinem ſubtiliat, & aperit, & propterea acetum eſt dimittendum. 7. colliget. cap. 34. Solue pro Gale. ꝙ in caſu neceſsitatis minus malum præfertur maiori, quia ſi ſanguis eſt coagulatus indiget ſubtiliatione, quæ fit per acetum, & tuſsis adiuuat ad expulſionem eius, nocumento autem derelicto poteſt medicus poſtmodum obuiare.

Galenus dixit complexionem calidam & humidam eſſe temperatam: contra quem uide. 6. colliget. cap. 11.

Galenus in febribus arſiuis ex dominio ſanguinis, quando ſanguis nondum putriuit, præcepit euacuationem ſanguinis per phlebotomiam fieri uſq; ad ſyncopim. Cuius opinio eſt erronea, & uide rationes Auerrois in. 7. colliget. ca. 8. quia ſunt fortes contra Gale.

Galenus dicit ꝙ patientes febres ex humoribus uiſcoſis, & mucillaginoſis non ſunt euacuandi niſi per frictionum ſolum. Ego autem, ꝙ climata in hoc ſunt multum conſideranda, & propterea in hoc non eſt danda regula generalis. 7. colliget. cap. 9. uide etiam de hoc ibidem. cap. 10.

Gallinas procurantes ut generoſæ procreentur, mutatis admiſſarijs id efficiunt. Et uide cauſam. 1. de generatione animalium. cap. 20.

Gallinæ cum mares uicerint, cucurriūt, & extēplo marium tētant ſuperuentu coire, criſta et iamcaudaq; erigitur, ita ne facile ꝑterea ſit, an fœminæ ſint cognoſcere: nonnunꝗ etiā calcaria parua ijs enaſcuntur. 9. de natura animalium. cap. 49. Ex illo loco ſcire poteris mores et actiones mutare poſſe complexionem.

Gallinæ paruæ ſunt fœcundiores generoſis. 3. de generatione animalium. cap. 1.

Gallinæ bis parientes in die citò pereunt. Ariſt. in. 3. de generatione. cap. 1.

Gallinæ iuuenis & pinguis caro melior ex omnibus uolatilibus, & habet mirabilem proprietatem in temperando cōplexionem: & ideo brodium ſuum eſt optima medicina leproſis. 5. colliget. cap. 31.

Gemini ſæpenumero euenit ut in eadem parte generentur mas & fœmina, idq; ſatis inſpeximus in diſſectionibus animalium ouiparorū, tum pedeſtrium, tum etiam piſciū. Ariſt. 4. de generatione animalium. capit. 1. aduerſus Democritum & Empedoclem.

Geminos pariunt quandoq; oues uel capræ, uel pabuli beneficio, uel ſi mater, aut pater uim eam geminandi per naturam obtineat. 6. de natura animalium. ca. 19. ubi nota ex indiuiduali proprietate poſſe prouenire ut mas uel fœmina geminos ædat.

Gemini in ſolo humano genere ſi alter mas alter fœmina ſit, rarò ſeruantur: in reliquis animalibus, ſi alter mas alter fœmina ſit enutriuntur & ſeruantur. 7. de natura animalium. cap. quarto.

Gemini uel diſsimiles inter ſe non ſunt, ſed plurimi magna ex parte ſimiles procreantur. 7. de natura animalium. ca. 6.

Generatio alia ſimplex, & eſt in qua unum fit ex uno: alia uerò compoſita, & eſt in qua unum fit ex pluribus. primo phy. cōmen. 44.

Generatum in actu licet ſit unum numero, ideſt ſecundum ſubiectum, non tamen eſt unum ſecundum rationem ſeu diffīnitionem. 1. phyſi. cōmen. 60. Vbi per generatum intelligit ſubiectum generationis, quia illud dicitur uerè generari, ut ipſe habet in preſenti commēto. Ex hoc elicitur apud Peripateticos ꝙ aliqua poſſunt eſſe eadem ſubiecto, ſed differunt ſecundum diffinitionem, quod etiam colligitur ex. 5. phy. cōmen. 47. & ex. 2. de anima cōmen. 147. et ex. 3. phy. 19. & 21. & 3. de anima. cōmen. 1.

Generatio ſimpliciter eſt ſubſtantiæ, ſecundum quid uerò accidentium. 1. phy. 62. & 1. de generatione & corruptione tex. cōmē. 11. & 18. 5. phy. tex. cōmē. 7. & 8. phy. te. cō. 46.

Generatum in rei ueritate eſt compoſitū ex ſubiecto & forma. 1. phy. cōmen. 64. & 7. metaph. tex. cōmen. 23. 26. 27. 31. 33. & 8. metaphy. tex. cōmen. 8. & 12. met. cōm. 18.

Generatio eſt uia in naturam. 2. phyſi. tex. cōmen. 14.

Generatum duplex, completum & incompletum. 1. cō. 64.

Genera ſunt formæ uniuerſales, & differentiæ ſunt formę ꝓpriæ. 2. phyſic. cōmen. 92. & 91. Vide in concordantijs.

Generatio eſt ex contrarijs, ut declaratum eſt in. 1. phyſicorum: & inter aerem & aquam non eſt corpus medium in actu denudatum à differentijs aeris & aquę contrarijs, ſcilicet à calore & frigore. 3. phyſic. cōmen. 49. Ex quo patet quantum errent qui tenent formam corporeitatis ſubſtantialem coæternam primæ materiæ, ſecundū Ariſto. & Cōmenta. idem. 3. phyſi. tex. cōmen. 45. Contra te|nentes fo|mam co|poreitati|ſubſtāt co|ternam |materiæ

Generabilia quæcunq; & corruptibilia, & omnino quæ aliquando quidem ſunt, aliquando uerò non, neceſſe eſt in tēpore eſſe. 4. phyſic. tex. commen. 120.

Generabilia & corruptibilia menſurantur à tempore duabus de cauſis, & quia ſunt mota, aut mobilia, & quia tempus excedit illa. 4. phyſi. cōmen. 120.

Generatio alia ſimpliciter, alia ſecundum quid. 5. phyſi. tex. cōmē. 7. & 1. de generatione & corruptione. tex. cōmē. 11. & 20. primo phyſi. tex. cōmē. 62. & 8. phy. tex. cōmē. 46.

Generationis



Generationis cauſa eſſentialis ꝙ non ſit motus, eſt quia ſubiectum motus eſt ens ī actu: ſed generationis ſubiectum eſt ens in potentia. 5. phyſi. cōmen. 8.

Generationes in prædicamentis accidentium non dicuntur generationes niſi cum determinatione. 5. phyſi. cōmen. 8. Et habetur in tex. ibidem. & alibi ſæpe.

Generatio eſt exitus eius, quod eſt in potentia ad actum. 5. phyſi. cōmen. 16.

Generatio non eſt motus, & cauſa eſt, quia forma eſt indiuiſibilis, & quia generatio eſt de non eſſe. 5. phy. cōmē. 21. Ex quo patet in uia Auer. tranſmutationem ī formis ſimplicibus quas ipſe ponit. 3. cœli, eſſe diuiſibiles et recipere magis et minus: ꝙ talis nō ē uera generatio, nec etiā eſt uerus motus: tum quia ſubiectū motus eſt ens in actu, ſed ſubiectum trāſmutationis talium formarum eſt prima materia. Prima enim habilitas in materia eſt ad tales formas ſimplicium. 3. cœli. cōmen. 67. & 12. primæ Philoſophiæ. cōmē. 11. Tum etiam quia motus eſt inter contraria, ſed formæ illæ non ſunt contrariæ ſecundum ſe, ſed ſecundum ſui qualitates, contra Alexan. ut patet. 5. phyſi. cōmen. 10. Sed dic ꝙ ſic Cōmen. habet conſequēter loqui iuxta ſua fundamēta, ꝙ quemadmodum ipſe tenet ꝙ formę elementarię ſunt mediæ inter ſubſtantias & accidentia, ſic tranſmutatio earum, neq; eſt uerè motus, nec uerè generatio, ſed eſt medium quodammodo: idem enim eſt iudicium de motu & termino motus, & de uia et termino uiæ, quia non differūt niſi ſicut perfectum à diminuto, ut patet in. 5. phyſi. cōm. 9.

Genus eſt prius in ratione. Cōmētator quinto phyſicorum, commen. 27.

Generatio & corruptio mutationes ſunt, & nō ſunt motus. 5. phy. tex. cōmen 51. & tex. cōmen. 8.

Generatio & corruptio ſequuntur alterationem, et non ſunt motus, ſed ſequuntur motum. 6. phy. cōmen. 32. & 45.

Generatio quodammodo eſt in magnitudine. 6. phy. cō. 59.

Generabilia quædam ſunt indiuiſibilia, ut ſentire & intelligere. ibidem.

Generationis motus eſt cōpoſitus ex tranſmutatione in qualitate, & ex trāſmutatione in ſubſtātia. 6. phy. cō. 59. et. 32.

Generationis finis neceſſariò eſt de alia ſpecie motus, cūm finis ſit ſubſtantia, & tranſmutatio cuius eſt finis, eſt in qualitate. 6. phyſi. cōmen. 59.

Generatio eſt tribus modis, aut ſimplicium, aut organicorū, aut complexionis & mixtionis. 6. phyſi. cōmen. 59.

Generatio & corruptio non ſunt extra magnitudinem, licet non ſint in ipſa magnitudine 6. phy. tex. cōmen. 59.

Generatio primæ partis carnis componitur ex alteratione et generatione, ut cū generatur caro ex ſanguine, primò amittentur qualitates & accidentia ſanguini propria, & fient accidentia propria carni donec amittatur forma ſanguinis, et fiat forma carnis ſcilicet in fine motus, ſcilicet in non tempore. 6. phyſi. cōmen. 59. idem. 1. phyſi. cōmen. 62.

Generabile quodlibet habet aliquam quantitatem naturaliter in initio generationis & fine, & iſta quantitas habet extrema & medium. Vide conſimile. 6. phyſic. cōmen. 32. & 1. phyſi. 34. & 2. de anima. tex. cōmen. 41.

Generatio ita ſe habet ꝙ in ea fortè eſt magis manifeſtum ꝗ in alijs motibus, ꝙ generans eſt ſimul cū generato. 7. phyſic. cōmen. 10.

Genus non uidetur eſſe ſubiectum propinquum formarum. 7. phyſi. tex. cōmen. 29.

Genus unum aliquid non eſt, ſed iuxta hoc latent multa. 7. phyſi. tex. cōmen. 30.

Generatio impoſsibile eſt ut ſit ex non eſſe puro, ut apparet ex diffinitione motus. 8. phyſic. cōmen. 4. idem. 1. phyſic. cōmen. 71.

Generatio impoſsibile eſt ut ſit ex prima materia ſecūdum quòd poteſt intelligi nuda à forma. 8. phyſi. cōmen. 4. Vide in concordantijs.

Generibus licet quandoq; abuti loco ſpecierum: licet enim omnibus uocabula arbitratu ſuo interpretari ac fingere. Themiſtius. 1. de anima. cap. 19.

Generari contrarium ex contrario, poteſt intelligi duobus modis. 8. phyſi. cōmen. 4.

Genaratio non eſt primus motus temporalis, quia generatio non eſt motus, ſed finis motus. 8. phyſi. cōmen. 7. idem 6. phyſi. cōmen. 32.

Generatione exiſtente erunt alij motus, quia generatio eſt finis aliorum motuum: & qui deſtruit finem deſtruit omnia quæ ſunt ante finem. 8. phyſicorum, commen. 24. Vide in concordantijs.

Generans eſt quod dat generato formam ſuam corpori ſimplici & omnia accidentia contingentia formæ, quorum unum eſt motus in loco. 8. phy. cōm. 31. et. 3. cœli. cōm. 28.

Genus aut mera notio eſt ſine euidēti ſoliditateq; aliqua, ſed ex tenui ſuboſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta: aut penitisſimè nihil aut ꝗ ſingularia multò poſterius: At ſpecies natura quędam eſſe amat & forma, nam ratio hominis ſimul atq; iugata materiæ eſt, homo fit. Themiſt. 1. de anima. tex. 8. idem Boetius in prædicamēto ſubſtantiæ. & Cōmen 12. metaphyſic. cōmen. 4. & 27. & primo de anima. commen. 8.

Generum & ſpecierum nomina, utrum notiones fabraq; animi ſint, an naturæ aliquando in ſingularibus contentę, pulcherrima conſideratio eſt. Themiſtius. 1. de anima. tex. cōmen. 8. item Porphyrius. Vbi pōdera, quia dicit ꝙ neq; animalis notio ſubſtantia eſt animata ſenſibilis, multoq; minus notio hominis poteſt eſſe animal rationale mortale ſed ſingulares homines propriè animalia rationalia, & dicuntur & ſunt. idem uide ab Auer. ibidem cōmen. 8. & 1. metaphyſi. cōmen. 45. tenet Alexan. in. 1. libr. naturalium quæſtionum, quæſtione tertia. ubi quærit quorum ſint diffinitiones.

Generabilia ex ſemine habent eſſe perpetuum, quia habent in ſeipſis generans propinquum, ſecus eſt de genitis ex materia putri. Cōmen. in. 8. phyſi. cōmen. 46.

Generatio eorum quæ generant ſe, non completur niſi illic ſit generans extrinſecus præter generans propinquum, ꝙ dedit ſolum generationis principium. 8. phyſi. cōmen. 46. & habetur. 2. phyſic. tex. cōmen. 26. & 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 13. ubi dicitur: Sol & homo generant hominem.

Generans extrinſecum neceſſariò eſt alterans, & ſua alteratio eſt temperata, ita ꝙ neceſſe eſt, ut ſit ſimilis calori naturali per quem completur illud ens. 8. phy. cōmen. 46. idem habet in. 12. metaphyſic. cōmen. 18. & in. 2. de generatione animalium.

Generatio Ciceronis à Platone non eſt propter generationem eius ex Socrate, ſed eſt propter uoluntatem eius, quia uoluit proijcere ſemen in illam fœminam: Socratem enim generare Ciceronem eſt per accidens. 8. phyſi. cōmen. 47. Ex quo patet contra illos qui aſſerunt, ꝙ Plato non potuit generari niſi à ſuo patre, & non ab alio.

Generatio aut eſt alteratio, aut ſequitur alterationem. 8. phyſico. cōmen. 55.

Generatio in animalibus quæ ſunt hîc præcedit alios motus, ſecundum ꝙ prædicamentum ſubſtantiæ præcedit reliqua prædicamenta, in quibus eſt motus. 8. phy. tex. commen. 57. Et iſta eſt gloſa Auerrois in cōmento.

Generationem ſi alteratio præcedat, hoc eſt per accidens. ibidem. cōmen. 57.

Generatione poſterius natura prius eſt. 8. phy. tex. cōmē. 58. & 9. meta. tex. cōmen. 15. & 2. de parti. anima. cap. 1.

Generatio & corruptio cum ſint motus oppoſiti, non tamen habent alterationem per quietem mediam: ſicut cæteri motus. 8. phyſi. cōmen. 62. & ibi require cauſam. Inquit enim quòd hoc eſt, quia ſubiectum non eſt aliquod demonſtratum in actu, ſub ambobus extremis motuum. Caueant igitur ponentes corporeitatem de prædicamento ſubſtantiæ coeternam in prima materia, ſecundum uiam Ariſtote. & Auer. tunc enim iſtud dictum minimè uerificari poſſet, ut patet intelligenti. In generatione et corruptione inconueniens penitus eſſe uidebitur, ſi factum mox neceſſe eſt cor- Contra ponentes formā corporeitatis.

rumpi, & nullo tempore permanere.8.phyſicorum, tex. cõmen.63.

Generatio quælibet ex contrario fit in contrarium, & ex ſubiecto quodam, & ſimiliter corruptio.1.cœli, tex. cõmen. 20.idem.1.phyſi.tex cõmen.43.&.44.

Generatio duplex, uera & tranſumptiua. Generatio uera eſt quæ fit per alterationem pasſiuam, quæ requirit ſubiectũ, & contrarietatem, & tempus, inquit enim Cõmentator.1. cœli.cõmen.uigeſimo: Generabile uerè eſt terminatum tẽpore, & fit ab aliquo, ſcilicet tanquam ex ſubiecto ne dum tanquam ab agente, ſed generatio trãſumptiua eſt quæ nõ fit ab aliquo, ſicut ex ſubiecto, & ĩ nullo tempore. Auer. eſt diſtinctio.1.cœli.cõmen.20.

Generabile quodlibet non generatur niſi ex aliquo ente ſibi contrario: & iſta propoſitio eſt uera, tam in generatione ſimplicium, quã in generatione compoſitorum ex ſimplicibus, q̃ in generatione unius compoſiti ex alio compoſito. 1.cœli.cõmen.20.

Generatio triplex, ſimplicis ex ſimplici, compoſiti ex ſimplici, & compoſiti ex compoſito: & ita eſt triplex corruptio.1. cœli.cõmen.20.

Generatio compoſitorum fit duobus modis, uel fit ex primis contrarijs nullo alio compoſito mediante, ut generatio mineralium, & eorum quæ ſine ſemine generantur ab elementis, ut plantæ: & ſicut generatio animalium, quæ per putrefactionem generantur. Et eſt etiam alius modus, quãdo unum compoſitum generatur mediante alio compoſito, ut generatio ſanguinis ex pane, & generatio membrorũ à ſanguine.1.cœli.cõmen.20.

Generans eſt ſimile generato, & eſt contrarium ei, ex quo fit generatum: nõ enim agit in materiam generandi niſi in quantum eſt contrarium.1.cœli.cõmen.20.

Generabile quodlibet & corruptibile eſt terminatum à tempore, et ideo quod non eſt terminatum à tempore, eſt ingenerabile & incorruptibile.1.cœli authoritate Alex. & Themiſt. in cõmen.100. Non generabile non uerè dicitur duobus modis, aut illud quod fit ſine cauſis generationis, aut quod eſt difficilis generationis.1.cœli.cõmen.111.

Generabile tribus modis ſumitur.1.cœli.tex.cõmen.112.

Generatum uel illud quod generatur neceſſario, nõ fit ſecũdum uiam generationis, ſcilicet per alterationem. Cõmen. 1.cœli.cõmen.112. Vbi patet ex intentione Auer. in entibus æternis & neceſſarijs eſſe alium modum generationis à modo ueræ generationis, quę fit per alterationem: contra Grego. Ariminenſem, & Ioan. de Bacono, qui dicunt ſecũdum Ariſto. & Commentato. nullum alium modum generationis ipſos intellexiſſe niſi illum qui fit per alterationem temporalem: cũm Commenta.1.cœli.cõmen.105. dicat: Quod ſi Plato dum dixit mundum eſſe generatum, intellexit ꝙ partes eius præcedunt ipſum natura non tempore, Ariſto. non diſcrepat ab eo, & in eodem lib. cõmen.106. inquit: Quod innatum eſt inueniri in tempore, non inuenitur ſine tempore, & quod non eſt innatum inueniri in tempore, non omnis habet prius & poſterius, niſi ſecundum eſſe quod eſt de lineis cum figuris. Et magis de rebus abſtractis: quoniam ſi aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc ille res non erunt priores niſi in eſſe tantũ. Si igitur intendebant dum dicebant eſſe generatum, quia eſt ex cauſis prioribus in eſſe, erit uerum, ſed uerba eorum non compatiuntur hoc. Ecce igitur quomodo in uia Commenta. & Ariſto. datur aliquis modus generationis in rebus æternis, & non temporalibus, in quibus eſt prioritas naturæ non temporis. Negauit autem Ariſto. ibi eſſe generationem quæ fit ex ſubiecto præſuppoſito & priuatione, quia talis fit per ueram alterationem, & cum tempore. Et hoc ſequebatur ad uerba Platonis, quia poſuit ipſum eſſe generatum ex inordinatione elementorum reductorum in ordinem. Inordinatio autem eſt priuatio, & talis generatio quæ fit ex priuatione præexiſtẽte, eſt cum nouitate & tempore: & ideo dixit Commenta. quòd uerba Platonis non patiuntur illam defenſionem. Et confirmatur per Auer. in 2. cap. de ſubſtantia orbis, ubi poſtquam dixit quòd finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, intulit quòd agens eſt duplex, quoddam eſt prius tempore acto, & hoc eſt in rebus generabilibus: quoddam uerò eſt prius ſecundum eſſe, ideſt ſecũdum naturam, quod etiam illo modo eſt prius ĩpſo tempore. Et ideo uia iſtorum uirorum multum deuiat à uia Commenta. ſicut uides. Vnde Cõmenta.1.cœli.commen.114. ſcribit & innuit per hoc, ut reputo, opinionem Platonis dicentis quòd mundus ante hoc non fuit æqualis per naturam: & hæc eſt ordinatio quam intendebat cum dixit quòd mundus prius fuit inordinatus, deinde pòſt uenit ad ordinem. Et uoluit hîc notificare ꝙ mundus ſi ſemper fuit ordinatus, non eſt in eo potentia ad ordinationem: & ſi uenit ex inordinatione ad ordinationem, potentiam habet ad ordinationem: & inordinationem: Sic igitur Philoſophus ſecundum Auer. negat iſtum modum generationis qui fit ex priuatione ad eſſe in rebus nõ temporalibus, quia talis eſt generabilibus proprius & corruptibilibus, ut patet in.1.phyſi.

Generationem rei cuiuslibet prædicamenti diffinimus, uel potentiam ad generationem per primum tempus in quo posſibile eſt generari, & corruptionem determinamus ex primo tempore in quo posſibile eſt corrumpi.1.cœli.118.

Generabile quodlibet eſt corruptibile, & ẽ conuerſo.1.cœli. tex.cõmen.131.

Generatur quodlibet à ſuo ſimili, et corrumpitur à cõtrario. 1.cœli.tex.cõmen.ultimo.

Generatio cuiuslibet ſpeciei iſtius mundi non perficitur, niſi per aggregationem motuum corporum cœleſtium.2.cœli.tex.cõmen.2.

Generatur quodlibet à ſuo ſimili in ſubſtantijs, in accidentibus autem non eſt neſſarium, ut omne accidens fiat à ſuo ſimili ſpecie uel genere.2.cœli.cõmen.42. Vide in Theorematibus noſtris quo modo ſit plenè intelligendum hoc.

Generatum & non generatum non differunt in necesſitate quæ eſt inter cauſam & cauſatum.2.cœli.cõmen.104.

Generatio & alteratio ſunt in qualitate, ſed hæc in ſubſtantiali, illa uerò in accidentali.3.cœli.cõmen.38. uide.5.metaphy.in cap.de qualita. Etenim forma ſubſtantialis qualitas quodammodo dici poteſt.

Generatio elemẽtorum ex corpore duobus modis poteſt intelligi.3.cœli.cõmen.56.

Generatio uera & ſophiſtica.3.cœli.cõmen.56.

Genus quodlibet habet differentias oppoſitas ſecundũ perfectum & imperfectum.4.cœli.tex.cõmen.35.

Generatorum & corruptorum cauſæ ſunt, quia elementa inueniuntur extra ſuum locum naturalem.4.cœli.cõmen.41.

Generatio unius eſt corruptio alterius, & corruptio unius, alterius eſt generatio.1.de genera. & corruptione.tex.cõmẽ. 17.&.18. & hoc in ſubſtantijs, ut habetur ibidẽ.tex.cõ.20.

Generatio alia ſimpliciter, alia non ſimpliciter.1.de generatione tex cõmen.18.&.5.phyſi.tex.cõmen.7.&.1.phyſi. tex.cõmen.62.

Generatio eſt tranſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto. primo de generatione et corruptione. tex.cõmen.23.

Generatio eſt in toto & crementum in parte.1.de generatione & corruptione.cõmen.27.

Generatꝰ quodlibet, aut ab homœogeneo, aut ab homœoideo.1.de generatione et corruptio.tex.cõmen.30. Vide in Theorematibus quomodo ſit intelligendum.

Generatio nõ eſt uniuerſalis, ſequeretur enim generationem eſſe ex non ente.1.de generatione.tex.cõmen.40. idem.7. metaphy.tex.cõmen.27.

Generatio & corruptio omnibus natura ſubſiſtentibus ſubſtantijs non eſt ſine ſenſibilibus corporibus.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.primi.

Generantur natura conſtantia aut ſemper aut ut multum. Ea autem quæ ſunt præter ſemper, aut ut multum ab euentu proueniunt.2.de generatione et corruptione.tex.cõmẽ.39. idem.2.phyſi.tex.cõmen.48.

Generatio



Generatio eſt continua & æterna, quia motus localis eſt cõtinuus & æternus, quoniam motus generat faciẽdo appropinquare generantem generando.2.de generatione & corruptione.tex.com̃.55.&.56.

Generationis perpetuitatis tres cauſæ ſunt aſſignatæ ab Ariſtotele, materialis, formalis, & cauſa agẽs. de generatione & corruptione.cõmen.50.

Generationes quorũdam entium ſunt neceſſarię, & quorũdam ſunt contingentes. ex.2.de generatione & corruptione.tex.cõmen.66.

Genus demonſtrat materiam, & differentia formã.2.de anima.com̃.8. Non eſt intelligendũ genus eſſe materiã: Alex. enim in libro naturalium quæſtionum demonſtratiuè ſcripſit genus eſſe diuerſum à mã: & hoc etiam ſentit Cõmen. in.1.primæ philoſophiæ cõ.17.& in.12.cõ.14. ſed ĩtelligit ꝙ genus comparatur ad differẽtiam, ſicut potentia ad actũ & ſicut materia ad formam. Vnde teſte Porphyrio in cap. de differentia, genus eſt proportionale materiæ, & differẽtia formæ. ex.7. primæ philoſophiæ.tex.cõ.43.

Genus non eſt præter generis ſpecies, & ſi quid eſt illud ut materia eſt.

Genera imposſibile eſt elemẽta rerum eſſe.1.de anima.tex. com̃.78. ubi Themiſtius dicit ꝙ genera porro ſunt notiones animi noſtri, & non elementa rerum.

Genera accepta in diffinitionibus, aut ſunt uniuoca, ut aĩal in diffinitiõe hominis: aut dicta multipliciter, ut ens & potentia & actus.2.de anima.com̃.30. Vbi patet duplex eẽ genus ſm Peripateticos, uniuocum uidelicet & analogum ui de pro hoc etiam.4.meta.cõ.2.&.5.met.cõ.4.& primo de anima.cõ.7.&.3.de anima.com̃.4.&.3.phyſi.cõ.4.

Generat nihil ipſum ſeipſum, ſed ſaluat.2.de anima.t.c.47.

Genera rerum ſcitarum, aut ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, aut artes operatiuæ, aut uirtutes cogitatiuæ ꝑticulares. Cõmentator in cõmento libri de diuinatione.

Gñatio & corruptio & omnis motus eſt à uirtute quę eſt habitus, & omne quod caret cauſis motus, eſt neceſſe habere quietem, quæ eſt priuatio motus. Cõmenta. in ultimo cap. de ſubſtantia orbis.

Genus rei cũ ignotum fuerit, non debemus ſtabilire illud.1. meteo.cap.2. Cõmenta. in ſua media.

Generatio mixti eſt dum uirtutes actiuæ dominantur paſſiuis, corruptio autem fit quando pasſiuæ dominantur actiuis.4.meteororũ. in principio.

Gñatio ſimplex & naturalis eſt permutatio ab his uirtutibus cũm habeant rationem ex ſubiecta materia.4.meteororũ. tex.cõmen.2. Vbi ſcire debes ꝙ triplex inuenitur gñationis diffinitio tradita ab Ariſto. una eſt gñalis quæ principaliter uerificaꝰ de cõmuni gñatione, in qua unum gñatur ex uno, ſiue ſit ſimplicium, ſiue cõpoſitorum. Et iſto modo fuit diffinita in ſermonibus uniuerſalibus de gñatione & corruptione. in tex.cõmen.uigeſimo tertio: Gñatio eſt tranſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto. Secũda deſcriptio eſt quæ competit gñationi mixtorũ homœogeneorum, in qua unum fit ex pluribus, & eſt deſcriptio aſſignata hîc. Tertia eſt quæ competit uiuentibus, q̃ fuit tradita ab Ariſto. in libro de morte & uita, dum dicit: Generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & uita eſt eius permanſio.

Genus eſt diſtinctum à materia.1.meta.com̃.17.

Genus eſt forma uniuerſalis, & eſt unum in forma media inter potentiam & actũ. primo meta.cõmen.17. & ſecundo meteororum.cõmen.14.

Generatio ſemper eſt medium inter eſſe & non eſſe.2.metaphyſi.tex.cõmen.7.

Genera non ſunt in actu, niſi in ſuis ſpeciebus.3.meta.tex. cõmen.11. idem.7.meta.tex.com̃.43.

Genera gñaliſſima non hñt genus niſi multipliciter dictum quia omne quod habet differentiam, habet genus, & non conuertitur. Cõmenta.5.meta.cõmen.4.

Genus duplex, uniuocum & multiplr̃ dictum: elicitur diſtinctio ex.4. quinti meta.&.4.meta.cõ.2.& primo de anima cõmen.7.&.2.de anima.cõ.30.&.3.de aĩa.cõ.4.

Generatio eſt natura, quia eſt uia in naturam.5.meta.tex.cõ. 5.&.2.phyſi.tex.cõmen.14.

Gñatio rerum naturalium non ut contingit, quẽadmodum Empedocles, ſed ratione quadam cõſiſtit.2.de gñatione & corruptione.tex.com̃.40. Vide in concordantijs.

Genus eſt ſimile materiæ.5.meta.tex.cõmẽ.10. item in Porphyrio in cap. de differentia: nota tamen ꝙ non eſt uera materia. primo meta.cõmen.17.&.12.meta.cõ.14. Alexander enim demonſtratiuè ſcripſit ꝙ materia non eſt genus in libro naturalium quæſtionum ſecundo.cap.ultimo.

Genus pars ſpeciei dicꝰ, aliter autem ſpecies generationis pars dicitur.5.meta.tex.cõmen.30.

Genus multifariam dicitur.5.metaphy.tex.cõmen.33. Et eſt in cap. de genere.

Genere diuerſa dicuntur, quorum diuerſum primum ſubiectum, & non reſoluitur alterũ in alterum, nec ambo in idẽ. 5.metaphyſi.tex.cõmen.33.

Genere diuerſa ſunt materia & forma. ibidem.

Genera diuerſa ſunt decem prædicamenta. ibidem.

Generatio hominum potius attribuitur primo patri q̃ primę matri, quia motor eſt nobilior materia.5.metaphyſi.com̃. 33.& habetur in textu.

Genus dicitur tribus modis.5.meta.tex.cõ.33.

Generatio quælibet, aut à natura, aut ab arte, aut à caſu eſt. 7.meta.tex.cõmen.22.

Gñatio propriè eſt reſpectu ſubarum, accidentia aũt magis dicuntur pati, q̃ generari.7.meta.com̃.22.

Generationes quædam dicunꝰ factiones.7.meta.t.c.22.

Generationum & motuum hæc quidem intelligentia uocaꝰ, illa uerò factio.7.meta.tex.com̃.23.

Gñabile in rei ueritate eſt indiuiduũ compoſitũ ex materia & forma, ſed forma non eſt gñabilis neq; corruptibilis niſi per accñs, & ſimiliter eſt de materia.7.meta.cõ.23.& tex. cõmen.26.&.27.31.33.&.12.meta.com̃.18.

Genus differt à materia, quia genus prædicatur eſſentialiter & in recto de ſpecie, & materia prædicatur denominatiuè 7.meta.tex.cõmen.24.&.43. idem.1.metaphyſi.com̃.17.& 12.meta.cõmẽ.14. Vide de hoc pulchre Alexan. in.2. libro naturalium quæſtionum, quæſtione ultima, ubi oſtendit ꝙ materia non ſit genus demonſtratiue, & apponit uarias & diuerſas differentias.

Generatio magis attribuitur priuationi q̃ ſubiecto priuationis.7.meta.cõ.25. Vide in concordantijs.

Generatum ex materia & forma, eſt aliud ab eis.7.meta.in cõ.26.&.27.&.60. idẽ.5.meta.cõ.6.& in.3.de anima.cõ. 5. iuxta dimidium contra tenentes compoſitum non dicere entitatem in uia Auerrois.

Generatũ quodlibet neceſſe eſt, ut ſit diuiſibile in duas partes ratione non actu, in materiam.ſ. et formam.7.meta.tex. com̃.27. Et ratio eſt, quia in hoc eſt differentia inter per ſe gñata à natura, & inter gñata ab arte, quorum gñatio fit ꝑ contactum, quia in talibus compoſitum poteſt diſſolui in duo, uel in partes ipſius componentis in actu, nedum ſecũdum rationem, ſed in generatis à natura præſertim ſimplicibus, non poteſt cõpoſitum diuidi in duo actu, qa ſeparatio formæ à materia eſt corruptio ipſius.4.phyſic.com̃.17. ubi ſcribit ꝙ eſt poſitio naturalis, ꝙ forma non mutatur ꝑ ſe.ſ. non mutatur de materia in materiam ſecũdum ꝙ corpora mutantur de loco ad locum, ſed ſeparatio eius à materia eſt corruptio, ſimiliter etiam ſeparatio materiæ ſecundum actum ab omni forma imposſibilis eſt, quia quod nõ eſt in actu eſſet in actu, ut deducit Cõmenta. in.2.phyſi. in cõmen.12. Dixi autem notabiliter hoc ueritatem habere in ſimplicibus, nam ut ſcribit Cõmenta. in.3.cœli & mundi in cõmen.31. ubi Philoſophus ponit elemẽti diffinitionem aſſerens ſic: Igitur elementũ corporum ad quod alia corpora diuiduntur intus exñs potentia, aut actu, hoc enim utro modo ſe habet dubitabile eſt. Dicit Cõmenta. ibi: Et debes ſcire ꝙ hæc elementa de quibus perſcrutatus fuit in primo phyſi. ſunt alia ab elementis, de quibus perſcrutaꝰ hic, Illic

enim declarauit materiam primam, & formã quæ ſunt elementa uniuerſalia corporum tam ſimplicium ꝗ̃ compoſitorum. Hic autem declarare intendit elementa corporum compoſitorum tantum, quæ æquiuocè dicuntur elementa cum illis, quoniam quum compoſitum diuiditur, non exiſtunt in actu: forma enim corrũpitur & materia induit aliã formam. Vnde Ariſto. etiam in. 2. phyſi. tex. cõmen. 12. dicit deſcribendo naturam, quæ eſt forma: Quia alio modo natura dicitur habentium in ſeipſis principium motus, forma & ſpecies non eſt ſeparabilis ens, ſed aut ſecundum rationem. Et ſic etiam dicit Cõmen. ibi ꝙ eſt ſeparabilis nõ in eſſe, ſed ſecundum diffinitionem tantũ: & 12. metaphyſicæ. com̃. 39. dicit ꝙ intellectus innatus eſt diuidere aduna ta in eſſe in ea, ex quibus componuntur, quãuis non diuidantur in eſſe, ſicut diuidit mãm à forma & formã à cõpoſito ex materia & forma, & Ariſt. in primo cœli & mundi, hoc idem aſſerit in tex. cõmen. 92. &. 95. in omnibus tam natura ꝗ̃ etiam arte conſtantibus, aliud eſt ipſa ſecundum ſeipſam forma, & quæ eſt mixta cum materia, de tali autẽ abſtractione facta ab intellectu qualis ſit, & ad quem ſpectet artificẽ, pulchra difficultas eſt, & tu recurre ad ea quæ notaui tibi in concordantijs.

Genus quod eſt cõmune & proximum equo & aſino, nõ eſt nominatum. 7. meta. tex. 28. Ex quo patet ꝙ non eſt uniuerſaliter uerum, ꝙ uniuerſalia ſunt notiora minus uniuerſalibus in cognitione confuſa: talia enim genera proxima rerũ quandoꝗ̃ latent, & ſunt minus nota quam ſpecies, ex hoc enim ꝓuenit ꝙ ſunt innominata. Nullus enim imponit nomen rei quã ignorat, ut habetur. 7. primæ philoſophiæ. cõ. 54. &. 4. etiam primæ philoſophiæ. tex. com̃. 10. Cuius oppoſitum tenuit Diuus Thomas & ſequaces. Cõtra diuũ Tom.

Generans & generatum ſunt duo numero, & unum in intẽtione uniuerſali. 7. meta. tex. com̃. 28.

Genus aliud uerum, aliud rhetoricum. 3. de aĩa. cõ. 6.

Gñatio quælibet fit per tranſmutationem mãę, & materia ẽ indiuiduum generationis. 7. meta. tex. com̃ 28.

Generatum quodlibet gñatione actuali. i. generatione non ceſſabili generatur à ſuo ſimili. 7. meta. tex. com̃. 28. Vide limitationem huius propoſitionis. 12. primæ philoſophiæ. in cõmen. 24. authoritate Alexandri.

Generatio ſi à formis ſeparatis proueniret non eſſet poſſibile, ut iſtæ formæ eſſent cauſæ eius, quod apparet, ſcilicet ꝙ gñans & genitum eſſent duo in numero & unum in forma. 7. meta. com̃. 28. Et ratio eſt quia multiplicatio indiuiduorũ in unã ſpecie prouenit rõne materiæ, ut ibi dicit Cõmẽta. & in primo meta. com̃. 40 Et in libro deſtru. in diſp. prima in ſolutione ſeptimi, & octaui dubij.

Generabilia ita ſe habent, ſicut mobilia: nam quemadmodũ eorum quæ mouentur in loco, quædam mouentur ex ſe, & quædam ex alio, ita eſt de generabilibus. 7. meta. com̃. 29. Vide in concordantijs.

Generata ab arte ſunt in duplici differentia, nam in materia quorundam eſt pars potentię naturalis ſimilis artificio, & talia ĩdiſcriminatim, & à natura & ab arte generari poſſunt: & in materia quorũdam non eſt pars potentiæ naturalis, & talia non niſi ab arte generari poſſunt, ut domus. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 29.

Generata per accidens non generantur à ſibi ſimili. 7. met. com̃. & tex. 28. &. 30. uide etiam in. 12. primę philoſophię. in com̃. 24 ubi inter illas tres limitationes iſta ẽ una authoritate Alexan. etiam ut ibi refert Cõmen.

Gñatis ex ſemine, formas exhibẽt ſemina per formas quas dederunt generantia ſemina, ſed generatis non ex ſe. i. caſu corpora cœleſtia ſunt illa, quæ dant iſtis aliquid loco ſeminum & uirtutum, quæ ſunt in ſeminibus. 7. meta. cõmẽ. 31. &. 12. meta. cõmen. 13. &. 18.

Generatum eſt formatum, & gñans eſt formãs. ſ. illud quod mouet materiã, donec recipiat formam. i. illud quod extrahit illam de potẽtia ad actum: & illud quod mouet materiã neceſſariò eſt corpus habens qualitatem actiuam, aut potẽtiam quæ agit per corpus habens qualitatem actiuam. 7. meta. cõmen. 31. idem. 12. metaphyſicæ. com̃. 18. ubi dicit Imaginatio ſuper creationes formarum induxit homines: dicere formas eſſe, & datorem formarum.

Generans ſubiectum formę ſi aliud eſſet à gñante formam, tunc ſubiectũ & ſua forma eſſent duo in actu, ꝙ eſt impoſſibile. 7. metaphyſi. com̃. 31. Inde colligitur uulgata propoſitio ꝙ idem eſt agens diſponens materiã, & introducens formam. Nota tamen quod fallit in gñatione artificialium rerum, ut patet in. 2. phyſi. in tex. com̃. 24. &. 25.

Generatio ſubſtantię proprium habet quod requirit aliquã ſubſtantiam actu exiſtẽtem quæ facit, ut animal, ſi animal naſcitur: generatio aũt qualis aut quanti non neceſſarium, niſi poteſtate ſolum. 7. metaphyſic. tex. cõmen. 32. uide pro hoc in. 2. cœli. cõmen. 42.

Generatio eſt ipſius compoſiti non formæ neꝗ̃ materiæ, & hoc eſt cõmune tam ſubſtantiæ quàm alijs prædicamẽtis. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 32.

Gñatio qualitatum & accñtium fit duobus modis, nam quãdoꝗ̃ gñantur à ſibi ſimili, & quãdoꝗ̃ ſequunẽ formã mixtionis primarum qualitatum. 7. meta. com̃ 32.

Genus non uidetur participare differentias, ſimul enim contrarijs idem participaret: nam differẽtiæ contrarię ſunt quibus differt genus. 7. meta. tex. com̃. 42.

Genus non eſt præter eas quæ ſunt, ut generis ſpecies, aut ſi equidem ut materia eſt: uox enim genus & materia. 7. metaphyſi. cõmen. & tex. 43.

Genus propinquum appellatur primum, quia in diffinitione ponitur primum. 7. meta. cõmen. 43.

Generis rationem obtinent quæcunque mediant inter primum genus & ultimam differentiam in diffinitionibus. 7. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 43. ubi per primum genus non intelligitur proximum, ſed generaliſſimũ, quod eſt primum ſecundum naturam: & ita uides quomõ in paruo ſpatio ęquiuocat Philoſophus de primo genere in eodem tex. in habẽdo modicam ſollicitudinem de nominibus, ſicut in ſimili notauit Cõmen. in primo phyſicæ auſcultationis in com̃. primo, quod durum uidebatur expoſitori.

Genera diuerſantur quia ꝗdam magis aſſimilanẽ formæ, & quædam magis materiæ. 7. primæ phĩæ. com̃. 43.

Genus aſſimilaẽ materiæ. ibidem. & primo meta. cõ. 17. & 12. meta. com̃. 14. &. 5. metaphyſi. com̃. 33. &. 10. metaphyſicæ. cõmen. 24. &. 8. metaphyſicæ. 5. &. 6.

Genera ſunt repræſentatio & exemplar materierum cõpoſitarum, quę ſunt partim actus, partim potentia: unde huiuſmodi eſſe ꝙ repræſentant genera, eſt medium inter formã quæ eſt in actu, & materiam primam quę nõ habet formã. Et ideo genera habent diffinitiones, ſicut & ſpecies donec perueniatur ad primũ genus, quo nihil eſt propinquius materiæ primæ: & ꝓpterea huiuſmodi genus non habet diffinitionem, ſicut neꝗ̃ ultima forma niſi per modum ſimilitudinis. Et unumquodꝗ̃ iſtorum genus dicitur uniuocè, quia id quod repræſentaẽ per iſta gña inuenitur perfectius, quã ea quæ rẽpſentaẽ per genera analoga, ut ens & res. ex paraphraſi metaphyſi. tracta. 2. colũ. 16.

Genus per ſe non prædicatur de differentia. 3. meta. t. c. 10.

Genus generaliſſimũ eſt ſimplex, & genera ſubalterna ſunt compoſita. 3. meta. cõmen. 11.

Genus duplex propinquum, & remotum. 5. meta. cõmen. 10. &. 2. phyſi. 28.

Genus quodãmodo aſſimilatur materiæ, & quodammodo aſſimilatur formæ: ſonus enim quodammodo aſſimilatur materiæ quia eſt propinquius materię literarum. Et quodãmodo aſſimilatur formæ quæ prædicatur de literis in quid 7. metaphyſi. tex cõmen. 43.

Genus apud Ariſto. eſt forma uniuerſalis, & differentia pticularis. 7. meta. cõ. 43. 1. meta. cõ. 17. 8. meta. com̃. 6. &. 2. phyſi. cõmen. 28. & cõmen. ultimo. Vbi per formam intellige formam declarãtem quidditatem, ſeu ul'em conceptũ, ne incidas in errorem Burlei & Ioãnis de Gandauo.

Genus primo debet diuidi in primam differentiã & ſibi oppoſitam, & non primo debet diuidi in differentiam ſuę differentiæ. 7. metaphyſi. tex. cõmen. 43. & in primo poſteriorum in illo capitulo, ad probandum autem terminum per diuiſionem oportet coniecturare rem. & eſt in tex. cõmen. 21. in tranſlatione antiqua.



Genus prædicatur de homine ſecundum materiam, ſed materia non prædicatur. 8. primæ philoſophiæ. cõmẽ. 6. & ibi Cõmenta. reddit cauſam, dicens: Et nõ debes dubitare in hoc & ex hoc quod dictum eſt in nono. ſ. ꝙ materia non p̃dicatur de aliquo ſecundum numerum, & ſecundum dffinitionem. Dictumq; ibi eſt ꝙ diffinitiones naturales conſtituuntur ex formis & materijs: in diffinitionibus enim compoſitorum ex ſubſtantijs, & accidentibus, & in diffinitionibus rerum quæ ſunt in ſubiecto, eſt materia quaſi differentia, & forma quaſi genus, & ſi non attribuitur ei niſi ſecundum aliquam prædicationem. Quod ideo dixit, quia. 7. metaphyſi. cõmen. 43. &. 23. materia non prędicatur de habẽte materiam nomine principali. i. in recto, ſed in obliquo, aut denominatiuè: & ſequitur, uerbi gratia, ut dicatur ꝙ ſimitas eſt concauitas in naſo, & idolum terreſtre idolũ ex terra. In diffinitionibus uerò rerum exiſtentium per ſe, genus eſt quaſi materia, & differẽtia quaſi forma, & ſic genus nõ dicitur mã de diffinito, niſi ſecũdum ꝙ eſt genus ei, hoc eſt, materia induit rationem generis, aut quod uerius eſt, pro quanto genus eſt ꝓportionale materiæ, non ꝙ materia fiat genus. & hoc declarant uerba ſequentia: Nomen enim generis ſignificat materiam ſecundum quod eſt in potentia illud quod habet materiam, & ſic prædicatur de habẽte materiam ſecundum quod eſt. Nomen autem materiæ ſignificat in materia aliquid in actu, pars enim eius materia eſt. Et ideo non prædicatur de eo cùm non prædicetur aliquid in actu de aliquo in actu niſi per aliquam prædicationem importantem habitudinem. Et hoc eſt ꝙ cõfirmauit etiam dominus Albertus cognomento Magnus ſuper Porphyrio in cap. de genere. ubi inquit ꝙ hæc eſt cauſa uera ꝙ genus p̃dicatur, non ideo tãtum quia eſt forma, ſed quia eſt forma, & ſecundum aliquem modum totum eſſe dicit, nam eſt totum eſſe ſpeciei, ſed nõ eſt perfectum eſſe ſpẽi, totum enim eſſe eſt in potentia. Et nihil eſt de eſſe in potentia quo non ſit ante ultimum actum ad quem terminatur motus potentiæ. Eſſe autem in potentia eſt eſſe in genere, & quòd ſic ſe habet ad ſubiectum prædicatur de eo prædicatione eſſentiali, & non per prædicationem ſeu denominationem accidentalem: & hoc eſt quod à multis diciẽ ꝙ eſt forma partis quæ non prædicatur, & eſt forma totius quæ prædicatur, ſed hoc non ſufficit, ſed oportet addere quòd forma totius ſit, & totum eſſe ſignificet, & non ſignificet eſſentiam, cuius eſt actus ꝓprius. Animalitas enim non prædicatur, nec etiã humanitas, quãuis animalitatis eẽ ſit animal, & humanitatis eſſe ſit homo: talis ergo forma deſignans formã totius & eſſe prædicatur & non aliter, & anima ſenſibilis loco animalis poſita non prædicatur, quia animal non eſt anima ſenſibilis. Et ſimiliter anima hominis non prædicaẽ de homine, hæc enim dicit formam partis et non totius eẽ. Animalitas autem & humanitas nõ prædicanẽ de his, quorum ſunt formæ, non enim deſignant formas ut eſſe ſubiecti, ſed ut eſſentias: animal autem & hõ prædicantur quia deſignant formas, ut totum eſſe ſubiecti, uel in potẽtia, uel in actu, ſubiectum dico de quo prædicantur. Et ſic eſt etiã in omnibus formis accidẽtalibus, homo enim eſt riſibilis & non riſibilitas, & eſt albus & non albedo, hæc ille. Et hanc etiam ſententiam ſequitur diffuſe Diuus Thomas in ſpeciali tractatu de ente & eſſentia, ſicut poteris uidere: & eſt doctrina etiam Auicennæ in ſua logica & in ſua prima philoſophia.

Genus uniuocum quomodo diſtinguatur ab analogo, uide Simplicium in. 2. de anima in tex. 2.

Genera altiſſima ſunt ſimplicia cũ non habeant gña, diffinitiones uerò ſunt cõpoſitorum. 8. meta. com̃. 16.

Generatio ex tribus perficiẽ, additione, diminutione, et trãſmutatione. 9. meta. tex. com̃. 12. Nam ut inquit Cõmenta. in cõmen. neceſſe eſt quando aliquid generatur, ut aliqd ſuperfluum quod non conuenit ad recipiendum formam, diuidatur à ſua materia, et neceſſe eſt ut aliquid addatur ei, ſcilicet formæ per quam dicitur generari, & additio & diminutio non fiunt ſine tranſmutatione. Vbi aduerte, ut habetur ibi in textu, ꝗd hoc tm̃ habeẽ in his, quorum gñatio eſt ab extrinſeco, ſicut eſt gñatio domus & rerum factarũ ab arte: nam in naturalibus generatio non fit per cõgregationem, uel additionem, aut diminutionem, ſed alterationẽ, ut dicitur primo phyſi. tex. com̃. 62. & in primo de generatione & corruptione, contra antiquos.

Generabilia ex ſe ſunt quæcũq; ſunt in potẽtia, & ſunt illa in qbus nõ eſt aliquid, quod indiget primo motore extrinſeco, ita ꝙ ſit in potentia illud ſicut ſperma, non quando fuerit in aliquo in quo indiget tranſmutatione, ut dum eſt ſanguis in uenis, ſed quãdo fuerit ſperma in actu. 9. metaphy. tex. cõmen. 12.

Generatione poſteriora ſpecie & ſubſtãtia ſunt priora, ut uir puero, & homo ſpermate. 9. meta. tex. com̃. 15.

Genera non ſunt ſubſtantiæ & naturæ ſeparabiles ab alijs. 10. meta. habetur in tex. com̃. 6.

Genus quodlibet habet in ſe unum primum, quod eſt metrũ omnium in illo genere. 10 primæ phĩæ. tex. cõ. 7.

Genus uniuocum ſignificat ſuas ſpecies mediante aliquo cõmuni, ſed analogum ſignificat prima ſignificatione, & ſine medio, ut ens & unum ſignificat decem prædicamenta prima ſignificatiõe, & ſine medio. 10. meta. cõ. 8. & in libro deſtru in diſpu. 7. in ſolutione quinti dubij. Vide de hoc lucidiſſimũ Themiſtium in. 2. de anima. in cap. 12. & eſt in expoſitione. tex. trigeſimi. Vide etiã de hoc. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 19. &. 20.

Genera entium naturalium repræſentãt materias ſenſibiles, ſed genera in diffinitionibus entium mathematicorum repræſentant materias fictas intentionales, quia in diffinitionibus eorum non apparet materia ſenſibilis, ex paraphraſi metaphyſi. tracta. 2. col'. 16.

Genere differunt, quorum non eſt cõmunis materia, nec generatio adinuicem. 10. meta tex. cõmen. 12.

Genere differentia mutuam ad ſe uiam non habent, ſed plurimum diſtant. 10. meta. tex. cõmen. 13.

Genus ſignificat materiam. 10. metaphy. tex. cõmen. 24. Vide in concordantijs.

Genere diſtantia non conueniunt in una natura omnino. 10. metaphyſi. com̃. ultimo. Ex quo patet ꝙ genus analogum non ſignificat unam naturam cõmunem analogatis ſecundum Peripateticos, ut ſentit luciſiſſimus Themiſtius in. 2. de anima. cap. 12. Et eſt in expoſitione tex. 30. idem tenet Cõmenta. 10. meta. com̃. 8. de ente & uno. idem tenet in libro deſtruct. diſpu. 7. in ſolutione. 5. dubij.

Genus uerum non habet ſpẽs priores ſe adinuicẽ. 12. meta. Cõmenta. ex authoritate Alexan. Et eſt ſententia Ariſto. in prędicamentis in cap. de ſimul. Et eſt authoritas Porphyrij in cõmunitatibus, licet Auerroes ibi dicat ꝙ prioritas inueniẽ, & in eodem genere, & in diuerſis generibus quæ dicuntur in reſpectu eiuſdem rei. Themiſtius etiam in. 2. de anima in cap. 12. in expoſitione textus. 30. expreſſe dicit: Ea nãq; quæ ita inter ſe habent ut priora hæc, poſteriora ſint illa, quãꝗ̃ cõmunem aliquam notionẽ habeant, quæ de his dicatur: fieri tamẽ neqt, ut illa aut genus ſit, aut natura una, ita ut ſine his intelligi ſeorſum poſſit de quibus iudicatur dicitur'ue. Vide quid ſenſerim de hoc in. 12. primæ philoſophiæ. in expoſitione ſecundi cõmentarij.

Genus quandoꝗ̃ dicitur uniuoce, & quandoꝗ̃ ſm̃ prius & poſterius. 12. meta. cõ. 2. idem primo de anima. cõ. 7. & in ſecundo de anima com̃. 30. Et in. 3. de anima. com̃. 4. &. 4. meta. cõmen. 2. &. 5. metaphyſi. com̃. 4.

Generationes priuationum non propriè dicuntur, nec eſt rectum eas appellari gñationes, quia non proueniunt ſm̃ primam intentionem: ſed ſunt ex erroribus contingentibus, et hoc eſt tam in natura ꝗ̃ in arte. 12 meta. com̃. 13.

Genita ex materia putri uidentur eſſe ſpecies intentæ à natura, & plura eorum generãtur in temporibus terminatis, &

etiam in locis terminatis.12.metaphyſi. cõmen.13. Et lucidiſſimus Themiſtius in primo de anima. in cap.24.inquit.In Aegypto mures ſpõte naſci,& in noſtro cœlo uermes & locuſtæ.

Genitorum ex materia putri,uirtus quę eſt in mã putri ſimilis arti eſt à ſole ta ntum:ſed genitorum ex ſemine fit uirtus à ſolę,& habente ſemen.12.primę phię.cõ.13.&.18.&.7.metaphyſi.com̃.31.idem.12.meta.com̃.40.

Generatio quomodo fiat require quinque opinionum duas extremas,quarum una eſt ponentium latitationem,& q̊dlibet eſſe in quolibet,& fuit opinio Anaxagoræ: & ſecũda eſt ponentium creationem ex nihilo. Tres aliæ opiniones ſunt mediæ inter ipſas.12.meta.cõmen.18. Ab illa igitur parte dicamus ꝙ omnes dicentes agens aliquod & generationem eſſe,ſunt bipartiti & contrarij, & hñt medios. uſq; ad calcem com̃.Iſtarum autem mediarum, una eſt Auic.ſecunda eſt Themiſtij,& tertia eſt Ariſto..

Generatio aſſimilatur creationi quodãmodo inquantum illud quod eſt in potẽtia fit in actu,ſed differt à creatione inquantum non conuenit per formã ex non forma.Et aliqualiter aſſimilatur latitationi.12.primæ philoſophiæ. cõmẽ.18.iuxta dimidium cõmenti.

Generans animam non ponit animam in materia, ſed extrahit illud quod eſt anima in potentia ad eſſe animã in actu.12.metaphyſi cõmen.18.

Gñabile quodlibet & corruptibile,& omne gñabile & corruptibile reciprocatur infinities.12.meta.com̃.50.

Generatio nihil aliud eſt niſi res cõuerti de potẽtia ad actũ, nulla nãque permutatio de ſumma priuatione fit. ex libro deſtruc.diſputa.prima,in ſolu.21.dubij.

Generationem fieri in infinitum recte impoſſibile eſt, ſed non circulariter,quia daretur infinitum in actu,ex diſputa.3.in ſolu.18.in col̃.7.

Generabile inquãtum gñabile,pars eſt huius mũdi ſenſibilis.ex libro deſtru.diſpu.3.in ſolu.18.dubij.

Generabile q̃dlibet uere gñatur,ex re, & de re, & pro re,& in loco,& tempore.ibidem.diſtin.3.in ſol̃.18.

Genera apud hominum opiniones, ita ſe habent ꝙ tres ſunt de generibus opiniones: quidam poſuerunt ꝙ genera ſunt omnia generabilia et corruptibilia,prout continẽt finita indiuidua:ſecunda opinio tenet,ꝙ quoddã genus eſt ab æterno.ſ.ſine principio, & ſine fine,prout apparet cõtinere infinita indiuidua.Et hæc opinio eſt bipartita,nam aliqui tenent ꝙ talia genera acquirunt æternitatem ab aliqua cauſa extrinſeca neceſſaria,& iſta eſt uia Philoſophorum: alij uerò dicunt quòd prout continent infinita indiuidua, optimè dici poteſt quòd ſunt ab æterno:& hæc eſt opinio illorum qui dicuntur æternales.

Genus uniuocum & differentia uniuoca ponuntur in diffinitionibus rerum compoſitarum ex forma uniuerſali & particulari.ex diſpu.7.in ſolutione primi.

Generis compoſitio & differentia eadem eſt compoſitioni ex re potentiali & actuali, generis nãq; natura nunquam actu reperitur nuda à natura differentiali ſeu formali: & quodcunq; compoſitum ex iſtis duabus naturis apud Philoſophos eſt generabile & corruptibile, & habet agens.ex diſputa.7.in ſolutione.3.

Generis uniuoci cõmunicatio oppoſita eſt cõmunicationi generis analogi.uide cauſam in libro deſtruc.in diſputa.7.in ſolutione ultimi dubij.

Genitum membrum debet eſſe de ſubſtãtia illius membri, ex quo genitum eſt ſecundum Ariſto.ſed Galenus negauit hanc propoſitionem.Cõmenta.in.3.de partibus animaliũ. in cap.de corde,& Auic.etiam negauit illam propoſitionẽ. Dixit enim quod corallium, quod eſt duriſſimum, orit̃ ex terra molli.Auer.aut dicit propoſitionem iſto modo intelligi ꝙ quoties ortum eſt eiuſdem ſpeciei cum membro à quo oritur,& quoties ramus eſt eiuſdem formæ cum ſua radice,ſemper ſunt eiuſdem ſubſtantiæ:& ideo nõ poteſt naſci malum punicum in ramo citri.

Generationis natura eſt ꝙ poſt multa genera ſimilitudo redditur,ut in Elide quæ cum æthiope concubuerat,nõ filiam forma æthiopis peperit,ſed ex filia erat æthiops.1.de generatione animalium.cap.18.

Generatio & cõpoſitio nãlis non eſt,ex ſimplicibus prius tẽpore & loco diſtincte gñatis,generare cõpoſita,ſicut in generatione artificiali contingere poteſt.ibidem.

Generatio animalibus data eſt ad ſpecierum perpetuitatem quum numero perpetuari nequeant.Ariſto.ſententia eſt in princi.2.de gene.aĩa.& eſt ſententia repetita ꝑ ipſummet, & per Auer.in.2.de anima.tex cõmen.34.

Generare tale quale ipſius, & hoc eſt cuiuſque perfecti,tum animalis,tum ſtirpis ſecundum naturã officium eſt.in.2.de generatio.animalium.in cap.1.in fine.& in.2.de anima.tex.cõmen.34.& in.4.meteo.

Generatio animalium quinq; modis perficitur,quorum primus eſt animalium gignentium ſibi ſimile,figura & ſimilitudine intra ſe & extra ſe:ſecundus eſt aĩalium q̄ ouũ generant intra ſe mox animal ædũt foras,& hoc eſt dum ouum intra corpus animalis erumpitur,& eſt ſpecies animalium chartilaginea nũcupata:tertius eſt animalium generantiũ ouum intus perfectum,& egreditur perfectũ,ut aues:quartus eſt animalium generantium intus ouum imperfectum & extra perficitur,ut piſces non habentes ſquamas & pinulas:quintus eſt animalium quæ uermiculum extra pariunt, & ſunt animalia quæ non gignuntur,ſed ſponte naturæ gignuntur.Auerro.ex.2.de genera.aĩalium,colligit hanc diuiſionem ex Philoſopho ibidem.cap.1.

Generationes ſecundum naturã diſtinctas & corruptiones principia quædam incidunt,quæ illas impediunt, atq; ita cauſæ fiunt eorum quæ præter naturam eueniunt. Ariſto. in.4.de generatione animalium.cap.ultimo. inde patet ꝙ non omnia ex neceſſitate proueniunt.

Generatio ſimilis in ſpẽ & quidditate magis uidetur apparere in artificialibus q̃ in naturalibus,tamen ita eſt in natura ſicut in arte.ex paraphraſi meta.trac.2.col̃.7.

Generationis proprium in his quæ gignuntur in paruo conſiſtit,paruum autẽ facile moueri deprauariq; poteſt.Ariſto. in.5.de generatione animalium.

Gñatio præcedit motum localem ſingulariũ, ſed ul'r motus localis præcedit oẽm motum.Them.8.phyſi.58.

Generabile eſt quòd nõ à ſua natura degenerauit:nobile autem eſt quod ex bono prodijt genere.primo de hiſtoria animalium.cap.primo.

Genera multa ĩ ſpecies diuidi poſſunt, ſed nullis nominibus nominatas.primo de hiſto.anima.cap.6. Et ibi etiam colligitur,ꝙ multa ſunt genera carẽtia nomine.& habetur etiã in.7.meta.tex.cõmen.28.

Generatio animalium & ſtirpium alia ex ſemine, alia uerò ſponte naturæ proficiſcitur. Ariſto.in.5.de natura animalium.cap.1.&.1.de genera. animalium.cap.1.&.7.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.27.

Generatio aĩalium ſponte naſcentium,aut ex humo, aut ſtirpe putreſcente conſiſtit,aut in aĩalibus & eorum excremẽtis fit.5.de generatione animalium cap.1.

Generatio piſcium ex ouo differt à generatione auium.6.de natura animalium.cap.10.

Gentes diuerſantur duobus modis, quorum unus eſt naturaliter.ſ.ſecundum uirtutes eorum,& ſecundum entia propria ſuis regionibus:ſecundus eſt ſecundum ſimilitudines & opiniones eorum ſecundum leges ſuas. Cõmentator in cõmen.libri de diuinatione.

Geometer non habet diſputare contra negantes principia geometriæ.1.phyſi.tex.cõ.8.Nam redditur ibi ratio, quia hoc pertinet ad ſciam cõem.Idem habet̃ in primo poſter. ab Ariſto.item.3.cœli.cõ.4.&.8.phyſi.cõ.22.

Geometer habet pro principio,ꝙ diuiſio magnitudinis procedit in infinitum.idem.3.phyſi.com̃.60.&.1.phyſi.cõmẽ.11.3.cœli.com̃.6.&.4.phyſi.cõmen.72.

Geometer conſiderat,ſuperficies,lineas,& puncta,& corpora,ut abſtrahunt à materia ſenſibili.2.phyſi.tex.com̃.18.1.cœli.cõ.1.3.cœli.com̃.5.6.metaphy.tex.com̃.2.3.meta.tex.cõmen.3.ſeptimo meta.tex.cõmẽ.34.&.35.primo de anima.17.primo cœli.92.

Geometer habet pro maximo ſundamẽto, ꝙ omnis magnitudo diuiditur in duo æqualia.3.phyſi.com̃.56.

Geometer dicit magnitudinem augeri in infinitum, & diminui etiam in infinitum.3.phyſi.cõmen.60.

Geometer conuenit cũ naturali in hoc,ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum,ſed non conuenit in hoc ꝙ ſit augmẽtabilis in infinitum.3.phyſi.cõ.60.&.3.cœli.cõ.6.

Geometricæ propoſitiones ſunt de capitulo opinabilium ꝓpoſitionum, quæ ſunt fundamenta geometriæ abſq; eo ꝙ ſunt extra animam.3.phyſic.cõmen.60.&.3.cœl.cõmen.72.Nota tamen quòd ex hoc non ſequitur,ut ſcientia geometriæ ſit ſcientia rationalis, & de ſecundis intellectis, ut alibi notaui.

Geometer dicit ꝙ linea recta ẽ breuiſſima linea ducta inter duo puncta,ſed hoc eſt largè,& ſimiliter ꝙ figura circularis eſt æqualis figuræ polygoniæ.7.phyſi.cõ.29.

Geometer imaginatur ꝙ linea recta incuruetur,& decipitur in hoc.7.phyſi.com̃.29.Vide in concordantijs.

Geometra licet ponat diffinitionẽ cõtinui,tñ naturalis experitur probare.1.cœli.cõ.4.Vide idem.3 phy.cõ.31.

Geometra & naturalis cõicant in tribus magnitudinibus, ſed diuerſis modis.3.cœli.cõ.6.&.3.phyſi.cõ.60.& alibi.

Geometriæ certitudo in demonſtrandis rebus & iudicãdis, maior aſtronomiæ:nobilitas amplior eſt meritò eius naturæ,circa quam uerſatur,demonſtrationes uerò eius probationesq; eius imbecilliores ſunt q̃ geometrię aliquantò,ꝓpterea quia agit de rebus agnoſcentibus motum. Them.1.de anima.& Cõmen.ibidem.tex.cõ.primi.

Geometrię principia nõ oĩa ſunt eadẽ numero,ſed principia numerorum ſunt eadem numero.3.cœ.com̃.35.

Geometriæ principium eſt quòd omne corpus eſt diuiſibile,& ꝙ omne corpus diuiditur in quocunq; puncto.3.cœli cõmen.37.& tex.cõmen.38.

Geometria erat in magno præcio tempore Platonis,& Plato propter amorem geometriæ,& magiſtri in multis errauit opinans res geometricas eſſe principia rerum ſenſibilium.3.cœli.cõmen.61.

Graue & leue non habent motus naturales à medio impeditos.4.phyſi.cõmen.71.&.74.

Grauitas quandoq; ſeparatur à denſitate.4.phy.tex.cõ.85.ubi dicitur in textu:Diſſonant aũt graue & durum, in plũbo & ferro,ubi dicit Cõmen.ꝙ plumbum eſt grauius ferro,& tamẽ eſt rarius.uide idem in.3.cœli.in cõ.10.& in.2.de generatione & corruptione.in com̃.15.

Grauitas & leuitas ſunt numeratæ in tactu, & ſimiliter mollities & durities 7.phyſi.cõ.11.uide in concordan.

Grauis et leuis eſſentia efficit ut leue ubiq; locetur ſuperius, & graue inferius.8.phyſi.tex.com̃.32.

Grauitas & leuitas in deſcriptione grauis & leuis ſumũtur pro habitu & forma,quæ eſt principiũ mouendi,licet uulgariter ſumantur pro qualitate.1.cœli.cõ.17.Ex quo patet grauia & leuia habere principium intrinſecũ actiuũ reſpectu motus,uide etiam in primo cœli.com̃.81.

Graue & leue habẽt duas deſcriptiones,unam ex motu,aliã ex quiete.uide primo cœli.tex.cõ.17.uide quæ ſit magis declarans ſubſtantiam in.4.cœli.com̃.26.&.31.

Grauitas eſt leuitatis priuatio.2.cœli.tex.cõ.19.

Grauiũ corporum deſcenſus ad medium totius, coegit nos dicere ea eſſe rotunda, ita motus leuium à cẽtro æqualiter ad circũferentiam, & coegit nos dicere ꝙ circũferentia ſit rotunda.2 cœli.com̃.30.& com̃.26.

Grauitas quandoq; ſumitur pro motu ad medium, & qñq; pro forma corporis grauis.2.cœli.tex.cõ.104.

Graue & leue q̃dlibet q̃d eſt grauitatẽ aut leuitatẽ hñs nõ ꝑ ſe, ſed in comparatione alterius, neceſſe eſt ut ſit grauius alio,& leuius alio.3.cœli tex.cõmen.9.

Grauitas & leuitas non ſunt eiuſdem naturæ in ſimplicibus quia terra eſt grauis ſimpliciter,& aqua eſt grauis ſecundũ comparationem.3.cœli cõmen.8.Simplicia enim,ut aſſerit,non ſunt eiuſdem naturæ inter ſe nec cum compoſitis: & compoſita etiam adinuicem non ſunt eiuſdem naturę inter ſe.ubi ponit tres concluſiones.Prima concluſio quæ elicitur eſt iſta,ꝙ grauitas & leuitas non eſt eiuſdem naturæ. In ſimplicibus nam differunt ſpecie,quia grauitas terrę eſt grauitas ſimpliciter,& grauitas aquæ ẽ grauitas comparatiua.Similiter leuitas ignis eſt leuitas ſimpliciter,& leuitas aeris eſt comparatiua.Secunda cõcluſio eſt, ꝙ grauitas & leuitas ſimplicium non ſunt eiuſdem naturæ & ſpeciei,cũ illis quæ ſunt in corporibus cõpoſitis.i.mixtis,quia ut aſſerit parua pars plumbi eſt grauior magna parte terræ.Tertia concluſio eſt, ꝙ grauitates & leuitates mixtorum corporum adinuicem comparatæ differunt ſpecie,ut grauitas plumbi & grauitas auri, quia pars parua auri eſt grauior magna parte plumbi.

Graue ſimpliciter non eſt grauius alio ſecundum Ariſto.inquantum eſt terra,aut aqua,ſed inquantũ eſt graue.3.cœli com̃.8.Conſimile de ſubtilitate dicit Cõmen.in.4.phyſi. cõmen.72.& de uelocitate motus.6.phyſi.cõmẽ.15.& de regularitate motus 5.phyſi.cõmen.45.

Graue quodlibet denſum eſſe,& omne leue eſſe rarum,nõ eſt uniuerſaliter uerum:lapis enim diaphanus eſt grauis,& tamen eſt rarus,& nubes ſunt denſæ,& tamen ſunt leues. 2.cœli.cõmen.8.

Grauæ eſſe oportet ꝙ graui grauius eſt,quemadmodum albo albius album 3.cœli.tex.cõmen.11.

Graue aliquod eſſe compoſitum ſecundum quantitatem ex non grauibus impoſſibile eſt,et ideo additum eſt ſecundũ quantitatem ad excipiendum materiam & formam,q̄ non ſunt graues aut leues,ex quibus comparantur corpora grauia & leuia,quia compoſitio ex materia & forma eſt ſecundum qualitatem.3.cœli.cõ.12.Ex quo habes ꝙ ſint partes ſecundum qualitatem ſecundum uiam eius.

Graui quolibet dato grauius aliq̃d accipi poteſt, quomodo ſit intelligendum hoc dictum Philoſophi.3.cœli tex.cõmẽ.9.uide Auer.in paraphraſi.3.cœli.in ſumma.3.parte.2.in contradictione prima.

Graue & leue quandoq; ſignificant habitum & formam,& quandoq; ſignificãt actionem.4.cœli.cõmen.2. Vide etiã primo cœli.cõmen.17.

Graue & leue aliud ſimpl'r,aliud ad alterũ.4.cœli.tex.cõ.3.

Graue & leue ſecũdum comparationem eſt illud in quo nõ eſt pura grauitas,neq; pura leuitas.4.cœli.cõ.3.uide quomodo ſit intelligendum.4.cœli.in cõmen.26.

Graue & leue ſimplicia fuerunt cognita ex motibus eorum nãlibus,quia cũ inuenimus duo corpora, quorum unum eorum mouetur ex eodẽ loco ex partibus omnibus ad partes oppoſitas,& alterum eorum mouetur ad illum eũdem locum ex omnibus ꝑtibus oppoſitis,neceſſe eſt ut ſint hĩc duo loca naturaliter oppoſita, medium.ſcilicet quòd uocat inferius,& circũferentia,quam uocat ſuperius ſimpliciter, & non ſecundum comparationem.4.cœli.cõmen.3.& habetur in tex.

Grauitas in magnitudinibus q̄ ſunt eiuſdem ſpẽi,non differt niſi ſecundum magnitudinem & paruitatem,ſed in magnitudinibus dictarum ſpẽrum ſunt diuerſę in grauitate,quia quædam uelocius mouentur ad medium.4.cœli.cõ.6.uide com̃.8.3.de cœlo,& bene intelliges illud.

Grauitas in compoſitis magis dominatur, rarò enim dominatur leuitas in eis.4.cœli.cõmen.6.

Grauitatem diuerſificari ex diuerſitate corporum intelligibile eſt,ſed non ex diuerſitate ſupficierum, quia grauitas nõ dicitur de ſuperficie.4.cœli tex.cõ.11. Vbi pfertur opinio Democriti opinioni Platonis in aſſignanda cauſa grauitatis & leuitatis maioris & minoris in corporibus.

Grauitatis & leuitatis cauſæ traditæ ab antiquis diuerſimode ſunt,& uniuerſaliter ſunt quatuor opiniones antiquorũ de hoc uide.4.cœli.cõmen.20.

Grauitas in elementis mouet ut eſt forma,& mouetur ut eſt in prima materia.4.cœli.cõmen.22.

Graue ſimpliciter eſt illud quod quieſcit ſub omni corpore,

& leue ſimpliciter eſt illud quod naturaliter quieſcit ſuper omnia corpora. 4.cœli.tex.cõmen.26.

Grauis & leuis diffinitiones datæ per quietem magis demõſtrant naturas eorum, q̃ diffinitiones datæ per motum, qa motus à medio, uel ad medium nõ accidit eis, niſi poſt uiolentiam. 4.cœli.cõmen. 26. & 31.

Grauitas & leuitas, ut tradit Ariſto. in græco idiomate ſunt duo nomina ſignificantia potentias qbus hæc corpora mouentur, ipſorum uerò corporum motus nullum, ut inquit, nomen effertur: in Arabica uerò lingua uſus horum nominum uidetur eſſe in contrarium. Auerro. in paraphraſi. 4. de cœlo. ſumma. 1. cap. 1.

Grauis & leuis ſubiectum, perfectum eſt & propinquum eſt ſubſtantiæ elemẽtorum, ſecus eſt de ſubiectis aliorum motuum: ſubiectum enim albedinis & nigredinis, & ſubiectum receptiuum ſanitatis & ægritudinis longe diſtant à ſubſtantia & perfectione rei recipientis ſanitatẽ & ægritudinem. 4. cœli. in paraphraſi. in ſumma. 2. idem. 4. cœli. tex. cõmen. 24.

Grauis & leuis diffinitiones ſecundum Them. rectius dãtur per motum q̃ per quietem: huius tamen oppoſitum ſentit Auer. in paraphraſi. 4. de cœlo. ſumma. 3. cap. 1. Et conſidera ibi auream digreſſionem contra Themiſt. uide etiam ipſum. 4. cœli. cõmen. 26. & 31. ubi habetur ꝙ diffinitiones datæ per quietem demonſtrant magis naturam eorum, licet deſcriptiones datæ per motum magis oñdunt differentias quæ ſunt inter abſolutum & comparatiuum.

Grauitatis & leuitatis diuerſitas inuenta in compoſitis proficiſcitur ex diuerſitate ſimplicium multitudine & paucitate. 4. cœli. tex. cõmen. 28.

Grauitat magis aurum q̃ argentũ in eodem loco, qa conſtat ex pluribus partibus terreſtribus q̃ ex quibus componitur argentum, & hoc eſt manifeſtum. 4. cœli. cõmen. 28.

Grauitat ex compoſitis quoddam magis q̃ alia in eodem loco, & quædam in locis diuerſis. 4. cœli. ibidem.

Grauitat in aere magis lignum centum librarum q̃ plumbũ unius libræ, in aqua uerò eſt leuius. 4. cœli. tex. cõmen. 28 uide cauſam ibi contra Themiſtium.

Grauitas & leuitas elementorum mediorum in proprijs locis eſt alterius rationis & æquiuoce cum grauitate & leuitate dictis, quando ſunt extra loca propria, & hoc ignorauit Themiſtius. 4. cœli. cõ. 29. idem habet in paraphraſi. uide etiam. 4. cœli. cõmen. 39. contra Themiſtium.

Graue & leue uno modo ſunt contraria, & alio mõ ſunt relatiua, cũ unum ſit perfectio alterius. 4. cœli. cõmen. 35.

Grauitas in aere magis dominatur q̃ leuitas. uide cauſam et ſigna. 4. cœli. tex. cõmen. 39.

Grauitatis & leuitatis ſimpliciter cauſa eſt terminatio in parte ſuperiori & inferiori ſimpliciter, & cauſa quod ſuperius & inferius ſimpliciter ſint, eſt finitas extremorũ loci, & cauſa finitatis extremorum in loco eſt ꝙ unũ extremorum eſt centrum & reliquum eſt circũferẽtia: alioquin non inueniretur finitas in longitudine recta, quia longitudo recta non eſt forma per ſe, & propter aliquod finitum per ſe, ſed propter longitudinem rotundam, & ex hoc apparet quòd loca ſunt duo tantum: & impoſſibile eſt eſſe plures mundos uno. ex. 4. cœli cõmen. 40.

Grauis & leuis antiq̃ cauſas aſſignauerunt ex quantitatibus: Ariſto. autem ex formis, & non eſt parua differentia: quia finitas non eſt ex quantitatibus rerum, ſed ex formis. 4. cœli. cõmen. 40.

Grauitas aeris in ſuo loco proprio nõ eſt ſicut grauitas, quã dicitur in loco ignis. Cõmentator cõtra Themiſtium in paraphraſi. 4. de cœlo. in ſumma. 3. cap. 2.

Grauitas & leuitas non ſunt qualitates actiuæ. 2. de genera. & corrup. tex. cõmen. 8. uide in concordantijs.

Graue & leue ſunt in prædicamento ſubſtantiæ. 2. de anima cõmen. 108. idem. 4. cœli. cõmen. 20.

Grauitas & leuitas ſunt in prædicamento quantitatis ſecunda intentione. 5. meta. cõmen. 18.

Grauitas terræ cauſa eſt maxima diſtãtiæ à motu orbium, & per contrariam cãm ignis eſt in maxima leuitate. ex libro deſtruc. diſpu. 1. in ſol. 11. dubij. idem in. 2. cœli. cõ. 94.

Grauitas ſequitur priuationẽ motus, & leuitas ſequitur ad calorem qui cãtur à motu. ex paraphraſi. meta. trac. 4. col. 14.

Granis granatorum ineſt proprietas reſiſtendi putrefactioni, & ut cibus in fumoſitatibus malis minimè cõuerti poſſit. 7. colliget. cap. 16. Ideo in cura putridarum febrium ſolet à medicis expertis adhiberi in digeſtiuis ſyrupis, cõmiſcendo uinum granatorum.

Gradus uirtutum actiuarum eſt ſuper unam eãdem complexionem ſecundum comparationem graduum uirtutũ paſſiuarum. ex. 2. colliget. cap. de complexionibus membrorum conſimilium, ubi etiam dixit contra Galenum, quòd menſura duarum qualitatum actiuarum ſequitur à menſura duarum paſſiuarum, quia formæ propriæ habent materias proprias ſub eis.

Grando eſt aqua congelata in nube. 1. meteo. cap. 4.

Grando magis generatur in autũno & in uere, ècontrario diſpoſitioni niuis. ibidem.

Groſſitudinem habẽs ex admixtione aeris cum aqua eſt aerem à prædominio, ſicut oleum, ideo natat ſuper aquam Cõmenta. in. 4. meteo. in ſumma.

Grues ſeneſcentes nigreſcere aiunt, cuius effectus cauſa eſſe poteſt, ꝙ pennarum natura earum albicet pluſq̃ humoris his ſeneſcentibus conſtituit in pẽnis q̃ ut facilius putredini pareat. Ariſto. in. 5. de genera. anima. cap. 5.

Grues ex Scyticis campis ad paludes Aegypto ſuperiores, ubi Nilus ꝓfluit, ueniũt, quo in loco pugnare cũ Pigmeis dicuntur. Non enim id fabula eſt, ſed certe genus tum hominum, tum equorum puſillum eſt, ut dicitur, deguntq; in cauernis: unde nomen Trogloditæ à ſubeũdis cauernis accepere. Ariſt. in. 8. de natura animalium. cap. 12. Credo aũt ideo Ariſto. dixiſſe id non eſſe fabulam, quia de hac re multiſcius Home. meminit in tertio libro Iliados, ubi ſcribit.

☞ Aduerte tamen ꝙ tametſi & Ariſto. & Homerus aſſerant eſſe hominum genus, non propterea intelligendum eſt ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei, nõ enim habent animam rationalem, ſicut bene notauit Albertus cognomento Magnus in libro ſuo de aĩalibus, libro. 7. cap. 6. Eſt igitur genus ſimile homini, quia ſunt figuræ rectæ, ſed non ſunt uerè homines. Nota de Pigmeis.

Grues uolant de ultimis in ultima, ut dictum eſt, & uolãt flatu ſecundo. Quod de lapide narrant falſum eſt: lapidem. n. eas tenere fulcimento, quem, ubi deciderit, accipi utilem ad auri probationem. ibidem.

Gruum prudentia requirat in. 9. de natura aĩalium. cap. 10.

Grues inter ſe tam acriter pugnant, ut dimicantes capiãtur: hominem enim expectant potius q̃ pugna deſiſtere patiãtur. 9. de natura animalium. cap. 12.

Gummi ſunt ingroſſata & inſpiſſata à calore, quia ſunt ſuperfluitates de terra naſcentium, & in omnibus eſt ſiccitas aliqua propter uiſcoſitatem exiſtentem in ipſis. 5. colliget. ca. 42. ubi loquitur de harmonia co.

Guctus & tactus in una met parte linguæ ſunt. Them. in. 2. de anima. cap. 39. ubi collige non eſſe ſemper neceſſarium diuerſorum ſenſuum eſſe organa diuerſa ſecundum rem.

Guſtus eſt quidam tactus. 2. de anima. tex. cõ. 94.

Guſtus cum ſit in homine abſolutior & certior odoratu, cur deguſtatis rebus ſtatim uoluptas, ægritudo ue conſequaẽ, neq; Ariſto. neq; expoſitores attingũt. Them. 2. de anima. cap. 32. & eſt ſuper tex. 95.

Gutta ultima lapidem cauat. 8. phyſi. tex. cõmẽ. 23. & uide Themiſtiũ in. 2. libro de memoria & reminiſcentia, ꝙ præcedentes molliunt & ſubigunt lapidem. cap. 8.

Gutta quomodo cauet lapidem, uide. 8. phyſi. tex. cõmen. 23. & uide Them. in. 7. phyſi. uerſus finem ſuper tex. 38. ubi dicit: Neq; ſi lapidem multa ſtillicidia incauãt, neceſſe eſt ſingulis ſtillicidijs ſeparatim ſua ramenta reſpondeant: nec enim ſemper ad diſcretionem potentiarum ſubiectæ magnitudines diſſecantur, & nonnullæ quoq; potentiæ ſunt quæ illas quaſi tranſcurſu prætereunt non diuidendo, ſecando ue, ſed ita afficiendo & præparando ut ſecari & diuidi aliquando poſſint.



Guttur quod & arteria dicitur, corpore conſtat chartilaginoſo. 2. de partibus anima. cap. 3. uide. 7. de utilitate par. Galenum cap. 3. ubi agit de trachea arteria, & ibi uidebis qd ſit chartilago. Et nota etiam ibi ꝙ anuli qui ſunt in trachea iuxta ſubſtãtiam pulmonis, non ſunt cõpleti contra Mundinum, & Modernos anatomiſtas.

## ¶ De litera H.

HABITVS non indiget ad ſui cognitionem cõcipi reſpectu priuationis, niſi eſſet habitus inquantum eſt perfectus, & priuatio ex parte qua ẽ quid imꝑfectum, & ut uniuerſalius dicã, ĩquãtũ eſt habitus, hoc eſt ĩquãtũ ẽ relatiuũ, ex cõmẽto magno in ꝓlogo primi poſteriorũ Cõmentator.

Habituũ continuas paſſiones facit ſeries & continuatio tẽporis: Actuum uerò unũ eſſe non conceſſerim niſi iunctus ſit & continuò defluat The. 5. phy. 39. & habeẽ in tex.

Habitus eſt prior priuatione in re carente habente habitu. 4. phyſi. cõmen. 67. ubi ſubdit Cõmen. ꝙ hæc propoſitio, ut mihi uidetur, non concediẽ ab Auic. & eſt fatuitas in illo.

Habitum eſt q̃d conſequẽter eſt cũ tangat. 5. phy. t. c. 26.

Habitibus præſentibus nondum generatur aliquid, ſed iam eſt. 1. de genera. & corrup. tex. cõmen. 55.

Habitatio tota impoſſibile eſt ut fugiat à philoſophia, & fortè philoſophia inuenitur in maiori parte ſubiecti. 3. de anima. cõmen. 5. in ſolu. quæſtio. 2.

Habitatio eſt poſſibilis in quarta meridionali. ibidem.

Habitus diffinitio eſt, ut habens ipſum operetur per ipſum quãdo uoluerit, & ex ſe abſq; hoc ꝙ indigeat aliquo extrinſeco. 3. de anima. cõmen. 18.

Habitus mediat inter habentem & habitum. 5. meta. t. c. 25.

Habitum haberi non contingit, alioquin finitum erit, ſi habiti fuerit habere habitum. ibidem.

Habitus eſt p̃dicamentum ſecundum ꝙ contentũ diciẽ hr̃e continens. Cõmen. 5. meta. cõ. 28. ſed qñ continens habet contentũ, tunc hoc eſt p̃dicamentum ubi, ut idem dicit.

Habeo uerbum demonſtrat tot reſpectus quot demonſtrãtur per hanc præpoſitionẽ in, ſed differunt, quia habere dignius dicitur reſpectũ continentis ad contentũ, ſed in, p̃poſitio eſt conuerſo modo. Cõmen. 5. meta. cõm̃. 28.

Hanelitus inſtrumenta ſunt, canna, diaphragma. pulmo trachea arteria, epiglottis, & uuula. 2. colliget. cap. 19.

Hanelitus ſecundum Galenum eſt motus uoluntarius, & uide rationem. 2. colliget. cap. 19.

Hanelitus ſecundum alios eſt motus naturalis. ibidem. ſicut motus pulſus.

Hanelitus ſecundum aliquos ſapientes eſt cõpoſitus ex duabus uirtutibus, uidelicet naturali & uolũtaria: & iſta opinio eſt uerior ſecundum Auer. ibidem. Comparãdo autẽ duas primas opĩones adinuicẽ, ſecunda eſt uerior prima. ibidẽ.

Harmonia eſt poſterior inſtrumento.

Harmonia non pugnat cum inſtrumento.

Harmonia intenditur & remittitur.

Harmonia cõſtãte non poteſt conſonãtię accidere offenſio.

Harmonia corporis nihil aliud eſt quàm firmitas, ualentia, & pulchritudo.

Harmonia eſt q̃dã rõ mixtorũ aut cõpoſitio. 1. de aĩa. t. c. 53.

Harmonia non eſt ſubſtantia. ibidem.

Harmonia non mouet inſtrumentum. ibidem.

Heraclitus ignem principium omnium eſſe aſſeruit, & orbẽ quandoq; deflagraturum, ut huc omnia redeant, unde profecta deriuataq; fuerint. 3. phyſi. tex. cõm̃. 46. Forte hoc eſt ꝙ Ouidius cecinit in. 1. metamor.

Eſſe quoq; in Fatis reminiſcitur affore tempus:
Quo mare, quo cœlum, correptaq́; regia cœli,
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Heraclitus negauit ſciam, & exiſtimauit oĩa entia ſenſibilia eſſe, & quia ſunt in continua tranſmutatione, ideo nulla de eis poteſt haberi ſcĩa. 4. meta. tex. cõ. 22. ibidem dicitur, ꝙ Cratillus increpauit ipſum aſſerentem eundem non poſſe bis in idem flumen intrare, ĩmo nec ſemel.

Herinaceus ſolus inter aĩalia, quæ aĩal gñant lumbis habet teſtes adhærentes: cętera aũt habent ante, uel intus, uel extra, uide cauſam. 1. de generatione aĩalium. cap. 2.

Herinacei cõmutant ſua cubilia auſtrorum & aquilonum mutatione, qui autem intra tecta aluntur ad parietes diſcedunt, quod ita fieri cùm Bizantij quidam aduertiſſet conſecutus exiſtimationem eſt, ut tempus futurum poſſet prǽſagire. 9. de natura animalium. cap. 6.

Heſiodus primum oĩum chaos, deinde terra, litem & amorem fuiſſe teſtatur, ex erratis primi meta.

Hirci pingues minus fœcundi ſunt, quorũ argumento uites quoties per nimiã alimenti copiã luxuriantes fructũ nõ ferunt, hirciſſare ruſtici dicunt. Ariſt. in. 5. de natura aĩalium. cap. 14. idem in primo de generatione aĩalium. cap. 18.

Hyems noſtra eſt æſtas in ꝑtibus meridionalibus, & cũ fuerit frigiditas in parte ſeptẽtrionali erit caliditas in parte meridionali, & è conuerſo. Cõmen. in principio lib. mete.

Hõ eſt magis aptus ad diſcernẽdum indiuidua odorabiliũ q̃ cætera aĩalia, quãuis quædam animalia habeant fortiorem ſenſum odoratus à remotis. 3. colliget. cap. 34.

Hominum perfectorum in artibus una cõditio eſt, ut ſit dominus artis ex ſe, ita ut cognoſcat res neceſſarias ꝑfectè cũ ĩnſpexerit rerum diuerſitatem. ex. 7. colliget. cap. 28.

Hoĩs tactus eſt fortior q̃ in cæteris aĩalibus. 3. collꝭ. ca. 36.

Homo diuerſificatur in ſenſu olfactus à cæteris animalibus, quia homo non poteſt odorare niſi cũ olfactione, ſed multa animalia odorant ſine olfactione, ut animalia carentia ſanguine, ut apes & formicæ. 3. colliget. cap. 36.

Hõ pluries cribat unũ modium ſabuli, ut inueniat unã margaritã. Auer. 4. collꝭ. cap. 9. de ſignis ægritudinis in gñali.

Homini ab Apolline pythio iniũctũ eſt, ut ſeip̃m noſcat, ꝑinde quaſi oĩbus ex ſua cuiuſq; cognitione naturalis uiuendi rõ ſtatuenda uideaẽ. Alex. in princ. paraphraſis de aĩa.

Homini ſoli pariendi tẽpus multiplex datum eſt: cætera autem animalia oĩa ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiunt: nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono parere poſſunt homines, & q̃d plurimum decimo: nõnullæ etiã undecimum attingunt. 9. de natura aĩalium cap. 4.

Hõ cum aĩalia alia ſingulos pariãt alia plures, in ancipiti ẽ: nam ꝙ plurimũ & in locis plurimis agitur, mulieres ſingulos ſingulæ pariũt, ſed ſæpe & locis pleriſq; geminos etiã, ut in terra Aegypti fieri certũ ẽ. Pariũt etiã tres & quatuor, & quidam locis nõnullis ualde ita fit q̃d dictum eſt, ſed & quinq; cũ plurimum naſcunẽ: iam. n. hoc pluribus eueniſſe certum eſt, & quędam partubus quatuor uiginti enixa eſt, quinos enim ſingulis partubus edidit. ibidem.

Hominibus ſolis contingit ut ſi gemini concipiantur, quorũ alter mas alter fœmina ſit, pauci ſeruẽtur: in cæteris autem aĩalibus gemini nati ſi mas & fœmina ſint enutriũtur atq; ſeruantur. ibidem.

Hoĩes octauo menſe geniti in terra Aegypto uiuere & adoleſcere poſſunt, & qbuſdã alijs locis ubi mulieres fertiliores ſunt multosq́; ſimul & ferũt & pariũt, ſed locis gręciæ multi intereunt nec niſi ꝑpauci ſeruanẽ: unde fit ut ſiquis ſeruetur non octauo menſe natus exiſtimeẽ. ibidẽ. Ex quo patet rõnem mathematicorũ nullã eſſe, quia natus octimenſis non poſſit uiuere. uide Conciliatorẽ in differentia ꝓpria de hoc.

Hominis oſſa ſunt numero. 348. exceptis paruis, quæ replẽt ſpatia iũcturarum, & oſſe epiglotidis, & oſſe chartilaginoſo, quod ẽ in corde ſ̃m aliquos anatomicos. 1. colliget. cap. de anatomia dentium & oſſium.

Hoĩes ętatis rõne ĩmutãtur, ut iuuenes ĩnter ſe fœminas generent, ſeniores facti mares, & qdam iuuenes nihil ꝓcreãt, ſeniores iam incipiũt ꝓcreare. 7. de natura aĩaliũ. cap. 6.

Homini in pueritia ſinciput molle eſt, ſeroq; duratur: cæteris autem animalibus diſcrimen oſſium nullum eſt, ſed oĩa perfecta iam inde à natiuitate proueniunt. Ariſto. in. 7. de natura animalium. cap. 10.

Homo eſt id quo coniungitur eſſe ſenſibile cum intelligibili,& propterea perfecit Deus in ipſo eſſe ſenſibile,cui euenit imperfectio propter diſtantiam ab ipſo. ex paraphraſi metaphyſi.trac.4.col'.16.

Homo,cum cætera animalia naſcantur cum dẽtibus,in pueritia ſeptimo menſe dentire incipit.ibidem.

Homo ſicut cætera animalia quæ ſecundum naturam inuerſa in caput naſcũtur,manus etiam ad coſtas porrectas extenſasq; habet, qui cum exierit,ſtatim uocem emittit,& manus in os admouet.ibidem.

Hominis animam in pueritia ab anima belluarũ nihil differre propè dixerim.8.de natura aĩalium.cap.1.

Hoĩs ſaliua plurimis morſibus uenenoſorum aĩalium aduerſatur,uel aĩalibus uenenoſis.8.de natura aĩa.cap.29.

Hõ eſt ꝑfectiſſima natura,& ideo affectus animi in eo ꝓſpectiores cõtinentur,q̃ in cæteris.9.de natura aĩa.cap.1.

Hominis ſtercus panthera quærit,cum uenenum pardalianches ab angore dictum comederit,quo etiam leones intereunt.9.de natura animalium.cap.6.unde uenenis aduerſatur,ut Medicis etiam uidetur.

Homo ſolus ambidexter naſcitur.Ariſto.in.2.de natura animalium.cap.1.

Homo ſolus pectus latum habet.& uide cauſam.ibidem.

Homo paucisſimis pilis ĩtegitur niſi in capite, qua quidem parte hirſutiſſimus omnium eſt. ibidem.

Homo maximè omnium animalium ſuæ magnitudinis proportione plurimum ſeminis emittit,& inter mares qui humidiores ſunt natura,nec ualde carnoſi.7.de natura animalium.cap.1.

Homo ſolus ex animalibus pedes habentibus, pedes carnoſos habere cernitur.ibidem.

Homo cùm ad iuſta incrementa peruenit partem ſuperiorẽ minorem habet q̃ inferiorem,cõtra atq; cætera animalia quæ ſanguine conſtant. Partem ſuperiorem intelligi uolo quantum de capite ad eam pertendit partem,qua exitus patet excrementis:inferiorem uerò,quantum ab ea ipſa ſubſequitur reliquum corporis.ibidem.

Homo priuſq̃ adultior ſit,partem corporis ſuperiorem habet maiorem q̃ inferiorem.ibidem.

Homo dentes priores mutat,maxillares autem nullum animal mutat,ibidem.

Hominis ſanguis eſt tenuiſſimus & minutiſſimus.3.de natura animalium.cap.19.

Homines tã mares q̃ fœminæ à primo ortu infœcundi naſci poſſunt.7.de natura animalium.cap.1.

Homines mares nimis ſalaces,& fœminæ quæ frequentius pariunt,citius ſeneſcunt.ibidem.

Homo corporis proportione plurimum ſemẽ emittit. Ariſt. in.3.de natura anima.cap.ultimo.

Hominis proprium eſt locutio. Ariſto.in.4.de natura animalium.cap.9.

Homines locutione utuntur uaria,cùm uocem omnes emittant eandem.4.de natura animalium.cap.9.

Homines ſurdi à natiuitate ſunt etiam muti,& uocem emittere poſſunt,locutionem uerò nullam.ibidem.

Homo maximè animalium ſomniat.Ariſtote.in.4.de natura animalium.cap.10.

Homo anno quarto aut quinto ſomniare incipit.ibidem.

Homines quidam nunq̃ ſomniauerunt, & nõnullis accidit in proceſſu ætatis,ut uiſo ſomnio mutarẽtur habitu ſui corporis,uel in mortem,uel in morbum.ibidem.

Homini maximè tꝑibus oĩbus coitus opportunus eſt,atq; etiam plura alia pedeſtris generis.5.de natu.aĩa.cap.8.

Hominum mas ſtimulatur magis ad Venerem hyberno tẽpore,fœmina æſtiuo.ibidem.

Hominum in genere et quadrupedũ aĩal gignentium, maximè patet ut nouellorum prima emiſsio ſeminis, ut in cæteris generibus animalium,aut infœcũda, aut ſi fœcunda ſit imbecilliora,tamen generat.5.de natura animalium.cap.14.& in.7.de natura animalium.cap.1.

Homo in quartodecimo anno ſemen incipit ferre, ſed uim genitalem recipit circa annos ter ſeptem.ibidem.& in.7. de natura animalium.cap.1.

Homo mas ad annum uſq; ſeptuageſimum,uidelicet termino ultimo poteſt generarẽ,fœmina uſq; ad quinquageſimũ, uerùm id raròpaucis enim proles in eo ætatis tempore ꝓcreata eſt,ſed magna ex parte maribus quintus & ſexageſimus annus finis progenerandi eſt:fœminis,quintus & quadrageſimus.Ariſto.in.5.de hiſto.animalium.cap.14.Vide in contradictionibus nuper æditis ſuper.7.libro de natura animalium.cap.5.ubi oppoſitum habetur.

Hominibus tempore quo ſemen incipiunt ferre, qui iam fricari cõtrectariq; per libidinem ceperint,accidit ut cum ſemen emittunt,non modo uoluptate,uerũ etiam dolore afficiantur.7.de natura animalium.cap.1.cogita quomõ hoc ſit posſibile,& uide in ſimili de hoc Alexan.in.1.lib. naturalium quæſtionum.quæſtione.12.

Hominis uox,& fœminarũ ĩmutatur,dum ſemen fere incipiunt,q̃d caprire denominant.7.de natura.aĩa.cap.1.

Hoĩes nõnulla à natura biuertices nati ſunt,uerum nõ oſſe, ſed capillorum æquamento.1.de hiſtoria aĩa.cap.7.

Homo per ſe tẽpus ſentit,ſed cætera animalia per accidens, utpote quæ non ipſius temporis ſenſum ꝓprie habeant,ſed motionis & paſſionis eius,quàm tempore aliquo acceperunt.Themiſtius.3.de anima.cap.64.

Homo audit,homo guſtat,olfacit,obtuitur, quãq̃ propoſitiones iſtæ receptæ ſunt,non tamen primariæ ſunt,nec primũ competunt functiones illæ homini,ſed ſenſarijs,& internũtijs ſuis,hoc eſt,auribus,linguæ,naribus, oculis: ſicut dicitẽ triangulus ęquilaterus duos rectos habere,ſed non primũ, quia ea affectio primo debetur triãgulo:quicquid enim in partibus aut in genere primum ineſt,non poteſt de integritate aut de ſpecie primum afferri.Themiſtius.6.phy.ſuper tex.44.uide in concordantijs nuper æditis.

Homines hñtes magnã frontem,ſunt ſegnes:quibus aũt parua eſt,ſunt mobiles:quibus lata,mente moueri idonei: quibus rotunda,iracundi.Ariſt.in.1.de natura aĩa.cap.8.

Hominis ſupercilia ſi in rectum porrigãtur, mollem animũ ſignificant:Ariſto.in.1.de natura aĩalium cap.9.ſi iuxta naſum inflexa ſunt,auſterum notant & acerbum: ſed ſi iuxta tempora inflectantur,deriſorem ſimulatoremq; indicãt: ſi uero in totum demerſa,notam inuidiæ habent.

Hominis oculi duos angulos habent,quorum alter iuxta naſum,alter iuxta tempora eſt,& angulus ille albugo oculi dicitur:qui ſi iuſtò longiores fuerint,notam maleficorum & morem præbent.ibidem.

Homo ſolus animalium numeroſa oculorum uarietate notatur.Ariſto.in.1.de natura animalium.cap.10.

Hominis oculi id quod nigrum appellatur,& etiam id quod pupillam,ĩ qua fit uiſio, ambit:in quibuſdam eſt atrum,in quibuſdam ualde cæſium,alijs fuluum, alijs caprinũ, quod morum optimorum indicium eſt, & ad cernendi claritatẽ primatum obtinet. Ariſto.in primo de natura animalium.cap.10.Credo ꝙ iſtud ſit glauci coloris, & ideo Homerus Mineruam glaucopiam appellat.

Hominis oculi qui mediocriter cõniuent,notam morum laudabilium habent.ibidem.

Hominis aures tantum ſunt ĩmobiles. Ariſt.in primo de natura animalium.cap.11.

Hominis aures magnæ arrecteq; ultra modum ſtultitiæ indices ſunt aut loquacitatis.ibidem.

Hominis ſternutamentũ ex naſo eſt uniuerſi flatus eruptio ꝑ naſum,ſignũ augurale & unum ex ſpirituũ oĩum generibus ſanctum & ſacrum.Ariſto.1.de natura aĩa.cap.11.

Hoĩes quorũ interior pars plantæ pedũ non caua,ſed ita pleniuſcula eſt,ut ſolũ toto attingat ueſtigio,hi uerſuti ſunt,& fraudulenti.Ariſto.in.1.de natura aĩalium cap.15.

Hoĩem oĩum maximè aĩaliũ ſuperiora ac inferiora hr̃e rõne locorum nãlium intelligimus.1.de natura aĩalium.cap.15.

Hominibus,quibus pedes exigui,ijs etiam manus paruæ habentur,& quibus cubiti breues,ijs etiã femora breuia magna ex parte ſunt.ibidem.





Hominis ſiniſtra omnia imbeciliora dextris ſunt.ibidem.

Homines inferiora ſimilitudidem ſuperiorũ præſeferre ea ratione dixerim,qua uenter intus reſpondere dicitur faciei in gracilitate & corpulentia.ibidem.

Homines duo eiuſdem complexionis temperatæ ęqualiter, qui uno utũtur regimine,poſſibile eſt,ut alter deueniat ad finem naturalem ſuæ uitæ,quæ poteſt haberẽ per naturam, alter uerò nõ poterit,& uide cauſam.6.colliget.cap.1.ubi dicit ꝙ eſt propter indiuidualem præparationem in materia.Et ibidem dicitur ꝙ non eſt impoſſibile, ut homo tẽperatus bono utens regimine,non uiuat diutius alio utentẽ malo regimine,licet hoc rariſſimè contingat.

Homo plurimum cerebri proportione magnitudinis ac humidum habet.primo de natura animalium.cap.16.&.2.de partibus animalium.cap.7.

Hominis tantum cor ad partem potius ſiniſtram uergit,ſed in cæteris quibus pectus ineſt, eſt in medio pectore. primo de natura animalium.cap.17.

Homo,cùm cætera animalium in ſenectute non caneſcant manifeſte,maximè omnium ita afficitur.Ariſto.in.5.de generatione animalium.cap.primo.

Homo ſolus caneſcit, & inter cætera animalia equus ſolus pilo albeſcit,& euidentius per ſenectuctem:canities enim debilitas quædam humoris ſita in cerebro & cruditas eſt. Ariſto.in.5.de genera.animalium.cap.1.

Hominis oculi diuerſicolores ſunt,ſed cæterorum animaliũ in ſuo cuiuſq; genere unicolores potius ſunt,ut boum nigri ouium aquilini,aliorum ruffi toto genere,aut cęſij ſunt nõnullorum:caprini ut caprarij generis.Ariſto.in.5.de generatione animalium.cap.1.

Homo præ magnitudine minimè ferè animalium omnium procul ſentire poteſt,cùm tamen differentiarum ſenſu maximè omnium ualeat,cuius rei cauſa eſt ꝙ ſenſorium ſincerum minimeq; terrenũ corpulẽtum'ue obtinet, cutem etiã tenuiſſimã ꝑ cæteris aĩalibus hõ ſuapte natura pro magnitudine habet.Ariſt.in.5.de generatione aĩalium.cap.2.

Hoĩes calueſcunt parte capitis priore,caneſcunt primo tꝑĩbus,ſed nemo uel tꝑbus uel occipite calueſcit. Ariſt.in.5. de genera.animalium.cap.3.& ibi uide cauſam.

Hoĩes ſuis ætatibus hyemem æſtatemq; faciunt,quãobrem nemo anteq̃ coire incipiat calueſcit; ſed à uenereo potius coitu id euenit.ſcilicet his qui ſunt ſua natura eo ꝓpenſiores.Ariſto.in.5.de generatione animalium.cap.3.

Hominis cutis eſt tenuisſima,& ideo diuerſitas ĩ colore pilorum in homine non ſequitẽ cutim,ſicut in cæteris animalibus.Ariſto.in.5.de generatione animalium.cap.5.

Homo ſolus aĩalium utitur ratione.Ariſt.in.5.de generatione animalium.cap.7.idem in.1.politic.

Homo unus ex numero oĩum aĩalium uim obtinet cogitãdi: & cùm memoriæ atq; diſciplinæ complures aĩantes eſſe participes poſſint,nullus,tñ pręter hoĩem poteſt reminiſci Ariſt.in primo de hiſtoria animalium.cap.1.in fine.

Hominis naturam ancipitem ſocietatis & ſolitudinis apertum eſt.1.de hiſtoria animalium.cap.1.

Hominis comparatione aliqua ſunt calidiora quæ abſolutè ſunt minus calida,ut uinum antiquũ reſpectu muſti.Auer. in.2.de generatione animalitm.cap.2.Vbi etiam conciliat dicta Medicorum cum Ariſt.de albumine oui,quod ſecũdum Ariſto.eſt calidum,& ſecundum Medicos frigidæ cõplexionis.uide etiam in.2.de anima.com̃.105.

Homo aaimalium omnium maximè notum nobis neceſſario eſt,& ideo primum hominis partes nobis explicandæ ſunt:ut enim nũmos ad id quod ſibi quiſq; exploratum certumq; habet probare ſolet,ita cæteris etiam in rebus agẽdum eſt.Ariſto.in primo de generatione animalium. cap. 6.Ex hoc collige ꝙ ordo doctrinæ quandoq; incipit à perfectiori,& hoc ubi illud fuerit notius : & hoc cauſa fuit, ꝙ etiam Ariſto.in.2.de anima prius egit de uiſu q̃ de tactu, cuius tamen oppoſitum obſeruauit Auic.in.6.naturalium. In libro etiam de partibus animalium.2.cap.10.idem inuenies,ꝙ primum de homine eſt differendum.Aduerte tamẽ ꝙ illud habet locum de partibus exterioribus, ſed in interioribus ſecus eſt.Et ideo Ariſto. in primo de natura aĩaliũ cap.16.huiuſmodi ꝑtes interiores ex alijs aĩalibus dignoſci præcipit.in quibus homo conuenit cum alijs.

Homo in obſecto & nudisſimo omnium animaliũ corpore eſt,& ungues minimos ꝓ magnitudine habet, minimũ nãq; eſt in eo excrementum terreum.Ariſto.in.2.de generatione animalium cap.4.in fine capituli.

Homines habentes membra gracilia ſunt ſalatiores.Ariſto. in.3.de generatione animalium.cap.1.

Homini monſtruoſitates minus accidere ſolent q̃ alijs animalibus quæ plura pariunt, quia ſingulare perfectumque parit:quapropter & homini locis,quibus mulieres perfœcundæ ſunt,magis id euenit,ut in Aegypto.Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.4.

Homo ſolus ex animalibus metuere,confidere,atq; ſperare poteſt:nam audacia,metus,& ſpes ſtatim oſtendunt ſe naturalis animæ ditioni ſubeſſe,quia futurum & conſequens tempus uidentur reſpicere,quod bruta non poſſunt. Themiſtius.3.de anima.cap.38.

Homo cum omnibus generibus ambigit, nam & uiuiparũ eſt,& pauciparum,& multiparum interdum eſt. Ariſto.in 4.de generatione animalium.cap.4.

Homini non unum tempus pariendi conſtitutũ eſt ſicut cæteris animalibus,ſed plura:quippè cùm & ſeptimo menſe & decimo naſcatur,atq; etiam inter ſeptimum & decimũ poſitis:qui enim menſe octauo naſcũtur,& ſi minus,uiuere tamen poſſunt Ariſto.in.4.de generatione animalium. cap.4.Contra Medicos aſſerentes octimenſes uiuere non poſſe.de hoc uide Conciliatorem in differentia.49. Cõtra medicos.

Homines piloſi libidinoſiores & ſeminis copioſiores ſunt q̃ leues:pili enim abundãtia,& hirſuties copiã indicat excrementi.Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.5.

Hominum genus magis in maribus q̃ in fœminis generandis læſionem recipit,cùm in cæteris animalibus nihilo potius mares q̃ fœminæ ita proueniant? Cuius rei cauſa eſt ꝙ in hominibus longè mas à fœmina in calore differt naturæ:quo fit,ut mobiliores ſint mares in utero quàm fœminæ, motu autem ipſo franguntur, cùm recens quodlibet præ ſua imbecillitate facile frangi poſſit.Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.6.

Hominum in genere qui gemini mas & fœmina prodeunt, minus ſeruantur,cùm in cæteris animalibus nihilo referat: hominibus enim hic concurſus præter natura eſt,cum non pari tempore mas & fœmina diſcernantur.Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.6.Quod ideo dixit, quia mas citius in utero concipitur & perficitur q̃ fœmina.

Homines in ferendo utero cum cæteris animalibus diſſidẽt, cum enim cętera plurimum temporis ualeant corpore,cũ uterum ferunt,mulieres magna ex parte ægrè degunt.4.de generatione animalium.cap.6.& ibi uide cauſam.Nam,ut ait Philoſophus, cæteris aĩalibus aut exigua purgatio aut nulla manifeſta fit,mulieri plurima euenit,q̃ cùm per uteri geſtationem deſierit,infeſtat atq; perturbat.

Homo plus temporis q̃ quiduis aĩal uiuit excepto elephante.Ariſto.in.4.de genera.animalium.cap.ultimo.

Hominis perduratio prouenit ex eius complexione, quæ ſimilis eſt complexione aeris ambientis ipſum calidi & humidi.Auer.in.4.de gene.animalium.cap.ultimo & elicitur ex tex.ibidem.ubi Ariſto.dicit: Cauſa ne quoduis aĩalium diutius uiuat,eſt ꝙ pro aere ambiente temperatur.

Homo quia prudentisſimus animaliũ fuit,ideo manum obtinuit,ſed non quia manus obtinuit prudentisſimus fuit, ut male Anaxagoras opinabatur.4.de partibus animalium. cap.9.Eãdem ſententiam approbat Galenus in primo de utilitate particularum.cap.3.

Hominis renes bubulis ſimiles ſunt,qui ſunt tanquam compoſiti ex pluribus renibus,neq; æquabiles ſunt,ut ſunt cæterorum quadrupedum,quo fit ex eorum motibus difficile ut curari poſſint, etiam ſi nuper ægrotare inceperint. Accidit enim ut quaſi multis renibus laborent, difficilius

remedium adhibeatur quàm ſi uno infeſtarentur.ex.3.de partibus animalium.cap.9.

Hominibus qui uitio renum laborant,licet pingueſcere iuuet,tamen ſi pingues admodum efficiantur,letales accidũt dolores.ibidem.

Homo ſolus animalium titillatur propter cutis tenuitatem, & ꝙ ipſe ſolus rideat,ex.3.de partibus animalium. ca.10. de ſepto tranſuerſo.

Homo ſolus quum dormit ſternitur,quia ſolus erectus incedit.ex lib.de ſomno & uig.& uide Them.cap.21.

Homini accidere ſolet,ut quidã fel in iecore habere uideant̃ quidã uerò careant.ex.4.de partibus aĩalium.cap.2.

Hominibus animalia bruta dementiora ſunt,quia pomilionis figuram hñt oĩa,& inter homines pueri q̃ pomiliones ſunt,ideo uiris ſunt dementiores,& inter uiros qui pomiliones ſunt,demẽtiores ſunt.ex lib.4.de ꝑtibus aĩa.ca.9.

Homo quia aĩalium prudentiſſimus eſt,ideo manus ei natura tribuit:Anaxagoras aũt contrariũ opinabat̃,ꝙ quia hõ manus obtinuit,ideo aĩalium prudentiſſimus eſt,& male. Natura.n.rem minorem maiori potioriq́; addere ſolet,nõ maiorẽ nobilioremq́; minori.ex.4.de partibus aĩa.cap.9.

Hoĩem non bene à natura ſed deterrime fuiſſe creatũ,eo ꝙ nudum & inermem natura eum produxerit,non recte ſentiunt qui ita dicunt,ex.4.de partibus aĩalium.cap.9.

Homo & uiuiparæ quadrupedes maxillã ſurſum,deorſum, atq; in latera agitant:piſces uerò & aues,& ouiparæ quadrupedes ſolũ ſurſum atq; deorſum,et nullo mõ in latera. uide cauſam in. 4.de partibus animalium,cap.10.

Homo quinquennio ferè capere uidetur diminutionem oĩs magnitudinis,quæ reliquo toto tempore comparatur.1.de generatione animalium.cap.18.prope finem.

Hoĩes quidam in uno tp̃e nõ gñant,& in alio gñant,quia cũ ſemine eorum admiſcetur aliq̃d inutile excrementũ.Auer. 1.de genera.aĩalium.cap.1.ubi ponitur improbatio antiquorum de ſemine,& eſt ſñia Ariſt.etiam ibidem.in.cap. 18.& inde etiam euenit,ꝙ ægri minus ſunt prolifici.

Homo omnium animalium prudentiſſimus eſt.Ariſt.2.de genera.animalium.cap.4.prope finem.

Homo authoritate Hippo.ſi eſſet ſimplex,uel ex una ſola re conſtitutus,nunq̃ꝫ permutaretur,neq; aliquã paſſionem reciperet,imo eſſet incorruptibilis & impermutabilis, neq; generabilis eſſet,ſed eſſet ab ęterno.Simplex enim non ꝑmutatur,nec ad aliam naturã cõuertitur.ex lib.deſtr.diſp. 2.in ſol.ultimi dubij. Authoritas eſt Hip.in lib.de natura humana.hoc etiam teſtat̃ Gal.in prin.tertij paruæ artis.

Hoĩs nã nedum uiuendi ſed ẽt bñ uiuendi rõnem obtinuit, q̃ppe q̃ ex aĩalibus nobis cognitis,aut unum ex oĩbus diuinitatis eſt particeps,aut omnium maxime.ex.2.de partibus animalium.cap.10.Si cupis mirabiles hominis ꝓprietates intelligere,require Albertum cognomẽto magnum. in.22.libro de animalibus.cap.5.

Hominis caput macilẽtum omniq́; carne exutũ eſſe neceſſe eſt.ex.2.de parti.animalium.cap.10. Et ibi additur opinio antiquorum,& reprobatur tenẽtium hominis caput ſi carnoſius eſſet ꝙ diutius uiueret.

Homo mouet magis palpebras q̃ꝫ aliquod aliud aĩal, q̃a habet eas molliores,& quia natura plus de nobilioribus ſolicita eſt.ex.2.de ꝑtibus aĩa.Cõmẽ.in cap. de mẽbris uiſus.

Homo omnium aĩalium maxime piloſo capite eſt. uide cauſam in.2.de partibus animalium.cap.14.

Homo eſt finis rerum creatarũ ꝓpter ipſum.2. phy.cõ.24. & ibi uide tex.quomodo ſit intelligendum.

Homo nõ debet decipi in uita ex hoc ꝙ accidit ſibi de bonitate caſus qui eſt res incerta.2.phyſi.com̃.56.

Homo hoĩem generat ex materia & ſol.2.phyſi.tex.cõ.26. idem.12.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.13.

Hominem generari ab homine in infinitum eſt uerum ꝑ accidens,& in eius generatione eſt primum,& eſt ſol,& intelligentia operans.5.phyſi.cõ.13.Per intelligentiam autẽ poteſt exponi ſubſtantia abſtracta, quæ eſt primus motor in quo ſunt oẽs formę in actu,licet in prima materia ſint in potentia.12.meta.cõ.18.Poteſt etiam intelligi uirtus informatiua exiſtens in ſemine hoĩs,nam ſol & homo generant hominem.2.phyſi.tex.cõ.26.&.12.meta. tex.cõ.13.nam uirtutes informatiuæ docentur ab Ariſto.in.2.de genera. aĩalium,cap.3.& etiam Cõmen.teſtatur in 7.meta.cõ.31. aut utrũq;.idem in lib.deſtru.diſp.prima.in ſol.5.dubij,et 12.& uide clariſſimẽ in diſpu.4.in ſolu.2.dubij.

Homo nõ intelligitur magis quàm homo,aut equus magis quàm equus,ſicut ĩtelligitur albedo magis quam albedo. Cõmenta.6.phy.cõmen.45.ubi patet differentias accidẽtium ſuſcipere magis & minus.& idem tenet Auer.in cõmunitatibus ſuper Porphyrio.

Homo & album ſunt idem ſm̃ ſubiectum,& q̃ ſunt eadem ſm̃ ſubiectum,ſunt eadem per accidens.6.phy.tex.cõ.85.

Homo quilibet conuenit nobiſcum in hoc,ꝙ illud quod mouetur ex ſe eſt dignius,ut ſit primũ principium q̃ꝫ illud q̃d mouetur ex alio.8.phyſi.cõmen.39.

Homo non poteſt generari à non ſemine hominis,quia tũc ille homo diceretur æquiuocè cum homine generato ex ſemine.Auer.in.8.phyſicæ auſcultationis in tex. cõmen.46. & eſt locus ubi digreditur aſtruendo nullam ſpeciem fieri à caſu in natura,& ꝙ genita per putrefactionem non ſunt eiuſdem ſpeciei cum genitis ex ſemine & per ꝓpagationẽ, & eſt iſta opinio dãnata ferè ab omnibus Latinis. Vnde & beatus Tho.& Sco.in.1.ſen.diſ.2.q.5.arguit cõtra Auer. deducẽdo primo ipſum ad contradictionem.Nam in accidentibus eadem ſpẽs poteſt fieri,& ab uniuoco & ab æquiuoco,ut calor à motu generari poteſt,ut patet.2.cœ.com. 42 & tex.& ex primo mete.item calor fit à calore,item hoc idem habet concedere in ſubſtantijs,& de facto cõcedit ipſe Cõmentator de igne qui generatur à motu ſicut generat̃ ab igne.12.meta.cõ.28.Amplius quæcunq; poſſunt oſtẽdere eadem eſſe natura ſecundum ſpeciem,ſunt eadem in genitis ex putri materia & in genitis ex ſemine:nam habẽt eoſdem motus,unitas autem motus arguit unitatem & idẽtitatem naturæ,ut patet primo cœli.& Cõmenta ibidẽ.cõ. 8.dicit.Vnus motus non prouenit niſi ab una natura.Amplius habent eaſdem operationes eadem organa,& reſpectu motus progreſſiui ab eiſdem conſeruantur & ab eiſdẽ corrumpuntur,habent etiam eadem membra:unde ſequit̃ ut habeant eaſdem formas, quia membra cerui non differunt à membris leonis,niſi quia anima differt ab anima,ut ipſemet Cõmentator teſtatur.1.de anima.cõ.52. Habent etiam eaſdem operationes,ut dicit Auguſtinus,ꝙ generatum per putrefactionẽ generat alia,ut uidemus de apibus, & ueſpis generatis ex putri materia,& etiã apparet de plãtis.¶ Pro Auer.facit authoritas Phi in.2.de anima.tex.com̃. 38.ubi habetur ꝙ inſtrumenta eadem,aut diuerſa iudicantur operibus,& eſt ratio in promptu,quia organa ſunt propter opera,ſicut propter finem,& à fine unumquodq; perpenditur.2.de anima.49.ſicut in ſimili potentiæ per actus diſtinguuntur,& innoteſcunt quia ex his q̃ primo gerimus ut dicit Them.& ex his quãtæ & quale ſint uires in nobis ꝑpendimus.Amplius contradicit ſibi magiſter eius Ariſt. in.7.primę phiẽ.in tex.cõ.23.&.31.ubi habet ꝙ quẽadmodum aliqua ab arte fiunt eadẽ & à caſu,ſic etiam in natura poſſunt aliqua fieri eadẽ à nã & à caſu,ita ꝙ(ut aſſerunt)ſi opinio eius ulr̃ intelligat̃,eſt opĩo falſa. Nos aũt credimus doctrinam iſtius uiri fundatã eſſe in ueris principijs phiæ. Ariſt.enim in.1.phyſicæ auſcultationis,uolens ꝓbare q̃ñ ex primis cõtrarijs fiunt oĩa quęcũq; fiũt in natura, inq̃t ꝙ hoc oportet in ratione conſiderare: & ideo altius exordit̃, ubi ĩducit dignitates quaſdã:quarũ ueritas,ut dicit Simplicius,ſe extendit non ſolũ ad nãlia uerũetiam & ad gñationes artificialiũ, ut aſtipulat̃ etiam ipſe Ariſt.in exẽplis adductis.& Cõmen.etiã idẽ notat in cõ.45.q̃ tales ſunt.Non q̃dlibet agit in q̃libet, nec q̃dlibet patit̃ à quolibet, nec q̃dlibet fit ex quolibet,nec quodlibet corrumpitur ĩ quolibet, ſed determinatum fit ex determinato,& corrumpitur in determinatum.Et ĩducit hoc primò in his q̃ ſunt ſimplicia,& quæ fiunt per alteratione̅:deinde inducit illud idem in cõpoſitis,& in his quæ fiunt per concretionẽ,ut dicit Them. & ſecretionem,unde aſſerit:Similiter aũt hoc eſt & in alijs, quoniam non ſolum ſimplicia eorum quę fiunt,ſed etiam compoſita ſecundum eandem ſe habent rationem,ſed diſpoſitiones oppoſitæ latent.& ibi concludit ꝙ in generatione compoſitorum tam à natura q̃ꝫ ab arte omne ꝙ fit,fit ex ſuo oppoſito determinato:& cum generatio compoſitorũ in quadam conſonantia conſiſtat,dicit ꝙ omne conſonans fit ex incõſonanti,ſed non ex quolibet. Vnde,ut inq̃t The. conſonantia domus non fit ex inconſonantia nauis , aut è contra:nec conſonantia hominis ex ea quæ aſini,aut è contra,ſed ex propria ſibi correſpõdente.Propter quod ibidẽ tex.cõ.46.dicit:Domus fit non ex eo ꝙ compoſita ſunt hęc ſcilicet ex eo ꝙ diuiſa ſunt hæc ſic.ubi Cõmenta.uult ꝙ domus fit ex ſua priuatione oppoſita,quæ non conſiſtit in quibuslibet rebus,quia non reperit̃ in lignis ex quibus fit nauis, uel in ære ex quo fit ſtatua, ſed in determinatis rebus, quia ut dicit Them.iſta inconſonantia domus inuenitur in lapidibus & in cemento, & inconſonantia nauis in lignis ex quibus fit nauis:& etiam quia litera Arabica habet: Et in determinata diſpoſitione.uult Cõmen.iuxta intẽtionem Phi,ꝙ priuatio formę domus non conſiſtit in lapidibus in quacunq; diſpõne exiſtentibus. Nam non dicimus ꝙ in monte,unde adhuc lapides non ſunt exciſi,conſiſtat priuatio formæ domus,nec priuatio nauis eſt in arboribus,quæ ſunt in nemore: priuatiões enim formarum ſm̃ Phos ſunt in ſubiectis propinquis nõ in ſubiectis remotis.Non enim priuatio hominis conſiſtit in elementis, aut in cibis, ſed in menſtruo mulieris non in quacunq; diſpoſitione exiſtẽte: eſt enim,ut aiunt Phyſici & Medici , aliquod menſtruum adeo fœtulentum,ꝙ non poteſt eſſe materia cõueniens ad hominis gñationem,ut teſtatur experimentum in illis, quę in primis menſtruorũ diebus cõcipiunt,quarum fœtus leproſi euadunt.Sic igitur Ariſt.inductio complet̃, ꝙ cuiuſlibet compoſiti gñatio fit ex priuatione determinata exñte in ſubto determinato,& ſic determinato, uidelicet ꝙ ſit in diſpõne propinqua. Nam.2.de anima. uniuſcuiuſq; actus in potentia exiſtẽte,& diſpoſito aptus natus eſt fieri,ſic paſſum diſpoſitum patitur ab agẽte.¶ Mirum ergo eſt ſanè uiros illuſtres,qui cum uideant gñationes rerum artificialiũ requirere priuationes determinatas, & in ſubiectis determinatis,& ĩ diſpõnibus determinatis exñtibus,& hoc nõ ꝓcedere in nãlibus p̃cipuis & ĩ cõpoſitis ꝑfectis, ſicut ſunt aĩalia & plantæ.Si enim priuatio domus non inuenitur in quacũq; materia indiſcriminatim,ſed in determinata,multo magis credendum eſt hoc in rebus nãlibus, & p̃cipuè in rebus aĩatis.Quod cùm ſit q̃ñ fieri põt ut eadem priuatio reſpectu eiuſdem formæ,ſm̃ ſpẽm inueniat̃ in mã digeſta, & in materia putrefacta:nam materię q̃ fundant priuationes proprias, ſunt materiæ propinquę reſpectu formæ, nõ materiæ remotæ. Amplius reſpectus formarũ ad materiã propriam eſt necius,quia formæ ꝓprię diffiniũtur ꝑ materias ꝓprias,& unius rei nõ poſſunt eſſe plures diffinitiones & inde ſequit̃ unã formã non poſſe inueniri niſi in una materia. Amplius,niſi ita eſſet,q̃ñ demonſtratio Phi in.1.de gene.aĩaliũ deduci poſſet:dum ꝓbat ꝙ talia q̃ ex putri mã genita ſunt,gñant quidem,ſed illud q̃d genitum eſt, diuerſum eſt à gignẽtibus,ita ꝙ non eſt mas neq; fœmina. Amplius,ſi una & eadem ſpẽs poſſet fieri ex putredine & ſemine,tũc natura faceret aliq̃d ocioſum,et ſi natura poſſet gñare ſpẽm aliquã ſine ſemine maris,ſequeret̃ q̃d fœminę coitus cum mare ſit res uacua.Amplius ſi hoc eſſet,nõ eſſe niſi ꝓp ſolicitudinẽ naturæ in conſeruãda forma,ſed natura rei nobilioris magis ſolicitudinem gerit:uideret̃ igit̃ nãm iſtũ duplicem modũ magis applicuiſſe ſpẽbus perfectioribus, q̃d non uidemus.Nam,ut inq̃t,ſi talia genita ex genitis ex putri materia haberent mas & fœminã,& coire poſſent & gñarent,tunc aut talia genita eſſent eiuſdẽ ſpẽi cum gignentibus, aut alterius ſpẽi: ſi eiuſdem ſpẽi, pariformiter eſſet etiam de aĩalibus gignẽtibus ꝙ debuerũt gñari ex his quæ erant eiuſdẽ ſpẽi.Nam hoc in cæteris,ut inq̃t,aĩalibus uidemus: unde Socrates ex quo genuit aliquẽ ſibi ſil̃em in ſpẽ, Sophroniſcus eius pater etiã genitus eſt ab aliquo ſibi ſil̃i in ſpẽ,hoc aũt in caſu non uidemus: unde pulices & pediculi,ut inq̃t Ioã.Philoponus in illo loco,qui ex materia putri geniti ſunt,gñant quoſdã uermiculos albos qui nõ ſunt eiuſdem ſpẽi cum ipſis. Si igit̃ iſti uermiculi gñare poſſent aliqua q̃ eiuſdem ſpẽi ſunt pariformiter & tales uermiculi fuiſſent geniti ex his q̃ ſunt eiuſdem ſpeciei:q̃d eſt falſum,et contra ſenſum et experimentũ.Si aũt gñant aliqua diuerſarum ſpẽrum pariformiter,erit etiam de illis genitis ꝙ gñabũt alia & nõ eiuſdem ſpẽi ꝓp p̃dictam cãm:ergo alterius ſpẽi,& ita gñatio ſpẽrum excreſcet in ĩfinitum. Natura aũt abhorret ĩfinitum, nõ ſtante uia Latinorũ aſſerente in aĩalibus priuationẽ eiuſdem formæ ſm̃ ſpẽm ſaluari poſſe in diuerſis materijs,uidelicet digeſta et putri.Dicã ꝙ ratio Ariſ. nulla eſt obijciẽdo ꝙ iſta aĩalia genita ex his q̃ ex putri mã genita ſunt,ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum gñantibus,& talia etiã gñabunt alia quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum illis,& ſic non ꝓcedit gñatio ſpẽrum in ĩfinitum,quia pulices & pediculi nati ex putri materia ſunt eiuſdẽ ſpẽi cum illis uermiculis genitis per ꝓpagationem ex illis:& inferam ꝙ eadem priuatio formæ reperit̃ in materia putri ex qua gñata ſunt prima,et in materia digeſta ex qua gñata ſunt ſecunda, & ita rueret demonſtratio Phi in loco allegato,quia mens Auer.& mẽs Ariſt.ut uides.Ad rationes aũt Scoti,primũ nego ꝙ Cõm̃. ſibi contradicãt,quia in accñtibus q̃ reſpectu ſubarum hñt entitatem diminutam illud non incõuenit,ut idẽ poſſit gñari ab uniuoco & ab æquiuoco,ſicut ipſe bene gloſat in.12. meta.cõ.18.Et ſil̃r eſt de elñtis,quæ ſunt ſubæ imperfectę, & ſunt,ut dicit.3.cœli.cõ.67.mediæ inter ſubſtãtias & accidentia:ſed loquendo de generatione ſubarum perfectarũ præcipue,ut ſunt aĩalia & plantæ ſecùs eſt, quia plura req̃runtur ad gñationes perfectorum q̃ imperfectorum entiũ. In iſtis enim gñabilibus & corruptibilibus,ut dicit Com̃. in.2.cœli.cõ.62.quantò aliquid eſt nobilius & perfectius, tantò pluribus motibus cõſequitur finem ſuum:& ideo in talibus eadem ſpecies nõ poteſt fieri à natura & à caſu.Ad authoritatem Auguſtini reſpondet̃ ꝙ,ut dicit Albertus Magnus in tractatu de tempore, Auguſtinus & Galenus non cognouerunt naturas rerum. tamen dato ꝙ dictum Auguſtini habeat locũ, ꝙ aĩalia & plantæ ex materia putri generant alias ſicut illæ quæ ſunt genitæ ex ſemine: reſpondet̃ ꝙ uerum eſt,ſed non ſequitur ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei:quia, ut dicit Phs in.1.de generatione aĩalium,licet genita ex putri materia generant,tamen illud non eſt mas neq; fœmina,ſed ea q̃ ſunt ex ſemine nata gñant aliqua q̃ ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Vide etiam in.8.de natura aĩalium, cap.1.ubi dicit plantarum nullum aliud munus eſſe,niſi ꝙ gñant alteram ſibi ſimilem in his,quę ex ſemine generantur.Et mirum eſt q̃ñ iſti accuſant Auer.& non aduertũt ꝙ accuſant Ariſto. in hoc,quia Ariſto.in illa demonſtratione allegata præſupponit,ꝙ animalia generantia ſimile in ſpecie,differunt ſpẽ ab animalibus generantibus illud quod non eſt mas neq; fœmina:modò animalia illa quæ ex putri materia ſunt genita ſunt huiuſmodi,quia non generant neq; mas neq; fœminam:igitur ſunt diuerſarum ſpecierũ ab animalibus generantibus marem & fœminam:talia autem ſunt quęcũq; ex ſemine gignuntur.Confirmatur ex ſententia Ariſt.in.5. de hiſtoria aĩalium.cap.1.ubi dicit ꝙ in piſcium genere nõ nulla nec mares nec fœminæ gignũtur,q̃ licet genus idem cum alijs ſortiantur,tamen ſpecie differũt.Et in eodem capitulo poſita diuiſione in qua aĩalia cũ ſtirpibus conueniũt uidelicet quia q̃dam ex ſemine,quædam ſponte naturæ naſcuntur,quæ aut humo putreſcente aut ſtirpe putreſcẽte cõſiſtũt,ut plura inſecta cernimus generari in animalibus ipſis excrementumq́; partium gñantur.de his in fine capituli dicit:Quæ aũt per ſe,aut in aĩali,aut in terra,aut in ſtirpe gñantur, uel in eorũ ꝑtibus gñantur,eademq; maris & fœminę ſexu diſtincta ſunt,ijs coeũtibus gignit̃ q̃dẽ aliq̃d,ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit.uer.g.coitu pediculorum lẽdes dictæ ꝓcreant̃,muſcarũ uermiculi, pulicũ genus uer

Digreſſio de genitis ex putri mã,ubi defendit uia Auer contra latinos

miculorum in ſpeciem referens, ex quibus nec ea quæ generarint proueniant, nec aliud ullum aĩal, ſed id quod ſunt ſordes tantum perſiſtunt. Adduco Ariſto. authoritatem in 6. de natura animalium in hac materia. cap. 15. ubi loquitur de piſcibus qui ſponte naſci poſſunt, ubi habetur ꝙ ex his quæ coitu naſcuntur naſci poſſunt ſponte etiam nonnulla, ut aſſerit de mugilibus qui naſcuntur in ſtagnis in quibus neq; ouum neq; ſemen continetur. Ex hoc autem clarè oſtenditur, ꝙ iſtud genus mugilum taliter procreatum non eſt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialisſimæ cum illo quod ex coitu fit, quia in illo ex coitu eſt mas & fœmina, ſed ĩ iſto nequaquam, ſicut dicit ibidem Ariſto. cap. 14. de anguilla, ꝙ neq; ouum neq; ſemẽ habet, & ideo non eſt mas neq; fœmina, ut dicit Ariſt. in. 4. de natura animalium. cap. ultimo. et hoc oſtenditur ex ſententia Philoſophi ibidem dicentis: Sunt q omne mugilum genus ſponte oriri opinent, ſed non rectè. Nam & oua eorum fœminæ & mares ſemen genitale habere cernuntur, uerũm genus quoddam eorum eſt qđ non coitu, ſed ex limo, arena ue enaſcatur. Ecce igitur apertè ꝙ aliud genus ſecundum Ariſto. eſt mugilũ ex coitu, & aliud eorum qui ſponte prodeunt: ſumit enim genus pro ſpecie, ut ſui moris eſt in illis libris, plerũq;, Fallacia igitur conſequentis decepit eos, quia licet eadem animalia apud Ariſt. ex coitu & ſponte naſci poſſunt, non ex hoc propterea ſequitur eadem ſpecie ꝓuenire, quia hoc impoſſibile eſt ꝓpter allegatas rationes: & ꝙ genus pro ſpecie plerũq; in libris de animalibus ab Ariſto. ſumatur, oſtenditur ex octauo de natura animalium cap. Ad rationem negatũ aſſumptum ꝙ quæcunq; poſſunt arguere, quia non habent eaſdem operationes, quia non poſſunt generare ſibi ſimile in ſpecie. 2. de anima. tex. cõmen. 34. Naturalisſimum opus uiuentium eſt quęcunq; non orbata ſpontaneam generationem habentia generare tale quale ipſum, & ſimiliter non habent eadem membra, quia tunc in eis eſſet mas & fœmina, quod Ariſt. negat. De motu autem patet ꝙ unitas motus infert unitatẽ naturæ in ſimplicibus, nam de illis Ariſto. loquitur ibi: tamen dico ꝙ nec motus ſunt idem ſpecie, quia anima mouens & corpus motum differunt ſpecie, ut ego teneo: ſi autem tu hoc aſſumas, tunc petis, in hoc enim eſt quæſtio. De colore autem & de alijs accidentibus cõmunibus non eſt cura, quia talia inueniuntur etiam in rebus ſpecie & genere differẽtibus. Ad illud uerò in quo dicitur, ꝙ contradicit Magiſtro in. 7. meta. reſpondetur ꝙ, ut inquit lucidiſſimus Them. in. 1. de anima, mirandum eſt de illorum prudẽtia, qui uolunt extra uim probationum habere, cum ab exemplo ſit argumentum infirmisſimum. & Cõmenta. 2. de aĩa com̃. 67. dicit: Exemplorum requiritur manifeſtatio & nõ uerificatio: exemplis enim utimur non ut ita ſint, ſed ut audiant qui addiſcunt. Dico igitur ꝙ Ariſto. in. 7. metaphyſi. dum dicit, ꝙ quemadmodum in artificialibus eadem ſanitas põt fieri à natura & ab arte ſeu caſu, ſic ĩ natura eadem aĩalia poſſunt fieri cũ ſpmate & ſine ſpmate: ꝙ ſilitudo in hoc exẽplo de ſanitate non currit quantũ ad oĩa, qa ſicut eadem ſanitas ſecundum ſpeciem poteſt fieri à natura & ab arte ſeu caſu, ſic idem animal ſpecie poteſt fieri à caſu & à natura, & tunc contradiceret ſibi Phs in. 1. de generatione animalium manifeſte: qm̃ ſimilitudo ſolũ currit penes hoc, ꝙ ſicut ſanitas poteſt fieri diuerſis modis, ſcilicet ab arte & à caſu, ſic aĩalia poſſunt fieri cum ſpermate & ſine ſpermate. Amplius iſti peccant per fallaciam conſequentis, qa textus dicit eadem, ſed nõ dicit eadem ſpẽ. Sunt igitur eadẽ gñre aut ſpecie ſubalterna nõ ſpecialisſima. Amplius ſunt eadem accñte & ſimilitudine, q̃ eſt cauſa deceptionis.

Homo in gñatione hoĩs non largit̃ aliud, niſi illud quod eſt quaſi inſtrumentũ, per q̃d agunt corpora cœleſtia: et uirtutes informatiuæ etiam, quæ ſunt in ſeminibus, fiũt à corporibus cœleſtibus. & ideo corpora cœleſtia cõcurrunt ut artifex, & hõ ut inſtrm̃. 8. phy. cõ. 47. idẽ. 12. met. c. 12. &. 18.

Homo eſt paruus mundus, & aĩalia. 8. phy. cõ. 17. &. 57.

Homo minimus naturaliter eſt terminatus in natura, & maximus ſimiliter: ſi enim magnitudines rerum nõ eſſent terminatæ, non haberent perfectionem q̃ſitam in nã per motum augmenti. 8. phy. cõ. 62. &. 44. &. 6. phy. 32. &. 91.

Homines multi putando ſcientiã habere ignorant. ex diſpu. 3. in ſolutio. 13. dubij.

Homo ꝓportione ſui corporis præ cæteris animalibus plurimum cerebri habet, & inter homines magis mares mulieribus. ex. 2. de partibus animalium. cap. 7.

Homo ex animalibus ſolus rectus incedit. ibidem.

Homini linguã natura aliter q̃ aĩalibus dedit. Habet enim homo linguam idoneam, & ad duplicẽ utilitatem datam, ut natura plerũq; facere ſolet: nam & ad ſaporum ſenſum, & ad formationem ſermonis ſibi cõfert. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 16. idem in. 2. de anima. tex. com̃. 88.

Hominis lingua abſoluta mollisſima & lata præ cæteris animalibus eſt. ibidem cap. ultimo.

Hominis cor uergit ad ſiniſtram partem, in cęteris uero animalibus in medio pectore eſt, quia hõ aĩalium maxime habet refrigeratam partem ſiniſtram. Ariſt. in. 3. de partibus animalium. cap. 4. ubi agitur de corde.

Hominis ſolius animalium, ut ita dixerim, cor palpitat, quia ſolus homo expectatione aut ſpe rei futuræ mouetur. 3. de partibus animalium. cap. 6. ubi de pulmone agitur.

Homini ſoli animalium ungues natura tantum operimentĩ gratia dedit, tegunt enĩ extremos digitos. ſed alijs aĩalibus ad alium uſum molita eſt. ex. 4. de ꝑtibus aĩalium. ca. 9. Et aduerte ꝙ Galenus & Medici accuſant Ariſt. in hoc.

Homo unus cauda caret, nates habet, quod nulli quadrupedum datum eſt. ex. 4. de partibus anima. cap. 9.

Homini nates natura tribuit, & ad ſedendum, et ad cooperiẽdum anum. ibidem.

Hominis pedes maximi ſunt proportione magnitudinis, ſolus enim homo animalium rectus incedit. ex. 4. de partibus animalium. cap. 9.

Homini eſt quid proprium ſeſſio ſecundum Galenum, ſicut eſt habere ſtaturam rectam. Auerroes in. 4. de ꝑtibus animalium. in cap. de pectore.

Hominis præcipuè cerebrum ſerò ab humore frigoreq; uẽdicatur: nam & ſinciput inter oſſa ultimum confirmatur. Ariſto. in. 2. de genera. animalium. cap. 4. prope finem, ubi dicit cerebrum hominis præ cæteris eẽ humidisſimum, & maximum proportione corporis habet.

Homines multi nõ poſſunt recipere primas propoſitiones, aut propter diminutionem in natura, aut propter defectum exercitationis, aut propter peſſimam conſuetudinem, quæ radicata eſt in eis. primo cœli. cõmen. 22. uide etiam in. 2. primæ philoſophiæ. cõ. 15. & tex. &. 1. cœli. cõ. 90. & in. 2. phyſi. cõmen. 6. & in prologo ſuper. 3. phyſi.

Hominis actio prima intentione non eſt propter ſuum eſſe, & ipſe etiam non eſt niſi propter complementum diminutionis iſtius eſſe, ſecundum hoc erit actio huius prima intẽtione ꝓpter aliud: ſecunda pp ſe. In rebus aũt diuinis eſt è conuerſo. ſ. ꝙ actio eorum prima intentione eſt pp ſe, ſecũda uerò pp aliud: & hoc ponẽdũ eſt in ſcĩa naturali, & declarandũ in ſcĩa diuina. 2. cœ. cõ. 17. &. 21. &. 12. met. c. 36

Homo in pluribus rebus enũtiare non poteſt ſm rei nãm, ſed ſecundum ſui poſſibilitatem. 2. cœli. com̃. 60.

Homines tres mouere nauim, & ꝙ unuſquiſq; trium hoĩum non moueat nauim, eſt falſum: iſte enim ſermo. ſ. ꝙ impoſſibile eſt, ut unuſquiſq; trium hoĩum nõ habeat potentiam, qua moueat nauim per ſe, & unuſquiſq; eorum in cõgregatione habeat potentiã qua moueat nauim ꝑ ſe, ita ꝙ unuſquiſq; non habeat potẽtiam qua moueat nauim in actu, & cum eſt in cõgregatione habeat potentiã ut moueat ipſam actu: eſt ſermo ualde impoſſibilis. 3. cœli. cõmen. 8.

Hominis iuuẽtus ſm Medicos eſt uſq; ad. 35. annos, & ſi poſuerimus ꝙ tempus iuuentutis eſt æquale tempori ſenectutis, tũc uia naturali hominis eſt uſq; ad. 70. annos. ex. 2. de genera. & corrup. cõmen. 58.

Homo praue odorat. 2. de anima. tex. cõmen. 92.

Homo habet guſtum certiorem olfactu. 2. de anima. tex. cõ. 94. idem ex libro de ſenſu & ſenſato.

Homo



Homo habet tactus ſenſum certiſſimum. ibidem.

Homo eſt prudentiſſimus animalium. ibidem.

Homines ingenioſi, & non ingenioſi ex ſenſu tactus dignoſcuntur. ibidem.

Homines molli carne ſunt bene apti mente, duri autem carne ſunt inepti. ibidem.

Homo & animalia anhelantia impoſſibile eſt ut olfaciant ſine inſpiratione. 2. de anima. tex. commen. 98.

Homo per uirtutem rationalem differt ab alijs animalibus, ut dictum eſt in multis locis. 3. de anima. commen. 1. conſimile. 12. primæ philoſophiæ. com. 38. &. 10. ethicorũ. ca. 9.

Homo non eſt intelligens in actu niſi propter continuationem intellectus cum eo in actu. 3. de anima. commen. 5. in ſolutione ſecundæ quæſtionis.

Homo ponit principium ſuæ conſiderationis de rebus poſſibilibus, ex præſentibus rebus quas uidet: & ideo poſſibile eſt, ut homo cogitet in aliqua re adeo ꝙ inueniet ex eo aliquod indiuiduum, quod antè non ſenſit, ſed ſenſit ei ſimile non ipſum. idẽ. 3. de anima. com. 33. idẽ cõ. 5. &. 20.

Homo non eſt generabilis & corruptibilis niſi per uirtutẽ cógitatiuam. 3. de anima. commen. 33.

Homo in ſtatu quo habet intellectum adeptum, ſecundum Themiſtium aſſimilatur Deo, quodammodo in hoc ꝙ eſt omnia entia, & quodammodo ſciens ea quoquo modo. 3. de anima. commen. 36.

Homines poſſunt ſeinuicem iuuare ad habendum intellectum adeptum, ſicut iuuant ſe in ſcientijs ſpeculatiuis. 3. de anima. commen. 36.

Homo inter omnia animalia eſt melioris tactus, & præcipuè caro palmæ, & maximè, caro indicis. ex commento libri de ſenſu & ſenſato.

Homini non ſolùm proprium eſt erectum ſtare, uerum etiã & ſedere, cùm ſolus uertebrum habeat quo utiliter ſedere poteſt, & hoc multos latet. Gale. in. 3. libro de utilita. particu. capitulo. 1. &. 3.

Homo ſolus inter animalia pedeſtria bipes eſt, & erectus incedit, quoniam manus habet. ibidem Gale.

Homini ſoli dorſum eſt ſecundum rectitudinem tibiarum: & ideo ſolus rectus incedit. Galenus in. 3. de utilitate particula. capitulo tertio.

Homo nõ ideo erectus incedit, ut cœlum poſſit intueri. Gale. in. 3. de utilitate parti. cap. 3. ubi improbat hanc opinionem, & oſtendit quomodo Platonis dictũ ſit intelligẽdũ.

Homo melius diſtinguit differentias ſenſibilium olfactu quam cætera animalia, & tamen multa animalia comprehendunt fortius odores à remotis. Auerroes in libro de ſenſu & ſenſato, & eſt ſententia Ariſtote. in. 5. de generatione animalium. cap. 2.

Homo comprehendit differentias rerum ſenſibilium quaſi medullam de cortice, bruta autem quaſi cortices fructuũ. Auerroes in fine libri de ſenſu.

Hominis auditus eſt uia ad diſciplinam, quia diſciplina nõ fit niſi per loquelam, quæ non redditur niſi per auditum, ſed intelligere quid ſignificant uerba non eſt auditus, ſed intellectus. Commen. in fine libri de ſen. & ſenſa.

Homini proprium eſt reminiſcentia, memoratio autem eſt in omnibus animalibus imaginantibus, & exiſtimatur ꝙ multa animalia non imaginantur, ut uermes & habentia conchas. ex commento libri de memoria & reminiſcẽtia.

Homo bonæ rememorationis eſt ille, qui eſt tardi motus in cuius anima figuntur formæ, & eſt ille cuius complexio poſterioris cerebri eſt retinens formam conſiſtentem in ipſo, & eſt ille in cuius hac parte dominatur ſiccitas magis q̃ humiditas. ex com. Auerro. ſuper lib. de memo. & remi. prope finem.

Homo rememorat multotiens quod ſenſit in pueritĩa, quia in pueritia multum amat formas & miratur multũ in eis, quapropter figitur in aſpectu earum, & propter id difficilè amittit eas. ex lib. de memoria. ibidem.

Homo ſentit quandoq; in ſomno quod ſenſit per quinque ſenſus, abſq; hoc ꝙ ſit ibi aliquod ſenſibile extrinſecum per contrarium motum ei qui accidit in uigilia. ex libro de ſomno & uigil.

Homini accidere poteſt, ut ſomnium unum ſibi interpretetur in alio ſomnio, ſicut accidit Herculi. ex libro de diuinatione ſecundum quietem.

Homini accidit, ut uideat ſomnium & poſtea obliuiſcatur, & poſtea fortè rememorabitur illud in uigilia. ibidem.

Homines habentes complexiones melancholicas & frigidas, ſunt uerioris ſomnij propter uirtutem imaginatiuam: nam humiditas cooperit uirtutes & opilat uias ſpirituum, & facit ſomnium ſimile morti, ita ꝙ ferè nihil imaginetur dormiens. ibidem.

Homo habet naturam comprehendendi ſcientias ſpeculatiuas per proprias propoſitiones habitus, & ſi habeat comprehendere eas ſine propoſitionibus, tunc illę propoſitiones eſſent ocioſæ. ibidem. prope finem.

Hominum uita ſequitur proportionem cordis complexionalem, quæ eſt inter uirtutes actiuas & paſſiuas: & ideo uidemus multos homines, quorum membra manifeſtè ſunt fortia & uirtutes eorum ſunt magnæ, & contingũt eis ægritudines mortales, & moriuntur ante ſenectutem: & uidemus alios minoris uirtutis, & debilioris uenire ad ſenectutem, licet utantur regimine conſimili. ex libro de cauſa longitudinis & breuitatis uitæ. Auer.

Homines habitantes in inſulis marinis ſunt longioris uitæ quam habitantes in agreſtibus. ibidem.

Hominum genus arte & rationibus uiuit. ex ꝓœmio meta.

Hominibus ex memoria fit experimentum. ibidem.

Hominibus ſcientia & ars per experimentum euenit ibidẽ.

Homines propter admirari, & nunc & tunc, inceperunt philoſophari. ibidem.

Homo liber eſt, qui ſua cauſa, & non alterius gratia eſt ibi.

Hominum natura multipliciter ſerua eſt. ibidem.

Homini non eſt impoſſibile intelligere abſtracta, ſicut impoſſibile eſt ueſpertilioni inſpicere ſolem, licet ſit difficile. Commen. in. 2. meta. commen. 1. uide idem in. 9. meta. in ultimo tex. ubi dicit: Ignorantia enim talium in nobis non eſt talis qualis cæcitas. idem in. 3. de anima. commen. 36. &. 12. meta. tex. commen. 38. &. 39.

Hominum complementum non perficitur niſi per congregationes, & congregatio per bonitatem, eſſe ergo boni eſt neceſſarium, & non eſt neceſſarium eos ſcire ueritatem. 2. meta. commento. 14.

Homines quidam non concedunt prima intellecta niſi in quantum ſunt famoſa, & ſi contingat ꝙ oppoſita illorum ſunt, negabunt ea. 2. meta. commen. 15.

Homines quidam in quibus imaginatiua dominatur, ſupra cogitatiuam non credunt demonſtrationibus niſi concomitetur eas imaginatio, & ideo iſti non poſſunt credere extra mundum non eſſe non plenum, aut uacuum, aut tempus, neq; credere eſſe entia quæ non ſunt corpora, neq; in loco, neque in tempore. 2. meta. com. 15.

Homo, & ens homo, & unus homo idem & non diuerſum aliquid oſtendit ſecundum dictionem repetitam. 4. meta. tex. commen. 3.

Homines decipiuntur circa ea quæ ignorant. 4. meta. tex. cõmen. 8. ubi Commen. in commen. ſupplet et dicit. Homines enim non decipiuntur, niſi aut in eo quod neſciunt, aut in eo cuius cognitio non eſt ualde manifeſta.

Homo hic ſingularis cum fiet terra, nõ eſt iſte homo in actu, neq; potentia propinqua aut remota, ſicut entia: ſed ſi iſta terra fuerit homo in potentia, erit alius homo numero, non autem erit ille homo corruptus. 4. met. com. 20. Ex quo patet ꝙ ad præterita non eſt potentia, neq; propinqua neq; remota. Vbi ſcire debes, ꝙ (ut ſcribit Commen. in. 4. phyſico. commen. 120) duplex eſt priuatio, quædam præcedit eſſe, & cum iſta priuatione coniungitur poſſibilitas eſſendi: quædam uerò ſequitur poſt ipſum eſſe, & cum ipſa nõ coniungitur aliqua poſſibilitas eſſendi rem ſecundo: & de iſta loquitur Commen. ꝙ corruptum non eſt in potentia neq; propinqua, neque remota, ut idem numero redire

poſſit. Vnde.12.meta.commen.11.ſi talis potentia quæ in aduentu formæ corrumpitur poſſet eadem numero redire,tunc corruptum poſſet redire idem numero.

Homo quodammodo eſt finis omnium:(1.phyſi.tex.com.24.) non intelligitur illa propoſitio ſicut intelligunt eam uulgares,ꝙ homo ſit finis omnium entium,ſicut patet intuenti uerba & intentionem Ariſtote. Loquitur enim ibi de rebus factis ab arte reſpectu talium: Homo quodammodo eſt finis. Et exponit Themiſt.& Simplicius,& Commen.in com.dicit hominem quodammodo eſſe finem rerũ creatarum propter ipſum, non quia ponat creationem, ſed ſecundum ſuam conſuetudinem appellat omnem factionem & generationem rei creationem. Quia autem hominis natura multifariam ſerua eſt, ut dicitur in procemio metaphyſices: Artes quadam propter neceſſitatem,& quę dam propter delectationem inuentæ, omnes ſunt propter hominem: quia autem finis duplex eſt, cui & cuius gratia, ut in philoſophia dicit ſe determinaſſe,aut in morali,ut exponit Themiſt.& Simplicius, aut in prima philoſophia, (in.12. enim meta.tex.com.37. uidetur ponere iſtam duplicem diſtinctionem finis,ſcilicet cui & eſt finis præexiſtens motui, & finis gratia cuius, & eſt finis motus: ſicut æger eſt finis cui,id eſt ad cuius commodum accerſitus eſt medicus,& ſanitas eſt finis gratia cuius,propter quem medicus eſt accerſitus) aut per philoſophia etiam poteſt intelligi naturalis. Nam in.2. de anima.tex.commẽ.35.&.37. ponitur iſta diſtinctio,homo igitur eſt quodammodo finis rerum artificialium, quia eſt finis ad cuius commodũ omnes artes inuentæ ſunt. Sed nunqd ſit aliquis locus in philoſophia in quo elici poſſit hominem quodammodo eſſe finem omnium entium,dico ꝙ Commen.in.2. de anima. com.32.dicit: Finis autem & complementum animalium quem cum potuit natura producere, ſtetit: eſt modus animalium habentium uirtutem cogitatiuam.i. intelligibilẽ. idem.2.phyſi.com.26. Hominis forma eſt ultima propter quam fuit materia.& Ariſt.in.2.de anima.in tex.commẽ. 37.oſtendit quomodo anima eſt finis corporis in genere cauſæ finalis iſta ratione, quia omnia corpora phyſica ſunt animæ inſtrumenta,& quia anima hominis eſt perfectiſſima, quæq́; maxime de illa uerificabitur illud. unde. 7. politic. ſemper deterius nobilioris gratia eſſe dicitur. Reſpectu igitur rerum corporearum generabilium, patet quomodo ex naturalibus dici poteſt hominem eſſe finem,ſed reſpectu æternorum ſi quæratur quomodo homo ſit finis,reſpõdebo quod eſt finis ſecundaria intentione. Nam.12. meta. com.36.&.2.cœli.tex.com.21.&.17. æterna primaria intentione agunt propter ſe,& ſecundaria intentione agunt propter iſta inferiora: & ſi Deus & natura de rebus nobilioribus magis curant, ſequitur ꝙ homo præcipuus erit finis ſecundaria intentione intentus à Deo & ab intelligentijs. Vnde Commen.in.2.phyſi.com.75.ſcribit ꝙ naturã agere propter finem, eſt maximum fundamentum in ſciẽtia diuina ad probandum, ꝙ Deus habet maximam ſolicitudinem circa ea quæ ſunt hîc, dicens: Natura autem & Deus de nobilioribus rebus maiorem ſolicitudinem gerunt. hincq́;.2.phyſi.tex.commen.46. deridet antiquos aſſerentes caſum & fortunam eſſe in cœleſtibus animalibus, & non in generabilibus & in libro de diuinatione ſecundum quietem,ubi oſtendit quæ ſit cauſa ueri ſomnij de futuris,dicit ꝙ ſunt ab intelligentia propter maximam ſollicitudinem quam habet erga ipſum hominem. Secundum uiam etiam Themiſtij,homo eſt finis ſecundaria intentione maximè et principaliter et magis ꝗ alia quæ ſunt hîc ꝓpter ſimilitudinem. Nam homo fœlix eſt quodammodo ſicut Deus in hoc ꝙ eſt omnia entia quoquo modo, ut dicit Commen. authoritate Themiſtij.3.de anima.com.36.& ut Ariſto.in.10.ethico.cap.10. inquit: Si Dij curam habẽt humanarũ rerum, ut creditur & rationabile eſt, maximè gauderent optimo & cognatiſſimo: tale autem habẽti mẽs eſt &c.&.12.meta.tex.commen.38. Deductio autem qualis optima paruo tempore nobis.

Homo demonſtratus non diuiditur in partes quæ ſunt homo,contra ſophiſtas & Petrum de Mantua. Commen.5. metaphyſic. commen.11.

Homo eſſentiatiter diſtat ab animali uno modo, & alio modo eſt idem eſſentialiter.5.metaphy.commen.13.

Homo conualeſcens eſt,& homo conualeſcit, nihil differt. 5.meta.tex.com.14.

Homo differt à planta per animalitatem,quæ eſt qualitas in eo. Commen.in.5.meta.com.19.& eſt in cap. de quali. ubi elicitur ꝙ ſpecies diffinita per genus ſuum differt à rebus non contentis in illo genere,per ſpecificas autem differentias differt à ſpeciebus in eodem genere cõtentis. Vult enim Commen.in illo com. ꝙ prima acceptio qualitatis ſecundum quam differentia ſubſtantialis dicitur qualitas, ſe extendit tam ad differentias ſpecierum ſpecialiſſimarũ, quæ ſunt ſpecies ultimæ,quam ad differentias generum,licet commentum communiter inueniatur ibi deprauatum: ſed iſta eſt rei ueritas,ſicut ſuperius notaui cum in litera D. de differentia memini.

Hominis multæ ſunt cauſæ,animal bipes, re attamen homo ſecundum ſe homo eſt.5.meta.tex.com.23.

Homo nõ omnis bonus,aut malus,aut iuſtus, aut iniuſtus, ſed & medium.5.meta.tex.com.27.

Hominum genus denominationem potius aſſumit à primo patre ꝗ à prima matre.5.meta.com.33.& eſt ratio, ut dicit Commen.quia motor eſt nobilior materia: ex quo ſumitur denominationem quandoq; ſumi à nobiliori.

Homo falſus dicitur qui eſt promptus & electiuus talium rationum, non propter aliud aliquid, ſed propter ſeipſum. 5.meta.tex.commen.34.

Hominis quiditas eſt homo uno modo, & nõ eſt homo alio modo,& eſt forma hominis,& non eſt homo qui eſt congregatus ex materia & forma.7.primæ philoſophiæ.com. 21.&.commen.33.&.34.&.43.&.12.meta.com.14. Inde collige de mente Peripateticorum formam eſſe rei quiditatem, & ꝙ materia non eſt pars quiditatis, ſed eſt uehiculum deferens ipſam quiditatem: licet Auic.in.5. ſuæ meta.cap.5. teneat ꝙ in compoſitis forma eſt pars quiditatis, & non eſt tota rei quiditas. Quem ſequitur bea. Tho. & Scotus in.7.meta. & Antonius And. qui non diſtinxerunt inter eſſentiam & quiditatem in rebus compoſitis ex materia & forma,& iſta fuit cauſa erroris. Nam Ariſt.in.3. de anima,expreſſe reclamat huic ſententiæ dicens: In conceptis cum materia,aliud eſt caro & carni eſſe, & magnitudo & aliud magnitudini eſſe. unde materia bene eſt pars eſſentiæ, ſed non eſt pars quiditatis,ut declaraui in Theorematibus. theoremate 39 & 97.

Cõtra Auicen. Sanct. Thom. & Scotum.

Homo hominem generat niſi quid præter naturam fiat. 7. meta.tex.commento.28.

Hominem intelligere ſine carnibus & oſſibus impoſſibile eſt.7.meta.tex.com.37. uide in concordantijs.

Hominis affectus ſunt ſubditi rationi,nõ autem brutorum. uide Themiſt.3.de anima.cap.38.

Homo albus eſt unum per accidens.7.meta.tex.cõ.41.

Homo non dicitur albedo ſed albus, neq; ambulatio ſed ambulans.9. meta.tex.com.12.

Homo authoritate Protagoræ eſt metrum omnium rerum. 10.meta.tex.com.5.

Homoheremita qui non eſt pars ciuitatis,non eſt bonus neque malus,10.meta.com.16.idem.5.meta.com.27. quia ciuitati neq; bonum neq; malum affert.

Hominis ſpecies non ſunt homines, quamuis diuerſæ carnes & oſſa,ex quibus hic & hic.10.meta.tex.com.25.

Homo eſt albus quia Callias eſt albus.10.meta.tex.com. 25. Inde collige accidentia per accidens, ſeu communia prius competere indiuiduis,& ſecũdariò ſpeciebus, quod etiam Porphyrius aſſeruit.

Hominis albi,& equi nigri eſt diuerſitas ſpecie,ſed non inquantum hic albus & hic niger.10.meta.tex.com.25.

Homines facit hominis rationalitas. Commenta.10. meta. com.25.& elicitur ex tex.

Homo hominem generat.12 meta.tex.com.18. idem in.1. phyſic.tex.com.26.12.meta.tex.com.40.

Homines prædicentes futura nihil intelligunt de illo quod loquuntur.12.meta.com.18.in prima parte digreſſionis.

Homo eſt prior ſpermate, & eſt principium & perfectum, & non ſperma.12.meta.tex.commen.40.&.9. metaphy. tex.commen.15.

Homo per acquiſitionem ſcientiæ diuinæ inuenitur in ſua perfectione eſſendi.12.meta.com.44.

Homines quidam de ueritate comprehendunt id,quod cõprehendit debilis uiſus de umbra rei in loco ipſius rei, ita ꝙ putant umbram rei eſſe rem. ex libro deſtruc. diſpu.2. in ſolu.5.dubij.

Horror fit ex aſperſione rei calidæ, & uide cauſam in libro de ſomno & uigilia.& ibi Themiſt.cap.21.

Hoc nomen ens dicitur de pluribus ſecundum diffinitionẽ, & uno ſecundum ſubiectum primo phy.tex.com.21.

Hoc nomen prima contraria exiſtentia in unoquoq; genere non dicitur uniuoce nec equiuoce, ſed ſecundum prius & poſterius.primo.phyſi.com.56. Et aduerte quòd reddit Com.ibi cauſam,quia ſunt cauſę aliorũ cõtrariorũ. Vnde elicitur ꝙ prioritas cauſæ ad cauſatum tollit uniuocationẽ in cauſis,quæ per ſe ſunt cauſæ. uide in phyſic.8.com.77.

Hoc nomen tranſmutari deriuatur in rebus naturalibus à termino ad quem,non à termino à quo.2.phyſic.tex. commen.14.idem.5.phyſico.tex.com.48.&.2. de anima. tex. com.49.à fine unumquodq; denominare licet,ſecus in artificialibus quandoq;,ut patet ibidem. ſecundo phyſic.14. ſicut de medicatione.

Homerus ſaper & ſentire idẽ eſſe aſſeruit.2. de anima. tex. com.150.&.4.metaphy.tex.com.21.

Humida omnia ſuapte natura in corpore exiſtentia uaſculis quibuſdam continentur,ut ſanguis in uenis, & medulla in oſſibus.3.de natura animalium.cap.20.

Humana comprehenſio in propoſitis profundis deficit. ex diſpu.3.in ſolu.16.dubij.

Humor uiuificus eſt,ſiccitas longe à uita remota eſt.2. de generatione animalium.cap.1.

Humidum eſt indeterminatũ proprio termino,& bene terminabile alieno.2.de generatione & corru.tex.com.9.

Humefactio in aqua eſt manifeſta ſenſui,ſed ea quæ eſt in aere latet ſenſum.2.de anima.commen.113.idem.1.phy. commen.54.&.1.de generatione & corrup.commen.19. &.2.de anima.com.115.in calce com.de aqua.

Humor melancholicus conuenit ſomno & actioni uirtutis imaginatiuæ,quia iſte humor eſt multi uaporis, & aſcendit ad caput,& facit ſomum,& conuenit ſomno.ibidem.

Humiditatis proprietas eſt, ut ſit facilis retineri ab alio, & obediens recipere paſſionem abſq; hoc ꝙ retineat formã quam recepit,aut habeat retentionem ex ſe.4.meteo.commen.1.idem in.2.de generatione & corru.tex.com.9.

Humiditatis & ſiccitatis & diffinitiones differenter uerificãtur in compoſitis & ſimplicibus.4.meteo.commen.1.& uide conſimile de graui & leui. in.3.cœli.com.9.& uide uniuerſaliter de omnibus primis qualitatibus in commento 13.in primo canticæ.

Humidum eſt bene terminabile,ſiccum autem difficile terminabile: humido enim ſicco cauſa terminationis eſt, & utrunq; utriq; uelut cola.ſit.4.meteo.tex.com.28.

Hypolepſis, quam nos ſuſceptionem dicere poſſumus aut exiſtimationem,eſt tanquã genus omnium habituum exiſtentium in intellectu,ut eſt ſcientia,opinio,intellectus,& id genus. Themiſt.2.de anima ſuper tex.com.152. Nota tamen ꝙ etiam quandoq; ſumitur pro aliqua ſpecie, ut pro opinione,ſicut ibidem in tex.com.157.ſicut in.2.phyſicorum eſt in ſimili de caſu,ut noſti.

Hypotheticæ propoſitiones ſyllogiſmorum ducentium ad inconueniens ſunt duobus modis, modus in quo præcedens eſt poſſibile aut neceſſarium,& cõſequentia neceſſaria,& in his ſemper ponitur præcedens & concluditur cõſequens: & modus in quo præcedens eſt impoſſibile,& cõſequentia eſt neceſſaria,& in hoc ſemper deſtruitur præcedens.7.phyſi.commen.2.idem. in.1.prio.in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico.

Hyppomanes quid ſit,uide Ariſto. in.6. de natura animalium.cap.18.licet Theocritus in pharmaceutria ſit alterius opinionis. Et aduerte diligenter apud Ariſt. hoc uocabulũ eſſe multiplex,quandoq; enim ſumitur pro humore ſimilę ſemini,quem genitale equæ tempore coitus emittit: quandoque uero ſignificat carunculam quandam fronti pulli adhærentem naſcentis,ut patet ibidem lib.6. de natura animalium.cap.22.& hoc etiam ueneſitijs eſſe idoneũ dicũt. ¶ De Hyppomane etiã uide quæ ſcribit Ariſt.in.8.de natura animalium.cap.24.ubi dicit: Quæ autem de hoc fabulantur,figmenta muliercularum & profeſſorum carminis incantamentorum potius eſſe credendum eſt.

Hyppocrates & alij medici dixerunt ꝙ cauſa putrefactionis eſt caliditas & humiditas,& hoc quia non diſtinxerũt illud,quod eſt per ſe,ab illo,quod eſt per accidens quarto meteororum.commen.1.

Hypaſus Metapontinus,& Heraclytus Epheſius, ignem aſſeruerunt eſſe principium omnium.ex erratis.1.metaphy.

¶ De litera. I.

ID INTER eſſe dicitur, in quod prius aptũ natum eſt peruenire qđ permutatur, quam in quod ultimũ ſecundum naturam cõtinue permutans.11. primæ philoſophiæ.cap. 11.&.5.phyſic.tex.com.12.& ideo Arabes mediũ ĩ motu iter appellãt.

Idem ſecundum ſubiectum eſt idem per acidens,ſed uerè idem eſt illud quod eſt idem per formam. Commen.6.phyſi.com.85.

Identitas eſt unitas quædam plurium eſſendi, quando utimur uno ut pluribus,ueluti quãdo dixeris ipſum ipſi idem, nã ut duobus utimur uno.5.meta.in ca.de eodẽ,et diuerſo.

Idem ſeipſum tranſmutare non poteſt.1. de generatione. tex.commen.73.

Idem & ſimiliter ſe habens ſemper idem aptum eſt facere. 2.de generatione & corrup.tex.com.56.

Idem ſecundum idem non poteſt eſſe in actu, & in potentia.3.phyſi.tex.com.8.

Idem eidem nõ erit ꝑ ſe cauſa contrarij.4.meteo.tex.cõ.36.

Iecur ad temperiem ſanitatemq; corporis multum confert, finis namq; eorum in ſanguine ſitus eſt potiſſimum: iecur autem omnium uiſcerum excepto corde ſanguine referti ſſimum eſt.ex.3.de partibus animalium. cap.12. uide in contradictionibus nuper æditis.

Iecur latere ſiniſtro, lien latere dextro contineri uiſus eſt Ariſt.in.4.de generatione animalium.cap.4.uide etiam in 1.de natura animalium.cap.17. ubi dicit hoc uiſum fuiſſe in nonnullis quadrupedibus. uide etiam in.2. de generatione animalium.cap.17.ubi dicit: Quando hoc euenit, id prodigioſe euenire putandum eſt.

Iecur hominis rotundum eſt ſimile bubulo. primo de natura animalium.cap.15.

Iecur magna ex parte maximoq́; animalium numero felle caret,uerum in nonnullis id habere ſibi annexũ uidet. ibi.

Ignis generat ab igne ſicut à motu.12.primæ philoſophię. commen.18.&.7.primæ philoſophiæ. commen.31. uide 2.cœli & mundi.commen.32.

Ignis quia eſt in fine ſubtilitatis,ideo non recipit quantitatẽ maiorem,& terra,quia eſt in fine corruptionis et groſſitiei, ideo non recipit quantitatem minorem.4. meteoro. com. 1.idem.2.de anima.commen.97.

Igne excepto omnia reliqua elementa putreſcunt: etenim terra,aer,aqua,omnia hæc ſunt materia igni. 4. meteororum.tex.commen.4.

Ignis nullum animal generat,neq; conſtitui quicquam denſis uel humidis uel ſiccis uidetur.2.de generatione anima-

lium.cap.3.idem in.2.cap.de ſubſtantia orbis. Commen. & in.12.metaphy.commen.18.

Igni & elemento eſſe non idem eſt, ſed ut quidem re & natura ignis elementum, nomen uerò ſignificat eo quod acciderit ipſi, quia eſt aliquid ex hoc ut primo inexiſtẽte ſic, & in cauſa & in uno & in talibus omnibus.10.meta.tex.commen.2.inde colligitur nutrimentum reſpectiuum eſſe de quiditate abſoluti.

Ignis aufertur ablatione caloris non primò, ſed mediante ablatione formæ ignis: ſicut riſibilitas aufert hominem, ſed non primò, ſed per ablationem rationabilitatis.8.metaphyſic.commen.5.

Ignis actio eſt calor maximus & motus ad ſuperius.8.meta.com.5.Ignis calor eſt in eo ſicut abſciſſo in gladio, & actio manus in manu, non ſicut albatio in ablato.8.metaphy.com.5.Hoc dictum eſt ſicut proprietas eius, & nõ eſt differentia ſubſtantialis per cuius ablationem primo aufertur natura ſpeciei conſtitutæ per talem differentiam ſpecificam conſtitutiuam.

Ignis non eſt primum calefaciens quia eſt paſſiuus, ſed neceſſe eſt, ut primum calefaciens calefaciat per qualitatem non paſſiuam.ex.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Ignis ſolus & maximè ſpeciei eſt.2.de generatione & corrup.tex.com.50.idem.4.meteo.tex.commen.5.ubi dicitur ꝙ omnia elementa putreſcunt excepto igne.

Ignis quilibet eiuſdem ſpeciei eſt cum alio igne.1.cœli.tex.commento.77.

Ignis non lucet niſi cum adunatur cum alio corpore, & differentia in hoc inter ignem & corpora cœleſtia eſt manifeſta. Com.in lib.de ſenſu & ſenſato.idẽ.4.cœli.com.32.

Ignis generatio amota non eſt immediate ſed à calore cœleſti diffuſo in aere, & motus prædiſponit ſubiectum. Cõment.in paraphraſi meta.tract.2.col.7.ibi: Et dicamus.

Ignis eſt ueracius medium inter materiam & formam, quã ſit aqua & aer.3.colli.cap.38.de uiſu & accidentibus ei.

Ignis qui eſt ſuperius, nõ dicitur ignis cum iſto, ꝗ eſt apud nos ſecundum Alexandrum, niſi æquiuocè.1.cœli.com.91.idem in.2.de generatione & corrup.com.21.&.4.cœli.commen.32.& in prima parte canticæ canticorum.commen.15.ubi clariſſimè loquitur de hoc.

Ignis quando non habet euentationem, citò extinguitur uel debilitatur: & ideo carbonarij tegunt carbones terra, ut ignis non tranſeat per omnes partes carbonum, & faciat cinerem.3.colliget.cap.3.

Ignis quilibet calefacit, non tamen conuertitur ꝙ quodlibet calefaciens ſit ignis.2.cœli.tex.commen.42.

Ignis quilibet non lucet. Commen.in paraphraſi.2.de.cœlo ſumma.3.quæſito primo, & idem in.4.cœli.com.22.

Ignis corrumpitur duobus modis aut ex ſe.i.propter defectum materiæ, aut a ſuo contrario: & corruptio eius propter defectum materiæ eſt etiam ex contrario, ſed modo accidentali cum contrarium non poteſt corrumpere ipſum donec habuerit materiã cõuenientẽ ſibi.3.cœ.cõ.52.

Ignis calidum proprium eſt, terræ uero ſiccum, ſicut dictum eſt in his quæ de elementis. Philoſophus in libro de ſenſu & ſenſato. & habetur in.2.de generatione & corruptione.tex.commen.21.&.23.

Ignis exitus à lapide non eſt in capitulo tranſlationis, ſed eſt in cap.alterationis et tranſmutationis.3.cœli.com.56.

Ignis ſemper uidetur conſeruare figuram pyramidalem.3.cœli.commen.57.

Ignis non eſt ignis in actu niſi in calore & ſiccitate, quæ ſunt in ſummo.3.cœli.com.67.

Ignis per uelocitatem motus ſecundum antiquos habet figuram pyramidalem, & ſecundum alios habet figuram ſphæricam.3.cœli.tex.com.69.

Ignis per ſe & prima intentione congregat homœogenea, ſecundaria autem intentione & per accidens ſegregat heterogenea.3.cœli.tex.comen.74.idem in.2.de generatione & corruptione.tex.com.8.

Ignis in aquam conuerti non poteſt, niſi prius in aerem conuertatur ſecundum Themiſtium.5.phyſic.ſuper tex.10.contra quem uide Auerroem.ibidem.

Ignis duobus modis corrumpitur, à contrario, & à ſeipſo marceſcens.3.cœli.tex.com.62.

Ignis partes & motus earum ad ſuperius demõſtrant ignẽ eſſe ſuperius.4.cœli.tex.com.32.

Ignis eſſe ex motu partium demonſtratur demonſtratione quia, & eſt demonſtratio ad ſpeciem ſubiecti in ſcientia, quod raro contingit.4.cœli.com.32.

Ignis qui eſt apud nos non eſt ignis, qui eſt elementum.4.cœli.commen.32.

Igni cùm fuerit extra ſuum locum, accidit illuminatio, ſicut congelatio aquę.4.cœli.commen.32.idem in libro de ſenſu & ſenſato.

Ignis qui eſt hîc corrumpit corpora, ſed ignis qui eſt in ſuo loco naturali, eſt generans.idem.in.2.cap.de ſubſtãtia orbis, & in.2.de generatione animalium habetur ab Ariſt.cap.1.&.12.primæ philoſophiæ.commento.18.uide in concordantijs.

Ignis qui eſt apud nos diffinitio, eſt ebullitio corporis calidi & ſicci.idem in.2.de generatione et corru.tex.com.21.

Ignis non mouetur ad locum aeris niſi uiolenter, & aer etiã ad locum eius.4.cœli.com.39.

Ignis cùm per ſe incenditur, eſt generatio, & quando apponuntur ei ligna, eſt augmentatio.1.de gene.tex.com.35.

In quibus facere eſt & pati, neceſſe eſt unam horum eſſe naturam ſubiectam.primo de generatione & corruptione.tex.commen.43.

Ignis eſt ſuperabundantia caliditatis, quemadmodum glacies frigiditatis.2.de generatione & corru.tex.commẽ.21.

Ignis nihil generat neq; glacies.ibidẽ.uide in cõcordãtijs.

Ignis non agit quatenus ignis, nec terra quatenus terra: quatenus aũt ineſt contrarietas, eatenus in unoquoq; hęc & faciũt & patiuntur. Philoſophus ĩ libro de ſenſu & ſenſato.

Ignis qui eſt in ultimo continentis, non eſt in fine ebullitionis authoritate Alexãdri, ſed ignis qui eſt hîc eſt huiuſmodi.2.de generatione & corruptiõe.com.21.idem com.15.in prima parte canticæ canticorum Auicennæ, &.4.cœli.commen.32.uide in concordantijs.

Igni contrarium eſt aqua, & terrę aer.2.de generatione & corruptione.tex.com.22.uide in concordantijs.

Ignis & terra magis ſincera ſunt, aqua & aer ſunt magis mixta.ex.2.de generatione & corruptione tex.com.22.Vide.4.cœli.commen.26.quomodo ſit intelligendum.

Ignis eſt magis calidi quam ſicci.2.de generatione & corruptione.tex.commen.23.ubi patet unam ſolam qualitatem in ſummo attribui cuilibet elemento, & iſta eſt opinio Alexandri in libro naturalium quæſtionum, & in lib.meteororum, & eſt opinio Auer.ſine dubio.

Ignis maximè & ſolus ſpeciei eſt.2.de generatione & corruptione tex.commen.50.ubi Commen.dicit ꝙ proportio ignis ad alia elementa eſt ſicut formæ ad materiam.

Ignis mouet deterius quam inſtrumentum.2.de generatione & corruptione.tex.commen.55.ubi Commen.reddit cauſam dicens: Motio ignis eſt uilior motione inſtrumenti: inſtrumentum enim non mouet ſine artifice, & cum mouebit cum artifice mouebit ad generationem, ignis uerò cum mouebitur per primum mouens mouebit ad corruptionem.uide in concordantijs. Amonius tamen in.2.de natura.in tex.commen.41.dicit motionem ignis eſſe deteriorem motione organicam organa quando ſunt proportionata agenti, attingunt finem propter quem agunt, ſed deſtituta ab agente & artifice nullius damni ſunt cauſa: at ignis deſtitutus ab anima & non regulatus, eſt cauſa corruptionis, unde Galenus recte dixit febrem eſſe calorẽ naturalem mutatum in igneum.

Ignis eſt concauſa in augmento, non tamen ſimpliciter cauſa, ſed magis anima.2.de anima.tex.com.41.

Ignis augmentum in infinitum eſt quouſq; fuerit combuſtibile.2.de anima.tex.com.41.

Ignis dominatur in corporibus nutribilibus.2.de anima.commen.41.uide in concordantijs.



Ignis in utriſque uidetur in tenebris & in lumine ſecundo de anima.tex.com.74.

Ignem qui infrigidatus eſt propter admixtionem corporum frigidorum, uulgus non appellat ignem: & fortè uocat ignẽ corpora calida, licet ſint humefacta per mixtionem dum remanent calida calore igneo.2.de anima.com.115.

Ignis eſt maxima dimenſio quam materia recipit, & minima eſt dimenſio terræ.2.de anima.com.97.

Ignis aut nullius ſenſus eſt, aut eſt communis omnibus: nihil enim ſine calore ſenſitiuũ eſt.2.de anima.tex.com.130.

Ignis innatus eſt alterare omne corpus per uirtutem exiſtẽtem in eo, ſed tamen cum hoc patitur, quo quodammodo ab eo quod alterat, & aſſimilatur cum eo aliquo modo ſimilitudinis.i.acquirit ab eo formam igneam minorem forma ignea alterãte.3.de anima.com.20.ubi innuit dari reactionem, idem.1.de generatione & corruptione.53.&.3.phyſic.com.8.&.4.meteo.com.10.

Illud quod in rei ueritate dicitur generari, eſt illud in quo inuenitur iſte motus.1.phyſi.com.60.Ex quo patet ꝙ materia cùm ſit ſubiectum generationis & corruptionis, uerè generatur & uerè corrumpitur. Nam, ut inquit Cõmẽ.hic motus eſt in moto, quia motus eſt actus mobilis, & per cõſequens mobile eſt illud quod denominatur à motu.ex.3.phyſi. Cum igitur generatio ſit in materia tanquam in ſubiecto mobili, generatio enim eſt actus generabilis inquãtum generabile eſt. Sed propter quid, iſte modus loquendi non eſt in uſu, ſicut eſt in alijs motibus? dico ꝙ eſt quia ſubiectum generationis & corruptionis ſubſtantialis eſt ens in pura potentia, & latet nos, ſubiectum uerò aliorum motuum eſt ens in actu, & eſt manifeſtum, denominatio autẽ attribuitur entibus in actu, ut patet.9.primæ philoſophiæ.tex.com.7. Si autem dicitur ꝙ Ariſto. in fine primi phy.demonſtrat ꝙ materia non generatur neq; corrumpitur, dico ꝙ illud intelligitur terminatiue, non enim accipit eſſe per generationem, neq; non eſſe per corruptionẽ: nõ enim generatur æs neq; corrumpitur, ſed ſphæra ęnea, ut dicitur in.7.meta.& ideo recte dixit Commen.ꝙ ſubiectũ generationis uerè generatur, licet hoc nõ ſit famoſum.

Illud quod in rei ueritate dicitur fieri, hoc apud Græcos eſt ſubiectum.primo phyſi.com.61.uide quomodo ſit intelligendum Ariſto.in.7.primæ philoſophiæ.in.tex.com.25.Et inde accepit eam lucidiſſimus Themiſtius. Nam quando priuatio latet ſolemus in obliquo loqui, ut ex ære dicimus ſtatuam fieri, & ex lignis nauim: quando uerò nota eſt in recto, ut hominem muſicum fieri dicimus, aut ſanũ, quia priuationes ſunt manifeſtę.

Illud quod eſt per ſe intelligentia & intellectus non eſt impoſſibile, ut ſit cauſa plurium entium ſecundum quod de eo intelliguntur multi modi.12.meta.com.44.

Illa quæ ſunt inter primum genus, & ultimam differentiã ſunt quaſi genus.7.meta.tex.com.43.

Illuminatio & obſcuritas quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, & in iſtis inferioribus uidentur magis dici æquiuocè, quam ſecundum prius & poſterius.2.cap.de ſubſtantia orbis. Et ibi uide cauſam.

Ille eſt primus locus ubi naturalis inſpicit alium modum eſſendi ab illo de quo conſiderat.patet.in.8.phy.ubi demonſtrat primum principium mouens eſſe abſtractum à magnitudine.1.phy.com.ulti.dixit autem illũ locum eſſe primum reſpectu tertij.de anima.ubi etiam demonſtrat eſſe entis abſtracti eſſe intellectum.

Illa quæ non conueniunt, neq; in genere propinquo, neque in genere remoto: ut homo nõ corpus quod dicitur de corpore cœleſti & corruptibili: & intellectus nomen quod dicitur de intellectu humano & de ſeparatis intelligentijs, & ſicut nomen entis quod dicitur de rebus corruptibilibus & æternis, conuenientius eſt ut talia uocabula ingrediantur nomina æquiuoca quam inuoca. Ex libro deſtruc.diſputa.5.in ſolutione.3.

Illud quod eſt propinquum ad habendum, habet tanquã habitum apud intellectum.

Illud quod attribuitur alicui per ſuam partem apud Ariſto.eſt aliud ab eo quod attribuitur per accidens.4.phy.com.43.idem.5.phyſi.tex.commen.primi.

Illud quod innatum eſt moueri, innatum eſt quieſcere.quinto phyſico.commen.11.

Illud quod eſt per accidens admiſtum cum eo quod eſt per ſe, frequenter decipit.8.phyſi.com.27.

Illud quod eſt per accidens, notius eſt illo quod eſt per ſe 8.phyſi.com.27.

Illuminatio & ſimilia ex qualitatibus, quæ fiunt ſine alteratione, ſunt in cœlo.primo cœli.com.21.& ibidẽ.com.20.& in.2.cap.de ſubſtantia orbis.

Illius in quo non eſt potentia diffinitio eſt, ut nunquã exeat ad actum.1.cœli.com.137.

Illud quod inuenitur propter ſe prima intentione, neceſſe eſt ut inueniatur propter aliud ſecunda intentione, niſi illic ſit natura, quæ non innata ad largiendum.2.cœli.com.21.& ex hoc loco male intellecto quidem eliciunt Deum benedictum ſecundum mentem Commen. non mouere effectiue, cœlum, quia dicunt ꝙ illa exceptionis nota in p̃fata propoſitione fuit addita ad excipiendum primam cauſam, quæ non eſt innata ad largiendum, ſed iſti errant uehementer, immo quælibet ſubſtãtia ſeparata eſt innata ad largiẽdum. Et prima cauſa eſt in fine largitatis, ſicut eſt in fine bonitatis, & ideo dic ꝙ illud fuit dictũ per Auer.ducẽdo ad impoſſibile, quaſi diceret: Omne agens ꝑpter ſe prima intentione, cũ oẽ tale ſit ſpũale & nõ corporeum: ſecũda intẽtione agit ꝑpter aliud niſi ibi eſſet natura, ꝗ non eſt innata largiri ſuam bonitatẽ, quod impoſſibile eſt, quia ibi non eſt malum, neq; liuor. Et hoc poteſt colligi ex uerbis eius in fine illius commen.21.ſic enim in ſimili Ariſt.arguit & accuſat Simonidem in procemio primæ philoſophiæ, qui aſſerebat ſcientiam diuinam in ſolo Deo eſſe, & illam nulli communicari.

Imaginationem ita diffiniunt ut eam τύπωσιν.i.figurationẽ in anima & in parte principi faciant, ſed figura hæc imaginatio non eſt, ſed circa eiuſmodi figuram imaginatricis poteſtatis functio eſt: namq; ſi figuram & imaginationem idem eſſe conceſſeris, ſtatim efficies ut hi qui figuram illam habuerint, etiam cum nihil imaginentur, nihilominus in imaginatione ſint: pariter id abſurdiſſimum ſequitur, ut ſimul atq; eodem puncto temporis in pluribus imaginationibus uerſemur, quæ etiam tot numero ſunt quot illa ſunt, quorum in nobis ſimulachra ſeruantur. Alex.in paraphraſi de anima.in cap.de phantaſia. eandem fermè ſententiam inuenies in Themiſtio in commento ſuper primo libro de memoria & reminiſcentia.cap.11. Ex hoc nota contra illos qui tenent ſpeciem ſenſibilem non eſſe realiter diſtinctam à ſenſatione, & ſpeciem intelligibilem non eſſe diſtinctam ab intellectione. Vnde Alex.in prædicto loco expreſſe aſſerit, ſicut in ſenſu tria ſunt ſenſile, & uirtus ſenſibilis, & poteſtatis eiuſdem functio, ita in imaginatione & in intellectu eodẽ mõ tria ſunt, uidelicet imaginabile & uirtus imaginatiua & eiuſdem uirtutis circa imaginabile functio. Sic etiam eſt intelligibile & uirtus intelligens, & eiuſdem uirtutis circa intelligibile functio, quæ intellectio dicitur. Idem aſſerit Themiſt.abbreuiator Alex.circa hoc, et propterea Alex.relicta illa imaginationis diffinitione ueram adducit, quæ ab Ariſt.poſita eſt.inquit enim: Imaginationis imaginatrix uis & ſenſibilis ſubiecto una ſunt, ratione ac diffinitione diſpeſcuntur. Alex.ibidem.in.cap.de phãtaſia: Ergo diffinitio huiuſmodi afferri poteſt, ut motio à ſenſu in actu profecta dicatur. Hi enim qui imaginationem figurationem quandam in parte animæ principi eſſe aſſerunt: in relicto ueſtigio, non autem in actione circa ueſtigium imaginationem ponere uidentur.

Imaginationes ueras & uehementes catalepticas .i. apprehenſorias appellare conſueuimus, ea de cauſa quia apprehenſio in talibus nihil aliud quam aſſenſus eſt, imaginationem uerò falſam, & quæ in uerò hebes, ac dubia eſt, cata-

lepton.i.ui apprehẽſoria carentẽ uocamus.idem.Alex.ibĩ.

Imago & animal depictum in tabula ſunt eadem ſubiecto, ſed ratione differunt, ex libro de memoria & reminiſcentia, uide Themiſtium de hoc ibi, libro. 1.cap. 13.

Imaginatio confert in intelligendis mathematicis, impedimento autem eſt uiſenti & tractanti diuina, quibus uis hęc magnitudinem & colorem affingit, ita committit ut quæ ſtatu æterno ſunt, & quorum ſubſtantia temporarias uices non ſentit, ſine mole & tempore cogitari non poſſint. Themi. ſententia in primo libro de memoria & remini. capi. 9. & uide ibi pulchram Platonis in Phædone authoritatẽ. cap. 7. ubi inqt ꝙ imaginatio implexa, aſſociataq́; animo actiones eius turbidat, nec puras & dilucidas reddi patiť. Iſta etiam eſt ſententia Diui Aug. in. 1. de trinitate. Idẽ ſentit Boe. in. 1. de Trini. Idem ſentit Alber. cognomẽto magnus in princi. ſuæ primæ philoſophiæ, ubi ſcire potes cauſam, quare aliqui ſatis proficiunt in mathematicis diſciplinis, & in diuinis non poſſunt proficere & è contra &c.

Imaginatio & memoria ſunt eadem ſubiecto. Ex lib. de memoria & reminiſcen. & Themiſt. ibi. lib. 1. cap. 10.

Imaginatio ſeu uiſio eſt effigies in uiſcere primario. i. cordis, immo imaginatio non ipſa impreſſio habenda uiſio eſt, qp pe quando uiſio actus & adminiſtratio ſit eius uirtutis cui imprimitur, & quæ concipiendi uiſa potentiam obtinet, alioquin nihil uiſentibus & imaginantibus nobis imaginatio & uiſio haberetur: quia teneretur effigies, immo ueræ imaginationes plures eſſent ſimul, quia plures effigies & plures impreſſiones ſimul reperirentur. Themiſt. in libro. 1. de memoria & reminiſcentia. cap. 11.

Imaginationes prouenientes ab artifice ſunt mediæ inter comprehenſiones uniuerſales & particulares, & ſunt mediæ inter diffinitionem rei & ſuam imaginationem ſibi ꝓpriam, & ſimiliter ſunt imaginationes animalium in operationibus artificialibus naturaliter operatis, ut ſunt domus apum & hirundinum. ex philoſophorum ſententia, ex libro deſtructionum, diſpu. 16. in ſolutione. 2. dubij.

Immobile tripliciter dicitur, 1. philoſophiæ. cap. 10. in fine, &. 5. phyſic. tex. com. 20.

Impoſſibile factum eſſe dicens, aut eſſe, aut futurum eſſe mẽtitur. 9. meta. tex. com. 6.

Imaginatio eſt uirtus per quam imaginem præciſè res, quę uidentur impoſſibiles. Et ideo falſitas eſt propria imaginationi, & ſenſui nõ contingit niſi ꝑ accidens. 4. meta. cõ. 24.

Impotentia eſt priuatio potentiæ. 5. meta. tex. com. 17.

Impoſſibile eſt ſcire aliquid eorum quæ ſunt poſita in artibus, niſi pręſciantur intellecta prima in illa arte primo metaphy. commen. 47.

Imaginatio in animalibus perfectis ſit ex quinq; ſenſibus. 3. de anima. commen. 56.

Imaginatio eſt in alijs animalibus, ſed cogitatio eſt rationalibus. 3. de anima. tex. com. 57.

Imaginatiua ſemper eſt in motu & actione continua, & illi attribuitur actio ſomniandi: quia uirtus rememoratiua & cogitatiua non agunt in ſomno. Commen. in libro de ſomno & uigilia.

Imaginatio duplex perfecta & imperfecta, ꝑfecta eſt in animalibus perfectis, imperfecta & inexplanata in imperfectis, ut ſunt uermes & muſcæ. Themiſt. 3. de anima. cap. 68. idem habet Com. in. 2. de anima. com. 20.

Imaginatiuę uirtutis motus intenditur in ſomno, propterea quia ſoluta eſt à ligamento uirtutis cogitatiuæ, quia tunc non miniſtrat ei. ibidem Commentator.

Imaginatiua uirtus propter ſui diuerſitatem in complexione, eſt cauſa quod quidam homines ſunt uerioris ſomnij quàm alij, ex com. libri de diuinatione.

Imaginatiua uirtus ſemper eſt in motu in ſomno & in uigilia. ibidem.

Imaginatio proprie, & ſcđm translationẽ ſumitur, & qñ ſumitur ſcđm translationẽ de opinione & ſcientia, & alijs habitibus ꝑ̃dicatur. Alex. in paraphraſi de anima. in cap. de phantaſia. Vnde Auer. in. 3. de anima. intelligere plerũque appellat imaginari per intellectum. Imaginatio autẽ propriè ſumpta, eſt motio quædam per quam nobis ſecundaria quædam gignuntur in anima.

Imaginatiuæ malitia actionis eius eſt in uelocitate motus de una imagine ad aliam, & in paucitate confirmationis formæ, & bonitas ſuæ actionis eſt in bene imaginando, illam rem quam imaginatus fuerat, & in confirmando: & huic actioni conuenit complexio frigida & ſicca, quia frigiditas facit tarditatem motus, & ſiccitas confirmationem formæ. ibidem.

Imaginatiua uirtus habet maximum dominium in melancholicis, ita ꝙ in uigilia comprehendunt illud quod alij comprehendunt in ſomno. ibidem.

Imaginatiuæ motus ſemper eſt in theſauro uirtutis rememoratiuæ & cogitatiuæ, ꝙ in theſauro ſenſus communis. ibidem prope finem.

Impedimentum intellectus ſemper eſt à falſitatæ, & nunq̃ à ueritate. Com. in prologo. 3. phyſi. & eſt Ariſt. ſententia. in. 1. ethico. cap. 8. Verum uero conſonat ex omni parte, falſum autem ſtatim diſſonat à uero. idẽ. 3. de anima. cõ. 5.

Digreſſio de genitũ ex putri mã, ubi defendit uiã Auer contra latinos

Impoſſibile eſt ut aliquid in uno ſit de uno prædicamento, & in alio de alio. 5. phy. com. 10. &. 8. met. com. 5. & primo. phyſi. tex. com. 27. Intelligitur tamen in his, quæ uniuoce dicuntur, nam ſcientia in nobis eſt qualitas, & in Deo eſt ſubſtantia.

Impoſſibile eſt ire Thebas, & ſimul itum eſſe Thebas. 6. phy. tex. com. 7.

Impoſſibile eſt ut idem motum æqualis uelocitatis pertrãſeat totum & partem in eodem tempore, nedum in tempore infinito. 6. phy. commen. 20.

Imaginatio eſt generatio, & omnis generatio eſt motus. 8. phyſic. tex. commen. 26.

Impoſſibile non ſequitur ex falſo poſſibili, ſed ex impoſſibili. 8. phyſi. tex. com. 26. & ex primo priorum.

Imaginatio in corporibus cœleſtibus eſt eadem omnibus modis, & cum ita ſit, eſt eadem ſicut imaginatum eſt idem & cum imaginatio ſit eadem non inuenietur niſi in uno imaginato. Secus autem eſt in hominibus. 1. cœli. cõ. 90. Et eſt locus à paucis intellectus. Dubitat enim Com. ibi in demonſtratione illa quæ uidetur eſſe ſumpta ex prima philoſophia: Cur quemadmodum in hominibus, unum obiectum mouet plures imaginantes & appetentes, ut idem cibus, pariformiter etiam non poteſt fingi, ꝙ ſint plures cœli & plures mundi, qui tamen idem primum principium appetent, cum motus cœli fiat per deſiderium & intellectum, & ipſe ſoluit per uerba prædicta, quæ ſunt ualde cõfuſa, & (ni fallor) ſolutio eius in hoc conſiſtit ꝙ in intelligentijs abſtractis, & corporibus cœleſtibus, cum primo principio eſt ordo & dependentia eſſentialis, in nobis uerò eſt ordo accidentalis in quibus imaginans & intelligens cum intellecto non ſunt eodem omnibus modis. Et ideo in nobis poteſt cõtingere ꝙ unum moueat in ratione amati, & deſiderati plura æquè primo per diuerſas imaginationes, ſicut uidemus ꝙ unus Imperator poteſt duos conſiliarios æqualiter diligere & honorare, quia hic eſt ordo ꝑ accidens: ſed inter mundum & primum principium eſt ordo per ſe & eſſentialis, & ibi quia intellectum intellectio & intelligens ſit unum, quod eſt motum ab eo eſſentialiter in ratione amantis, oportet ꝙ ſit unum. Et hoc eſt unus mundus ſeu unum cœlum, iſta eſt ſua ſolutio. Alexan. autem dixit rationem illam eſſe probabilem. Simplicius autem dixit ꝙ multitudo nõ põt immediate cõiungi unitati.

Imaginatiua uirtus ualde iuuat in hoc ꝙ poſſit eſſe alius mũdus, quia poſſumus imaginari extra mundum uacuum cõtinentem ipſum in quo poſſibile ſit eſſe alium mundum. 1. cœli. com. 92. & 93.

Imaginatio uidetur intellectus eſſe propter duo, primum qa ſicut imaginatio fallitur quandoq;, & quandoq; uera eſt, ſic etiam intellectus: quia ſicut intelligimus dũ uolumus, ita etiam imaginamur dum uolumus ſecundo de anima. Themiſt. ſuper tex. 159.

Impoſſibile



Impoſſibile & falſum differunt. 1. cœli. tex. commen. 119. intelligitur de falſo poſſibili, quia falſum duplex eſt, ut dicit Commen. in com. & habetur in. 2. priorum.

In imaginibus noſtris ſurſum & deorſum non ſunt ex reſpectu, ſed ex ſimilitudine. Commen. 2. cœli. com. 10. ita ꝙ Cõmenta. uult & innuit iſtam diuiſionem, ꝙ iſtæ ſex differentiæ poſitionis ſunt duobus modis ueræ, & non ueræ, uerę ſunt in animalibus perfectis in quibus eſt principium motus localis: nõ ueræ aũt dupliciter, aut ex ſimilitudine, ſicut in imaginibus noſtris q̃ aſſimilanť nobis, aut ex reſpectu tantum, ut ſunt reliqua inanimata, ut colũna & id genus.

Impoſſibile dupliciter dicitur, aut ꝙ ſimpliciter nõ uerũ erit dicere ꝙ ſiet utiq;, aut nõ facilè, neq; citò aut bñ ibidem.

Imaginatio ſemper intelligentiæ adhæret, ut comes aſſeclaq́; eius indiuidua. Them. in. 1. lib. de memoria. cap. 8. et habetur in tex. ibi. & etiam. 3. de aĩa. tex. com. 30. &. 39.

Impotentia quælibet præter naturam eſt, etenim in animalibus impotentiæ omnes præter naturam ſunt, ut ſenectus & decrementum. 2. cœli. tex. commen. 37.

Imaginatio per intellectum in abſtractis à materia ſemper eſt in actu. 2. cœli. commen. 37.

Imaginatio (ut inquit Plato) aſſociata implexaq́; animo actiones eius turbidat, neq; puras & dilucidas reddi patitur. Themiſtius refert in libro de memoria. libro primo. cap. 7. & nota ꝙ eſt authoritas Platonis in Phædone.

Imaginatio diuerſificatur in animalibus quæ ſunt hic propter diuerſitatem continentis ea ex extrinſeco, & propter diuerſitatem paſſionis prouenientis in corporibus eorum ab eo. 2. cœli. commen. 40.

Imaginatio quam græci phantaſiam uocant, alia eſt à ſenſu, & ab intellectu. 2. de anima. tex. commen. 153.

Imaginamur dum uolumus. ibidem.

Imaginatio non eſt in omnibus animalibus, ut ſunt apes et formicę & uermes. 2. de aĩa. tex. com. 156. ubi. pondera gloſam Auer. nam apes & formicæ imaginantur, ſed Ariſto. non curat de exemplo. Nota tamen ꝙ Themiſtius melius exponit locum illum, & uide ipſum, intelligitur autem de imaginatiua perfecta & terminata. 2. de anima. cõmen. 20. Alex. autem in paraphraſi de anima. cap. de phantaſia dicit, ꝙ oſtreacia & uermes carent imaginatione.

Imaginationes quamplurimum ſunt fallaces. ſecundo de anima. tex. commen. 156.

Imaginatio eſt in ratione carentibus etiam. ſecundo de anima. tex. commen. 157.

Imaginatiua uirtus põt imaginari formas imaginabiles, quarũ indiuidua nunq̃ ſenſimus. 2. de anima. com. 153.

Imaginatio eſt falſa in maiori parte. 2. de aĩa. tex. com. 156.

Imaginatinatio eſt in confinio ſenſus, & intellectus. Themiſt. in. 2. de anima. in. tex. 152.

Impoſſibile eſt aliquid tranſmutari ad ſpeciem eius quod habet in actu. 1. phyſico. commen. 76. idem ſecundo de anima. 67. &. 3. de anima. commen. 4.

Impoſſibile eſt aliquam ſcientiam, neq; uniuerſalem, neq; particularem declarare ſuum ſubiectum eſſe. primo phyſico. com. ulti. &. 2. phyſi. 22. &. 26. 3. cœli. 4.

Impoſſibile eſt fieri quod non contingit factum eſſe. 1. cœli. tex com. 58. & inductiuè ꝓbatur ueritas iſtius propoſitionis ibi per omnia decem ꝑ̃dicamenta, ut. d. Com. in. com.

Imaginatio ſequitur ens, ſed ens non ſequitur imaginationem. 3. phyſic. commen. ultimo.

Immobile diciť tribus modis. 5. phy. com. & tex. 20.

Intellectus agens non recordatur poſt mortem eorum, quæ ſimul cum intellectu mortali exercuit. 3. de anima. tex. cõmen. 20. Et uide Themiſt. ibi in cap. 28. &. 29. ubi conciliat dicta in primo de anima. tex. com. 66.

Intellectus agens non eſt propoſitiones primę, neq; Deus. Themiſtius. 3. de anima. cap. 31.

Intellectui peculiare eſt actiuum eſſe, & intellectio eſt ei actio non paſſio. Alexander in tractatu de intellectu. cap. 5. uide in contradictionibus nuper æditis.

Intellectus agens in prima ſeminis tranſmutatione aſſiſtit nobis, & cũ per omnia permeet, et actu ſicut in quouis alio corpore, poſtquam per poteſtatem noſtram operatus fuerit, tunc hic intellectus noſter dicitur, & nos intelligimus. ex tractatu de intellectu. Alex. cap. ultimo.

Intellectus diuinus ſemper operať & actu eſt, & operať ꝑ inſtrumentum qñ ex cõpoſitione corporũ, & temperamẽto factum fuerit hmõi inſtrumentũ, & tunc materiali actione agit, ſicut artifex qñ operatur cum inſtrumentis, ſed ſecundum ſe conſideratus eſt ſicut artifex qui agit ſine inſtrumentis. ibidem Alexander.

Intellꝰus agẽs eo mõ egrediť quo ĩgrediť, non. n. albi exiſtẽs mutat locũ, ſed ſeparabilis diciť: & nobis extrinſecus nõ ut q alio ſe trãsferat, & locũ mutet, ſed ſeparabilis qdẽ eſt, ceu q per ſe ſit, & à materia abiunctus. Separatur uerò à nobis qñ non intelligitur, non qa transferatur, nã eo mõ ẽt nobis aduenerat. ibidem Alex. Ex quo patet in uia Alex. ꝙ illa authoritas in ſecundo de anima: Separatur hoc ab hoc, ſicut perpetuum à corporali: interpretari debet de intellectu agente ſecundum Alexan.

¶ De intellectu in habitu quomodo ſe intelligat.

Intelllectus in habitu & operãs ſeipſum intelligere põt, nõ quatenus intellectus eſt, qa ſimul ſecundũ idẽ intelligeret & eſſet intelligibilis, ſed quatenus ĩtellectus in actu idẽ eſt his quæ actu intelliguntť. Hæc itaq; intelligens ſeipſum intelligit, ſiqdem hæc quę intelligit dũ intelligunť intellectus fuerit. Alex. in tract. de intellectu. cap. 4. idẽ ſeqtur ipſemet Com. in paraphraſi de anima. in cap. de intellectu in actu, & ẽt in. 3. de anima. in expoſitione tex. cõ. 8. ubi recitat etiã aliã expoſitionẽ Alpharabij, quæ tñ nõ eſt tenenda. Nota ẽt ꝙ aliũ modũ Alex. in eodẽ loco adducit, quo intellectus ſeipſum intelligit, nõ quatenus eſt ĩtellectus, ſed quatenus & ipſe intelligibilis eſt. Accidit. n. intellectui, ut ẽt intelligibilis ſit, nã cũ ipſe ſit de numero entiũ, & ſenſilis nõ ſit, relinquitur ut intelligibilis ſit: nam ſi intellectus quatenus intellectus eſt ſeipſum intelligeret, tunc ſequeretur ꝙ nihil aliud intelligeret ꝙ intellectus non eſſet. Hæc ille.

Intellectus & ſenſus percipiunt receptionem formarum ſine materia. Vnde ſicut intellectus ſeipſum intelligere dicitur pro quanto: hæc quæ intelligit, ſunt actu intellectus, ſic ſenſus ſeipſum ſentire dicitur quando hęc ſentit quæ actu eadem ſibi ſiunt. Alex. in tracta. de intellectu. in cap. 4. Vide in contradictionibus nuper æditis.

¶ De intellectu agente, ex Alex. in trac. de intellꝰu. cap. 3.

Intellectus agens eſt à quo intellectus materialis acquirit habitum ſimilis, ut inquit Ariſto. lumini: nã ut lumen cauſa coloribus eſt, ut uiſibiles ſint actu cum poteſtate uiſiles ſint, ita intellectus iſte intellectũ ꝑ̃tãtis, & materialẽ actu intellectum facit habitum intellectualem in eo afformans.

Intellectus agens eſt ſui natura intelligibile & actu huiuſmodi. ibidem.

Intellectus agẽs eſt effectiuum intellectionis, & ad actum ducens intellectum materialem. ibidem.

Intellectus agens ab extrinſeco accedere dicitur qui nõ eſt pars, nec poteſtas aliqua animæ noſtræ, ſed ab extrinſeco nobis accedens, quando ipſum intelligimus, ſiquidem ꝑ formæ ſuſceptionem intellectio ſit. ibidem. Ex quo patet ſecundum Alexan authoritatem illam Philoſophi in. 2. de generatione animalium. cap. 3. eſſe de intellectu agente interpretandam, & non de intellectu materiali.

Intellectus agens forma eſt & ſubſtantia abſq; materia incorruptibili, ideo ab Ariſt. immortalis merito nũcupatur, ſed unaquæq; aliarum formarum materialium intelligibiliũ intellectus eſt quãdo intelligitur, ſed non eſt intellectus qui deſoris accedit, ſed qui ſit dum intelligitur: intellectus autem agens etiam eſt intellectus antequam intelligatur in re cum à nobis intelligiť extrinſecus eſt & dicitur. ibidẽ.

Intelligere diuerſificatur ſecundum diuerſitatem naturæ. 3. de anima. commen. 35.

Intellectum materialem aſſerentes eſſe uirtutem generabilem & corruptibilem, nullam uiam habent quo poſſimus continuati cum intellectibus abſtractis. 3. de anima. cõ. 36.

Intellectus agens ſecundum Alpharabium in Nichomachia tenentẽ opinionem Alex. de intellectu materiali nõ eſt cauſa noſtri niſi agens tantum. 3. de anima. com. 36. licet oppoſitum ſenſerit in epiſtola continuationis.

Intellectus & ſenſus omnes ſpẽs rerũ recipere nati ſunt: ille ſenſibiles, hic uerò intelligibiles. Alex. in paraphraſi de aĩa in. 1. cap. ubi declarat, quomodo anima eſt quodammodo contra res omnes, illos qui negant ſpecies intelligibiles, et eſt expreſſa ſententia Ariſto. 3. de anima. tex. commẽ. 38. uide quæſtionem noſtram in ſpeciali de hac materia.

De intellectu materiali quare materialis dicatur.

Intellectus materialis dicĩ, q̃a eſt in potentia oĩa intelligibilia, q̃a q̃d eſt in potentia ſm ꝙ huiuſmodi materiale eſt. Alex. in tract. de intellu. cap. 1. Vbi aduerte ꝙ ut Com. ẽt dicit. 12. meta. com. 26. potentia reducĩ ad materiã. & 1. cap. de ſuba orbis: Materia ſubſtantiatur ꝑ poſſe, ita ꝙ eſt differentia ſubſtantialis eius. & 7. meta. tex. cõ. 22. Sed materia eſt ꝑ quã res põt eẽ & non eſſe. Sic. n. potẽtia & actus ſunt principia omniũ decẽ p̃dicamentorũ, q̃a in quolibet p̃dicamento eſt aliquid ꝓportionale materiæ, & aliquid proportionale formæ, & potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, ut dicitur. 12. metaphyſic.

De eodem.

Intellectus cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporis facultas ſit, nec patiatur, nullũ omnino entiũ actu eſt, nec eſt, hoc aliquid potens, ſed eſt ſimpliciter ptãs quædã huius ꝑfectionis & aĩæ ſpecierum & notionũ ſuſceptiua. Alex. in lib. de intellectu. cap. 1. ubi de intellectu materiali agit. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Differentia inter intellectũ materialem & intelľum in habitu ſm Alexan. in trac. de intellectu. cap. 2.

Intellectus in habitu eſt ſimilis artificibus q̃ habitũ habent, & poſſunt ꝑ ipſum operari q̃ artis ſunt, ſed intellectus materialis eſt ſimilis his q̃ poſſunt artem aſſumere, et artifices euadere. Itẽ intellectus in habitu nõ ineſt niſi perfectioribus, & illis q̃ iam intelligunt, ſed intelľus materialis in omnibus eſt q̃ ꝑfecta anima cõmunicant, hoc eſt ipſis hoĩbus. Com. aũt in. 3. de anima. iſtã differentiã ſcd̃am ponit inter intellectũ ſpeculatiuũ & practicũ, quia intellectus practicus eſt cõis omnibus ſed ſpeculatio non, ut patet in com. primo. ubi per cognitionem interpretatur intellectum ſpeculatiuum, & intellectum operatiuum.

Intelligibile materiale quomodo dicatur ĩtellectus.

Intelligibile materiale fit actu intelligibile, & actu intellectus ab intellectu agente denudãte ipſum à materia, & q̃ñ actu intelligitur intellectus fit cũ ante ſui natura non eſſet: intellectus. n. in actu nihil aliud eſt q̃ forma quę intelligĩ, quia unumquodq; eorum quæ ſimpliciter intelligibilia nõ ſunt quum intelligitur intellectus fit. Alexan. in tractatu de intellectu. cap. de intellectu agente. idem in paraphraſi de. anima. in cap. etiam de intellectu agente.

Intellectus ſecũs ꝑcipit ſpẽs rerũ ſenſiliũ, ſecũs ſenſus: ſenſus. n. non fit idem cũ rei ſenſilis ſpẽ, quãuis non more materię ſpẽm excipiat. Nam cũ in his tum in omnibus paſſim quæ ex materia & ſpecie conſtituũtur, aliud eſt id quod eſt rem eſſe, aliud eſt id quod eſt rei eſſe. Neq;. n. eſt idẽ æs & æri eſſe, q̃ppe æs ſimul utrũq; eſt & materia & ſpecies: æri aũt eſſe non ꝑ utrunq; eſt, ſed per diffinitionẽ & ſpẽm, quę ſubiectę materiæ ĩgenita ẽs ĩpm efficit. Alex. in paraphraſi de anima. cap. de intellectu ſecundum actum, uide in contradictionibus nuper æditis.

Intelligibilia alia poteſtate, alia actu: poteſtate ſunt materialia, q̃a ad hoc ut intelligibilia fiãt indigent intellectu q̃ diluigit earum formas ab appenditijs materiæ: abſtracta autẽ ſuapte natura intelligibilia ſunt, & non indigent cognoſcẽtis auxilio ad hoc ut intelligibilia fiãt. Alex. in paraphraſi de anima. in cap. de intellectu, & eſt intelligibile ſecundũ actum. idẽ Com. 3. de anima. com. 18. idẽ Alex. ibĩdem in cap. de ĩntellectu agente ſcribit, ꝙ res materiales tunc ſunt ĩntellectus dum intelliguntur; quòd ſi non intelligantur, non ſunt intellectus.

Intelligens & id quod intelligitur idem ſunt ſimpliciter in abſtractis à materia, ſed in materialibus res intellecta nõ eſt idem ſimpliciter intelligenti, quia hoc nõ euenit, ut fiat idem niſi dũ intelligitur, tunc. n. eſt ſolum intellectus, ſed ſpecies abſtracta etiam intellectus eſt, & ſi non intelligatur. Alexan. in paraphraſi de anima. in capi. de intellectu in actu & re intelligibili. uide. 3. de anima. tex. commento. 13. uſque ad. 15.

Intellectus materialis & ſubiectus corruptibilis eſt, & ſimul interit cum anima, cuius eſt ptoteſtas. Alex. in paraphraſi de anima. in cap. de intellectu agente, contra illos qui aſſerunt intellectum poſſibilem ſecundum Alexã. eſſe incorruptibilem: nam in præſenti loco ſolum intellectum agentẽ aſſerit eſſe incorruptibilem.

Intellectus actionis cũ intellectu materiali idem efficitur: ubi ipſum conſiderat ob id quod ſingulis rebus intellectis idem fit cum res eædem intelliguntur: & qualecunq; eſt id quod intelligĩ, tale cũ id ipſum intelligit fit. Alex. in cap. de intellectu agente in paraphraſi de anima. ubi conſidera modum quo intellectus fit ipſum intelligibile.

Intellectus agens deforis nobis genitus eſt & incorruptibilis. Alex. ibidem. in cap. de intellectu agente, ubi pondera ꝙ authoritas Ariſt. in. 2. de generatione animalium. cap. 3. exponitur de intellectu agente, & non de intellectu poſſibili: quod non uiderunt ſequaces eius.

Intellectus potẽtiæ ſtatim eſt in nobis dũ generamur & in lucẽ ædimur. Alex. in paraphraſi. de aĩa. in cap. de intelľu potẽtiæ. idẽ Them. in. 3. de aĩa. cap. 39. authoritate Theophraſti, licet differentia ſit inter Alex. & Theophraſtum.

Intellectus in habitu poſterius innaſcitur, & eſt forma & habitus atq; perfectio intellectus materialis. Alex. in paraphraſi. cap. de intellectu in habitu.

Intellectus materialis recipit ſpecies ſine materia, ſicut ſenſus, & licet ſenſus alteratio non ſit, non tñ abſq; alteratione quapiam fieri poſſe uidetur: in intellectu uerò non idem modus ẽ q̃d ad intelligibiliũ rerũ ſuſceptionẽ intelľus nullius ſenſorij corporalis officio fungĩ, ſed ad id q̃d intelligibile & dignoſcendum ipſe ſibi ſatis eſt. Alex. in paraphraſi de anima in cap. de intellectu practico & ſpeculatiuo, uide etiam in iſto cap. q̃d ſit ſuſcipere more materię, & quid ſine materia, & uide etiam Themiſtium in. 2. de anima. in ca. 42. ſuper tex. com. 122. pulchrè de hac materia & diffuſẽ.

De intellectu in habitu.

Intellectus in habitu ſpẽs uirtus atq; ꝑfectio eſt intelľus materialis. Alex. in paraphraſi de aĩa. in ca. de ĩtelľu in habitu.

Quare appellatur intellectus in habitu.

Intellectus cũ ab aſſidua functione in habitum redigitur, ita ut per ſe deinceps operari poſſit. tunc is intellectus gignĩ quem uelut habitum appellamus: redacta ad ſcientẽ ſimilitudine & proportione qui in medio conſiſtit eius q̃ ſm poteſtatem ſciens, & eius qui ſecundum ſcientiam agens dicitur, & quantũ ab eo qui per ſciẽtiam actu operaĩ deficit, tanto ſcientem ſecundum poteſtatẽ exuberat. ibidẽ Alexã.

De intellectu in actu.

Iam uerò agens habitus intellectus in actu dicitur, intellectus namq; in habitu nil aliud eſſe uidetur quam depoſitæ illæ coaceruatæq; & quieſcentes cõſiderationes. Alexan. in paraphraſi de aĩa. ca. de intellectu in actu, ubi ẽt dicit, ꝙ intellectus in actu nihil aliud eſt quam intellecti ſpecies.

Intellectus practicus eſt in animalibus diuinis. colligitur ex ſententia Ariſto. in ſcientia libri de cœlo, ut notat Simplicius & Amonius in. 2. de anima. in expõne tex. cõ. 32. ubi tex. dicit ꝙ in corruptibilibus in q̃bus eſt ratiocinatio quã græci logiſmon appellant: in illis ſunt reliquæ potentiæ animæ: & hoc fuit dictũ ꝓpter corpora cœleſtia quæ habent intellectũ practicũ, & rõcinationem conuenientẽ ſuæ uitæ. Non tñ eſt intellectus practicus in eis ſicut in nobis, q̃ ꝓpter indigentiam finis, & cum inquiſitione & dubitatione inquirimus ex fine ad ea quæ ſunt ad finem, ut docet Philoſophus in. 2. ethico. de ꝓceſſu conſultatiuo: ſed eſt alterius rationis: Nam intellectus Dei, ut intelligit ſe, dicitur contemplatiuus



contemplatiuus, ut aũt gubernat ſua ꝓuidentia mundum, ſic practicus dicitur, & elicitur ex. 2. cœli. tex. com. 61. ubi dicit tex. Nos autem de his ut de corporibus ſolis, & unitatum ordinem habentibus, inanimatis autem omnino perquirimus: oportet autem tanquã participantibus exiſtimare praxim et uitam. Idem apparet. 1. cœli. tex. cõmẽ. 20. ubi dicitur: Recte uidetur natura futurũ ingenitum & incorruptibile exemiſſe à contrarijs, inter contraria enim generatio & corruptio. ubi. Commen. in com. ponit duplex naturæ conſilium in illo caſu primum & ſecundum. Conſimile uide apud Platonẽ in Timęo, ubi inducit mundũ opificẽ cõſilio utentem in conditura mundi, ut poteris uidere.

In intellectu tria ſpectantur, intelligibile, uis intelligendi, & actus qui de ambobus paritur. Themiſt. in. 1. de memoria & reminiſcentia. cap. 11. ubi dicit ꝙ etiã in ſenſu tria ſunt, ſenſibile, uis ſentiendi, & actus qui ex utriſq; conficitur. Habetur etiam ſimilitudo ex. 3. de anima. tex. com. 2.

Intelligentiæ cœleſtes ſeu animal cœleſte, forte cognoſcens quidẽ ſit ſenſibilia, ſed alia uia quam ſenſu. i. illa qua cauſæ generantes effecta, & euenta ſua cognoſcunt. Themiſt. in. 3. de anima. cap. penul. & eſt in expoſitione tex. com. 66 Simplicius aũt in. 2. de anima. in expoſitione tex. com. 29 exponens illud: Alteris autem cogitatiuum & intellectiuũ, ut hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt, & honorabilius: inter alias expoſitiones dicit hoc poſſe intelligi de animalibus diuinis, ut ſunt cœleſtia, q̃a talia habent ſenſum, & appetitum non paſſiua, neq; à ſenſibilibus extrinſecis excitata & mota, ſed ab intrinſeco cognoſcẽtes, & diſtinguentes omnia ſenſibilia, & oportet hoc reducere ad iſtum modum Themiſt. Nam ſi uelit ultimum intellectum eſſe aliam uirtutem ex numero uirtutum ſenſitiuarum, nõ eſt mens iſta Ariſt. ut bene notat Commen. in. 3. cap. de ſubſtantia orbis contra Auic. & in. 12. meta. com. 36. & in fine tertij de anima. Hoc etiam Theologi noſtri ſentiunt. unde Auer. in tract. 4. ſuæ paraphraſis ſuper ſcientia diuina, allegat authoritatem Iob aſſerentis, nunquid ille qui creauit, ignorat?

Intellectus quo cogitamus & ſapimus, non uidetur cũ alijs uirtutibus cõem rationem habere, nec. n. potentia, aut pars animæ eſſe põt, ut cæteræ, ſed ſubſtantia quædã intelligitur longè præclarior, melior, pulchrior, quæ tñ in naturam inferiorẽ ignobilioremq; ſe inſerta recepta ſit. Lucidiſſimi Themiſt. ſnĩa eſt in. 2. de anima. tex. com. 32. ubi Ariſto dicit: De intellectu aũt ſpeculatiuo alia rõ eſt. idẽ notat Ariſt. in. 2. de anima. tex. com. 21. ubi dicit. De intellectu aũt ſpeculatiuo nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed uidetur eſſe aliud genus animæ. Et hoc ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuum à corruptibili, ubi ſm Com. ſoluit illã quæſtionẽ: Vtrum unaquæq; uirtus ex p̃dictis ſit anima, aut pars aĩæ. & dicit in q̃buſdam patere, in quibuſdã uerò eſſe dubium: & dubium erat de intellectu de quo decidĩ, ꝙ non eſt aĩa, nec pars animæ, immo eſt de natura ſuperiori ad naturam animę. ut notat Com. ibi, & hic com. 32. Hinc ſcire poteris ꝙ intellectiuum quod numeraĩ inter potentias animę, nõ eſt intellectus abſtractus, q̃ mens à Latinis ornatè loquẽtibus dicitur, ſed eſt dianoeticũ, & eſt intellectus paſſiuus q̃ corrumpitur, & eſt in parte ſenſitiua. Nam oẽs Peripatetici notant ex mente Ariſtote. intellectum abſtractum qui de foris accedit non eſſe animæ potentiã, ſed eſſe ſubſtantiam quãdam longe pulchriorem quam ſit anima. Hinc ẽt nota contra illos qui ponunt intellectum non eſſe ſubſtantiam, ſed potentiam quæ eſt de ſecunda ſpecie qualitatis, ut tenuit Beatus Tho. in. 1. de anima. diſputans. q. 12. Et in prima parte ſententia. q. 77. arti. 1. Et uide ꝓ ſententia Themiſt. & Auer. Authoritatẽ Ariſ. in. 1. de aĩa. in tex. com. 65. ubi dicit: Intellectus aũt uideĩ in alio fieri uel accedere, ut habet alia litera, ſubſtantia quædã exiſtẽs, & non corrũpi.

Intellectus non hoc mõ intelligit res quo afferuntur à nobis uerba. Nam hoc mirabile in intellectu eſt, audimus in tempore, intelligimus non in tempore, ſed momẽto. Themiſt. 3. de anima. cap. 42.

Intellectus agẽs, & eo amplius cauſa rerũ princeps. i. Deus & uniuerſaliter intellectus qui ab omni potentia abſolutus eſt, neq; malum, neq; priuationes intelligit. 3. de anima. tex. com. 25. Et ibi uide. Themiſt.

Intellectus agens etſi priuationes & mala non intelligit, ſicut intellectus ptãtis nõ ꝓpterea imꝑfectior uideri debet, non. n. numero rerum quæ ſciuntur ꝑfectio aut præſtantia corrogatur, ſed pondere, nec q̃ plurima intelligit, idẽ ẽt pluris eſt, ſed q̃ meliora nobilioraq; nouerit. Themi. 3. de anima. cap. 45. & cap. 51. inq̃t Diuinus ſeparatusq; ille animus qui intellectus agens uocatur, nullã intelligit naturaliũ formarum ꝓpterea ꝙ potentia liber eſt, & imꝑfectione qua priuationes ſolent cognoſci, atq; hoc non ignobilitatis, ſed nobilitatis potius & præſtantiæ argumentum eſt: nam neq; mori poteſt, aut occidere, neq; tamen eo uilior uis eſt quæ poſſunt occidere.

Intellectus agens differt ab intellectu poteſtatis, q̃a intellectus & intelligibile in eo diſtincta non ſunt, quẽadmodum in ĩtellectu potentiæ, ſed intelligibilis eſt qua intellectus retroq; intellectus, q̃a intelligibilis. Item ueritas alio mõ in intellectu agẽte ſpectaĩ alio in intelľu potentiæ. Intellectus. n. agens ueritas ipſe eſt, q̃a nõ eo uerus efficitur, ꝙ alia ſed ꝙ ſeipſum intelligit: ſed intellectus noſter potẽtiæ ut q̃ ſimilitudinẽ illius p̃tenuẽ referat ueritatem ſimplicẽ non attingit, ſed eã quæ obuerſa & oppoſita falſitati atq; mendacio eſt, q̃a neceſſe eſt ſi in affirmatione ueritas ſit, in negatione haberi & contineri mendaciũ. Quo fit, ut ueritati noſtræ mixtũ ſemꝑ mẽdaciũ ſit, ut quotiẽs de ueritate inſtituitur mentio ſimul quoq; de mendacio cogitemus, & quaſi admoneamur. Them 3. de anima. cap. 45. Inde collige nullum intellectum præter intellectum potentiæ, intelligere componendo & diuidendo ſecundum Peripateticos.

Intellectus poteſtatis nihil actu eſſe dicitur. 3. de anima. tex. com. 5. quod ſic intelligẽdum authoritate Theophraſti, ut oĩa hęc ad poteſtatem referanĩ, ſicut in ſenſu: nõ tñ uſq; eo ad uiuũ reſecanda res eſt, neq; tam nihil actu ꝓbandus, ut neq; ipſemet ſit, calũnia. n. hæc eſſet, & oratio contentioni cauilloq; ꝓxima: ſed ita intelligendum, ut in animo talis q̃dã ſui generis potẽtia ſit, ꝓſubto formarũ ac gremio qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ cõſtitutioni earum, & concretioni ſubſternitur. Themi. 3. de aĩa. cap. 39.

Intellectus & ſenſus formarum receptiones, ſine materia quæ ſibi propria ſunt percipiunt. Alex. in tract. de intellectu. cap. 4. ubi oſtẽdit q̃to intellectus in habitu ſeipſum cognoſcit, ex quo patet cõtra negãtes ſpẽs intelligibiles.

Intellectus ſeu mens diciĩ extrinſecus accedere. 2. de generatione animalium. cap. 3. authoritate Theophraſti, referente Themiſt. 3. de anima. cap. 39. non ita ſtatuendum eſt, ut qui uere appoſitus inuectusq; habeatur, ſed ut qui ſtatim ab ortu quaſi comprehendere nos complectiq; ſoleat.

Intellectus agens & intellectus potentiæ, partim duæ naturæ ſunt, partim una. Nam & id q̃d ex duabus facultatibus forma, & materia cõdiĩ, unũ eſſe intelligimus. Intellectus. n. duplex apud Ariſt. & Theophraſtũ eſt, unus patibilis, & corruptibilis, quẽ cõmunem illi uocant, & corpore non abiunctum: alter aũt totum id quod ex intellectu agente & intellectu potentiæ cõponiĩ, quẽ & ſeparatũ à corpore & incorruptibilẽ, & ingenitũ ſtatuũt. Them. 3. de aĩa. 39. cap.

Intellectus cum incorporeus ſit quomodo pati à corpore poteſt, aut immutari? utrum à corpore, an ab ipſo principium ſit? quæſiuit Theophraſtus, & ſolutio eius eſt, quod planẽ ĩpſum pati uideri poteſt ab illo ortum habere: nihil enim ipſum à ſeipſo patitur. At uerò cauſam præſtare omnium actionum, hoc eſt ut intelligatur res, uel non intelligatur, quemadmodum & in ſenſu perſpicitur, utiq; ab ipſo intellectu proficiſci uidetur. Themiſt. 3. de anima. cap. 39. Vbi innuit tam in ſenſu quam in intellectu paſſionem cauſari in potentiam ab ipſo obiecto, ſed actionem cauſari à potentia, ſic intelligas dictum Ariſto. in lib. de ſenſu ꝙ ſenſibile ſenſum agere facit, quia per ſui motionem excitatus ſenſus operatur & ſentit. Sic intelligis dictum Auer. in. 2.

de anima,cō.149.quod recipere aliud eſt à iudicare illud.

Intellectus præteriti & futuri temporis agnitionem habet, & illa facultas quæ ſuperior eſt uiſis, & imaginatione. 3. de anima Themiſt. cap.41.ubi per uirtutem ſuperiorem intellige memoriam ſecundum Themiſtium, quia illa percipit tempus p̄teritum,ut dicitur in lib.de memoria & remi.

Intellectus utrunque pontificium obtinet,& ꝙ multas notiones in unam poteſt conducere,& cohibiliter nectere,& ꝙ notitiam temporis cum rerum cognitione coniungit, quorum neutrum,neq; imaginationi, neque ſenſibus datum. Themiſt. 3.de anima,cap.41.ubi de mente eius uidetur ꝙ propoſitio non poteſt fieri niſi ab intellectu ſolo. Auer.tamen tenet cogitatiuam etiam poſſe particulariter diſcurrere,& Diuus Tho.in.2.de anima.in lec.13.in expoſitione tex.65.ꝙ cogitatiua apprehendit indiuiduum,ut exiſtens ſub natura communi quod conuenit ei inquantum unitur intellectiuæ in eodem ſubiecto &c. ¶ Teneo cum Themiſtio intellectum poſſibilem, & agentem eſſe unum ſubiecto & ratione ſola diſtingui,quia.2.de anima.tex. cōmen.21.inquit:De intellectu autem & perſpectiua potentia qua contemplatur anima & ſapit, nihil liquet adhuc, ſed uidetur genus aliud animæ eſſe, & hoc ſolum contingere ſeparari, ſicut perpetuum à caduco,& in.3.de anima tex.commen. 20. loquens de intellectu agente, dicit hoc ſolum eſſe perpetuum,& immortale. Patet autem ꝙ iſtæ duæ ſententiæ coincidunt. Et tunc quæro utrum hoc dictum Ariſtot. eſt abſolutè, & ſimpliciter intelligendum, quod uidelicet nihil ſit immortale niſi intellectus agens; & ſi ſic, malè dicit,quia etiam aliæ intelligentiæ quæ mouent orbes, quarum numerum inueſtigauit in.12.primæ philoſophiæ.etiam ipſe immortales ſunt, Aut intelligitur inter partes animæ,& ſic habeo intentum: ſed quia intellectus etiam poſſibilis immortalis eſt, ſequitur ꝙ ſit idem cum agente.Sed ſecundum uiam Auer.dic ꝙ litera tranſlationis Arabicæ in.3.de anima.20.ubi eſt ſermo de intellectu agente,non habet ly ſolum.Sed hoc non ſaluat,quia ſaltem ly ſolum,habet in.2. de anima. in tex.21. Et tunc quæro quid per intellectum ibi Ariſto.intelligat,num poſſibilem,& tunc agens non erit ſeparabilis:an agentem, & tunc non erit poſſibilis, ideo aliter oportet dicere in uia Auer.& eſt ꝙ intellectus poſſibilis non eſt ſimpliciter, & quo ad eſſentiam, & quo ad operationem abſtractus, & immortalis, quia ſententia Ariſtot. eſt ut dicit Commen. 12.commen.primi de anima, ꝙ eſt abſtractus ſecundum ſubſtantiam,& ꝙ nihil intelligit ſine imaginatione, & ſic quodammodo intellectio eius, ut dependet ab imaginatione eſt corruptibilis.Sed intellectus agens,& ſecundum eſſentiam,& ſecundum primam eius operationem eſt abſtractus,& ſic ipſe hoc modo utroq; inter partes animę ſolus eſt immortalis.Et nota bene hoc,& ſi dicatur, quia.3. de anima.com.36 intellectus poſſibilis habet intellectionem æternam per quam ſemper intelligit intellectum agētem,ut in ſe conſideratur, ut uidetur elici ex mente Auer. in.3.de anima.in commen.36.& in.3.de anima.com.5.in ſolu.q.3.ubi expreſſe dicit, ꝙ intellectus materialis ſi intelligit iſta quæ ſunt potentia intellecta,multò fortius intelligit ea quæ ſunt actu intellecta:& expreſſe dicit ibi, ꝙ hoc quod intelligit intellectum agentem non impedit ipſum ꝙ non poſſit intelligere materialia,quia illa propoſitio:Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti:non intelligitur ſimpliciter,ſed cum conditione. Reſpondetur ꝙ intellectus materialis poteſt cōſiderari dupliciter. Vno modo in ſe,& ſic dicitur intellectus rectius q̄ anima, aut animæ pars,quia anima non eſt reſpectu eſſentiæ, ut dicit Auic.in principio ſexti naturalium, nec ſine corpore eſſe poteſt.2,de anima.tex.com.26.Dico igitur conciliando ꝙ in primo de anima.com.12.conſiderat intellectum materialem,ut eſt pars animæ,& ut eſt in nobis, & ſic eſt abſtractus ſecundum eſſentiam non ſecundum opus,quia de intellectione,quæ habetur ꝑ diſcurſum,patet:de alia,quæ eſt in ſtatu adeptionis, illam non poteſt habere in nobis niſi in poſtremo poſt complementum, & adeptionem intellectus ſpeculatiui qui eſt dependens non ſolum ab agente poſſibili,uerum etiam ab intentionibus imaginatis.Ecce quomodo ſemper talis intellectus, ut eſt anima,uel pars animæ,in ſua operatione, quodammodo eſt ligatus cum phantaſia: ſed intellectus agens ſolus eſt abſtractus, quia non eſt paſſiuus,nec intelligit ut eſt in nobis ꝑ imaginationem,licet in copulatione,qua copulatur ut agens, abſtrahit ab imaginatione: ſed ut unitur ut forma intelligit per eſſentiam. In hoc eſt diuerſitas in uia Auer. inter abſtractionem intellectus materialis & agentis.Aut dic ꝙ intellectus agens ſolus eſt immortalis, & abſtractus inter uirtutes animæ in ſupremo gradu abſtractionis poſſibilis in uirtutibus animæ,ſic ſoli ſibi competit abſtractio & immortalitas: ſed intellectus materialis, licet ſit abſtractus & immortalis,non tamen ita pfectè, ſicut ſiquis dicat ſolē eſſe magis abſtractum quam lucem,& eſt etiam ſententia ita Themiſt.3.de anima.cap.36.

Intellectus agens eſt hominis eſſentia & forma. Themiſti. 3.de anima.cap.27.

Intellectus agens eſt forma formarum reſpectu eorum quæ ſunt hîc,quam cùm natura attraxit receptui canit,in eoq; finem quaſi extremam manum imponit.Themiſt.ibidē.qđ etiam Commenta.aſſerit in.2.de anima. tex. com.32. ubi dicit:Complementum autem animalium, & finis eorum q intendebatur in generatione quem cum natura potuit pertingere ſtetit eſt mundus animalium habentium uirtutem ſpeculatiuam,cogitatiuam,& intelligibilem.

Intellectus agens indiuiſibiliter intelligit, & quæ ipſe indiuiſibiliter tradit, intellectus potentiæ diuiſibiliter recipit. Nec ex hoc debemus mirari quando huius rei exploratum exemplum habemus,quia affectiones corporum, candor, nigror,& eius generis cætere quanquam propria ratione, & ſuapte natura indiuiſibiles atq; inſeparabiles ſint,in materia tamen diuiſibiliter & ſenſibiliter recipiuntur.ibidem.

Intellectus agens non intelligit ea poſt mortem,quæ unà cū intellectu mortali didicit.Themiſt.3.de anima.cap.28. & 25.ubi conciliat dicta in.1.de anima.in tex.com.66.

Intellectus qui ex poteſtate componitur, eadem quæ conſiderat ſcribit, & literis mandat, non tamen ſcribit ea quæ poteſtate conſtant,ſed quatenus intellectus agēs eſt.Themiſt.3.de anima.cap.27, hic oſtenditur de mente eius ꝙ iſti duo intellectus ſunt unum ſubiecto, quod notauit etiā Commen.3.de anima.commen.20.

Intellectus agens non eſt primæ propoſitionis,ibidem intellectus agens non eſt Deus. ibidem, ſcilicet.3. de anima.cap.28.&.29.

Intellectus agens ab Ariſt.cōparatur luci.3.de anima. tex. com.18.ubi Themiſt.dicit cap.32. Quod Plato aut comparauit intellectum agentem ſoli,quia intellectum & animum homini Deo quam ſimilimum uolebat.

Intellectus impaſſibilis eſt.3.de anima.tex.com.7. ubi nota ſecundum Ariſt.de ſenſu & ſenſorijs,tum de intellectu ita exiſtimaſſe,ut ſenſus minus quidem paſſioni obnoxius eſſet quam inſtrumenta: non tamen in totum immunis ſeparatuſq;.Intellectus autem ut qui citra inſtrumētum corporeum functiones ſuas abſolueret, omnino impatibilis abiunctuſq; diceretur.Them.3.de anima.34.cap.

Intellectus potentiæ differt ab intellectu patibili.uide Themiſt.3.de anima.cap.35.

Intellectus agens unus eſt in oībus ominibus, & eius æternitas ad ſingulos hoīes nihil ꝑtinere uidetur, & illuminat oēs ſicut ſol obtutus oīum aīaliū ſ̄m Them.3.de aīa.ca.32.

Intellectus agens eſt magis ſeparatus quam intellectus poteſtatis,ſicut ſi quis diceret ſolem eſſe magis ſeparatum q̄ lucem. Themiſt.3.de anima.cap.36.

Intellectus agens eſt prior dignitate natura & perfectione, intellectus uerò poteſtatis eſt prior tempore in nobis.3.de anima.tex.com.29.uide Them.3.de anima.cap.36.

Intellectus agens dat actum intellectui poſſibili,per quem poteſt intelligere, & dat actum phantaſmatibus, ut fiant actu.



actu intellecta,ſicut lumen dat actum & uiſuî & coloribus.Et uide pulchre de hoc Themiſtium.3.de anima.cap. 24. & intelliges ex hoc dictum Auerro. in.3. de anima. com.5.in ſolutione quæſtionis tertiæ, ubi dicit quod intellectus agens illuminat intellectum poſſibilem.

Intellectus agens eſt effectiuus intellectionis, & ad actum ducens intellectum materialem.Alexan.in tractatu de intellectu.in cap. de intellectu agente.

Intellectus non ſicut ars ſeorſum à ſua materia eſt, ſed totus intellectui potentiæ in textus immerſuſq; eſt, ut ſi fingamus excuſorē in ære aut ferro eſſe, & ideo intelligimus dum uolumus.Themi.3.de anima.cap.25.& eſt ſuper tex. 19.& uide in.1.cap.ex mēte Themiſt. ꝙ intellectus agēs, & poſſibilis ſunt idem re, ſed diſtinguuntur ratione, ſicut bene notauit Com.3.de.anima.com.20.

Intellectus agens eſt ſicut architectus quidam fabricatorq; notionum.ibidem Themiſtius.

Intellectus agens eſt proximus intentione Deo, nā & Deus quodammodo eſt res ipſæ,& ad quendam modum creator, & opifex rerum. Themiſt.3.de anima.cap.25. contra tenentes ipſum eſſe uerè Deum.

Digreſſio contra modernos de intellectu agente, an Deus ſit.

Intellectus agentis ſubſtantia eſt actus non de potentia aliqua ꝑfectus erutuſue, ſed ſuapte natura.Themiſtius.3.de anima.cap.26.Ex hoc loco patet ſolutio ad rationes illorū qui tenent ad mentem Ariſto.& Commenta.intellectum agentem eſſe Deum,moti authoritate Ariſtot.3.de.anima. tex.commen.19.ubi uidetur dicere,ꝙ ſubſtātia intellectus agentis ſit purus actus,cum quo non eſt admixta potentia: & ideo quandoq; dicitur intelligere,& quandoq; non, ſed ſolus Deus eſt cui nulla eſt admixta potentia.3. de anima, in ſolutione.3.q.in com.5.&.5.metaphy.cap.de perfecto: Ipſe enim ſolus ē perfectio ſimpliciter ſine imperfectione. Amplius intellectus agens nihil intelligit eorum quæ ſunt hic,& hæc eſt conditio Dei.12.metaphyſi.tex.com.51.Amplius Commentator.3. de anima dicit ſe eſſe concordem cum Alexandro de intellectu agēte, ſed Alexander poſuit intellectum agentem Deum eſſe.Amplius.12. metaphyſi. com.38.in quæſtione:Deductio autem qualis optima: dicit ꝙ nos in ſtatu fœlicitatis depēdemus ab illo principio à quo cœlum dependet,ſed hoc eſt primum principium. Dicimus nos ex mente Themiſtij intellectum agentem dici actum,ut ipſe exponit,quia non eſt forma educta de potentia materiæ:ſed non dicitur actus ſimpliciter, cui nulla ſit annexa imperfectio,quia hoc eſt Dei tantum, & ita dico etiam ſecundum Commentatorem. Vnde æquiuocatio decepit eos primum in hoc,deinde decepit eos locus cōſequentis,quia arguunt in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis in materia non conuertibili:nam & aliæ intelligentiæ præter Deum non intelligunt apud Peripateticos aliquod eorum quæ ſunt hîc,hoc enim non eſt ſolius intellectus agentis proprium.Ad tertium concordat cum Alexandro in modo ponendi intellectum agentem non in re poſita,quia Alex. ponit intellectum agentem non ratione tantum, uerum & re ipſa diſtinctum eſſe à poſſibili: ſed Themiſtius ponit ꝙ eſt diſtinctio ſecundum rationem tantum,& quod iſta ibi actio,& paſſio ſunt ſecundum ſimilitudinem,& in hoc diſcordat à Themi. & tenet quo ad iſtum modum ponendi cum Alex. ſed non concordat omnino opinando ꝙ ſit Deus.Ad ultimum uerum eſt ꝙ homo fœlix dependet à Deo,ſed eo modo quo poteſt, uidelicet per intellectum agentem, quia diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ.Amplius Ariſt.3.de anima.tex com.17.expreſſe concludit intellectum agentem, & poſſibilem eſſe partem animæ,quia in omni natura &c.& hoc non Deo competit.Amplius ibidem.20. ſolū hoc immortale modo hoc non.poteſt referri ad Deum, quia etiam aliæ intelligentiæ ſunt immortales. Et ideo oportet ut hoc referat ad partes ſeu ptās animæ, quia ſolus intellectus agens eſt qui eſt idē ſecundum Themiſtium,licet Commen.aliter dicat.

¶ Ordo.

Intelligentia prima,quæ mouet orbem ſtellarum, eſt principium à quo deriuatur ordo in cæteris ſeparatis intelligentijs,tracta.4. in paraphraſi metaphyſic.col.12.Et ibi uide qualis ſit ordo in cæteris, & uide de hoc diffuſè in.12.metaphyſi.commen.44.ubi tanguntur duæ uiæ, uidelicet uia Mathematicorum, & uia Ariſtot. ordo in intelligentijs à prima quomodo ſit non habemus propoſitiones ſufficientes circa hoc ibidem.colū.13,idem repetit ibidem. colum. 14.ubi tenet utranq; uiam quòd motor Saturni ſit ſecundus in ordine,& etiam quòd motor Solis.

Intellectus agens eſt ultimus in ordine motorum cœleſtiū. Et ponamus ipſum eſſe motorē orbis Lunæ.ex paraphraſi metaphyſic.tracta.4.col.14.ubi loquitur de ordine intelligentiarum,& ex hoc patet ipſum non eſſe Deum.uide in contradictionibus nuper æditis.

Intellectus opus magis eſt quieti quam motui ſimillimum, unde abſtemij purgatius & uibratius quam temulenti cognoſcunt,& ſilentio noctis magis quam interdiu, corpore inoffenſo quam conturbato,ſenecta ætate quam iuuenta;quia iuuenum corpora pluriſario motu interæſtuant.1. de anima.tex.com.49.& Themiſt.ibidem.cap.21.

Intellectus authoritate Auer.in diſp.1.in ſolu.ultimi dubij, eſt forma abſtracta à corpore,ſicut nauta reſpectu nauis, ſcribit enim: Dicimus nos ꝙ non eſt impoſſibile reperiri perfectiones ſimiles diſpoſitionibus quæ ſeparantur à ſubiecto,ut nauta à naue,& artifex à ſuo inſtrumento. Vnde ſi corpus eſſet tanquam inſtrumentum animæ, eſſet ergo diſpoſitio ſeparata. & Themiſt.2. de anima. in expoſitione.tex.11.inquit:Nec tamen ratio ulla prohibet haberi aliquam animæ partem,quæ à corpore abſoluta diſparataq; ſit,qualis ea quæ neq; corporis totius, neq; partis alicuius ita actus aut perfectio eſt, ut forma & figura ferri,qualis uidetur mens intellectuſq; eſſe:nondum enim oſtenſum eſt, an eius uis ita ſit corporis humani perfectio, ut poſſit tamē eſſe abiunctus & ſeparatus à corpore,ſicut rector & gubernator nauis,qui quanquam eſt actus & perfectio nauis,tamen iunctus aut adhærens naui nō dicitur.Et ex hoc patet in uia Peripateticorum eſſe duplex genus formarum,uidelicet dantium eſſe per inhærentiam,& dantium ſolum operari;quod multi negauerunt &c. Et ex hoc tex.11. collige cōtra illos qui ex diffinitione uniuerſali data de anima, uolunt apparere de intentione Ariſto.animam intellectiuam eſſe formam formaliter inhærentem, & formaliter dantē eſſe homini, quum tamen Ariſtote. poſita illa diffinitione confiteatur non apparere ex illa diffinitione,an ſit aliqua pars animæ,quæ ſit ſicut nauta nauis,perfectio, ſcilicet abiuncta & ſeparata,nam hoc demonſtratur in.3. Et ex hoc etiam collige multò fortius contra illos qui dicunt Ariſto. determinaſſe in.1.de anima.per illam rationem in tex. cōmen.12 nullam animam eſſe à corpore abſtractam, quia ſi qua eſſet maxime,eſſet intellectiua,quia ſi eſt aliqua abſtracta anima, habet operationem ſibi propriam, quum tamen Ariſtot.confiteatur in.2.de anima. poſita diffinitione animæ uniuerſali ex illa non apparere hoc.Vnde lucidiſſimus Themiſt.in præſenti loco uult illam rationem potius eſſe deſcriptionem quam diffinitionem,quia perfectè diffinitiones quæ dant quidditatem, debent eſſe media in demonſtrandis omnibus proprietatibus eſſentialibus, ut patet.1.de anima.tex.commen.11. Et ideo eſt ſicut deſcriptio,quia actus non uniuocè dicitur de omni anima. Vnde Ariſt.hîc expreſſe dicit:Figuraliter igitur determinetur & ſic deſcribatur de anima.

In omnibus intelligentijs corporum cœleſtium eſt uerum dicere, ꝙ intelligunt omnia,& ēt eſt uerum dicere, ꝙ nō intelligunt ea quæ ſunt ſub ipſis,quia non eſt defectus illi qui cognoſcit aliquid ſcientia perfectiori,ſi non ſciat illud ſcientia imperfectiori, immo imperfectio eſt quid oppoſitum huius. Nam ille qui non poteſt uidere aliquid uiſione mala,ſed uidet ipſum uiſione perfecta, nequaquam habet imperfectionem in hoc.ex paraphraſi metaphy. trac. 4.col.11.Inde patet Ariſtot.& Peripateticos tenuiſſe Deū non intelligere ea quæ ſunt hîc eo modo, quo ſunt in ſeip

ſis, ſicut intelliguntur ab intellectu noſtro, ſed cognoſcuntur nobiliori modo & eminentiori.

Subſtātia. Intelligentias ſeparatas eſſe ſubſtantias nullum habet dubium, quia ſunt principia ſubſtantiæ. Item cum reſpectu ſubſtantiæ ad materialia transferantur, multò magis ad immaterialia & nomen ſubſtantiæ uerius dicitur de primo principio, cùm eius ſubſtantia ſic cauſa cæterorū. in paraphraſi. tract. 4. col. 11.

Vita. ¶ Subſtantiæ ſeparatæ uiuunt uita nobili. ibidem.

D ectio. ¶ Subſtantiæ ſeparatæ habent delectionem. ibidem. Delectio enim conſequitur apprehenſionem. idem. 12. metaphyſic. commen. 39. ubi dicit, ꝙ quemadmodum umbra conſequitur corpus &c.

Intelligentia prima delectatur in eſſentia ſua tantum, & delectatio eius eſt ſuprema omnium, ſed aliæ intelligentiæ delectantur in eſſentia ſua, & etiā in eſſentia primæ. ibidē.

¶ De pluralitate intelligentiarum.

Intelligentijs ſeparatis neceſſe eſt eſſe unum primum quod præcedat alias ſecundum naturam, qui omnis pluralitas ab unitate procedit. ibidem. col. 11.

¶ Pluralitas in intelligentijs ineſt eis ex hoc ꝙ unaquæque intelligit de ſeipſa pluralitatem, ideo oportet ꝙ prima intelligentia ſit unum indiuiſibile, quod per id intelligit niſi unam rem ſimplicem. ſ. eius eſſentiam. ibidem. col. 12.

Intelligentia prima non poteſt intelligere aliquam pluralitatem, neq; in eius eſſentia, neq; extra eius eſſentiam: ipſum enim eſt idem ſimplex de ſe. ibidem.

¶ Vnitas.

In intelligentijs ſeparatis eſt unitas ex hoc quod intelligibile in eis eſt unum. Et hoc fit eleuando illa intelligibilia plura, quibus identificatur unumquodq; ipſorum ad unum intelligibile. ſequitur de neceſſitate ꝙ ipſa unitas uerè, & primò reperitur in ipſo primo, deinde in ſequenti ipſum, poſtea in ſequenti illud ſecundum ordinem. ibidem.

In intellectu noſtro eſt maior pluralitas intelligibilium q̄ in aliquo alio intellectu. ibidem.

In prima intelligentia unitas & ſimplicitas æquantur, licet ab ipſa proueniant plura, quorum unum eſt altero nobilius. ibidē. Et habet̄ in. 12. meta. com. 44. ubi diſcutit quomodo ab uno ſimplici pōt immediate ꝓuenire multitudo.

¶ Ordo.

In intelligentijs nobilitas attenditur ex una quatuor rerū, uidelicet ex uelocitate motus, aut ex magnitudine corporis mobilis maioriq; ambitu, aut ex magnitudine ſtellarum, aut ex pluralitate motuū, quibus perficitur motus ſtellæ, & paucitate. tract. 4. col. 12.

In intelligentijs ſeparatis iſta duo conuertuntur, uidelicet ꝙ quæcunq; comprehendit aliquid aliud, illud quidem aliud erit eius cauſa, & ꝙ quodcunq; eſt eius cauſa concipitur à cauſato, & impoſſibile eſt ut cauſatum intelligat eſſentiā ſuam præter hoc ꝙ concipiat id quo extat ſua eſſentia. Sed iam fuit declaratum ꝙ quodlibet ipſorum comprehendit eſſentiam ſuam. Ergo neceſſe eſt ꝙ cauſatum ab ipſis concipiat ſuam cauſam, ex tract. 4. in paraphraſi metaph. col. 9. ibi: Et dicamus ꝙ iam fuit declaratū in libro de anima, uidelicet quòd inde patet intelligentiam inferiorem intelligere ſuperiorē intelligendo eſſentiā ſuam, & nō per eſſentiam ſuperioris, ut quidam malè intellexerūt ex mēte Auer.

Intelligibile eſt perfectio intelligentis, & eius forma, ut eſt oſtenſum in libro de anima. ex paraphraſi metaphy. trac. 4. col. 9. Non intelligitur ꝙ ſit forma perficiens per formalem inhærentiam, ſicut tenent illi, qui tenent intelligentiā ſuperiorem formaliter inhærere inferiori, & dare ſibi eſſe formaliter, & ꝙ intelligit inferior per eſſentiam ſuperioris moti. ex authoritate Com. 12. meta. com. 44. Solum ibi eſt cauſa & cauſatum, ſecundum ꝙ intellectum eſt cauſa intelligentis. Patet autem in intellectum eſſe cauſam intelligentis, ſicut formam, ut declaratum eſt in libro de anima: ſed in libro de anima, non fuit declaratum intelligibile informare intellectum per inhærentiam, quia intellectus dicitur locus ſpecierum & nō materia ex. 3. de anima. immo neq; ſenſus eſt materia ſenſibilium, ut bene notat lucidiſſimus Themiſt. in. 2. de anima. ponens differentiam inter paſſionem ſenſuum & paſſionem corporum inanimatorū, ſicut & Ariſt. ibidem. tex. com. 57. & 58. & 3. de anima. tex. com. 38. Idem declaratur de ſenſu communi à Themiſtio. 3. de anima. 8. cap. unde eſt obiectum in ſenſu ut forma in eſſe abſtractionis perficiens, dedicet cognitum perficit cognoſcentem, non autem eſt per informationem, & per inhærentiam. Et ideo concludit ꝙ intellectus habens lapidem in eſſe abſtractionis non demonſtratur lapideus. Et ideo illa authoritas. 12. meta. eſt contra illos, qui utuntur ea pro ſe, quæ authoritas etiam fuit adducta à Grego. de Arim. & à Ioan. Bacco. in. 2. ſen. ad probationem, ꝙ intelligentia non eſt cauſa efficiens orbis. nec ꝙ ipſæ habeat efficiens ſempiternum, quia in illis non eſt cauſa, niſi eo modo quo intelligibile eſt cauſa intelligentis, ſed intelligibile eſt cauſa formalis non efficiens. Sed equiuocatio decepit eos, quia ſecus eſt in rebus abſtractis, ſecùs in nobis, quorum intellectus eſt paſſiuus. Audiant queſo Auer. in libro deſtruc. diſpu. 3. in ſolu. 18. dubij. iuxta finem, ꝙ in hac ſpecie entium ſeparatorum forma & finis idē ſunt. Igitur illud quod finē dat, eſt forma, & illud quod dat formam, eſt agens, igitur idem primum principium quod eſt omnium iſtorum agens forma & finis, & hoc ipſi non attingunt. Vide etiā Themi. 3. de anima. ſuper trac. 6. ubi dicit animā intellectiuā & ſenſitiuam eſſe locū nō ſicut locū q ambit nos, ſed pro quanto quodāmodo anima fit illud quod ſentit & intelligit: & ſic intelligentia inferior quodāmodo fit ſuperior, & intelligit ipſam.

In intelligentijs ſeparatis impoſſibile eſt ut cauſa cōprehendat cauſatum ſuum: nam aliter non poſſet conuerti cauſa in ſuum cauſatum, & perficeretur nobilius per minus nobile, quod eſt impoſſibile. ibidem.

Intelligentia prima cum non ſit cauſata ab alia non intelligit aliud niſi eſſentiam ſuam, & non comprehendit cauſatum ſuum. Et hoc non ſolū eſt proprium primo principio, uerumetiam eſt quid commune omnibus corporibus cœleſtibus, quia non uidemus ipſa concipere res eo modo quo habent eſſe, quia ſi ita fieret nobilius perficeretur per ignobilius, & eorum conceptus eſſent generabiles & corruptibiles, quemadmodum fit in intelligibilibus humanis. Vbi pondera illud uerbum eo modo quo habent eſſe. ibidem. col. 9.

In intelligentijs ſeparatis quodcunq; indiget ad intellectionem ſuæ eſſentiæ pluribus principijs, illud eſt minoris ſimplicitatis. ibidem.

In intelligentijs ſeparatis agens & paſſiuum, ſeu cauſa & cauſatum diuerſificantur in gradu nobilitatis, & exceſſus in eadem ſpecie & non in diuerſitate ſpeciei. ibidem. col. 10. ſecus autem eſt in principijs materialibus.

Intelligentiarum omnium preter primam intellectio eſt cōparatiua. ibidem.

In intelligentijs ſeparatis ſi id quod intelligit cauſatum de his principijs, eſſet idem cum eo quod intelligit cauſa de ſe ipſa, tunc nulla eſſet diuerſitas inter cauſam & cauſatū, & nulla eſſet pluralitas in rebus ſeparatis. ibidem. Ex hoc patet contra illos qui tenent inferiorem intelligere ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris, tunc igitur nulla eſt diuerſitas inter inferiorem & ſuperiorem.

Intelligētiæ abſtractæ ꝑficiuntur ad inuicē, & in eis eſt recipiens, & receptibile. Vide in cōcordantijs nuꝑ ęditis. ibid.

In intelligentijs abſtractis eſt multitudo propter naturam poſſibilitatis intellectus inuētæ in eis, unde ſolum primū intelligens eſt liberatum ab iſta natura. ibidem.

Intelligere & cognoſcere differunt, nam intelligere eſt ſimplices terminos comprehendere, cognoſcere uerò eſt terminos cōplexos iungere aut diuidere. Themi. 1. de anima. cap. 26. et ibi uide differentiam quæ uirtus ſit ꝑſtantior, an quæ ſimplicia apprehendit, an quæ cōponit & diuidit.

Intellectus poſſibilis efficit̄ omnino mō ſimilitudinis & receptionis, 3. de anima. com. 18. idem in tex. com. 6. & 38.

Intellectus

Intellectus cuius eſt abſtrahere intell'um, neceſſe eſt ut prædicat in nobis intellectum, cuius eſt recipere intellectum, 3. de anima. cōmen. 18.

Intell's agens transfert intentiones imaginatas de ordine in ordinē, & facit de potētia intellectis actu intellecta. ibidē.

Intelligentia agens nihil intelligit ex eis quæ ſunt hîc. 3. de anima. cōmen. 19.

Intelligentia agens neceſſe eſt ut ſit abſtracta, & non mixta neq; paſſibilis ſecundum quod eſt agens omnes formas intellectas. 3. de anima cōmen. 19.

Intellectus quo cogitamus & ſapimus non eſt potentia, aut pars animæ, ut cæteræ, ſed ſubſtantia quædam intelligitur longè præclarior, melior, pulchrior, quæ tamē in naturam inferiorem ignobilioremq; ſe inſerta recepta ſit. Themiſtius. 2. de anima. & cap. 12. ſuper tex. 22. inde patet intellectum eſſe potentiam de ſecunda ſpecie qualitatis ſecundum Peripateticos.

Intellectus non intelligit aliquid eſſe indiuiſibile per aliquā rem eius, niſi perceperit ipſum habere aliquid indiuiſibile abſolutè, ſicut non intelligit differentiam unius rei ab alia, niſi poſtq; intellexerit differentiam abſolutam, ex tract. 1. in paraphraſi meta. cap. de uno.

Intelligibiles ex ſui natura ſunt res ſenſibiles in potentia, ita ꝙ poſſunt intelligi Cuius cauſam diuinam Auer. in paraphraſi meta. trac. 1. col. 7. tradit, dicens quia principia ultima rerum ſenſibilium eſt cōceptio per intellectum. In hoc enim eſt ſimilitudo inter artem & naturam, ut dicit. Et inde ſubtiliter elice cauſam, quia intelligibilitas eſt à forma, & ſenſibilitas à materia: & quia uniuerſalitas eſt à forma, & indiuidualitas à materia: & qa entia, ut entia, & ut intelligibilia pertinent ad diuinum, & ut ſenſibilia & tranſmutabilia ad naturalem. Nam primus actus qui eſt ſine potentia, & materia prima ſunt duo extrema: in latitudine entiū, forma eſt ꝑticipatio diuini eē. Et ideo ex hoc habuit ꝙ ſit intelligibilis à materia, ꝙ ſit ſenſibilis inquātum forma eſt, talis partitio habuit quod eēt ſubiectū uniuerſalitatis. primo cœli. Nam ut inclinat ad materiam habet, ꝙ eēt ſingularis: ut forma ē, habet ꝙ ſit quidditas: ut in materia, habet ꝙ ſit eſſentia: ſic materia diuerſificat eſſentiam à quidditate, ut eſt diuina participatio, pertinet ad diuinum qui eſt artifex, per primas participationes, & ſimpliciſſimas, quo ad ſecundas ad artificem particularem. Et licet iſto modo concepta forma, ut forma ſit ſubiectum ultimum, tamen ſi cōparetur hæc forma, & hæc materia ad indiuiduum compoſitum potius eſt hoc, & unum numero per hanc formam quàm per hanc materiā inſecta, ut alibi declaraui ex mente Ariſtot. & præſertim ſecundum uiam Auer. quia non inconuenit ſecundum diuerſos reſpectus, ut oppoſita uerificentur de eodem etc.

Intellectus ex hoc ꝙ comprehēdit infinita in ꝓpoſitione uniuerſali, & iudicat de eis iudicio uniuerſali, eſt non materialis omnino. & hoc eſt fortiſſimum argumentum. Et ideo Ariſto. laudat Anaxagoram ꝙ poſuerit primum motorem ſeparatum à materia, & formam ſeparatā. Et ideo non patitur ab aliquo entium, cauſa enim paſſionis eſt materia. ex phyſicis diſputationibus, in diſp. 3. in fine, idem uide. 3. de anima. in cōmen. 19. uide in. 8. phyſi. tex. com̄. 37. de Anaxagora & in. 3. de anima. tex. cōmen. 4.

Intellectus ab intelligibilibus non patit̄, ſed in ipſa intelligibilia quaſi tranſit. Them. 3. de aīa ſuper tex. 14.

Intell's intelligibile in nobis non ſunt idē omnimodè, & uide cām huius in diſputa. 6. in ſol. ſecundi dubij.

Intellectus ſi quis oīno ſine materia fuerit, tunc intelligibile idem omnimodè eſſet cum intellectu. ibidem.

Intellectus ſeparatus non dependet ab entibus in ſua intellectione: quilibet nāq; intellectus dependens à rebus intellectis, ſequitur neceſſario ordinem entis, & perficit̄ ab eo. Et ideo deficit in eo quod intelligit de eo, ſicut intellectus humanus deficit in comprehenſione rerum. ibidem.

Intellectus fit ſil's rebus quas cognoſcit, cōpoſitus ſi cōpoſitas, ſimplex ſi ſimplices. Them. 3. de anima. ſuper tex. 10.

Intellectus in intelligēdo eſſentiam aſſimilatur lineæ rectæ. ſecūdum Ariſt. ſed in intellecto indiuiduum aſſimilat̄ lineę curuæ. uide cauſam in Them. 3. de aīa. ſuper tex. 10.

Intellectus ſeparatus, quem naturæ entium ſequūtur, eſt ordo, ex quo cauſatur ordo entium, & ipſius comprehenſio non denominatur nec uniuerſalis nec particularis: uniuerſalia nāque intelligibilium entium ſequuntur entia, & ſunt eis poſteriora. ibidem.

Intellectus ille quem ſequuntur oīa, intelligit neceſſariò entia in eo quod intelligit de ſeipſo ordinem cuiuslibet entiū, non ꝙ intelligat aliquid extra ſe: tunc enim cauſaret̄ ab illo quod intelligit, & non eſſet cauſa ipſius. ibidem.

Intellectus eſt locus ſpecierum. 3. de anima. tex. cōmen. 6. & uide Themiſtium ibi.

Intellectus ſeparatus ſm̄ Peripateticos non intelligit niſi ſe ipſum, & intelligendo ſeipm̄ intelligit oīa entia, quia intellectio ſua nihil aliud eſt niſi omnium entium ordo ibi.

Intellectus noſter & intellectus Dei ſeparatus differunt, qa in noſtro comprehendens & comprehenſum differunt aliquo modo, ſed in Deo ſunt idem omnimodè: uerūtamen intellectus noſter habet ſimilitudinem quendam cum intellectu ſeparato, quia noſter intellectus ſumit illam ſimilitudinem ab intellectu ſeparato. Et declaratio huius eſt, quia intelligibilia dicti intellectus ſunt pura & nuda ab omnibus defectibus qui noſtrum intellectum conſequūtur. uerbi gratia, Intellectus eſt intelligibilis inquantum eſt intellectus. Hoc enim eſt intellectus qui eſt intelligibilis omnimode, nam quicquid habet denominationem aliquam defectibilem, neceſſario habet eam ratione cuiuſdam entis ꝑfectè rationem illam habentis. ibidem.

Intellectus diuinus comprehendit multitudinem intelligibilium alio modo quam intellectus noſter. ex diſputatio. 6. in ſolutio. 3. & ibi oſtendit pulchre quomodo Philoſophi negauerunt Deum intelligere plura, & eſt modus quem non negant noſtri Theologi.

Intelligibilia humana dupliciter numerantur, ſed intelligibilia Dei neutro illorum modorū, ſed modus ille à nobis non eſt comprehenſibilis. ibidem.

Intelligentiæ terminum habent limitatum, quem non pertranſeunt. ibidem.

Intellectus poteſtatis eſt coniunctior humanæ animæ, & addictior quàm ſit intellectus agens. Themiſt. 3. de anima cap. 23. & eſt ſuper tex. 17.

Intellectus noſtri ſcientia potentialis eſt, ſed ſcīa Dei actualis eſt & neceſſaria. ibidem.

Intellectus humanus non poteſt comprehendere in infinitū in actu, quia ſcibilia apud nos ſeparabilia ſunt, ſed ſi poneretur aliqua ſcīa in qua oīa ſcibilia uniri poſſent, finitum & infinitum in ea eſſent æqualiter. ibidem.

Incorporeum aliquod q̄d ſit recipiēs impoſſibile eſt, ſiue ꝑ ſe ſiue per accn̄s, niſi in aliquo, quia dubium eſt de intel'u in potentia. ex libro deſtru. diſputa. 7. in ſol. 3. dub. Hoc autem (ni fallor) dixit propter opinionē Themiſtij & Theophraſti, qui uoluerunt ꝙ intellectus poſſibilis agens, et ſpeculatiuus ſint unum ſubiecto, & ꝙ actio, & receptio non intelligantur niſi ſecūdum ſimilitudinem in eis: ipſe autem tenet oppoſitum, quia recipit intellectus poſſibilis ſpecies intelligibiles, ſed nullus alius intellectus recipit apud ipm̄ aliquod accidens. 12. metaphyſi. cōmen. 25.

Intellectus ſimplex & intelligibile ſunt unum & idem realiter, ſed plura reſpectiue & per accidens, uidelicet ratione ſubiecti: ubi per ſubiectum, expone obiectum. ex diſputa. 7. in ſolutione. 3. dubij.

Intellectus nomen apud Philoſophos dicitur analogicè de ſeparatis intelligētijs, ita ꝙ primus intellectus ē cauſa aliorum. ex diſputa. 7. in ſolutione ultimi dubij.

Intell's humanus an ſit ex materialibus formis, ut maximū dubium apud Ph̄os. ex diſpu. 10. in ſolu. 2. dubij.

Intelligētiæ nullo alio modo mouent corpora cœleſtia, niſi per modum imaginationis per intellectum quam ſequitur deſiderium, ſicut deſideratum mouet ipſum deſiderans: &

Ideo corpora cœleſtia habẽt intell'm de neceſſitate cũ ſint comprehenſiua,& hæc demonſtratio eſt propter quid, & quia in paraphraſi metaphyſi.trac.4.col'.6.

Intellectus diuinus & humanus tantum æquiuoce cõmunicant.ex diſpu.10.in ſolu.3.dubij.

Intellectus diuini ſcientia non diuidit uerum à falſo in oppoſitis,ſicut reperitur in humana ſcientia:uerbi gratia,quia aut homo ſcit alia aut non,& iſta duo ſunt contradictoria: unde uerificata una ipſarum neceſſario alia eſt falſa.Sed in Deo Benedicto ambo uerificantur duobus reſpectibus, uidelicet ꝙ ignorat ea mõ inferente defectum,ſicut eſt in humana ſcientia:& ſcit ea modo non inferente defectum. ex diſputa.10.in ſolutione.3.dubij.

Intellectus natura,ut dicit Ariſtoteles princeps Philoſophorum,dominatur toti.ex diſpu.11.in ſolutione primi dubij, & eſt in.3.de anima.in tex.com̃.4.& in.8.phyſi.in tex.cõ.37.ex ſententia antiqua Anaxagoræ.

Intelligentiæ motum aliquẽ non patiuntur,neq; aliquo modo innouantur.ex diſpu.12.in ſolu.3.dubij.

Intelligentiæ ſeparatæ non ſolum ſunt motor, uerum etiam agens quoquo modo corporum cœleſtium.in paraphraſi metaphyſi.trac.4.col.7.ibi:Ex dictis apparet ubi.ut notaui ſuperius.Differentia eſt inter agens & mouens,nam motor reſpicit motum tantum,agens uerò eſſentiam mobilis, ut notaui ex mente eius ſuprà in capitulo de agente.

Intelligentiæ ſunt quodãmodo formæ corporum cœleſtiũ, cuius modum uide apud Auer.ubi dicit.ꝙ ſunt formæ aliquo modo.Nam formæ corporum cœleſtium nihil aliud ſunt,ꝗ̃ id quod intelligunt ex ipſis,pro quãto uidelicet cœlum dicitur intelligens,ſic intelligentia dicitur forma cœli quodãmodo,quia non eſt alius modus uitæ niſi gradus uitæ intellectualis.Et ideo dicit quodãmodo,quia non eſt forma inhærens,ut finxerunt quidam: intellectus enim nullius corporis actus eſt.

Intelligentiæ ſeparatæ ſunt fines corporum cœleſtium, pro quanto mouentur ab eis per modum deſiderij.ibidem.

Intelligentiæ ſeparatæ ſunt iſtius eſſe ſenſibilis cauſæ,ueluti forma & agens & finis,& ibidem ponitur declaratio.

Intellectus humanus ualde deficit in ratione & cauſis naturalium rerum,& maximè in illis altioribus & ſublimibus corporibus,quorum neſcimus quantitates,et eſſe ſubſtantiarum illorum totaliter ignoramus,& dicimus ꝙ corpus ſupercœleſte non eſt,neq; graue,neq; leue. ex diſpu.14.in ſolutione ultimi dubij.

Intellectum poſſidentia hñt producere res,prout proueniũt ab imaginationibus uľibus.ex diſputatione.16.in ſolut.2. dubij.idem in libro de diuinatione ſecundum quietem.

Intellectus non alligatur alicui uirtutum animæ alligatione formæ in ſubiecto.ex diſputationibus phyſicis, diſputatione ſecunda,in ſolu.2.

Intelligentiarum ſeparatarum cauſa pluralitatis earum eſt diuerſitas earum naturarum,quas recipiũt in eo ꝙ intellligũt de primo principio,& in eo ꝙ acquirũt ab eo de unitate,ꝗ eſt una actio in ſe recipiens plura ſm earum pluralitatem. ex libro deſtru.diſpu.3.in ſolu.ultimi dubij.

Intelligentiæ ſeparatæ quę materiam non habent,& ſunt ꝑ ſe exiſtentes,& non ſunt corpora,non poſſunt habere ſubſtantiales denominationes,ex quibus conſtituitur ſubſtantia:quantò magis denominationes additæ ſupra ſubſtantiã eis conuenire non poſſunt:ex diſputati.5.in ſolutione.4.dubij.Vide tamen quomodo de ſeparatis prædicationes ſubſtantiales,uel denominatiuæ fieri poſſint, uel non poſſint. 12.metaphyſi.cõmen.39.

Intellectus nomen proprium eſt Dei ſubſtantiæ apud Peripateticos excepto Platone.ex diſputa.5.in ſolutione ultimi dubij,ubi impugnat Algazelem imponentem Peripateticis,quod nomen intellectus dictum de Deo ſignificat relationem.Facit locus iſte pro opinione ſubtilis Doctoris in prima quæſtione quolibetorum,quæſtione prima,ubi tenet ꝙ intellectualitas non habet rationem attributi eo modo quo de attributis loquuntur Theologi.Deus enim eſt uita intellectualis.ex.12.primæ philoſophiæ.tex.cõ.39.

Nota pro Io.Scoto.

Intellectus nihil aliud eſt in eſſentia ꝗ̃ forma rerum ſeparatarum à materia:& ſi hoc eſt in rebus quæ de earum naturis non ſeparantur ꝙ ſunt plura ſcientia & intellectus, ut ſunt per intellectum ſeparatæ, quantò magis illæ quæ de earum natura ſunt ſemper ſeparatæ, digniores ſunt, quòd ſint purus intellectus,& pura ſcientia:ex diſputatione.6.in ſolutione.2.dubij.

Intelligentia rerum eadem ſunt quæ rerum ueritates. ibidẽ.

Intell's nihil aliud eſt niſi compꝛ̃henſio intelligibiliũ ibidem.

Intellectus & intelligibile in nobis ſunt idem inquantum intelligibile.ibidẽ.ubi dicit ꝙ nulla eſt differentia niſi inquãtum ſunt rerum intelligibilium,ꝗ res non ſunt intell's,imo fiunt intellectus,prout intellectus ſeparat eas à materia.

In intelligentijs ſeparatis declaratum eſt,ꝙ illud quod dat ſibi finem,eſt illud quod dat eſſe: forma enim & finis idem ſunt in hoc genere entium:igitur illudmet quod dat finem, illudmet dat formam:& illud quod dat formam, eſt agẽs: igitur illud quod dat finem huic eſſe,eſt agens.Apparet igitur ꝙ primum principium eſt omnium iſtorum principiũ, ſcilicet agens & forma & finis.ex libro deſtruc. diſpu.3.in ſolu.18.dub.contra Grego.Arim.& contra Ioã.de Bacco. ne.in.2.ſen.diſ.j.q.j.aſſerentes intelligentias & uniuerſaliter ſempiternas ſubſtantias,non habere cauſam æternam in genere cauſæ efficientis.

Prima cõcluſio.

Secũda cõcluſio. Cõtra Gr. de Arimi. & Ioan.de Bacco.

Intelligẽtia prima quæ eſt primum principium,dat entibus ſenſibilibus unitatem,& eorum unitas cauſa eſt colligatiuę pluralitatis ab illa unitate,& ideo eſt principium horum entium efficiens.ſ.forma & finis.ibidem.Vbi aduerte in iſtis duabus concluſionibus Cõmenta.uelle Deum glorioſum eſſe cauſam in triplici gñe cauſæ oĩum entiũ intelligibiliũ, ut patet ex prima ſenſibilium,ut patet & ex ſecunda.

Intellectus non eſt in omnibus aĩalibus,ſicut eſt ſenſus,ſed nec in hoĩe quoq; comparet omni.Them.1.de aĩa.cap.11. Vbi aduerte,ut dicit etiam Cõmenta.3.de aĩa.cõmen.1.ꝙ intellectus ſpeculatiuus non ẽ in oĩbus.idẽ imponit Greg. Naciancenus Ariſt.in libro de homine.etc.

Intelligere ſubſtantias ſeparatas in pricipio per intellectum humanum,eſt ſimile cæcitati in oculo:hoc enim non reperitur in hac uirtute in ſuo primo eſſe,ſed ſolummodo in ſuo eſſe ultimo.9.metaphyſic.cõmen.22.Et ita dicitur iacere, ſicut caſtigaui,quia uerba illa cõmuniter male iacent.conſimile.3.de anima.cõmen.36.

In ſeparatis ſubſtantijs differentia quæ eſt inter cauſam & cauſatum,eſt ꝙ prima cauſa habet eſſe ĩpſe, & ſecunda cauſa habet eſſe reſpectiue.ſ.reſpectu primæ cauſæ.ex diſpu. 3.in ſolu.20.dubij.

In ſubſtantijs ſeparatis cauſatis à prima cauſa,eſſe cauſatum eſt in ſua ſubſtantia ſubiecta,& non eſt qd additum ſuper eam,ſicut eſt in materialibus cauſis,uerbi gratia,color eſt quid additum per ſe exiſtens in corpore,& eſſe ipſius ad uiſum eſt quid relatum.Et ideo entia ſeparata ſunt ſubſtãtiæ relationis materiæ,ſed formæ ſenſibiles ſunt de natura relationis,ut declaratum eſt in libro de aĩa. ex libro deſtructionum diſputa.3.in ſolu.20.dubij.

Intellectio ſubſtantiarum fit ꝑ potẽtiam,quæ fit in ĩtellectu ſpeculatiuo apud ſuam ultimam perfectionem ſimilem potentiæ,quæ fit apud uiſum in aſpectu colorum,non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarum,quæ acquiruntur per cognitionem,ut exiſtimauit Auempace.9.met. cõmen.22.&.3.de anima.cõmẽ.36.ubi patet fœlicitatem humani intellectus ꝯſiſtere ſm Peripateticos in ꝑ̃ſenti uita,in cognitione intuitiua ſubſtantiarũ ſeparatarum, & nõ in cognitione ſcientifica,quę habetur per demonſtrationẽ: licet hoc non ſit conſonum fidei noſtræ.

Intellectus noſter licet non ſit infixus materiæ, habet tamẽ aliquam dependentiam cum materia:& ideo ſi in eo ĩtellectus & intellectum ſunt idem, ex eo quod non eſt infixus materiæ,multò magis hoc uerum eſt in alijs ſeparatis intelligentijs,quæ nullam habent dependentiam à materia.ex trac.4.in paraphraſi metaphyſi.col.9.



Intellectus adeptus ſecundum Alexan.ſolus remanet, & nõ eſt pars animæ noſtræ,neq; eſt forma materialis,ut declaratum eſt in libro de anima. Cõmenta.12.meta.cõmen. 17.& idem habetur in.3.de anima.cõmen.5.in prima parte digreſſionis,ſed alia eſt opinio Theophraſti,Themiſtij, & aliorum Peripateticorum.

Intelligentia agens eſt quaſi forma in ĩtellectu materiali, & ipſa agit intellecta,& recipit ea ſecũdum intellectum materialem.12.metaphyſi. cõmen.17.idem.3.de anima. cõ. 4.18.&.19.&.cõmen.5.&.20.&.36.

Intellectus in habitu habet ꝑtẽ gñabilem et corruptibilem, & illud quod corrumpitur,eſt actio eius , in ſe autem non corrumpitur,& ex extrinſeco intrat nos.12.metaphyſi.cõ. 17.&.3.de anima. cõmen.5.in ſolu.2.quæſtionis, & in cõmen.20.idem habetur.

Intellectus de intelligentia agente & eius loco,& proſperitate eius ex ipſa,quæ eſt potentia,eſt quaſi locus iſtius intellectus non quaſi materia.12.primæ philoſophiæ.com̃.17. Ex quo patet intellectum poſſibilem reſpectu agentis rectius dici locum ꝗ̃ materiam.

Intellectus aliquis æternus poſſibile eſt ut intelligat aliq̃d generabile & corruptibile.12.meta.com̃.17.

Intelligentiæ non mouent ut formæ exeant ex potentia in actum,ita ꝙ hoc ſit prima perfectio ipſarum,ſed eſt conſequens earum perfectionum.12.primæ philoſophię.cõ.36. conſimile.2.cœli.17.&.21.cõmentis.

Intellectus ab intelligibili mouetur.12.meta.tex.cõ.37.

Intellecta formarum collocantur in intellectis per ſe,ſed intellecta materierum collocantur in intellectis per aſſimilationem.12.meta. cõmen.37.authoritate Alexan.idem.7. metaphyſi.cõmen.8.in calce cõmen.

Intelligentiæ abſtractæ in eo ꝙ ſunt abſtractæ,dicunẽ eſſe principia eorum quorum ſunt principia duobus modis,uidelicet ſecundum ꝙ ſunt mouentes,& ſm ꝙ ſunt finis motus.12.meta.cõ.38.&.36.&.44.idẽ primo cap.de ſubſtãtia orbis,contra Auicennam,& etiam in ſecundo.

Cõtra ponẽtes ĩtelligẽtiã agẽtẽ eſſe Deũ.

Intelligentia agens inquãtum eſt abſtracta & eſt principiũ in nobis,neceſſe eſt ut moueat nos ſecundum quod amatũ & amans:& ſi omnis motus neceſſe eſt ut cõtinuetur cum eo à quo fit ſecundũ finem,neceſſe eſt ut continuetur in poſtremo,cum hoc intellectu abſtracto,ita ꝙ erimus dependentes à tali principio à quo cœlum dependet,quãuis hoc ſit in nobis paruo tempore,ſicut dixit Ariſto.12.metaphy. cõmen.38.Ex quo uidetur de mente Auer.intellectum agẽtem eſſe Deum ut aliqui ſibi ex hoc loco imponũt:ſed hoc non eſt de intentione eius,ut notaui ſuper expoſitione.17. cõmẽ.ſuper.12.huius,& ibi uide quomodo hic locus ſit intelligendus,Quãtum autem ſpectat ad præſentem locum, patet error iſtius opinionis ex tex.cõmen.39.ubi Ariſt.& Cõmenta.continuando ſermonem ſuum de tali principio ponit differentiam inter talem intellectum à quo cœlum dependet,& inter intellectũ qui eſt in nobis: quia ille ſemper eſt actus,noſter autem quandoq; eſt potẽtia, quãdoq; actus,quod non eſſet ſi idem eſſet intellectus agẽs qui eſt in nobis cum quo continuatur ĩmediate & ipſe Deus.

Intellectum cùm intelligitur fit idẽ cum eo.12.meta.cõ.39.

Intellectus uoluptas qui quãdoq; eſt in potẽtia,& quãdoq; in actu,differt à uoluptate intellectus qui ſemꝑ eſt in actu, & eſt ille qui ĩ nulla exiſtit materia, quia uoluptas eius eſt ſempiterna.12.meta.tex.cõmen.39.

Intellectus,& intellectum,& intelligẽs reducuntur in unũ, & non differunt niſi reſpectu diſpoſitionum. Intell's enim inquantum intelligit intelligibile dicitur intelligens,& in quantum intelligit per ſe dicitur ꝙ ĩtellectus per ſe,eſt ipſe intellectus,è contrario illi quod intelligit per aliud, & in quantum quidem intellectus eſt illud quod intelligitur, dicitur quod intellectus eſt res intellecta.12.primæ philoſophiæ.cõmen.39.

Intelligere ꝙ eſt in nobis eſt ualde delectabile ,& nobilius oĩbus rebus quæ ſunt in nobis.12.meta.tex.cõ.39.

Intellectus natus eſt diuidere ea ꝗ ſunt adunata in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma,& formam à congregato ex materia & forma.12.meta.cõmen.39.

Intellectus in propoſitionibus quas format de rebus abſtractis,non intelligit differentiam ex natura rei inter ſubiectũ & prædicatum,nec intelligit ꝙ ſint nomina ſynonyma,ſed intelligit eſſe differentiam inter ſubiectum & prædicatum in talibus ſecundum aſſimilationem tantum,ita ꝙ diſpoſitio & diſpoſitum reducuntur ad unam intentionem omnibus modis,abſq; aliqua diſtinctione in rei eſſentia; ſed in propoſitionibus ſubſtantialibus formatis ab intellectu de rebus compoſitis ex materia & forma,licet ſubiectum & ꝑ̃dicatum reducantur ad unam intentionem in actu, ſunt tamen duo in potentia,quãdo intellectus diuidit ſubiectum à prædicato,quia intellectus natus eſt diuidere adunata in eſſe.12.metaphyſi.cõmen.39.

Intelligentiarũ ordinatio à prima cã eſt præciſa,ſed ordinatio ipſarum adinuicem non eſt ꝑ̃ciſa.12.meta.cõ.44.

Intelligentiæ ſeparatæ ꝑ̃cedunt ſeinuicem in nobilitate, & prima ꝗ mouit motu diurno nõ ꝑ̃cedit oẽs in nobilitate,& eſt omnium cauſa.in paraphraſi meta.trac.4.col'.7.

Intelligentiarum ordinatio ſm Ariſt.eſt ſecũdum ordinem orbium motorum ab eis.12.meta.com̃.44.

Intelligentiæ ſecundum Auicen.habent adinuicem conſecutionem,ita ꝙ una conſequitur aliam,ſicut cauſatum conſequitur ſuam cauſam:ab uno enim & ſimplici nõ prouenit niſi unum.Et iſte ſermo eſt imaginabilis,quia illic non eſt prouentus nec conſecutio nec actio,ita ꝙ una actio conſequitur unum agens:tantum enim eſt illic cauſa & cauſatũ, ſicut intellectum eſt cauſa intelligentis.12.meta.cõ.44.

Intelligentiarum perfectio conſiſtit in intelligendo cauſam primam & propriam.12.meta.cõmen.44.

Intelligentiæ omnes intendunt motum diurnum qui eſt primi motoris actio.12.primæ pꝭiæ.cõmen.44.

Intelligentia prima mouens primum cœlum, eſt quaſi finis cõmunis & uniuerſalis habens actionem cõmunem:diſpoſitio enim in iuuamento corporum cœleſtium in creando entia quæ ſunt hîc,& cõſeruando ea,eſt ſicut diſpoſitio regentium bonorum qui iuuant ſe adinuicem in regendo bonam ciuitatem.12.meta.cõmen.44.

Intelligentiæ mouentes orbes propter iſta aſſimilantur artibus ſibi ſubſeruientibus,quæ tandem ordinantur ad unam artem principalem à qua accipiunt ſua principia:ſed differunt,quia formæ artis mouentes ſunt in materia,intelligẽtiæ autem non.12.meta.cõmen.44.

In intelligentijs non eſt potentia,quare neq; agens:ab agente enim nihil prouenit niſi extractio eius quod eſt in potentia ad actu.12.metaphyſi.cõmen.44.

Intelligentiarum differentia in dignitate & nobilitate eſt rerum in eadem ſpecie exiſtentium,& propterea una eſt cauſa alterius.in paraphraſi meta.trac.4.col.7.

In intelligentijs tantum eſt intellectus & intellectum,& ꝑficiens & perfectum,quemadmodum artes perficiuntur ad inuicem in hoc,ꝙ accipiunt principia abinuicem & reducũtur oẽs ad artem uniuerſalem continentem illas à qua omnes ſua principia ſumunt.12.meta.cõmen.44.

Intelligentiæ primæ ſcientia comparat primæ pꝭiæ,& ſciæ aliarum intelligentiarum ſunt ſimiles alijs ſcientijs ꝓprijs particularibus,quæ ſunt ſub prima philoſophia, ſicut dicit Nicolaus Peripateticus.12.meta.cõmen.44.

Intellectus primus ſeipſum intelligit: etenim non uidere quædam melius eſt quàm uidere,ſi optimum ſit intelligentia.12.metaphyſi.tex.cõmen.51.

Indiuiſibile omne eſt quod materiam non habet.12.meta. tex.cõmen.51.

Intellectũ eſt perfectio intelligentis.12.meta.cõ.51.

Intellectus in nobis non intelligit ſe niſi accidentaliter.12. meta.cõ.51.& habetur ex.3.de anima.tex.cõ.8.

Intelligentia ſemper uidetur alterius ſcientia et ſenſus & opinio & meditatio,ſui uerò non ex ꝓpoſito.12.meta. tex.cõ. 51.ubi Cõmenta. dicit.ꝙ accidit in nobis intellecto ꝙ ſit forma intellectus,& ſenſato quod fuerit ſentire ſenſus:&

cauſa in hoc eſt, quia intellectus in nobis non eſt intellectum omnibus modis, & magis remotum eſt, hoc, quod ſenſatum ſit ipſe ſenſus.

Intellectus & intellectum habent plus de unione in alijs intelligentijs ꝗ̃ in intellectu noſtro: nam licet intellectus noſter ſit ipſummet intellectum, aliquam tamẽ habet tranſmutationem ex hoc ꝙ attribuitur materiæ. in paraphraſi. tracta. 4. col. 9.

Intelligere intellectus & itelligibile idem ſunt in abſtractis à materia, ſecùs in nobis. 12. meta. tex. cõ. 51.

Intellectorum, multitudinis in nobis cauſa eſt alietas in itellectum & rem intellectam. 12. meta. com̃. 51.

Intellectus primus ſemper neceſſe eſt, ut ſit ſimplex & unũ ſimpliciter. 12. primæ phiæ. cõ. 51. Intellige ꝙ in qualibet compoſitione eſt deuenire ad unum ſimplex & indiuiſibile in illo genere, ut colligitur ex uerbis eius.

Intellectus primi intelligẽtis eſt ſimplicior oĩbus intellectibus, & eſt unus ſimpl'r ſine aliqua multitudine, neq; ꝓpter alietatem intellectus & intellecti, neq; ꝓpter multitudinẽ intellectorum. 12. primæ philoſophiæ. com̃. 51.

Intellectus & intellectum cum fuerint adunata perfecta adunatione, contingit ut intellecta multa plura ꝗ̃ ſunt intell's unius, adunenẽ perfecta adunatione, & terminẽ unum & ſimplex omnibus modis. 12. primæ phiæ. cõmen. 51.

Intellectus diuinus ſecundum Themiſt. intelligit omnia ex hoc ꝙ intelligit ſe principium eorum. 12. meta. cõmen. 51. Et ibi uide impugnationem eius.

Intellectus Dei ſcit naturam entis ſimpliciter ĩ eo ꝙ eſt ens tantum. 12. metaphyſi. cõmen. 51. & in lib. deſtruc. in diſp. 10. in ſolu. tertij dubij.

Intellectus Dei ſecundum ueritatem ſcit omnia, quia ſcit ſe tantum ſcia in eſſe, quod eſt cauſa eorum eſſe. ibidem.

Intellectus diuini ſcĩa æquiuocè dicitur ſcĩa cum ſcĩa nr̃a: ſcĩa enim eius eſt cauſa entis, & ſcĩa noſtra eſt cauſata ab ente. ibidem. & in diſpu. 10. in ſolu. tertij dubij.

Intellectus diuini ſcientia non eſt uniuerſalis neq; particularis. ibidem.

Intell's diuinus non diſponitur per ſcĩam, quæ eſt in nobis, neq; per ignorantiam ei oppoſitam. 12. meta. cõ. 51.

Intellectus Dei ſcit ſe tãtum, & nihil aliud extrinſecum. 12. metaphyſi. cõmen. 51.

Intelligibilia uera exigũt ſine duo ens reale extra animam: ueritas enim eſt adæquare rem ad intellectum, ſcilicet ut ſit ita in anima, ſicut eſt extra animam. ex libro deſtruct. diſputa. 1. in ſolu. 22. dubij.

Intellectus alio genere unus eſt alio cõmunis. Themiſt. 1. de anima. cap. 20.

Intelligibilia una ſunt, propterea ꝙ conſequunẽ ſe, ut numeri, non ut magnitudo: quũ enim hoc poſt hoc intelligo, tũc diſtincti & diſcreti ſunt actus, nec attinẽtur, ſed deinceps & conſequentes ſunt. Them. ibidem.

Intelligẽtiarum & orbium productio à prima ſm Alphara. Auic. & Algazelem qualis ſit, uide in diſpu. 3. in dubio. 13. & in ſolutione eius. uide & quæ ſit opinio Peripateticorũ. Vide etiam ibidem in ſolutio. 18. prope finem, ubi dicit: Id quod narrauit Algaçel nomine Philoſophorum in intelligentiarum ordine & modo ipſarum influentiæ, & in earũ numero non eſt demonſtratum, neq; determinatum à Philoſophis: & ideo de hoc nihil in libris antiquorum reperiẽ. Et ibidem in ſolu. 20. dubij dicit hoc: Quod dicit Algazel nomine Philoſophorum, in entium proceſſu tantum apud Auic. reperitur, & nonnullis ſequacibus eius. & ibidem in ſolutione. 24. dicit ꝙ Alpharabius & Auicẽ. fuerunt primi, qui has ambages poſuerunt.

In intelligentijs cauſa eſt ſimplicior cauſato, & in prima intelligentia cum ſit ſimpliciſſima, non eſt cauſa neq; cauſatum, ſed omnimoda ſimplicitas & unitas: ſed in poſterioribus intelligentijs bene poteſt pluralitas intelligi, & ſecundus intellectus uel ſecundum cauſatum eſt. Simplicius. 3. & ſic deinceps diſp. 3. in ſolutione. 14. dubij. uide etiam ꝓ hoc. 3. de anima. cõ. 5. in ſolu. 3. q. & in com̃. 14.

Intelligentia ſecunda ex hoc quod intelligit ſeipſam, & ſuũ principium, ſi ex hoc quod ſeipſam intelligit ab ea procedit quædam res, & ex eo quod intelligit ſuum principium procedit alia res, quæ habẽt duas formas, ſequereẽ ꝙ eſſet compoſita, contra Algazelem, & Auic. ibidem.

Intelligere quo ſecunda intelligẽtia intelligit primam, eſt idẽ cum ſeipſa, ex diſputa. 3. in ſolu. 15. dubij. Inde patet ſecundum Auer. ꝙ intelligẽtia ſecunda intelligit primam per ſuã propriam eſſentiam contra modernos.

Intellectio ſecundæ intelligẽtiæ eſt de relationis natura, ſed in hoc deficit à gradu primi principij: primum enim eſt de natura entis de ſe eſſe habentis. ibidem.

Intellectio, & iudicium, & comprehenſio non ſunt motus. Themiſtius contra Theophraſtum. 1. de anima. cap. 17. cõcordat Auerroes. 8. phyſi. com̃. 10. ubi tales comprehẽſiones dicit eẽ motus æquiuocè dictos. Vide etiam Themiſt. 1. de anima. cap. 25. ſuper tex. com̃. 62. & 63. ubi dicit ꝙ iudicium non eſt motus, ſed quies & tranquilitas potius. & in eodem cap. ſuper tex. 64. inquit: Iudicare, ſentire, comprehẽdere, nullo pacto ſunt motus, aut ſi ſunt, non ſunt eodem iure cum cæteris, ſed functiones & actus animæ appellantur, & hoc probat authoritate Ariſto. 2. de anima. tex. com̃. 57. & 58. & 3. de anima. tex. com̃. 28.

Intelligentiæ non differunt ex ſimplicitate & pluralitate ad inuicem, ſed ex cauſa & cauſato. diſpu. 3. in ſolutio. 16. dubij. uide in concordantijs nuper æditis:

Intellectus primus, ut ẽ ueritas conceſſa apud Phloſophos, non intelligit niſi ſeipſum, non aliud relatiuum. ſ. ipſum eſſe principium. ibidẽ. & 12. meta. com̃. 51. contra Themiſtiũ, qui aſſeruit Deum intelligere omnia relatiue, inquãtum ſe intelligit, & inquantum eſt cauſa omnium.

Intell's primus ſolus habet ueram & ſummam ſimplicitatẽ inter intelligẽs & intellectum, aliæ aũt intelligẽtiæ differũt in hac proprietate ſecundum magis & minus. ibidem.

Intellectus ꝑſcrutatorem oportet præſcire quid ſit anima, & antè præſcire quid ſit animatum. ex libro deſtru. diſp. 3. in ſolu. 16. dubij. Vide conſimile in principio lib. meteoro. ubi ponit ordinem librorum ſcientiæ naturalis.

Intellectus indiuidua comprehendit, quia ipſe indiuiduus ẽ: diuidua uerò, quia ui ſua contrahit & ſequẽſtrat, ita ut tanq̃ indiuidua poſſint intelligi: nam cum hoc uerbo quid ſit rẽ eſſe ſignifico. i. rationem & formam ipſe cõmunit, ipſe diuiduam & ſimplicem facit, & primæ finitiones ipſæ ſunt formæ, quas ille in materia poſitas à materia primum exoluit, demum intelligit. Themiſtius. 1. de anima. cap. 19.

Intellectus licet imobilis ſit, afferre tamẽ poſſumus quemadmodum res quæ in motu ſunt intelligit. Nec enim intelligit quatenus mouentur, ſed quatenus eãdem formam & ſpẽm obtinent: nec ſecundum numerum, ſed ſecundum formam intelligit, etiam ſi res innexam materiam habeant. Et motum etiam itelligit eodem modo quo cætera, quia. ſ. formam ipſam, & rõnẽ motus intelligit, ut cũ motum talẽ aut talem actũ eẽ declarat. Themiſtius. 1. de anima. cap. 21.

Intellectus nihil aliud eſt niſi comprehenſio entium formarum, prout immateriales ſunt. ex libro deſtructio. diſpu. 3. in ſolutione. 18. dubij.

Intellectus humanus, & alij intellectus cõmunicant in hoc ꝙ intelligunt entium formas, & ꝙ forma cuiuslibet eſt id quod comprehẽdunt de formis entium, & eorum ordine: ſed differunt quia entium formæ cauſæ ſunt humani intellectus, ab eis enim ꝑficitur ſicut quælibet res ꝑficitur à ſua forma, ſed inlellectio aliarum intelligẽtiarum eſt cauſa entium. ex libro deſtru. diſpu. 3. in ſolutione. 18.

Intellectum eſt ꝑfectio intell's ſicut forma. ibidem.

Intelligẽtiæ ſeparatæ ad unum principium ſeparatum reducuntur, quod eſt principium omnium cauſarum, & forma & ordo quæ in hoc principio ſunt nobilior eſt formarũ, & ordinum, & hic ordo eſt cauſa & principium omnium ordinum. ex libro deſtruct. diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij. in colũna. 4.

Intellectus primus non intelligit niſi ſeipſum, & intelligendo ſeipſum omnia entia intelligit, ſed in nobiliori eſſe, & ordine qui eſſe poteſt. ibidem. in col. 5.

Intellectus qui eſt poſterior primo intellectu, ita ſe habet ꝙ ſubſtantia eius eſt hoc ꝙ comprehẽdit de formis, & ordinibus in primo intellectu exiſtentibus, & non intelligit poſteriora, eo quia cauſatus eſt: & ſi intelligeret poſteriora, iterum eſſet cauſatus à cauſa. ibidem.

Intellectus primus id quod intelligit de ſeipſo, ut dicunt Philoſophi, eſt oĩum entium cauſa, & id quod itelligit q̃libet poſteriorum de primo eſt quodãmõ, quod eſt cauſa ꝓpriorũ entium, & quod eſt cauſa ſuĩpſius. ibidem. in col'. 5.

Intellectus diuinus ſeipſum cognoſcendo nihil dicitur ignorare, & licet non intelligat entia ſicut nos, quorũ ſcĩa cauſatẽ ab entibus: intellectus tamen Dei intelligit omnia in nobiliori ordine, qui eſſe poteſt. ex eodem loco in col. 8.

Intellectus Dei ſcientia non eſt uniuerſalis neq; particularis quia ambæ iſtæ ſunt cauſatæ ab entibus, & ſunt generabiles & corruptibiles. ibidem.

Intellectus Dei ſi intellgeret entia prout ſunt cauſæ ſuæ ſcientiæ, eſſet generabilis & corruptibilis, & nobilius perficeretur à uiliori. ibidem.

Intellectus diuini ſcientia eſt omnia entia, ſed in nobiliori eſſe ꝗ̃ ſint in ſeipſis. ibidem.

Intelligentiarum prouentus poſitus ab Auic. propter hoc ꝙ ab uno non prouenit niſi unum, nullus eſt: non enim ſequitur ex extenſione unius uirtutis in pluribus rebus ꝙ ſit in ipſa uirtute pluralitas. ex diſputa. 3. in ſolutione. 18. prope finem. ubi etiam adducit rationem ex imaginatione ſeu intellectione omnium intelligentiarum, quæ ſunt de eadem prima intelligentia. Nã, ut inquit, non eſt impoſſibile ꝙ ab eadẽ re ſumanẽ diuerſæ imaginationes, ſicut non ẽ impoſ'e ꝙ ex diuerſis rebus ſumatur una imaginatio. Nos enim in diurno motu opinamur ꝙ omnia corpora cœleſtia unã rem imaginantur: quapropter omnia in tali motu diurno ab uno motore mouentur. ſ. à motore ſtellarum fixarum. conſimile uide contra Auic. 12. meta. com̃. 44.

Intellectus nomen dictum de intellectu humano, & ſeparatis intelligentijs rationabilius eſt, ut ingredi debeat tam uocabula æquiuoca quàm uniuoca. ex libro deſtruc. diſpu. 5. in ſolutione. 3. dubij.

Intelligibilia ſecundum opinionem Ariſt. ſunt noua, & ſecũdum opinionem dicentiũ formas eſſe ſunt æterna. 7. meta. com̃. 58. idem. 1. meta. com̃. 49. & 7. phy. com̃. 20. & in. 1. poſteriorum analyticorum in paraphraſi com̃. 2. et in. 3. de anima. com̃. 20. ¶ Ex quo patet quantum errauerint qui tenent Auerroem tenere Ariſto. non diſcrepare à Platone in hoc, ꝙ noſtrum ſcire ſit reminiſci. nam authoritates adductæ in dictis locis non recipiunt gloſam ſicut uides.

Intelligere quod eſt in potentia, non uenit ad actum niſi per aliud intelligere in actu. 9. meta. tex. com̃. 20.

Intelligẽtiæ ſeparatæ impoſſibile eſt, ut dent aliquã formã formarum mixtarum cum materia. 7. meta. cõ. 31.

Intellectus in mathematicis comprehẽdit facile diuiſionem formarum à materijs, quia illæ inueniuntur in diuerſis materijs: in naturalibus uerò difficile eſt, q̃a non poteſt abſtrahere eas in imaginatione à materia.

Intellectus non differt à ſenſu ſm Empedoclem, Parmenidem, et Homerum, & mutatur ſm complexionis mutationem. 4. meta. tex. cõ. 21. & 2. de anima. tex. cõ. 150.

Intellectus nullus intelligit ꝙ cõtraria ſunt ſimul, aut quòd ſunt idem. 4. meta. com̃. 21. & tex. com̃. 9.

Intellecta rerum ſecundum Ariſt. notificant ſubſtantias rerũ & non ſunt ſubſtantiæ earum. 1. meta. com̃. 45.

Intellectus motus non eſt motus. ibidem.

Intellectus animæ noſtræ ſic ſe habet ad ea quę manifeſtiſſima ſunt in natura, ſicut oculi nocticoracum ſe habent ad lucem diei. 2. meta. tex. com̃ primi. ubi conſidera ꝙ ſecundum Auer. exemplum illud non dicit impoſſibilitatem, ſed difficultatem. Et licet beatus Thomas & Scotus cum ſequacibus, ſtudeant iſtam Auer. impugnare ſnĩam, aduertant tamen iſtam fuiſſe Ariſto. opinionem: nam in. 9. primæ philoſophiæ Ariſt. loquens de intellectione talium rerum ſimplicium & abſtractarum, inquit: Ignorãtia talium non eſt ſicut cæcitas: cæcitas enim eſt, ut utiq; ſi intellectiuum non habeat aliquis. quem locum exponens diuus Thomas, ab ipſa tandem ueritate coactus, dicit: Ex quo patet ꝙ ſecũdũ ſententiam Ariſto. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices, quod uidetur ſub dubio reliq̃ſſe in. 2. de anima. ad hoc quod fuit ſnĩa Theophraſti, Alexan. & Them. & omnium antiquorum Peripateticorum, ut patet in. 3. de anima. com̃. 36.

Intellectus diſpoſitio de re itelligibili, eſt ſicut diſpoſitio ſenſus de ſenſibili. 2. meta. cõ. 1. idem. 3. de anima. tex. com̃. 2.

Intelligere non ſolùm eſt ſubſtantiarum, ſed accidentium. primo meta. tex. com̃. 29.

Intellectus practicus differt à ſpeculatiuo fine. 3. de anima. tex. cõmen. 49.

Intellectus ſpeculatiui finis eſt ſcire tantum, operatiui uerò operari. 3. de anima. com̃. 49. idem. 2. meta. tex. cõmẽ. 3. & 3. de anima. tex. com̃. 34.

Intellectus eſt mouens ſecundum ꝙ eſt deſiderãs, non ſecũdum ꝙ eſt cõꝑhendens. 3. de aĩa. cõ 49. & cõ. 29.

Intellectus oĩs principiorum rectus eſt. 3. de aĩa. tex. c. 51.

Intellectus in actu eſt, cuius eſſe declaratum eſt in libro de aĩa, qui dat principia uniuerſalia in rebus ſpeculatiuis, & q̃ dat uera ſomnia. Cõmen. in libro de ſomno & uigilia.

Intelligẽtiæ abſtractæ intelligunt naturas u'les, ut eſt declaratum in prima philoſophia. ex libro de ſomno & uig.

Intelligentiæ abſtractæ ſi intelligerent indiuiduum, neceſſario eſſent materiales. Cõmen. ibidem.

Intelligentia abſtracta non eſt inopinabile, ut det naturam uniuerſalẽ indiuidui facti aĩæ imaginatiuæ, & anima imaginatiua recipit ipſum particulariter ſecũdum ꝙ eſt in materia, quemadmodum dat perfectiones animales uniuerſales, & materia recipit eas particulares. ibidem.

Intellectus & intellectum ſunt idem in corporibus cœleſtibus. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Intelligẽtiæ credere inconueniẽs eſt: ubi aduerte ꝙ intelligẽtia ſumitur pro imaginatione. 3. phyſi. tex. cũ. 75.

Intellectus tria habet quæ poſſunt quæri de ipſo, quorũ unũ eſt utrum in ſubſtantia intellectus ſit tranſmutatio aut alteratio: ſecundum utrum ſuum eſſe in ſe ſequatur alterationem, & tranſmutationem eſſentialiter, ita ꝙ ſit facta in rei ueritate: tertium eſt utrum ſuum eſſe ſequatur alterationem per accidens. 7. phyſi. com̃. 20.

Intellectus qui eſt poſtrema ꝑfectio hominis, non eſt admixtus cum materia. 2. meta. cõmẽ. ultimo. idem. 3. de anima. tex. cõmen. 4. & in com̃. 5. diffuſè.

Intelligibile eſt per formam, & ſenſibile per materiam. primo cœli. cõmen. 92.

Intelligentia quæ eſt uirtus in natura cœleſti, quodãmodo aſſimilatur formæ naturali, & quodãmodo aſſimilatur formæ abſtractæ. 2. cœli. com̃. 3.

Intellectus humanus non poteſt comprehendere ueritatem comparationis inter partes cœli quæ ſit nobilior, an illa q̃ eſt ſub polo meridionali, an ſub polo ſepentrionali. 2. cœli com̃. 16. uide in concordantijs.

Intellectus abſtractus acquirit perfectam nobilitatem ſine actione, quia actio eius eſt ſubſtantia. 2. cœli. com̃. 62.

Intell's ex ꝓfundarum rerum ſcrutinio exercetur, & in actũ deduciẽ, & ſummum inde ꝑfectionis gradum ꝑtingere poteſt. Auer. in paraphraſi. 2. de cœlo, ſumma. 3. q̃ſito. 5.

Intellectio non fit in tꝑe, licet tẽpore exiſtẽte intelligamus, & contẽplemur. 7 phyſi. 20. & Themiſtius ibi apertè.

Intellectus eſt qui facit uniuerſalitatem in rebus. primo de anima. com̃. 8. idem. 2. de anima. tex. com̃. 60. & 3. de anima. com̃. 18. & 11. meta. com̃. 4.

In intellectu materiali iſta eſt ſententia Ariſt. ſ. ꝙ eſt abſtractus à corpore, & ꝙ impoſſibile eſt, ut intelligat aliquid ſine imaginatione. 1. de anima. com̃. 12.

Intellectus ſecundum prudentiam dictus, non eodem modo exiſtit in omnibus animalibus, ſed neque in omnibus

hominibus.1.de anima.tex.cōm.24.

Intellectus actio aut eſt diffinitio aut demōſtratio.1.de aĩa.tex.cōm.48.conſimile.3.de aĩa.21.22.&.36.

Intellectio quælibet ſeu practica ſeu ſpeculatiua eſt terminata.1.de anima.tex.cōmen.48.

Intelligere melius attribuitur quieti ꝙ̃ motui. primo de anima.tex.cōmen.48.

Intellectui melius eſt non cum corpore eſſe, quemadmodū conſuetum eſt dici,& multis uidetur.1.de anima.tex.cōm.49.ubi Cōmenta.dicit ꝙ natura intellectus uidetur ualde oppoſita eſſe naturæ corporis.

Intellectus materialis comprehēdit intētiones omnium entium.1.de anima.cō.65.idem.3.de anima.tex.cō.4.

Intelligere & conſiderare marceſcunt quoddã interius corrupto, ipſum aūt impoſſe eſt.1.de anima.tex.cō.66.

Intelligere & amare aut odiſſe non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illum ſecūdum quod illum habet.primo de anima.tex.cōmen.66.

Intell's fortasſis eſt diuinum aliquod & impoſſe.ibidem.

Intellectus eſt aliud genus animæ, & ſi dicat anima erit ſecundum æquiuocationem.2.de anima. cōmen.21.& tex.idem.3.de anima.cōmen.3.

Intellectus ſpeculatiuus exiſtimatur ꝙ non eſt aĩa neq; pars animæ: opinandum enim eſt pp nobilitatem eius & diuerſitatem ad alias partes, ꝙ eſt de natura ſuperiori naturę aĩę.2.de anima.cōm.32.idem ibidem.tex.cōm.21.

Intelligimus dum uolumus, ſed nō ſentimus dum uolumus.2.de anima.tex.cōm.60.

Intellectus eſt cōis oĩbus, cognitio aūt non.3.de aĩa cōmen.primo.ubi per intellectum intelligit cognitionem operatiuam, per cognitionem uerò ſpeculatiuam.

Intellectus cùm omnia intelligat, neceſſario eſt immixtus.3.de anima.tex.cōmen.4.

Intellectiua uirtus, ut intellecta mouent eam eſſe paſſiua, ut uerò mouentur ab ea eſt actiua: & ideo dicit Ariſto. ꝙ neceſſe eſt ponere in anima rationali has duas differentias.ſ. uirtutem actionis, & uirtutē paſſionis: & dicit apertè quòd utraq; pars eius eſt neq; generabilis neq; corruptibilis.3.de anima.cōm.4.Ex quo patet quantum deuiauerint moderni Bononienſes, & ille Sueſſanus à uia Auer. aſſerentes ipſum non diſcrepare ab Alexan. de intellectu agente. Dicunt enim ꝙ intellectus agens ex ſententia Auer. eſt Deus & tamen in præſenti authoritate citant ſententiam Ariſto. has duas uirtutes eſſe in anima rationali, & ꝙ ſunt eius differentię, & partes. Nam hoc eſt maximum Themiſtij argumentum contra Alexan. in.3.de anima.cap.31.ex demonſtratione Ariſto.in.3.de anima.tex. cōmen.17.ubi demōſtrat ꝙ cùm in omni natura ſit unum tanquã materia, qđ eſt omnia fieri: aliud uerò quod ſit omnia facere, concludit in anima has duas naturas et drias eē oportere.¶ Amplius Cōmenta.3.de anima.cōm.19.exp̄ſſe dicit, ꝙ qui concedit demonſtrationem de intellectu agente, per quam oſtēditur ipſum eſſe immixtum & ſeparatū, de neceſſitate oportet concedere conſimilem demonſtrationem de intellectu materiali. Nam quemadmodum intellectus agens ex hoc ꝙ creat omnes formas materiales abſtrahendo eas à materia, & transferendo eas de ordine in ordinem, oportet ꝙ non ſit corpus, neq; uirtus in corpore, nec uniuerſaliter aliqua forma materialis eodem modo intellectus materialis cum recipiat omnes formas materiales debet eſſe denudatus ab omni materialitate, ita ꝙ erit ſimplex & ſeparatus. Manifeſtè autem patet, ꝙ dictum ſuum nullum robur obtineret, ſi tenuiſſet intellectum agentem non eē partem animæ noſtræ ſed Deum: nam tunc haberet manifeſtam inſtantiam aduerſarius, quia dicam ſibi ꝙ nō oportet ſi conceſſero uirtute illius demonſtrationis intellectum agentem eſſe ſeparatum, quod per conſimilem debeam cōcedere de intellectu materiali. quia dicam nō eſſe conſiſ'itudinē, imo eſt maxima diuerſitas. Nam ſcientia Dei eſt cauſa entium, & ſcientia intellectus materialis eſt cauſa ab entibus: ſcientia Dei eſt ſubſtantia eius, & intelligibile, & intellectus in eo ſunt idem omnibus modis, ſecùs longe eſt de intellectu noſtro.¶ Amplius.12.primæ philoſophiè.cōm.17.recitat opinionem Alexan. ponētis ſolum intellectum adeptum eſſe immortalem, uidelicet intellectum agētem & intellectum materialem eē gñabilem & corruptibilem, & ſimiliter intellectum in habitu, uidelicet ſpeculatiuū. poſtea recitat opinionem Theo. & Themiſtij, & aliorum Peripateticorū aſſerentium intellectum materialem remanere, & ꝙ intellectus agens eſt abſtractus, & eſt quaſi forma in intell'u materiali, & quod eſt quaſi compoſitum ex materia & forma, & ꝙ ipſe creat intellecta uno modo. & recipit ea alio modo. Poſtea uerò ipſe recitat opinionem, ubi dicit: Quod in lib. de anima pſcrutati ſumus de iſtis duabus opinionibus, & diximus ꝙ intelligentia agens eſt quaſi forma in intellectu materiali, & ꝙ ipſa agit intellecta & recipit ea ſecūdū intellectum materialem, & ꝙ intellectus materialis eſt ingenerabilis & incorruptibilis: declarauimus etiam illic ꝙ hæc eſt ſententia Ariſt. & ꝙ intellectus in habitu habet partem gñabilem & corruptibilem: illud autem quod corrumpitur eſt actio eius, in ſe autem non corrumpitur, & ꝙ extrinſeco itrat nos.etc. ubi patet ꝙ refert ſe ad declarationem libri de anima. Manifeſtum eſt autem ex pręſenti authoritate in cōm.4.& etiam in cōm.5.& in cōm.17.18.19.&.20.36. ꝙ ipſe ponit intellectum agentem, & intellectū materialem eſſe duas differētias ſiue partes eſſentiales, aut poteſtatiuas animæ rationalis, quarum una eſt tãquam forma, & alia eſt tanquam materia, aut tanquam locus reſpectu alterius, quia intellectus materialis ſecundum aliquē reſpectum poteſt dici ſicut materia, & ſecūdum alium reſpectum uerius dicitur locus intellectus agētis ꝙ̃ materia, ut declaraui in.12.primæ philoſophiæ.in cōm.17.Nec obſtat authoritas Auer.in.3.de anima.cōm.20.ubi dicit. Conſidera igitur quoniam eſt differentia inter iſtas tres opiniones ſcilicet Platonis, Them. & noſtram opinionem: & ſecundū expoſitionē Themiſtij non indigetur in iſtis intellectis, niſi ad ponendum intellectum materialem tantum, aut intellectum materialem & agētem ſecundum modum ſimilitudinis: ubi enim non eſt uera gñatio non eſt agēs. Et nos conuenimus cum Alexã. in modo ponēdi intellectum agētem & differimus ab eo in natura intellectus materialis: & differimus à Themiſtio in natura intellectus qui eſt in habitu, & in modo ponēdi intellectum agētem. Non enim intellexit Cōmenta. ſe conuenire in intellectu agēte cū Alexandro, pro quando poſuit intellectum agētem eē Deum, quia de hoc nulla fuit facta mentio ab Auer. in illo loco, nec in toto.3.de anima, ē aliquis locus exp̄ſſus ubi ponat hoc, ſed conuenit in modo ponēdi intellectum agētē, quæcunq; intelligētia ſit, uel Deus, uel alia, de hoc non curat: nam in tali modo diſcrepat à Themiſtio, & conuenit cum Alexan. Themiſtius enim non poſuit intellectum agētem niſi ſecūdum modum ſimilitudinis, ſicut ſibi imponit Cōmen. ibi. & in.3.de anima.cōm.5.in ſolu.1.q. uoluit enim Themi. & Theophraſtus, ꝙ intellectus materialis, & intell's agēs, & intellectus ſpeculatiuus ſunt unus intellectus ſecūdum ſubiectum, & non differunt niſi per tres diſpoſitiones quæ accidunt ſibi. Vnde ſecundum Them. intellectus agēs non agit uere producendo ſpēs & intētiones in intellectu materiali, nec intellectus materialis uerè recipit, ſed iſta intelliguntur ſecundum ſimilitudinem & ſecundum modum intelligēdi noſtrum: & ideo opinati ſunt intelleſtum ſpeculatiuum ſimpliciter eſſe æternum. Sed Alexan. poſuit intellectum agētem uerè producere ſpēs, & intellectum materialem recipere: in hoc modo igitur ponēdi concordat Auer. cum Alexan. in intellectu agēte, & diſcrepat à Themiſtio, quia Themiſtius poſuit ſecūdum modum ſimilitudinis, & Alexan. ſecundum ueritatem, & non eſt conueniētia in ſubſtantia poſita, quia iam apertè dicit intellectum agētem eē partem animæ, & eius differentiam. Nunquam aūt Ariſt. nec Cōmenta. alicubi dixit Deum eſſe partem, aut differētiam animæ noſtræ: hoc enim eſt remotum ualde ab excellentia & ſimplicitate Dei. Non obſtat authoritas Cōmen. in.12.primæ philoſophiæ.in cō.38.ubi dicit ſuper illis uerbis Philoſophi: Deductio qualis optima paruo tēpore nobis. Ex hoc apparet bene ꝙ Ariſt. opinatur ꝙ forma hominum in eo ꝙ ſunt homines, non eſt niſi per continuationē eorum cum intellectu, qui declaratur in libro de anima eē principium agens nos & mouens nos. Intelligentiæ enim abſtractæ in eo ꝙ ſunt abſtractæ, debent eſſe principia eorum quorum ſunt principia duobus modis, uidelicet ſecūdum ꝙ ſunt mouentes, & ſecundum ꝙ ſunt finis: intelligētia enim agens inquãtum eſt abſtracta, & eſt principium nobis, neceſſe eſt ut moueat nos, ſicut amatum amans: & ſi omnis motus neceſſe eſt ut cōtinuetur cum eo à quo ſit ſecundum finem, neceſſe eſt ut in poſtremo cōtinuetur cum hoc intellectu abſtracto, ita ꝙ erimus depēdētes à tali principio à quo cœlum dependet, quãuis hoc ſit paruo tempore nobis, ſicut dixit Ariſto. Non enim uoluit Cōmen. dicere in præſenti authoritate, intellectum agentem eſſe Deum, q eſt primus motor, et qui ſit noſtra perfectio imediate: nam dicit ꝙ perfectio ſeu forma hominis in eo ꝙ homo eſt per continuationem eius cum intellectu abſtracto, qui declaratur in lib. de anima, ſed intellectus qui declaratur in lib. de anima, qui eſt hominis forma eſt intellectus agens, qui eſt pars animæ noſtræ, & non eſt primus motor, quia de primo motore non uerificatur, ꝙ ſit pars animę noſtræ. Vnde ratio Auer. in hoc conſiſtit, q̄libet forma abſtracta inquantum eſt abſtracta, eſt duobus modis principium & cauſa, ut comparatur ad ſuum cauſatum, uidelicet ſecūdum agēs & ſecundum formam ſeu finem: ſed intelligentia agens, q̄ eſt abſtracta eſt hominis inquãtum homo perfectio & forma per ſuam continuatuationem cum eo, ut eſt declaratū in.3. de anima. in cō.5.&.36. Igitur eſt principiū hoīs duobus modis, uidelicet ſm̄ agens, & ſecūdum finem: ſm̄ agēs continuatur homini in principio, ſecundum finem cōtinuatur homini in poſtremò. Vnde quemadmodum cœlum dependet à primo motore quod eſt principium abſtractum, duplici mō ſecundum agens & ſm̄ finem, ſic etiam à principio abſtracto, quod eſt intellectus agēs dependet homo iſto duplici modo. Eſt igitur ſimilitudo in genere principij abſtracti quatenus abſtractū, ſed nō ſimilitudo in ſpē uel in numero, uel illudmet pricipiū numero quod mouet cœlum in ratione formæ, & finis illudmet moueat nos immediate hoc duplici modo. Hoc enim falſum eſt, quia tale q̄d mouet nos eſt intellectus, qui eſt declaratū in lib. de aĩa. & iſtæ eſt pars animæ noſtræ, & non eſt primus motor: bene uerum eſt ꝙ homo per itellectum agētem continuatur etiam primo motori, quia ab illo & cœlum & tota natura dependet. unde in.3.de aĩa.cō.36.ubi loquitur de iſta continuatione dicit: Manifeſtum eſt ꝙ cum iſte motus cōplebitur, ſtatim iſte intellectus nobiſcum copulabitur omnibus modis, & tunc manifeſtum eſt, ꝙ proportio eius ad nos in illa diſpoſitione eſt ſicut proportio intellectus in habitu ad nos: & cum ita ſit neceſſe eſt ut homo intelligat per intellectum ſibi proprium omnia entia, & ut agat actionē ſibi propriam in omnibus entibus, ſicut intelligit per intellectum qui eſt in habitu, quando fuerit continuãs cum formis imaginabilibus omnia entia intellectione ꝓpria. Homo igitur ſecundum hunc modum, ſicut dicit Them. aſſil'at Deo in hoc ꝙ eſt oĩa entia quodãmodo, & ſciēs ea quodã modo. Patet autem Them. non tenuiſſe intellectum agentem eſſe Deum, cuius authoritatem adducit Cōmen. in declarando hoīs fœlicitatem per intellectum ſibi propriū cōſiſtere in intellectione omnium entium quodãmodo, quia Them.3.de anima.31.cap. expreſſe inuehit cōtra Alexan. hoc opinantē & dicentē: Non aduertūt, iſti ꝙ ſunt ordines & gradus in pfectione & beatitudine entiū, & ꝙ diſtantię entium ſunt ualde diuerſæ in hoc. Vnde Ariſt.2. cœli.tex. cōmen.64.&.65. diſtribuit entia in quatuor ordinibus, ut bene colligit Cōmen. in cō.66. Primus enim ordo eſt entium conſequentium nobilitatem perfectam ſine operatione: & talia, ut aſſerit, diuerſantur ſecūdum magis & minus. Fœlicitas enim ſubſtantiarum ſeparatarum non conſiſtit in puncto, ſed habet latitudinem: ſcribit enim Auer. in lib. deſtruc. diſpu.3. in ſolu.16.dub. quod non oēs intell's ſunt in uno ſimplicitatis gradu. Nō enim ſunt in uno relationis gradu ad primum principium, neq; aliquis eorum ſimplicitatem habet ſimilem ſimplicitati primi principij: primus enim habet de ſe eſſe, & alij habent eſſe relatū. & poſt paulo dicit: Non enim ſequitur ꝙ quãuis intellectus intelligēs & intelligibile in ſeparatis, intelligentijs ſit unum & idem quod ſint æquales in ſimplicitate. Ph̄i enim ponunt ꝙ intellectus differunt in hac proprietate ſecundum magis & minus, & dicta ſimplicitas non reperitur ſecūdum ueritatem niſi in primo intellectu, & cauſa huius eſt ꝙ ſub̄a primi intellectus eſt quid per ſe exiſtēs, & alij intell's intelligūt de ſeipſis ꝙ in primo intellectu conſiſtant. Vnde ſi intellectus intelligens & intelligibile in quolibet horum intellectuum eſſent in gradu unitatis quòd ſunt in primo, eſſet ipſorum ſubſtantia ſimilis ſubſtantiæ aliorum, quod eſt falſum. Eandem ſententiam ſcribit.12.primæ philoſophię. commen.44.contra Auicen. ponentem primam intelligentiam non eſſe cauſam immediatam omnium, & dicentem ꝙ iſte ſermo eſt imaginabilis: non enim eſt illic ꝓuentus, aut conſecutio, neq; actio: ita ꝙ dicamus una actio conſequitur agentem. Tantum enim eſt illic cauſa & cauſatum, ſecundum quod dicimus ꝙ itellectum eſt cauſa intelligentis. & cùm ita ſit, non eſt impoſſibile ut illud quod eſt per ſe intelligētia & itellectus, ſit cauſa plurium entium ſecundum ꝙ de eo intelliguntur multi modi. Illud igitur q̄d intelligit motor corporis cœli de primo motore, & eſt cauſa in anima cœli, aliud eſt ab eo quod itelligit ex eo motor Saturni orbis: & ſimiliter eſt de unoquoq; eorum.ſ. ꝙ perfectio uniuſcuiuſq; eorum eſt in intelligendo cauſam primam & propriam. Ecce igitur ꝙ ſi in ordine abſtractorū eſt differētia in perfectione, & cùm in unoquoq; orbe alicuius planetę ſunt plures motores partiales, qui ordinãtur ad motorem principalem illius ſtellæ: & fœlicitas eorum conſiſtit in itelligēdo cauſam primã, quæ eſt uniuerſalis oĩbus, & etiam in intelligendo cauſam propriam. nam in talibus intellectibus eſt perficiens & perfectum: ſic hoīs beatitudo cōſiſtit in itelligendo cauſam primam, & in itelligendo cauſam propriam. Vnde per ꝓpriam cauſam itelligit cauſam primã, quia per intellectum agentem intelligit Deum & alia abſtracta: & iſta eſt uia Cōm. Nam.3.de aĩa.cō.5.in ſol'.2.qōnis uerſus finem dicit. Et ideo opinãdum eſt, quod iam apparuit nobis ex ſermōe Ariſt. ꝙ in aĩa ſunt duæ partes intellectus, quarum una eſt recipiēs, cuius eſſe declaratum eſt, alia autem eſt agēs, & eſt illud quod facit intentiones, quæ ſunt in uirtute imaginatiua eſſe mouētes intell'm materialem: & hæ duę partes ſunt non generabiles, neque corruptibiles: quid clarius dicer̄ potuit? & parum infrà, q̄a Them. tenuit intellectum ſpeculatiuum eſſe cōſtantem ex intellectu agente & materiali. Tantum ipſe dicit ꝙ in anima ſunt tres partes intellectus ſcilicet agens, recipiēs, & factum, & duæ iſtarum ſunt æternæ ſimpliciter.ſ. intellectus agens, & intellectus recipiens, ſed intellectus tertius, uidelicet ſpeculatiuus quodammodo eſt generabilis & corruptibilis, & quodammodo eſt æternus. Nam ratione intentionum imaginatarum, à qua habet quod ſit uerus, intellectus ſpeculatiuus eſt corruptibilis, ſed rōne intellectus materialis à quo habet ꝙ ſit unum entium, ſic eſt ęternus: ſimiliter eſt æternus ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum indiuiduum eſt corruptibilis. Amplius Cōmenta. in.3. de anima cōmen.20. exponens uerba tex.cōmen.19. ubi litera tranſlationis Arabicæ habet: Et iſte intellectus eſt etiam abſtractus. dicit quòd ly etiam, ſignificat non ſolum intellectum agentem eſſe impoſſibilem & immixtum, uerum etiam alium intellectum, uidelicet materialem: & dicit quòd in hoc conuenit Themiſt. cum eo, & diſcrepat Alexan. Patet autem ſi uideantur uerba Themi. ꝙ ipſe poſuit intellectū agentem non eſſe Deum, ut Alexander, ſed poſuit ipſum ptinere ad animam rationalē, licet ratione diſtinguatur ab intellectu materiali ſecundum Themiſtium.

Intellectus materialis nullam habet in ſui ſubſtãtia de formis materialibus. 3. de anima. tex. com̃. 4.

Intell's mãlis non eſt corpus neq; uirtus in corpore. ibidẽ.

Intellectus quo opinatur & ĩtelligit anima, nihil eſt actu eorum quæ ſunt ante intelligere. 3. de anima. tex. cõmẽ. 5. ubi Cõmen. dicit in principio com̃ 5. ꝙ iſta eſt diffinitio intellectus materialis, uidelicet ꝙ eſt illud quod eſt in potentia oẽs intentiones formarum materialiũ uñium, & non eſt in actu aliquod entium anteq̃ intelligat illud.

Intellectus agens eſt principium ad quaſdam res quæ ſunt ſub orbe Lunæ, ſed primum principiũ eſt principium omnium rerũ. Auer. in paraphraſi meta. trac. 4. col. 6. Inde patet contra Alexan. Achillinum, & Sueſſanum, qui tenẽt intellectum agentem eſſe Deum ſecundum Auer. Idem etiã collige ex Auer. ibidem. in trac. 4. col. 10. ubi dicit: Intellectus noſter ſiquid intelligit de abſtractis eſt ſecundum ordinem, & id quod primo comp̃hendit eſt id q̃d eſt propinquus nobis, & eſt intellectus agẽs: & ſic gradatim uſq; ad primam intelligẽtiam, & parũ infra. col. 11. dicit: Et id q̃d diximus eſt uia Ariſto. & ſociorum eius: nam ipſi oſtendũt ĩntellectum agentẽ cognoſcere ea quę ſunt hĩc. i. ſub ipſo, & nihil differt, ſiue admiſerimus hoc in intellectu agente, ſiue in eo quod eſt ſupra ipſum de his principijs.

Intellectus materialis recipit omnes formas materiales uniuerſales, ſed materia recipit formas omnes materiales ſenſibiles non cognoſcens neq; comprehendens. 3. de anima com̃. 5. in princi. & ibidem. com̃. 28. & Cõmẽtator reddit cauſam in com̃. 5. quia materia non cognoſcit ex hoc, quia recipit formas diuerſas & uarias, & tu cõſidera ſuper hoc.

Intellectus ſpeculatiuus eſt generabilis & corruptibilis ꝑꝑ ſubiectum per quod eſt uerus. i. ꝓpter intentiones imaginatas, nõ propter ſubiectum per quod eſt unum entium. i. propter intellectũ materialem. 3. de aĩa. cõ. 5. in ſol. 1. q.

Intellectu materiali & intentione intellecta ĩn actu fit maximè unum: quod enim fit ex eis non eſt aliquid aliud, ſicut eſt in alijs compoſitis ex materia & forma. 3. de aĩa. cõmẽ. 5. in ſolutione. 2. quæſtionis.

Intellectus agens nunquam ceſſat à creando intellecta ſimpliciter, & intellectus materialis in recipiẽdo, licet ceſſent ab hac ſcilicet generatione, uel ab hac receptione. 3. de anima. cõmen. 5. in ſolu. quæſtionis. 2.

Intelligentia quælibet excepta prima habet aliq̃d ſimile materiæ, & aliquid ſimile formæ, & nulla intelligentia eſt liberata à potentia ſimpliciter, niſi prima, q̃ nihil ĩtelligit extra ſe. 3. de anima. com̃. 5. in ſol. q. 3.

In ĩtelligentia prima eſſentia eius eſt quidditas eius: in alijs aũt quidditas & eſſentia diuerſant quoquo modo. ibidẽ.

Intelligẽtiarũ multitudo ĩtelligĩ nõ poſſet, niſi eẽt hoc genus entium, q̃d ſciuimus in ſcĩa de aĩa. ibidem. & cõ. 14.

Intell's recipiens neceſſe eſt, ut intelligat intell'm in actu: cũ enim intellexerit formas mãles dignior eſt, ut intelligat formas abſtractas. 3. de aĩa cõ. 5. in ſolutione qõnis. 3.

Intellectus agentis reſpectus ad intell'm mãlem eſt reſpectus lucis ad diaphanum, & reſpectus formarũ materialiũ ad ipſum eſt reſpectus coloris ad diaphanum. ibidem.

Intellectus materialis perficitur per intellectum agẽtem, & illuminatur per ipſum. ibidem.

Intellectus materialis cum fuerit continuatus nobiſcum, ſecundum ꝙ perficitur per intellectum agẽtem, tunc nos ſumus copulati cum intellectu agente, et iſta dicitur adeptio, & intellectus adeptus. ibidem.

Intellectus materialis ſi eſſet purificatus ſequeretur, ut res ĩntellecta in te & in me eſſent unum ĩ ſpecie, & plura in indiuiduo: etiam diſcipulus non poſſet addiſcere à magiſtro, niſi ſcientia ſit uirtus generans & creans ſcientiam quę eſt in diſcipulo, ſicut ignis generat ignem. 3. de anima prope finẽ cõmenti. 5. Vide Themiſtium à quo accepi. 3. de anima. cap. 32. & 33.

Intellectus materialis nõ eſt uirtus attributa complexioni, quoniam cum anima ſenſibilis non ſit uirtus attributa cõplexioni, quantò magis intellectus? 3. de anima. cõmen. 6. & etiam com̃. 5. contra Alexandrum.

Intelligentiarum quidditas & quot modis ſunt principia diuinorum corporum conſiderare eſt, ut ſupponamus id q̃d in ſcĩa de anima fuit declaratum, quia plura principia ſciẽtiæ diuinæ ſunt ſumpta ab illa & nulla eſt alia uia ad hoc niſi poſt notitiam illius ſcientiæ, & ideo dictũ eſt in legibus diuinis: Cognoſce teipſum, & cognoſces creatorem tuum. Auer. in tracta. 4. in paraphraſi meta. col. 6.

Intellectus cum intelligit aliquid ualde intelligibile, non minus intelligit infima, ſed & magis. 3. de aĩa. tex. cõ. 7.

Intellectus ſeparabilis. 3. de anima tex. com̃. 7.

Intellectus eſt ĩmixtus. 3. de anima. tex. com̃. 4.

Intellectus quodãmodo potentia eſt intelligibilia, ſed actu nihil anteq̃ intelligat. 3. de anima tex. com̃. 14.

Intell's eſt ſicut tabula in qua nihil actu eſt ſcriptũ. ibidem.

Intellectus alio modo eſt in potentia, alio modo res materiales, quia potentia, receptio, & perfectio æquiuoco modo dicuntur de intellectu, & de rebus materialibus. tertio de anima. cõmen. 14.

In his quæ ſunt ſine materia idem eſt intelligẽs, & quod intelligitur. 3. de anima. com̃. & tex. 15.

In habentibus materiam potentia ſolum intelligibile eſt. 3. de anima tex. com̃. 16.

Intellectu materiali iudicamus infinita in propoſitione uniuerſali. ibidem. Iudicium & diſtinctio non attribuitur nobis per intellectum agentem, ſed per intellectum mãlem. 3. de anima. cõ. 19. contra Auẽpacem aſſerentẽ nos per intellectum agentẽ cognoſcere infinita in propõne uñi.

Intellectus agens differt à materiali, quia intell's agẽs eſt pura actio, & ĩtellectus materialis eſt utrũq;. 3. de aĩa. t. c. 19.

Intellectus materialis ſm̃ Ariſto. eſt ultimus in gñe intellectuum abſtractorum. 3. de anima. com̃. 19.

Intellectus materialis diuerſitas ab intellectu agẽte non fuit cognita niſi ꝑꝑ diuerſitatem actionum, quia actio intell'us mãlis eſt potius actio q̃ paſsio, ſed actio intellectus agentis eſt actio pura. ex. 3. de anima. com̃. 19.

Intellectuum abſtractorum multitudo non fuit ſcita niſi ꝓpter diuerſitatem actionum. ibidem.

Intelligentiæ ſeparatæ neceſſario faciũt ad unum principiũ, quod non dicitur de eis neq; uniuocè neq; æquiuocè, ſed ſecundum prius et poſterius: cuius cauſam uide in paraphraſi meta. trac. 4. col. 8.

Intelligentiarum prioritas adinuicem non eſt generica, ſed eſt prioritas cauſæ ad cauſatum. ibidem.

Intellectui agẽti ſicut accidit ut quandoq; agat in res exiſtẽtes hĩc, & q̃nq; non: ita accidit intell'ui materiali, ut iudicet q̃nq; res exñtes hic, & q̃nq; nõ: ſed differunt qa iudiciũ eſt aliquid in capl'o perfectionis iudicis, actio aũt non eſt ſecundum illum modum in capitulo perfectionis agentis. 3. de anima. cõmen. 19.

Intellectus paſſiuus corruptibilis eſt, & ſine hoc nihil intelligit anima. 3. de anima. tex. com̃. 20.

Intellectus materialis eſt prior in nobis q̃ intellectus agẽs ſecundum continuationem, ſecundum Them. & Cõmen. ſed ſcd̃m Alexan. eſt prior ſecũdum eſſe, & gñationem. 3. de anima. com̃. 20. contra ponentes in uia Cõmen. intellectum eſſe formam formaliter inhærentem homini.

Intellectus materialis cùm fuerit acceptus ſimpliciter, et nõ reſpectu indiuidui, nõ erit prior aliquo modo prioritatis intellectu agente. 3. de anima. com̃. 20.

Intellectus in habitu eſt alius ab intell'u agente ſcd̃m Alex. & hoc oportet credere: artifex enim aliud eſt ab artificiato & agens ab acto, contra Themiſtium qui opinabatur oppoſitum. 3. de anima. com̃. 20.

Intellectu materiali non accidit, ut q̃nq; intelligat, & quandoq; non niſi reſpectu indiuidui, nõ in reſpectu ſpeciei. 3. de anima. com̃. 20. idem com̃. 5. & 19. ibidem.

Intellectus agens cùm non fuerit acceptus reſpectu alicuius indiuidui, non inuenitur quandoq; abſtrahens, & quãdoque non, ſed ſemper inuenitur abſtrahere. tertio de anima. cõmen. 20. & 19.


Intellectus




Intellectus materialis, & intellectus agẽs ſunt duo uno modo, & ſunt unum alio modo: ſunt enim duo per diuerſitatẽ actionis eorum: actio enim intell's agẽtis eſt generar̃, iſtius autem informari. Sunt aũt unum quia intell's materialis perficitur per agẽtem, & intelligit ipſum. 3. de aĩa. com̃. 20.

Intellectus in libro de aĩa dicit̃ quatuor modis. ſ. de intell'u materiali, & de intellectu agẽte, & de intellectu in habitu, & de uirtute imaginatiua. 3. de anima. com̃. 20.

Intellectus agens, & intellectus materialis nõ ponuntur in anima noſtra ſecũdum opionem Themiſtij, niſi ſecũdum modum ſimilitudinis: ubi enim non eſt uera generatio nõ eſt agens. 3. de anima. com̃. 20.

Intellectus agẽs, patiẽs, & factus, idem ſunt ſcd̃m ſubiectũ, ſecundum opinionem Themiſtij. 3. de aĩa. cõ. 20. uide pro hoc Themiſtium. 3. de anima. cap. 25.

Intellectu quem Ariſt. uocauit paſſiuum in. 3. de anima. diuerſantur homines in quatuor uirtutibus dictis ĩ Topicis: & per iſtum etiam intellectũ homo differt ab alijs animalibus. 3. de anima. cõmen. 20.

Intellectus materialis eſt qui apprehẽdi ſimplicia, & qui cõponit ea: oportet enim ut uirtus comprehẽdẽs ſimplicia & cõpoſita ſit eadem: cõtra Auẽpacem aſſerentem uirtutẽ cõpoſitiuam eſſe diuerſam ab imaginatiua. 3. de aĩa. cõ. 22

Intellectus agens non intelligit priuationem omnino. 3. de anima. cõmen. 25.

Intellectus comprehendit priuationem per habitum. 3. de anima. tex. cõmen. 25.

Intellectus non omnis, ſed ipſius quodquid erat eſſe uerus eſt. 3. de anima. tex. com̃. 26.

In intellectu materiali non accidit fides, niſi quia intellectũ eius eſt materiale. i. compoſitum. 3. de aĩa. com̃. 26.

In intellectibus ſeparatis cõprehẽſio eorum ẽ formatio tm̃, & ueritas in eis nũq̃ admiſceẽ cũ falſitate. 3. de aĩa. cõ. 27.

Intellectus in ꝓpoſitione negatiua prius diuidit p̃dicatum à ſubiecto, poſtea componit ea 3. de aĩa. com̃. 22.

Intellectuale deſideriũ differt à deſiderio ſenſibili, quia ſenſibile non mouetur niſi apud præſentiam ſenſati in actu è contrario intellectuali. 3. de anima. com̃. 29.

Intellectiuæ animę phantaſmata, ut ſenſibilia ſunt. 3. de anima. tex. cõmen. 30.

Intellecta uñia colligata ſunt cum intentionibus imaginatis, & corrupta per corruptionẽ earum. 3. de aĩa. cõ. 30.

Intelligibilium proportio ad imagines eſt ſicut ꝓportio coloris ad ſenſum uiſus, & non eſt ſicut proportio coloris ad corpus coloratum. ibidem contra Auempacem.

Intellecta ſunt intentiones formarum imaginationis abſtractæ à materia, & indigent neceſſario alia materia ab illa q̃ habeant in formis imaginationis. 3. de aĩa. com̃. 30.

Intellectiuum ſpecies in phantaſmatibus intelligit. 3. de anima. tex. cõmen. 32.

Intell's actio alia eſt ab actione uirtutis cogitatiuæ, q̃ Ariſt. nuncupauit intell'm paſſiuum. 3. de aĩa. com̃. 33.

Intell's materialis nihil ĩtelligit ſine uirtute cogitatiua, & uirtute imaginationis: & ideo ſicut dixit Ariſto. non rememoramur poſt mortem. 3. de aĩa. cõ. 33. & cõ. 20. & tex.

Intelligere diuerſificatur ſecundum diuerſitatem naturæ rei intellectæ. 3. de anima. com̃. 35.

Intellectum materialem aſſerẽtes eſſe uirtutem gñabilem et corruptibilem, nullam uiam habẽt quomodo poſſimus cõtinuari cum intellectibus abſtractis. 3. de aĩa. cõ. 36.

Intellectus agens ſecundum Alphar. in Nicomachia tenentẽ opinionem Alexan. de intellectu materiali, nõ eſt cauſa noſtri niſi agẽs tantum. 3. de aĩa. com̃. 36. licet oppoſitum ſenſerit in epiſtola continuationis.

Intelligere non eſt non ſtatuẽtem. 2. meta. tex. cõ. 11.

In intelligentijs quæ non ſunt admixtæ materiæ, quicquid comprehendit imperfectius comprehendit perfectius, ſed non conuertitur. 3. de anima. cõmen. 36.

Intellecta in nobis ſunt duobus modis: naturaliter, & ſunt primæ propoſitiones quas neſcimus, unde & quando extiterunt, aut quomodo, aut uoluntarie, & ſunt intellecta acq ſita ex primis ꝓpoſitionibus. 3. de anima. cõ. 36. idem. 1. cœli. com̃. 2. & 2. primæ philoſophiæ. com̃. 1.

Intellectus agens in poſtremo copulatur nobis, ut forma. 3. de anima. cõmen. 36.

Intellectio quæ habetur per intellectum adeptum, nõ eſt aliquid ex ſcientijs ſpeculatiuis. 2. de anima. cõmen. 36. & 9. primæ philoſophiæ. cõmen. ultimo.

Intellectus ad hoĩem duplicem habet reſpectum, agentis & formæ, ex calce cõmenti. 36. 3. de anima.

ntelligibilium diſpoſitio ad intellectum eſt ſicut diſpoſitio ſenſibilium apud ſenſum. 3. de aĩa. cõ. 37 & tex. cõ. 3.

Intellectus eſt ſicut ſpecies ſpecierum, & manus organũ organorum. 3. de anima. tex. com̃. 38.

Intelligentem neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. 3. de anima. tex. cõmen. 39.

Intellectus ſpeculatiuus nihil dicit de fugibili & ꝓſequibili, neq; ſpeculatur aliquod agibile. 3. de anima. tex. cõ. 46.

In, præpoſitio tot reſpectus importat, quot demonſtrãtur p̃ hoc uerbum habere: ſed differunt, quia hæc p̃poſitio In, dignius dicitur de reſpectu cõtenti ad continens, ſed hoc uerbum Habere, eſt è contra. 5. meta. c. 28.

Inanimata habent ſurſum, & deorſum, & dextrũ, & ſiniſtrũ ſolum per reſpectum ad nos 2. cœli. tex. cõ. 10.

In ĩanimatis non ſunt quęrenda principia ſecundũ loci differentias. 2. cœli. tex. cõmen. 9.

Inanimatæ res non alterantur niſi alteratione corporali: animatæ autem alterantur alteratione ſpirituali exiſtente in ſenſibus, & non corporali exiſtente in rebus ſenſibilibus. 7. phyſi. cõmen. 11.

Inanimata ſemper mouent aliquod exteriorum, animal autẽ dicimus ſeipſum mouere. 8. phyſic. tex. commen. 17. idem Cõmenta. ibidem. com̃. 27. & 29.

In conceptis cum materia non eſt idem quod quid eſt, cum eo cuius eſt quodquid eſt. 7. meta. tex. com̃. 41. idem. 3. de anima tex. com̃. 9. & 8. meta. tex. com̃. 8. uide in theorematibus in proprio theoremate.

Incontinens agit ſecundum concupiſcentiam. tertio de anima. tex. cõmen. 47.

Indiuiduum artificiale eſt unum per uiolentiam. 10. meta. tex. cõmen. primi.

Iudiuiduum naturale quod eſt unum in rei ueritate, eſt unũ per continuos exiſtentes per ſuam formam. 10. metaphy. commen. primo.

Indiuiduum ab alio ĩdiuiduo diſtingui non debet ab aliqua proprietate, niſi per accidens: ĩmo indiuidua abinuicem diſtinguuntur materia. ex libro deſtructionum diſpu. prima in ſolutione. 7. dubij.

In dictis ſecundum eſſe neceſſe eſt idem eſſe ſubiectum & prædicatum. 7. meta. tex. com̃. 19. & 20.

In dictis ſcd̃m accidens non eſt idem ſubiectum & p̃dicatum. ibidem, & in ſequẽti tex. cõ. 21. ubi dicitur ꝙ in dictis ſecundum accñs, non eſt idem quodquid eſſe, id inquã cui ĩpſum accidit, & id quod accidit.

Indiuiduum compoſitum ex materia & forma eſt generabile in rei ueritate, ſed forma non eſt generabilis, neq; corruptibilis niſi per accidens: & ſimiliter eſt de materia. 7. metaphyſi. cõmen. 23. idem. ibidem. tex. cõmen. 26. 27. 31. & 33. idem. 12. meta. com̃. 18.

Indiuiduum aĩalis, & indiuiduum hominis. 3. meta. cõ. 2. ex quo patet genus habere indiuiduum.

In indiuiduo non eſt ſub̃a niſi materia & forma particularis ex quibus cõponitur. 7. meta. cõ. 44. Intellige quo ad p̃tes componẽtes, quia. 5. meta. cõ. 6. in cõpoſito eſt natura addita naturæ cõponentium: & in. 3. de aĩa. cõ. 5. in ſol'one. 2. q̃ſtionis iuxta dimidium. idem. 7. meta. 26. 27. & 60. com̃.

In indiuiduis eiuſdem ſpeciei non eſt hoc prius & illud poſterius. 3. meta. tex. com̃. 11.

Indiuiduum ſubſtantię quod ſit prius indiuiduis accidentiũ, eſt manifeſtum per ſe. Auer. 7. metaphy. com̃. 2. Ex illo loco clarè elicitur in accidentibus eſſe propria indiuidua per principia intrinſeca cõſtituta ex proprio genere, cõtra illos


Cõtra D. Thom. ponẽtẽ accñtia indiuiduari per ſubiecta.

qui aſſerunt accidentia indiuiduari per ſubiectum: ſed aduertant ſubiectum eſſe cauſam extrinſecam reſpectu accidentis & materialem tãtum: ſicut bene notat Cõmentator in.4.meta.cõmen.2. Ita etiam tenet expreſſe Simplicius in.4.phyſicę auſcultationis, in expoſitione tex.cõmen.132. ubi expreſſe dicit quòd albedo exiſtẽs in niue & in ceruſa etiamſi à ſubiectis cognitione abſtrahatur, differt tamen proprijs differentijs: ſunt enim albedinis & dulcedinis propriæ ſecundum ſeipſas differentiæ, etiamſi à ſubiectis abſtractæ intelligantur accidentia.

Indigeſtio eſt à frigiditate.4.meteo.tex.14.

Indigeſtiõis tres ſunt ſpẽs, homotes, molinſis, ſtathẽſis.ſup.

Indigeſtio eſt imperfectio propter indigentiam propriæ caliditatis.4.meteo.tex.cõmen.18.

Indiuidua alia ſunt ſubſtantiarum, alia accidentium. Cõmẽ. in cõ.libri de diuinatione ſecundum quietem.

Indiuidua ſubſtantiarum quædam ſunt ſubſtantiarum ſimplicium, ſ.partes elementorum: quædam uerò ſunt ſubſtantiarum compoſitarum.ibidem.

Indiuidua ſubſtantiarum compoſitarum quædam habent animas, ut animalia & uegetabilia: quædam ſunt carentia anima, ut mineræ.ibidem.

Indiuidua ſubſtantiarum omnia ſunt terminatarum cauſarum agentium, cum nullum indiuiduum ſubſtantiæ inueniatur caſu.ibidem.

Indiuidua animalium & plantarum ſunt determinata ineſſe & ſunt determinatarum cauſarum per motus corporum ſupercœleſtium, ut eſt declaratum in libro de animalibus & uegetabilibus.ibidem.

Indiuidua accidentium quædam ſunt à cauſis naturalibus, quædam uerò à naturalibus & uoluntarijs.ibidem.

Indiuiduum nullum à natura fit eſſentialiter niſi ſecundum ſcientiam antecedentem, & ſicut inſtrumentum eius artificis, ut dicit Ariſto. non mouetur niſi ſecundum artificẽ. ex com̃.lib.de diuinatione ſecundum quietem.

Indiuiduum compoſitum, licet non ſit principium in doctrina demonſtratiua, eſt tamen principium acquiſitionis uniuerſalis, quod eſt principiũ doctrinę demonſtratiuæ.1.phy.cõmen.1.& eſt ſententia Ariſto. in calce primi poſteriorum in illo cap. De principijs autem. hoc idem habet Cõmenta.12.meta.cõmen.4.

Indiuidua cæterorum prædicamentorum præter ſubſtantiam, ſunt in indiuiduis ſubſtantiæ.primo phy.cõmen.15.&.7.metaphyſi.cõmen.2.ubi dicitur quod manifeſtum eſt quòd indiuiduum ſubſtantiæ eſt prius indiuiduis aliorum accidentium. Caueant igitur ponentes principium indiuiduationis eſſe quantitatem, aut aliquod accidens ſiue abſolutum ſiue reſpectiuum.

Cõtra ponẽtes quãtitatẽ aut accñs aliquid eẽ principiũ ĩdiuiduationis.

Inductio, in qua non inducuntur oĩa particularia, eſt rõ imperfecta.1.phyſi.com̃.48.uide ſecundo priorum.cap.23.

In deſcriptionibus non poteſt aliquis facere plus iſto ſcilicet Ariſtotele.ideſt nullus potuit melius deſcriptiones aſſignare.2.phyſi.cõmen.primo.

Inductio & diuiſio & ſyllogiſmo hypothetici, uidelicet qui ſunt natura hypothetici uſitantur in declaratione eorum, quæ indigent modicula innuitione, & non adducuntur ad declarandum naturaliter ignota.2.phyſi.cõmen.3.& in.6.phy.cõmen.41.& in.1.priorũ in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico, & alibi frequenter.

In diffinitione paris & imparis nõ apparet materia, quæ eſt cauſa tranſmutationis.2.phyſi cõmen.19.&.6.meta.tex.cõmen.2.&.7.metaphyſi.tex.com̃.35.

In diffinitione ſimi apparet materia, non autem in diffinitione concaui.idem ubi ſuprà.

Indiuiduum ſubſtãtiæ famoſius dicitur ſubſtantia, inter oẽs ſignificationes ſubſtantiæ, cuius cauſa in paraphraſi meta. Auer.trac.1.cap.1.de ſubſtantia orbis.

Inductio demonſtratiua eſt quando acquiritur certitudo & uniuerſalitas antequã cõpleantur oĩa particularia.2.phy.cõ.80.uide idem.2.prio.cap.23.&.8.phyſi.com̃.33.

In diffinitionibus rerum naturaliũ apparet materia, aut manifeſte, aut conſecutiue.2.phyſi.tex.cõ.ulti.

Indiuiſibile ſuperpoſitum indiuiſibili, ex parte qua eſt indiuiſibile, non facit aliquid maius.6.phyſi.cõ.2.

Inductio in qua nõ ꝑcipitur, ꝙ ꝑdicatio ſit eſſentialis, nõ dat certitudinẽ nãlem, licet in ea oĩa ꝑticularia ĩducanẽ.8.phy.cõ.33.uide in.2.prio.cap.23.uide etiam in.2.phyſi.cõ.80.

Indiuiduum ꝑdicamẽti ſubſtantiæ eſt prius in eẽ indiuiduis accidentium, & hoc eſt manifeſtum.7.primæ phiæ.cõ.2. ¶ Ex quo elicitur primò, indiuiduum prædicamenti ſubſtãtiæ non eſſe hoc & unum numero per aliquid de ꝑdicamẽtis accidentium: ſecundò elicitur alia ꝑdicamẽta habere ꝓpria indiuidua formal'r diſtincta ab indiuiduis ſubſtantię, & ꝙ non tantum accidentia indiuiduenẽ ex ſubiectis in quibus exiſtunt. Cuius opinionis fuit etiã Simplicius in.4.phyſicæ auſcultationis, in trac.de tempore.in expõne tex.com̃.132. ꝙ albedo in niue, & albedo in ceruſa ſi cogitatione abſtrahanẽ à ſuis ſubtis, adhuc differunt ab inuicẽ per ꝓprias drĩas albedĩs, ſunt.n.drĩę albedinis, & dulcedĩs, & aliorũ accñtium ſm ſe ſeorſum à ꝓprijs ſubiectis ſumptorũ. Sed pro opinione oppoſita uideẽ facere tex.com̃.3.in.7.primæ phĩę, ubi Ariſt.mouet qõnem: Vtrum uadere, & ſanare, et ſedere, unumquodq; eorum ſit ens, cum nihil ipſorum ſm ſe ſit, nec ſm ſe aptum natum eſt, nec ſeparari poſ'e à ſubſtãtia, ſed magis uadens entium aliquid eſt, & ſedẽs, & ſanãs. uide pro hoc quæ notaui in contradictionis.7.met.

Nota contra D.Tho. et Egi.Ro. & ſequaces ipſorũ.

Indiuiduorũ multitudo in eadẽ ſpẽ ex diminutione ꝓuenit. Cõmen.1.cœli.cõ.4.&.98.idem.2.de aĩa.com̃.34.

Inductio in qua inducuntur omnia particularia, eſt primus ordinum certificationis.1.cœli.com̃.128.

Indiuidua, ſupra quorum compõnem uincit ignis, perfectiora ſunt ineſſe, quã ea in quorum compoſitione uincit terra.1.de genera.& corrup.com̃.18.& elicitur ex textu.

In indiuiduis eſt proceſſus in infinitũ per accñs.2.de gña.& corrup.cõ.ulti.&.5.phyſi.cõ.13.&.1.cœli.com̃.22.

Indiuiſibile eſſe eſt dubium, ſed ignem eſſe eſt manifeſtum. uide in concordantijs.1.de anima.com̃.29.

Indiuiduum fit hoc per formam.ex.2.de aĩa.tex.cõ.2.dicẽte. Forma eſt per quã fit hoc aliquid idem.ibidem rurſus tex.8.&.60. Non ualet aũt gloſa Thomiſtarum gloſantium hãc & conſimiles authoritates, quo ad actum exiſtendi: dicunt enim ꝙ Cõmen.& Ariſt.dum dicunt indiuiduum eſſe hoc per formam, intelligunt ꝙ indiuiduum exiſtit in actu per formam, ſed dicunt ꝙ non habet unitatem numeralẽ à forma, ſed à materia: & iſto mõ nituntur euadere. Sed iſta ſolutio ſtare non põt, quia Cõmenta.2.de aĩa.cõ.9.in princ. cõmenti dicit, cum declarauit ꝙ ita eſt aĩa de corpore ſicut forma de mã: Forma enim ĩ corporibus nãlibus magis habet nomen ſubſtãtiæ quã materiæ, & ꝙ indiuiduum non ſit indiuiduũ niſi per formã, quia non eſt indiuiduũ niſi ſm ꝙ eſt ens in actu, & eſt ens in actu per ſuam formã non ꝑ ſuã materiã. Vbi patet ꝙ Cõmen.probat indiuiduũ eẽ indiuiduum per formã, quia eſt in actu per formã. Si aũt Cõmẽ. intelligit indiuiduũ eſſe indiuiduũ per formã.i.exñs ꝙ formam, tũc accipit idem ſm idẽ in ꝓbatione ſuijpſius, & eẽt probatio eius, indiuiduũ exiſtit in actu per formã quia exiſtit in actu per formã indiuiduum, & ita eſſet petitio principij. Et ideo dicimus nos ꝙ indiuiduũ ueritatẽ mãlem hẽt à forma, & actualẽ exñtiam etiam habet à forma: mã autẽ eſt principium receptiuum quod eſt de integritate indiuidui, ſicut pars eſſentialis eius.unde.1.de aĩa.cõ.90. Forma eſt cã continuationis, & unitatis numeralis: oẽ enim quod eſt unum, & cõtinuum eſt per ſuã formã, & non per ſuam materiã. Et nota quia multi Auerroiſtæ in hoc grauiter decepti ſunt.

Nota de principio ĩdiuiduationis.

Indiuiſibile dupl'r dicĩ actu, uel potẽtia.3.de aĩa.t.c.23.

Infinitũ nõ deſideraẽ ab aliquo, neq; põt acquiri ab aliquo: & ideo errauit Auic.dicẽs ex mente Phõrum, fuiſſe quãdo cœli in ſuis motibus appetunt infinitos ſitus ꝑticulares. ex lib.deſtru.diſpu.14.in ſolutione primi dubij.

Infinitus proceſſus in cauſis apud Philoſophos, eſt quodammodo impoſſibilis & quodammodo neceſſarius, uidelicet quando infinitũ ſumitur per ſe & recte, ita ꝙ præcedẽs ſit ſubſequẽtis cã, tunc eſt impoſ'e: ſed quãdo ſumitur per accidens & circuleriter, ita ꝙ corruptio ꝑcedentis ſit neceſſaria in eſſe ſubſequentis, & ꝙ ſit ibi primũ agẽs, tunc infinitas eſt poſſibilitas: & dat exemplum pulchrũ de pluuia, uapore & nube, & etiam in artificialibus. uide in libro deruct. diſpu.4.in ſolu.2.dubij.

Infinitas ſecundum Auic.non eſt impoſſibilis, niſi in rebus habentibus ſitum: ſed nullus ueracium Philoſophorum poſuit hoc, imo oppoſitum poteſt oſtendi demonſtratiuè. ex diſpu.4.in ſolu 4.dubij.

Infinitas cauſarum lucidiſſimè demonſtratur in omni gñe cauſæ ab Auer.in paraphraſi meta.trac.3.uerſus finem ab illo loco. Et dicimus ꝙ ſi ponamus plura cãta quã duo. uſq; ad finem illius tractatus, ubi breuiter & ſuccinctè adducit omnes rationes. Ariſt.2.meta.circa hoc.

Infinitatem cauſarum ſiquis negauerit, non poterit primam cauſam ab æterno aſſerere: eſſe enim cauſatorum infinitorum primam cauſam æternalem infert, ex qua acquirit eſſe infinitum.ex diſpu.4.in ſolu.6.dubij.

Infinitum corpus non erit, neq; ſenſibile, neq; intellectuale.11.primæ philoſophiæ.cap.9.

Infinitum nõ idem in magnitudine & motu & tempore, ut una natura quædam: ſed quod poſterius eſt dicitur ſecundum prius, puta motus ſecundum magnitudinem in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur: tempus autem propter motum.12.primæ phiæ.cap.9.in fine.idem.3.phy.tex.cõ.70.uide in concordantijs nuper æditis.

Infiniti quædã ſpecies reperitur, neceſſariò ſequens eſſe cuiuſdam principij primi ab æterno: & hoc non tantum reperitur in motibus continuis uel ſeparatis, imo in rebus etiã in quibus putari poteſt ꝙ præcedens ſit cauſa ſequentis, ut dicimus ꝙ homo gñat hominem ſibi ſil'em. ex libro deſtr. diſpu.1.in ſolutione.5.dubij.idem.5.phyſi.cõ.13.

Infinitum non poteſt intelligi in ſuo eſſe ab anima.ex libro deſtruc.diſputa.1.in ſolu.6.dubij.& habetur ex.2.primæ philoſophiæ in tex.cõmen.11.ubi dicitur intelligere nõ eſt non ſtatuentem.

Infinitum in actu impoſſibile eſt apud Philoſophos, tam in rebus corporeis quàm in rebus incorporeis: nullus ſepientum potuit intelligere talia diſtinguendo inter habentia ſitum & carentia ſitu, niſi Auic.ex libro deſtructionum diſp. prima.in ſolutione.7.dubij.

Infinitum non ita potentia eſt tanq; actu futurum ſeparabile, ſed notitia. eo enim ꝙ non deficiat diuiſio, oñdunt hunc actum eſſe potentia, in ſeparari uerò nõ.9.meta.tex.cõ.11.

Infinitum eſſe in potentia quomodo intelligitur, uide in.9.metaphyſi.tex.cõmen.11.

Infinitum non eſt determinatum.6.metaphyſi.tex.cõmen.4.idem.2.phyſi.40.&.50.

Infinitum non eſt pertranſire in tempore finito.2.metaphy.tex.cõmen.13.

Infinitam lineam intelligere nõ poſſumus, niſi acceperimus eam finitam & iterando eam infinities, & hoc nos facit intelligere infinitum.2.meta.tex.cõmen.11.

Inflãmabilia ſunt quæcunq; non humida exiſtentia, exhalabilia ſunt.4.meteo.tex.cõmen.49.

Inflãmabilium quædam ſunt liquabilia ut æs, quædam non ſunt liquabilia ut lignum, quædam uerò utrũq; habent ut thus.4.meteo.tex.com̃.48.& ibi redditur cauſa.

Infinitum dicitur duobus modis in tempore & in uigore.3.cap.de ſubſtantia orbis.& ſecundo cœli.39.&.71.&.12.metaphyſi.cõmen.41.

Infinitum eſſe in uigore, cuius cauſa eſt corpus inquantum corpus, impoſſibile eſt in corporibus ſiue cœleſtibus ſiue alijs.3.cap.de ſubſtantia orbis.

Infinita uirtus in uigore eſſet ĩ corpore cõpoſito ex materia & forma, ſi in eo eſſet uirtus infinita in tẽpore.ibidem.

Infinitum & finitum ſunt de differẽtijs quantitatis.1.phyſi.tex.cõmen.15. Infiniti enim & finiti ratio congruit quantitati & non ſubſtantiæ.idem.8.phyſi.com̃.79.&.3 phyſic.cõmen.24.idem.1.phyſi.18.

Infinitum etiam nec imaginatione poteſt cõmprehẽdi, quia deponit quandoq;, tum etiam quia id quod adijcit ſemper finitũ eſt, idq; eatenus donec mens labore cogitationis affecta deſtituat faſtidioq; manus det. Themiſtius in.3.phyſi. Iin fine.& habetur in tex.ibidem.

nfinitum & finitum non dicuntur niſi de quanto, non de fine quanti.1.phyſi.cõmen.18.

Infinitum ſecundum ꝙ infinitum, eſt ignotum.1.phyſic.tex.com̃.35.&.2.meta.tex.cõ.11.&.1.poſterio.

Infinitum primò apparet in continuo.3.phyſi.tex.cõmen.1. uide in concordantijs.

Infinitum contingit continuo, aut eſt differentia eius. Commenta.3.phyſi.cõmen.1.

Infinita multiplicari per infinita eſt contra rationem.primo phyſi.cõmen.38.

Infinitum apparet primũ in cõtinuo.3.phyſi.tex.cõ.1.

Infinitum ponentes, poſuerunt illud, primo principio.tertio phyſi.tex.cõmen.25.

Infinitum à naturaliter loquentibus fuit poſitum tanquam accidens principijs & elementis rerum mobilium.3.phy.tex.cõmen.27.

Infinita duo eſſe non poſſunt, quia alietas exigit diſcretionẽ, & diſcreta inquãtũ ſunt diſcreta ſunt finita.3.phy.cõ.30.

Infinitum dicitur quinque modis.3.phyſi.34.

Infiniti ꝑſcrutatio utrum inueniaẽ in intellectis, aut in quãtitate ſm ꝙ non eſt in materia, eſt ſciæ diuinæ. Cõmen.3.phyſi.cõ.39.& eſt ſententia Ariſto.in tex.ibidem.

Infinitum impoſ'e eſt ut ſit numeratum in actu, & iſta ꝓpoſitio eſt per ſe nota.3.phyſi.com̃.41.

Infiniti conſideratio perfectius tradita eſt in libro de cœlo quàm in tertio phyſi. Cõmenta.3.phyſi.cõmen.48.&.49. idem primo cœli.cõmen.33.

Infinitum non dicĩ æquale neq; maius neq; minus.3.phy.cõ.45.idem in lib.deſtru.in diſpu.1.in.ſolu.5.dubij.

Infinitum impoſſibile eſt quòd diuidatur in duo æqualia.3.phyſi.cõmen.53.

Infinitum corpus dicitur infinitum in omnibus dimenſioniſionibus.3.phyſi.com̃.53.&.43.

Infinitas in re eſt propter materiam, & finitas eſt ex forma.3.phyſi.cõmen.59.65.60.3.cœli.72.4.phy.38.49.primo cœli.61.3.cœli.com̃.6.

Infinitum eſt cuius ſemper aliquid extrà eſt.3.phy.62.

Infinitum inquantum infinitum ignotum eſt.3.phy.te.c.65.

Infinitum potius habet rationem partis quàm totius.3.phy.tex.cõmen.66.

Infinitum nõ eſt in actu propter formam, & infinitum eſt in potentia propter materiam.3.phyſi.cõmen.67.

Infinitum in motu, & tpe, & magnitudine, nõ eſt unius nãę, ſed eſt ſecũdum prius & poſterius.3.phyſi.tex.cõ.70.

Infinitum in potẽtia dicĩ alio mõ, ab eo, quò æs dicĩ in potentia ſtatua.3.phyſi.tex.cõ.57.& uide Them.ibi.

Infiniti quidditas eſt priuatio finis.3.phyſi.com̃.72.

Infinitatis quæ eſt quędam priuatio, ſubiectum eſt continuũ corpus ſenſibile, quod eſt cõpoſitum ex materia & forma, ſecundum ꝙ eſt materiatum, & non ſecundũ ꝙ eſt formatum.3.phyſi.cõ.72.uide in concordantijs.

Infinitum non habet naturam terminatam, neq; eſt pars ſcientiæ demonſtratiuæ.5.phyſico.cõmen.& tex.6.idem.6.metaphyſi.tex.cõmen.6.

Infinitorum ſi non eſt primum non erit utique ultimum.5.phyſi.tex.cõmen.13.

Infiniti nulla pars eſt menſurans ipſum.6.phy.tex.cõ.61.

Infinitum impoſſibile eſt ut componaẽ ex finitis ſiue ęqualibus ſiue inæqualibus.6.phyſi.com̃.61.

Infinitum impoſſibile eſt menſurari à ſua parte.6.phyſico.tex.cõmen.61.

Infinitum non poteſt moueri in tempore finito.6.phyſico.tex.cõmen.62.

Infantes nec poſſunt addiſcere, neq; iudicant ſenſibus ſimiliter ſenioribus: multa enim turbatio circa hos & motus.7.& phyſi.tex.cõmen.20.

Infinita eſſentialiter quod precedãt aut ſubſequantur eſt impoſſibile, ſed accidentaliter eſt neceſſarium. 8. phyſi. com. 15. & 5. phyſi. cõmen. 13.

Infinitorum nihil eſt primum. 8. phyſi. tex. com̃. 34.

Infinitum hñs potentiam, nõ eſt magis determinatũ ad unũ tempus q̃ ad aliud. 8. phyſi. cõ. 46. & fuit demõſtratum. 1. cœli. in fine per longum proceſſum.

Infinitum ſimiliter ſe habet in longitudine & tempore. 8. phyſi. tex. cõmen. 68.

Infinita media ſunt in cõtinuo nõ actu, ſed potentia. ibidẽ.

Infinitum nunq̃ pertranſitur neq; deſinit. 8. phy. cõ. 68.

Infinitum principij habet uirtutem & quanti maximam. 1. cœli. tex. cõmen. 33.

Infiniti perſcrutatio firmior eſt in libro cœli q̃ in tertio phyſi. primo cœli com̃. 33. uide etiam. 3. phyſi. 48. & 49. uide clarius. 1. cœli. tex. com̃. 54. ¶ Et ex illo. 54. textu aduertat diligens Peripateticus, contra nonnullos temerarios imponẽtes Ariſto. repetitionem & ſuperfluitatem, cum tamen nihil ſine forti ratione dixerit, ut ſcribit Cõmenta. 1. de genera. com̃. 38. Vbi Ariſt. expreſſe teſtatur ſe alio modo determinaſſe de īfinito in phyſicis, quia uniuerſaliter: hîc uerò alio modo. Etiam ꝙ in diuerſis ſententijs eaſdem demonſtrationes adducit eodem modo (ſicut dicunt quidam ꝙ fuerit malus metaphyſicus, quia uidẽt eaſdem demonſtrationes adduci in pleriſq; locis) quas adduxit in ſciẽtia naturali, uideant quæſo ꝙ non adducuntur eodem modo, nec ad eundem finem: uideant cõmentum ſextum eius in. 2. meta. & cõmentum quintum ſeptimi.

Cõtra impõetes repetitiõem & ſuperfluitatẽ in dictis Ariſto.

Infinitum aſſerentes mundum eſſe in quantitate, negant ipſum habere principium ſiue æternum ſiue non æternum: & qui ponunt ꝙ mundi ſunt plures, coguntur ponere plura principia. 1. cœli. com̃. 33.

Infinita potentia eſt maxima potentia oĩum potẽtiarum corporum, cùm ſit maioris quantitatis omnium corporũ: potẽtiæ enim corporum ſequũtur magnitudines eorum. 1. cœli. tex. cõmen. 33.

Infiniti corporis neceſſe eſt infinitam eẽ grauitatem: & ſimiliter eſt de leui. 1. cœli tex. com̃. 46.

Infiniti ad finitum nulla eſt proportio. 1. cœli tex. cõmen. 52. & 64. & 8. phyſi. tex. com̃. 15.

Infinitum corpus ſi conceſſum fuerit agere in tpe, de neceſſitate ſequitur ipſum habere ꝓportionẽ ad finitum, quod eſt impoſſibile. 1. cœli. cõ. 64. in fine cõmenti.

Infinitum in magnitudine eſt infinitum in potentia, ubi per potẽtiam intelligas uirtutem ſeu uigorẽ. 1. cœli. cõ. 65. uide cãm ibidem ex tex. cõ. 33. & in. 3. cap. libri de ſubã orbis.

Infinitum comprehendit duo tempora neceſſario, niſi infinitum eſſet maius infinito. 1. cœli. 128.

Inter infinitum & finitum nõ eſt medium, & hæc diuiſio eſt nota per ſe. primo cœli. 133.

Infinitum in tpe inuenitur accidentaliter. 1. cœli. cõ. 133. ut ſit maius altero, quia de tempore nihil exiſtit actu: ſed infinitum in actu reperiri maius alio impoſſibile eſt.

Infuſum eſt quod habet alienã humiditatem in ꝓfundo, humidum uerò quod habet alienam humiditatem in ſuperficie. 2. de generatione & corrup. tex. com̃. 14.

Infinitũ eſt duobus modis, ſecũdum circulum, & ſm rectitudinem. 2. de gene. & corrup. tex. cõ. 67. & 68.

Infinitum non habet principium neq; ultimum. 2. de generatione. tex. cõmen. 68.

Infinitũ cũ oporteat abſcindi, melius eſt, ut hoc fiat in principio. 2. de anima. tex. com̃. 136.

Infinitum melius eſt, ut abſcindatur in principio. 3. de anima. com. 36. & 2. de anima. tex. com̃. 136.

Ignorare uilia eſt melius q̃ ſcire. 12. meta. tex. cõ. 51.

Ignarus debet curare de ueritate, ſicut infirmus de ſanitate. 4. meta. tex. cõmen. 18. imo magis: quãtò enim intellectus eſt nobilior corpore, tantò intellectus perfectio eſt nobilior perfectione corporis, ſimile enim ſcribit Ariſto. primo ethicorum. cap. 17. de ciuili & medicina.

Ingroſſatio fit à frigido duobus modis, per ſe uidelicet & ꝑ accidens. 4. meteo. col. 7. in ſumma.

Ignotum & indeterminatum inconueniens eſt, & impoſſe determinare & continere. 3. phy. tex. com̃. 66.

Ingenitum dicitur tribus modis. primo. cœli. tex. cõ. 111.

Ingenitum dicitur quinque modis, licet Ariſto. non poſuerit niſi tres propter breuiloquium. 1. cœli cõ. 111.

In his quæ dicuntur ſm prius & poſterius, incipiendo eſt à cõmunioribus & ueniendum ad ꝓprium, ſicut in diffinitione motus & loci. Cõmen. 2. phyſi. cõ. 3. contra dominum Albertum in hoc aliter ſentientem.

In omni continuo neceſſe eſt ꝙ inter duo ultima ſit aliqd de genere illorum continuorum. Cõmen. 6. phy. cõ. 26.

In omnibus natura & ab arte conſtantibus & generatis, alterum eſt ipſa ſecundum ſeipſam forma, & quæ eſt mixta cum materia. primo cœli. tex. cõmen. 92.

Inordinatum & informe duobus modis dicuntur, uel ꝙ caret decenti ordine aut forma, ſicut dicitur homo inordinatus: uel ꝙ eſt priuatus ordine & forma, ſicut dicitur materia informis. 3. cœli. cõmen. 25.

In potentijs agentibus per ſe non inuenitur contingẽs æquale, ſed in potentijs paſſiuis. 2. phyſi. com̃. 48.

In quolibet gñe eſt unum primum quod eſt metrum oĩum in illo genere. 10. primæ phiæ. tex. cõmen. 7.

In quolibet genere ſunt aliqua nota naturaliter, & aliqua ignota. 2. phyſi. cõmen. 55.

In quo eſt materia, ſunt oẽs cauſæ. 2. phyſi. cõ. 71.

Inſecta coeunt non more animalium cæterorum, uidelicet ut mas membrum aliquod genitale ĩmittat in fœminã: ſed fœmina ſurſum in maris receptum caudæ ultimũ ſuę meatum quędam inducens reflectit, qui in nonnullis maior q̃ proportione totius corporis eſſe uidet̃, cum ipſa parua admodum ſint. 5. de natura animalium. cap. 8.

Inſecta aut ex animalibus eiuſdem generis gñantur, aut ſpõte naſcuntur. 5. de natura animalium. cap. 19.

Inſecta oĩa ſi tanguntur oleo intereũt, ſed celerrimè ſi capite illito exponantur ſoli. 8. de natura aĩalium cap. 8.

Inſectorum officioſiſſimorum, & præ cæteris, ferè omnibus animalibus genus formicarum & apum eſt. 9. de natura animalium. cap. 38.

Inſtrumentum naturæ & artis in duabus proprietatibus cõueniunt, & in una differunt: Nam inſtrumentum ſiue artis ſiue naturæ non eſt pars rei factæ, & utrũq; ſeparatur poſt conſtituti perfectionem: ſed differunt quia inſtrumentum naturæ tangit rei factæ partes omnes intus, & extra eodem modo. Arte autem non tangũtur niſi exteriora ab organo. Auerrois ſententia in. 2. de generatione animalium. cap. 2. in quo quæritur utrum ſemen ſit animatum.

Inſtrumenta non inſunt in quæ efficiuntur, neq; ipſum efficiens. ex. 2. de generatione aĩalium. cap. 4.

Inſtrumentum & facultas utens illo ſimul à natura dantur. Ariſto. in. 4. de generatione animaliuum. cap. 1.

Inſtrumentorum diuerſitas eſt cauſata à diuerſitate uirtutũ, et non è contra. Auerroes. 4. de generatione animaliũ. cap. primo. & elicitur ex tex. Ariſt. ibidem.

Inſecta animalia quæ ſint, uide. 1. de natura animaliũ. cap. 1. & 4. de natura animalium. cap. primo.

Inſecta diuiſa uiuere poſſunt. 4. de natura aĩalium. cap. 7.

Inſectorum nullum ſpirat, ſed ſonus his ſpiritu interiore mouetur. 4. de natura animalium. cap. 9.

Inſectorum quædã aculeos intùs gerunt, ut apes & ueſpæ, quædam extra, ut ſcorpio. ibidem.

Inſecta omnia tam pẽnata q̃ non pẽnata, olfactum habere certum eſt. 4. de natura animalium. cap. 8.

Inſtrumentis omnium ſenſuum proprium eſt, quòd nihil habent actu ex illis, quæ comprehendunt niſi inſtrumentum tactus, quod eſt compoſitum ex qualitatibus quas comprehendit. ex cõmen. libri de ſenſu & ſenſa. idem. 2. de anima cõmen. 66.

Inſtrumentum nutrimenti non eſt de ratione eius, ut ſit inſtrumentum motus, qui eſt magis conueniens, ut nutrimẽtum fiat per inſtrumentum quietis. 2. collget. cap. 18.

Inſtrumenta iudicantur eadem aut diuerſa operationibus. 2 de anima. tex. com. 18. quia opera ſunt fines inſtrumẽtorũ.

Inſciſſibilia ſunt illa quæ non diuiduntur ſecundum longitudinem, ſed ſecundum latitudinem, & cauſa eſt in hoc cauſa poſitionis filorum ſeu uillorum. 4. meteororũ. in ſumma.

In ſpermate apud generationem hominis non ceſſant partes fieri hominis, & partes ſpermatis recedere donec forma humana perficiatur, & hoc ſi forma hominis recipit partitionem. 1. phyſi. com. 62. & 6. phyſi. com. 59.

In ſomnia in ſomnio ultimo ſunt ueriora. uide cauſam in. 2. de ſomnijs & Themiſtium ibi. cap. 17.

Inſtrumenta artium quodammodo motum artis habent. primo de generatione animalium nap. 20.

In ſitu non eſt motus. 4. phyſi. 45. & 6. phyſi. 85.

Inſtantis natura eadem eſt ſecundum ſubiectum, & diſtracta ſecundum rationem. 4. phyſic. com. 104. & tex. cõ. 121.

Inſtans duplex eſt, per ſe & per accidens: inſtans per ſe eſt indiuiſibile, & eſt in ratione intrinſeca: inſtans per accidẽs eſt diuiſibile, & eſt in ratione extrinſeca. 2. de anima. cõmen. 146. licet Themiſtius aliter exponat.

Inſtans & prius & poſterius in tempore ſunt, ſicut unitas, & impar, & ſuperfluum in numero. 4. phyſic. tex. com. 115.

Inſtans agit tempus, ſicut tranſlatum agit tranſlationem, & punctus menſuram, ut geometræ dicunt, ꝙ punctus cùm mouetur facit menſuram. 4. phy. com. 104. & 121.

Inſtans eſt notius tẽpore. 4. phyſi. ibidem, ubi dicit Themiſtius. 4. phyſi. 104. ꝙ momentum notius & manifeſtius eſt tempore: nam de tota immenſitate temporis ſolum momentum attingitur.

Inſtantis proportio ad tempus eſt ſicut moti ad motum. 4. phyſico. commen. 104.

Inſtans & tempus ſeinuicem conſequuntur, ut alterum ſine altero conſiſtere nõ poſſit. Etenim tempus, ut inquit Themiſt. 4. phyſic. 104. ferè de momentis conflatus conſtitutuſq; numerus, nam momentum quodammodo unitas temporis, uide in contradictionibus nuper æditis.

Inſtantis multiplicationem ſi quis non percipiat, non poteſt tempus percipere. 4. phyſic. tex. com. 100. & com. 106. & 8. phyſic. com. 11. contra Themiſtium opinantem ꝙ tempus poteſt percipi per perceptionem unius inſtantis.

Inſtans non poteſt bis demonſtrari in actu ſicut punctus. 4. phyſico. tex. commen. 121. & 105. & 106. uide Themiſtium. 4. phyſico. in. tex. 127.

Inſtans uerè & tranſumptiuè 4. phyſic. tex. commen. 122. & 6. phyſico. commen. 24.

Inter puncta & inſtantia ſemper aliquod unigeneum eſt, uidelicet puncta & inſtantia. 6. phyſic. com. 2.

Inſtans eſt indiuiſibile ſecundum ſubiectum, & diuiſibile ſecundũ rationẽ. 6. phy. tex. com. 24. idem. 4. phyſi. cõ. 121.

Inſtans eſſe unum & eſſe indiuiſibile in eodem ordine ſunt 6. phyſi. com. 15. uide cauſam. 4. meta. com. 3.

Inſtans in ſua eſſentia non includit diuiſionem niſi per accidens. 6. phyſico. commen. 27. quomodo ſit intelligendũ, uide. 4. phyſic. tex. commen. 121.

Inſtans pro parte tẽporis tranſumptiuè capit̃. 6. phy. cõ. 54.

In inſtanti non eſt motus neq; quies. 6. phyſi. tex. com. 74.

Inſtans non eſt in actu in tempore. 6. phy. commen. 76.

Inſtans facit tempus & nõ inuenitur niſi in tempore, & eſt finis præteriti, & principium futuri. 8. phy. tex. com. 11.

Inſtans imaginari non poteſt eſſe finis temporis præteriti abſq; hoc ꝙ ſit principium futuri, aut ꝙ ſit principium futuri abſq; hoc ꝙ ſit finis præteriti, niſi imaginando tempus eſſe quaſi lineam rectam. 8. phyſic. com. 11.

Inſtans ſi demonſtraretur in actu in tẽpore ſicut pũctus, natura temporis deſtrueretur, quia neceſſario deſtrueretur motus, & eſſet punctus nõ inſtans. 8. phyſic. com. 11.

Inſtrumenti diuerſitas facit in tranſlatione diuerſitatem figuræ. 7. phyſico. commen. 30.

Inſtrumentum non mouet ſine eo cuius eſt inſtrumentum.

Inſtrumentum in mouendo autem eſt propter melius, ideſt propter facilius, aut ex neceſſitate. 3. cœli. com. 28.

Inſtrumenta dicuntur eadem uel altera ex operibus. ſecundo de anima. tex. commen. 38.

Inſtans in quo aliquid dicitur, eſt aliud ab inſtanti comprehenſione. 2. de anima. com. 146.

Inteſtinorum eſt bina utilitas prima quia ſunt uia per quam uadit cibus ab illis ad hepar: ſecunda uerò propter ſuperfluitates ſiccæ expulſionem. colliget. 2. cap. 9. de iuuamen. membrorum officialium.

In inteſtinis eſt uirtus digeſtiua, quia illorum ſubſtantialis complexio eſt ſimilis complexioni ſtomachi. ibidem.

Inteſtina non habent tunicam in longitudine, quia attractiua uirtus non eſt manifeſta in eis. ibidem.

Inteſtina habent multam reuolutionem ut moretur cibus, donec hepar trahat illum ab ipſis: & ideo Ariſt. dicit ꝙ animalia habentia paruam inuolutionem in inteſtinis, ſunt guloſa. ibidem. ſicut eſt in lupo.

Interrogatio facta per utrum de duobus per diſiũctionem, dicitur eſſe de oppoſitis, quæ ſimul eſſe non poſſunt: aliter enim ridiculoſa erit interrogatio. 10. meta. tex. com. 17. ex quo patet contra Sophyſtas, qui aſſerunt iſtam eſſe ueram diſiunctiuam, tu curris, uel baculus eſt in angulo.

Interrogatio omnis eſt de oppoſitis. ibidem & tex. com. 18. ubi dicit̃: In oppoſitis ſemper eſt interrogatio ipſius utrũ.

Interminatum extra animam non poteſt terminari niſi ab anima. ex. 2. primę philoſophiæ. tex. com. 11.

Interrogationes multiplices ſunt diſtinguendæ, quando datur reſponſio. 7. met. com. 36. & eſt regula Philoſophi in libro elenchorum. & in libro de interpretatione. & 1. cœli. tex. commen. 110.

Interpretator ſomniorum eſt homo, qui habet animam pręparatam naturaliter ad diſtinguendum ſimilitudines rerũ & ſomniorũ: & eſt ille cui largitur intellectus intentiones corporales, cui aſſimilantur in ſomnio intentiones ſpirituales. ibidem. i. ex com. libri de diuinatione ſecundũ quietẽ.

Interpres ſomniorum, ut dicit Ariſto. debet eſſe ſemper cogitãs & mũdus, non declinãs ad mores aæ brutalis. ibid.

Intentio prima Ariſt. non eſt contradicere opinionibus falſis in hac ſcientia, ſed declarare ſubſtantias & quidditates rerum naturalium. Commen. 1. phyſi. com. 11. ¶ Ex quo patet ꝙ quidditates rerum naturalium in propria forma conſiderantur à naturali non à diuino. idem. 2. phyſi. tex. com. 17. & 16. & 27. ubi quærit Ariſt. uſque ad quem terminũ ſe extendit conſideratio naturalis. & ut dicit ibi Commentator & expoſitores intelligitur de quæſtione quid eſt, nõ, ſi eſt. idem. 6. meta. tex. com. primi & ſecundi. 4. meta. tex. commenti quarti. & 2. de anima de animę diffinitione. & 1. de anima. commen. 3. & 11.

Intentiones iſtæ de quibus dicitur hoc nomen ens. ſ. uniuerſale, & indiuiduum, multum differunt. 1. phyſic. com. 13. de qua oppoſitione uide. 7. metaphyſi. commen. 57. & 12. meta commen. 27.

Inter non eſſe purum, & eſſe purum, eſt aliqua natura media. 1. phyſic. com. 78. idem. 12. meta. commen. 11.

Interrogatio per quid nominis præcedit quæſtionem ſi eſt. 4. phyſi. commen. 50. & 57. in. 2. poſteriorum.

Intentio uniuerſalis alia eſt ab intentione imaginata. 2. de anima. com. 60. contra negantes ſpecies intelligibiles.

Inteſtina habent multa inuolucra. & uide cauſam. 4. de utilitate particularum. cap. 17. à Galeno authoritate Pla.

Inteſtina habent duas tunicas, ſed nõ habent uillos rectos ut plurimum, exceptis quibuſdam, ut inteſtino recto: & uide cauſam ibidem à Galeno. uide etiam de hoc. 5. de utilitate particu. cap. 11. ubi reddit cauſam quare ſolum habent unum genus uillorum tantum per quod fit expulſio.

Intentiones quas recipit ſenſus ſunt particulares, ſed intentiones quas recipit intellectus ſunt uniuerſales. ſecundo de anima. com. 121. & 149. & 3. de anima. cõ. 4. & 5. 19. 28. & 30. contra negantes ſpecies intelligibiles.

Intentio coloris alia eſt à calore. 2. de anima. tex. cõ. 127.

Intentio per quam intellectus materialis fit intellectum in actu, eſt quia eſt intellectum in actu: ſed intentio per quã


Inſtrumenta

res extra animam ſit intellecta in actu, eſt intentio intellecta in potentia. 3. de anima. com. 16.

Intentiones imaginatæ non ſunt ſolæ mouētes intellectum materialem. 3. de anima. commen. 18.

Intentiones imaginatæ ſi reciperent intellecta, tunc res reciperet ſe, & motor eſſet motum. ibidem contra Auēpacē.

Inueniuntur diagrammata ſeu deſcriptiones geometricæ actu. 9. metaphyſic. tex. commen. 20. ubi elicitur quòd actus eſt ratio intelligendi.

Ioannes Grammaticus mouit quæſtionem magnam & difficilem Peripateticis, quod cœlum ſit corruptibile. 12. metaphy. com. 41. idem uide in. 8. phyſic. com. 79. & 1. cœli. com. 71. & in libro de ſubſtantia orbis prope finem.

Ioannes Grammaticus dedit quæſtionem Peripateticis, à qua plures non potuerunt euadere. ultimo cap. de ſubſtantia orbis, & require etiam eam in. 8. phyſic. com. 79. & in. 12. primæ philoſophiæ. com. 41. & in. 1. cœli. com. 71.

Ioannes Grammaticus poſuit locum eſſe & dimenſiones & uacuum, & non ſeparatum à corporibus. 4. phy. cō. 43.

Ioannes Grammaticus ignorauit ꝙ potentia naturalis ſit in ſubiecto, quod eſt alterius ſpeciei à ſpecie in qua eſt ipſe motus. 8. phyſic. com. 4. uide. 4. cœli. com. 25.

Iracundus in hora iræ ſuæ, & habens calorem aſcēdentem habet uiſionem corruptam, & fortè uidebit unum, ac ſi eſſent duo propter motum contingētem ſpiritui apud iram. ex. com. librī de ſenſu & ſenſato. idē. 3. de anima. com. 66.

Ira eſt appetitio ulciſcendi cuiuſpiam, qui nos ferè contempſerit: quæ non in omnibus ſenſu præditis, ſed in abſolutis & perfectis animalibus habetur: nō enim oſtreæ & uermes tametſi ſentiunt, iraſcuntur. Alexan. in paraphraſi. in cap. de ui impulſoria.

Ira eſt feruor ſanguinis circa cor. 1. de anima. tex. com. 16.

In ira indicat animus rem ſucceſſione uēdicationeq́; dignā, ſed cor animalis agitatur, & ſanguis qui cordi diffuſus eſt inflammatur atq; ſuccenditur. In metu uerò indicat anima rem dignam formidine: pars deinde quædam contrahitur corporis, mox frigeſcit & conſternitur, & ut poeta inquit: Pallor ſimul occupat ora. Themi. 1. de anima. cap. 25 & eſt ſuper tex. 63.

Iſte modus hominum, qui per ſuam naturam non poſſunt diſtinguere inter illud quod eſt manifeſtum per ſe, & illud quod eſt manifeſtum per aliud, nunquam potuit philoſophari, nec poterit. 2. phyſic. commen. 6. conſimile primo cœli. commen. 22. uide. 2. metaphy. tex. com. 15.

Iſta propoſitio eſt maximum fundamentum in ſcientia naturali, & in ſcientia diuina naturam agere propter finem. 2 phyſic. commen. 75.

Iudicia hæc exiſtimare opus eſt, puta imaginari, aſſentire, apprehendere, ſuſpicari, opinari, ſcire, ratiocinari, conſiderare, intelligere: quæ proculdubio ab uno quopiam fiunt, quod commune ſit omnibus atq; illud criticum ſiue iudiciale eſt: Iudicium uerò ab eodem per aliam atq; aliā poteſtatem fit eadem in ſenſibus perſpecta ratione. Nam ſicut in ſenſibus ſingularia, & propria ſenſibilia ſingularibus ſenſorijs agnoſcimus, communia communi ſenſu percipimus, perinde quaſi ſenſus omnis ab eodem quidem fiat, ſed per aliud atq; aliud: ita iudicialis quædam poteſtas eſt, & imaginari, & aſſenſum præſtare, comprehendere, ſuſpicari, opinari, deprehendere, quarū functionum differentias communi iudiciali parte dignoſcimus. Alex. in paraphraſi de anima. cap. de impulſu & ui impulſoria, contra illos qui ponunt uirtutem ſenſitiuam apprehendere ſuum actum.

Iuuenum complexio eſt calida & humida, & ſenum eſt frigida & ſicca. ex libro de longitudine & breuitate uitæ.

Iuuentutis tempus æquale eſt ſenectutis. 2. de generatione & corruptione. commen. 57. & elicitur ex tex. commen. 58. ibidem. ubi dicitur tempus generationis æquale eſſe tēpori corruptionis.

Iuuentus hominis ſecūdum medicos, eſt uſq; ad. 35. annos: & ſi poſuerimus ꝙ tempus crementi eſt æquale tempori ſenectutis, tunc uita hominis naturalis eſt uſq; ad ſeptuaginta annos, & ideo Magiſter dicit, ꝙ uita ē media in. 70. & 60. annos. Com. in. 2. de gene. & corrup. com. 58.

Iudicantur res aliæ quidem per intellectum, aliæ uerò ſcientia, aliæ autem opinione, aliæ uerò ſenſu. primo de anima. tex. commen. 27.

Iudicium attribuitur potentiæ inquantum eſt actus & forma. receptio autem eſt ſubiectum & potentia: recipere. n. aliquid aliud eſt à iudicare illud. 2. de anima. com. 149.

¶ De litera. L.

LABRA Data ſunt animalibus prodentium tutela, homini autem etiam propter ſermonem. ex. 2. de partibus animalium. cap. 16.

Lac eſt commune terræ & aquæ, lignum uerò terræ & aeris, oleum uerò aquę & aeris. 4. meteo. te. cō. 49.

Lac non reperitur in ouiparis, ſed in uiuiparis animalibus: & ideo aues, ſerpentes, & piſces lac te uacant. ex. 4. de partibus animalium. cap. 10.

Lacte carent aues & piſces. 3. de natura animalium. cap. 20.

Lac cameli eſt tenuiſſimum, poſt æquæ tum aſinæ. ibidem. ¶ Ex quo colligi poteſt lac equæ in hecticis non minus, immo magis conferre quam lac aſinæ: nam idem eſt iudiciū de ſanguine & lacte, ſed ſanguis hominis eſt tenuiſſimus & mundiſſimus. 3. de natura animalium. cap. 19. Et ſic uidetur ꝙ lac equæ ſit magis conueniens cum lacte humano contra medicos, niſi fortè dicerent ratione frigiditatis lac aſinæ magis conferre.

Lac mulieribus quibuſdam natu maioribus ſuctu frequētiore prodijt. 3. de natura animalium. cap. 20.

Lac maribus aliquibus interdum gignitur, & uide de Capro Lemnio exemplum. ibidem.

Lac cogit ſuccus ficulneus & coagulum. ibidem.

Lac mulierum lactentibus commodius eſt, quod liuorem trahit quam quod candidum eſt &, fuſcæ ſalubrius habēt quam candidæ: eſt porrò ad alendum ualidius, in quo plus caſei eſt, ſed infantibus ſalubribus quod minus caſei cōtrahat. 3. de natura animalium. cap. 21.

Lactis copiam medica herba extinguit, ſed cytiſus & eruū auget. ibidem.

Lactis odor & ſapor permutatur in fluxu ſanguinis menſtrui, ideo nutrix debet abſtinere à coitu, quia coitus prouocat ſanguinem menſtruum. ex. 6. colliget. cap. 6.

Lac & caro cameli ſuauiſſima ſunt. 6. de natu. anima. ca. 26.

Lactis bonitas & malignitas requiratur. 7. de natura animalium. capitulo. 5.

Lactis aduentus in muliere requiratur. 7. de natu. anī. ca. 11.

Lac ſeruatur, quandiu mulier concipit, tum deſinit atq; extinguitur tā in homine quā in quadrupedibus uiuiparis. ibid.

Lacte fluente ut plurimum creſcunt purgationes. ibidem.

Lac melius eſt fœminæ, deinde aſinæ, poſtremò capræ Auer. 5. colliget. cap. 34. & cap. 44.

Lac citius recipit immutationem omnibus alijs rebus ab aere. 5. colliget. cap. 44.

Lac, quia eſt materia ſimilis materiæ primæ humiditatis radicalis, ideo eſt magis iuuatiuum hecticis omnibus alijs rebus. ibidem.

Lac bonum eſt ſenibus habentibus uenas largas, ſed neceſſe eſt ut cum melle exhibeatur. 6. colliget. cap. 9.

Lac fit his fœminis quæ animal intra ſe generant. 4. de generatione animalium. cap. 8.

Lac eſt ſanguis concoctus. ibidem.

Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies. 3. de aīa. tex. cōmēti. 38.

Lapides carent odore quia ſunt inſipidi, ligna uerò contrà odorem habentia & ſaporem continent. Aleander in primo de anima. cap. de olfactu.

Lapis pyrimacus liqueſcit, ut ſtillet & flat. 4. meteororum. tex. commen. 40.

Lapis quaquam grandeſcere uidentur, non tamen uiuunt, quia

crementum

crementum illud non ex alimento intus molito diſpenſatoq́; in penitiores partes attollitur, ſed fit ex appoſitione materiæ: aut ſi per omnes partes attollitur, erit in his utiq; aliqua ratio uitalis, ſed ſubobſcura & admodum tenuis: Neq; mirum eſt lapides adoleſcere quando & parere quidam putantur. ut Clearchus eſt author: uidetur enim ſæpiculè natura ſuos fines tanquam tranſgredi, unde in aliquibus dubium ſit, utrum animalia ſint an radices an lapides. Themiſtius. 2. de anima. commen. 5.

Lacerti in corpore hominis ſunt ſecundum Galenum, numero. 519. primo colliget. cap. de lacertis.

Latibile quodlibet eſt diminutum, quia poſſibilis eſt in eo additio. primo cœli. com. 4. & elicitur ex tex. ubi probatur ſolum corpus ex magnitudinibus eſſe perfectum, quia nō poteſt ferri in aliam dimenſionem.

Latentia propoſitionum eſt duplex: quędam enim indiget inductione, & quædam indiget ſyllogiſmo. 4. cœli. commen. 22. idem in primo priorum, in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico.

Latitudines magis faciunt ad diuerſitatem terrarum quàm longitudines. Com. in. 2. meteo. cap. 2. ubi tractat de uētis.

Latio eſt prima mutationum, huius autem quæ circulo. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 38.

Latificabilia ſunt illa, quę fiunt lata per uerberationem mallei, & mouentur ſecundum tres dimenſiones ex una uerberatione, ſicut eſt conſuetudo plumbi: ipſum enim cùm uerberatur, recipit augmentum in longitudine & latitudine, et diminuit in ꝓfunditate. Cōmē. in. 4. meteo. cō. 1. magno.

Lationum contrariarū cui altera ineſt præter naturam, alia ineſt ſecundum naturam. 1. cœli. tex. com. 18.

Lationes contrariorum ſunt contrariæ. 1. cœli. tex. cō. 20.

Lex & inſtitutio poſitæ ſunt uoluntariæ, & res uoluntariæ quæ uerè ponuntur, aſſimilantur naturalibus, & ſequunt opus naturæ. 1. cœli. com. 2. idem in prologo primi phyſi.

Leges non ponuntur niſi ſecundum exiſtimationem ponentis legem in principijs mundi. 1. cœli. commen. 33.

Leges multæ dicunt ꝙ hîc ſunt cauſæ ſcientes res infinitas & ꝙ ab eis proueniunt res infinitæ. 2. meta. com. 14.

Lex Maurorum prohibet diſputare de ſcientia Dei, tam reſpectu ſui ꝗ reſpectu aliorū entiū. ex diſp. 6. i ſolu. 6. dubij.

Lex non ꝓhibuit abraſionem pilorum pectoris, neq; illorū qui iuxta pudenda naſcuntur, ſicut ꝓhibuit abraſionem illorum qui ad aliquam utilitatem à natura creati ſunt, ſed illi ſolum ex neceſſitate materiæ ſunt, uide Auer. in. 2. de partibus animalium. cap. de membris uiſus prope finem.

Legales ſunt inimici Philoſophorū. ex ꝓœmio libri deſtruc.

Leges quæ ſunt in hoc tempore, non differunt à lege Græcorum, niſi quia iſtę leges dicunt angelos eſſe corporeos. 1. cœli. commē. 22. Nota tamen ꝙ hoc non eſt uerum de lege Chriſtianorum.

Leonis oſſa medullam exiguam ac per obſcuram obtinent ex. 2. de partibus animalium. cap. 6.

Leonis oſſa fortiter attrita inuicem ignem eijciunt, ut ex attritione ſilicis. ibidem. cap. 9.

Leones ſunt liberales, fortes, & nobiles. Ariſto. 1. de hiſtorijs animalium. cap. 1.

Leonis ceruix oſſe uno rigida conſtat, nec uertebris ullis iūgitur. 2. de natura animalium. cap. 1.

Leonis oſſa nullam intra ſe continere uidētur medullā, ꝙ admodum exiguam ac tenuem habeat, eamq; in paruis oſſibus: ſunt enim oſſa eius adeo dura, ut ex eis concuſſis ignis, ueluti à ſilice elidatur.

Leones terræ Syrię quinquies in uita pariunt, primum quinque, pòſt uno ſubinde pauciores, deinde ſteriles degunt. 6. de natura animalium. cap. 31.

Leones in Europa pauci ſunt. ex. 8. de natura anima. cap. 28.

Leporum fœmina ſæpenumero ſuperuenit marem. 5. de generatione animalium. cap. 2. contra uulgares aſſerentes in leporum genere ſexū maris & fœminæ nō eſſe diſcretū.

Lepra quæ fit à generatione & hæreditaria, non recipit curam per medicamina. 3. colliget. cap. 7.

Lepra eſt cancer uniuerſalis. ibidem.

Leſio actionum & paſſionum eſt tribus modis, diminutè, corruptè, & ablatè. 3. colliget. cap. 16.

Leuis actus eſt alicubi eſſe & ſurſum. 8. phy. tex. com. 32.

Leucippus & collega eius Democritus plenum & inane elementa dicunt eſſe. 1. meta. cap. 2.

Leucippus & Plato poſuerunt motum ante mundi generationem. 12. meta. tex. commē. 30. ubi aduerte ꝙ ut deducit Commentator in commen. iſtis antiquis accidit ut uiolentum ſit prius natura naturali, & præcipue Platoni, qui poſuit motum æternū eſſe inordinatū: inordinatio. n. eſt priuatio ordinis, & ita priuatio eſſet etiam natura prior habitu.

Liber phyſicorum diuiditur in libros de principijs, & in libros de motu, Adraſti ſententia, referente Simplicio in ꝓlogo phyſi. qua diſtinctione ut ait, Ariſtot. ſæpe utitur, ubi Adraſtus uoluit priora quinq; uolumina eſſe de principijs, reliqua uerò tria de motu.

Liber de cœlo conſiderat de corporibus mundi primis & ſimplicibus, & de omnibus exiſtentibus in mundo inquantum eſt mundus. Commētator in proœmio. 4. libri de cœlo. Ex quo patet ꝙ malè ſenſit Pomponacius ex mente Auer. corpus ſimplex eſſe potius ſubiectum in lib. de cœlo cum Simplicio, ꝗ mundum aut uniuerſum cum Alexandro, Simpli. opinionem & fundamentum, uide in prologo 1. phy. in diuiſione philoſophiæ naturalis, licet Themiſt. inſcripſerit Themiſtio prologum iſtum, ſed ſecundum ueritatem eſt Simplicij. Cōtra Pōponacium.

Liber phyſic. eſt de principijs & cauſis omnium rerū ſenſibilium. Commen. in prologo phyſic. &. 2. phyſic. com. 3. idem Simplicius in prologo, ubi dicit ꝙ eſt de principijs uniuerſalibus & annexis principijs: & ibi uide ꝗd per principia, & quid per annexa principijs ſit intelligendum.

Liber phyſic. inſcribitur de phyſico auditu ſeu auſcultatione, quia eſt ita exactum & elaboratum opus, ut alijs in auditionem perceptionemq́; ſit propoſitum. Simplicius in ꝓlogo phyſic. & eſt melior, quam expoſitio Auer.

Liber de cœlo & mundo præcedit librum de generatione & corruptione. 3. cœli. tex. commen. 42. commen. 56. idē in principio libri meteororum.

Liber de partibus animalium præcedit librum de anima, nam hæc ſunt materia animæ. Commen. in principio libri meteororum.

Liber primus phyſicorum inquirit in principia ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis. Auer. ſententia in paraphraſi primi de cœlo in fine. & Themiſtius idem ſentit. 1. phyſic. ſuper expoſitione tex. 50. idem notat Simplicius ibidē contra illos, ꝗ uolunt ēt ibi inquiri principia corporis cœleſtis.

Liber de partibus animalium ordine doctrinæ præcedit librum de anima. Commenta. in prin. libri meteo. idem aſſerit Alexan. in princi. enarrationis de anima, ubi inquit: Quia ſi ea quæ commodè & aptè de animæ ſubſtantia proferuntur, contradictionibus implicare non uolumus: primo loco ipſe poſſidentis animam corporis apparatus cōtemplandus eſt, & internarum inuicem & externarum partium cum ipſo uenuſtatis & pulchritudinis conſenſu, lex et diſpoſitio conquirenda. Simul enim hæc ipſa ſpeculati fuerimus, haud quaquam ulterius admirabile & noſtra opinione maius eſſe uidebitur ut in corpore ſupra quam opinari poſſumus, mirabiliter atq; ambitioſe diſpoſita anima tot in ſe motionum principia poſſidens contineatur.

Librum de mineris, & de plantis non habemus, niſi duos tractatus. Commen. 1. phyſic. commen. 57.

Literarum quædam lingua producuntur, quædam uerò labris comprimuntur. ex. 2. de partibus animalium. cap. 16.

Literæ uocales uoce & gutture, conſonantes autem lingua & labris proferuntur. 9. de natura animalium. cap. 9.

Lien in dextro latere, iecur in ſiniſtro conſpectus eſt Ariſto. in. 4. de generatione animalium. cap. 4.

Lignum centum librarum magis ponderat, quam plumbū unius libræ, quia conſtat ex tribus grauibus: in aqua uerò eſt leuius, quia tūc ſunt in eo duo grauia. ꝗ. cœli. tex. cō. 30.

Ligna ſupernatant in aqua præter ebenum.4.meteororum.tex.commen..42.

Ligamentum eſt corpus medium inter corpus oſſis, & corpus muſculi.1.colliget.cap.de ligamentis.

Linea recta nulla perfecta eſt.primo cœli.tex.com.12.

Linea ſecundum ꝙ linea poteſt diuidi in infinitum,non autem ſecundum ꝙ eſt terreſtris aut ignea.4.phyſico.commen.72.&.3.phyſico.60.

Linea recta non ſuperponitur circulari.7.phy.commẽ.24.

Linea recta ducta inter duo puncta eſt breuiſſima, & ipſa eſt menſura.5.phyſi.commen.24.

Linea recta dicitur imperfecta, qa poteſt ei addi & minui ipſa adhuc exiſtente linea,ſed non circularis. ex tracta.1.in paraphraſi metaphyſic.cap.de perfecto.

Linea circularis habet extrema adunata, immo in rei ueritate non habet extremum.2.cœli. commen.35.uide.8.phyſic.tex.commen.73.&.3.de anima.55.

Linea recta una ſolummodo cadere poteſt inter duo pũcta, ſed infinitæ curuæ inter duo puncta cadere non poſſunt.primo cœli.tex.commen.27.

Linea recta cadit in diffinitione contrariorum, quod quomodo eueniat uide,in paraphraſi ſuper primo cœli,in ſumma.6.&.primo cœli.commen.29.

Linea non poteſt imaginari eſſe infinita niſi ex parte longitudinis,quæ eſt in ea quaſi materia, & quaſi genus:ſed ex parte differentiæ,quæ ponitur in deſcriptione eius, uidelicet ipſam eſſe ſine latitudine, eſt finita, & ita etiam eſt de ſuperficie & corpore.primo cœli.commen.39.

Linea impoſſibile eſt,ut tangat ſphæram,niſi contactus ſit mathematicus non naturalis.1.de anima.tex.commen.13.uide etiam.5.phyſic.com.22.&.30.&.1.cœli.32.&.3.meta.com.8.& primo de generatione & corruptione.44.de duplici contactu naturali,& mathematico.

Linea infinita intelligi non poteſt,niſi acceperimus eam finitam interando eam.2.meta.tex.com.11.

Linea recta eſt magis una & continua quam flexa.5.meta.tex.commen.8.

Linea reflexa & angulũ habẽs,una & nõ una dici põt.ibid.

Linea tortuoſa q̃ſi eſt cõpoſita ex duabus lineis.ibid.Com.

Lineæ tortuoſæ partes non æquè uelociter mouentur ſicut partes lineæ rectæ.5.meta.com.9.

Linea maxima in mundo cuius unus finis eſt ſuperius ſimpliciter,& alter eſt inferius ſimpliciter,neceſſe eſt ut determinetur per terram,quia hæc eſt uia Commen.5.phyſic.commen.24.idem.1.cœli.tex.commẽ.27.

Lineæ arcuales inter duo puncta ſunt infinitæ.ibidem.

Linea non mouetur,ſed corpus.ibidẽ.idẽ.6.phy.com.32.

Linea circularis maximè una eſt,quia tot & perfecta eſt.5.meta.tex.commen.11.idem.1.cœli.12.

Linea circularis eſt perfecta,& linea recta eſt diminuta.5.metaphyſic.tex.commen.11.

Linea diuiditur ſecundum unum,ſuperficies ſecũdum duo, corpus ſecundum omnem modum.5.metaphyſi.tex.com.12.idem primo cœli.tex.commen.2.

Linea arcualis non poteſt æquari lineæ rectæ, neq; non rectæ rectæ.10.meta.com.10.uide in concordantijs.

Linea recta eſt breuiſſima linea ducta inter duo puncta ſecundum geometricam conſiderationem,& eſt dictum largè.7.phyſic.commen.29.

Linguam habet animal quatenus ſignificet aliquid alteri.3.de anima.tex.commen.ultimi.

Lingua non habet aliquem ſaporem in actu, & ideo quando imbibitur aliquis humor in ea corrumpitur guſtus. ex commento libri de ſenſu & ſenſato.

Lingua mollis,lata,& abſoluta,ad literarum explanationẽ, & ad ſermonis expreſſionem maximè accomodata eſt. ex 2.de partibus animalium.cap.ultimo.ubi dicit ꝙ ea ratione euenit,ut aues quæ literas exprimere poſſunt, ſunt latiori lingua quam cæteræ.

Lingua utuntur aues ad ſui ſenſus mutuam interpretationẽ.ibidem.&.9.de hiſtorijs animalium.cap.10.

Lingua mouet ſenſum ſaporum, eſculentorum autem omnium uoluptas in deſcendendo contingit. Dum enim deglutimus,lingua,ſentimus & ſalſa,& dulcia, & reliqua generis eiuſdem.ex.4.de partibus animalium.cap.10.ubi agitur de partibus ouiparorum.idem in.2.de anima.in tractatu de guſtu.

Linguam omnia ouipara habent excepto uno crocodillo fluuiatili, & uide cauſam in.4.de partibus animalium cap.10.& ibi etiam ꝙ omnia maxillam inferiorem mouent,excepto crocodillo qui ſuperiorem mouet,quia utitur illa loco pedum, quia pedes eius cùm ſint breues, ſunt inutiles ad capiendum.

Lingua lacerti inter quadrupedes ouiparas biſida,ut ſerpentibus eſt,parteq; extrema piloſa admodum. ex quarto de partibus animalium.cap.10.

Lingua in moli animalium nulli data eſt, ſed eſt caro quædam exigua,qua uice linguę utunt̃.4.de nat.anima.cap.1.

Linguæ uice aliquibus palatum tributum à natura eſt,ut inter fluuiatiles cyprino,ita ut niſi diligenter inſpexeris,lingua id eſſe uideatur.4.de natura animalium.cap.8.

Lis & amicitia propriè non inuenitur niſi in animalibus,& præcipuè rationalibus,non in eis quæ non ſunt animalia.8.phyſico.commen.15.

Locus aut eſt medium aut orizon.1.cœli.tex.commen.74.

Locus idem numero eſt totius & partis.1.cœli.commẽ.84.&.80.& habetur ex.tex.uide in concordantijs.

Locus terræ & aquæ eſt ultimum aeris.primo.cœli.commen.91.uide in concordantijs.

Locus cœli eſt duplex ſecundum imaginationem,& ſecundum naturam.colligitur ex eodem commento.ibidem.

Locus cœli eſt unus,& eſt medium mũdi,circa quod reuoluitur.primo cœli.tex.commen.100.

Loca cœli ſunt infinita.1.cœli.com.10.uide in cõcordãtijs.

Locus idem eſt antè & pòſt,ſuper quo ſuccedũt partes corporis ſphærici:ſecùs autem eſt de non ſphæricis. ſecundo cœli.commen.27.

Locus ſphæræ naturaliter eſt conuexũ centri.2.cœli.cõ.27.

Locus aquæ naturalis in quo quieſcit,& unde uiolenter mouetur eſt terræ ſuperficies.Commẽ.in paraphraſi.2.de cœlo.ſumma ſecunda,quæſito tertio. Vide in concordantijs.

Locus infimus locorum qui eſt terræ,eſt centrum: non autẽ qui eſt centro propinquior.Commen.2.cœli.com.31.

Locus ſuperior diuinior eſt loco inferiori.2.cœli.tex.cõ.34.

Locus omnium corporum,quæ circulariter mouẽtur, quod eſt medium mundi,debet eſſe unum: quoniam ſicut locus totius & partis ẽ unus in corporibus grauibus & leuibus, ſic eſt in circularibus:contra ponentes eccentricos, & epicyclos.2.cœli.commen.35.ubi aduerte ꝙ ſecundum uiam Auer.in.2.cœli.in commẽ.42.& in.2.cap.de ſubſtantia orbis,ex omnibus orbibus reſultat unum totum, & ſit unus actus:& ita etiam primo cœli.commen.10.ſcribit contra Ptolemæum,ꝙ planetæ ſunt partes corporis rotundi,nec mouentur motu locali per ſe, ſicut oportet dicere ponentem epicyclum eſſe. uide pro hoc etiam. ſecundo cœli.tex.commen.48.& 49.

Loca non diuerſantur adinuĩcem,niſi inquantum ſunt in dimenſionibus rectis,& in corporibus rectarum dimenſionum:& ideo loca elementorum ſunt diuerſa,locus uerò orbium eſt unus numero.2.cœli.commen.35.

Loca in quibus eſt quies naturalis,& motus naturalis, ſunt eadem numero.3.cœli.commen.25.

Locus eſt conueniens,& ſimile ei quod mouetur.quarto cœli.tex.commen.22.

Locus differt à forma,quia licet uterq; finis ſit,tamen locus ſeparatur,& forma non eſt ſeparabilis.4.cœli.com.3.uide quomodo ſit intelligendum.4.phyſic.tex.com.18.

Loca ſunt fines motuum localium in grauibus & leuibus, & ſunt quaſi forma quia ſunt perfectiua.4.cœli.commen.25.& habetur ex tex.commen.24.ibidem.&.25.

Loci contrarietas non eſt manifeſta per ſe.4.cœli.commen.33.idem.6.phyſico.commen.92.&.8.phyſico.16.&.62.&.5.physico.commen.9.

Locus in corporibus ſimplicibus eſt perfectio & forma.4.cœli.com.34.Vide in concordantijs.

Locus ſuperior eſt ſicut forma reſpectu loci inferioris.quarto cœli.tex.commen.35.

Locus eſt cauſa eſſentialis conſimilitudinis,& contrarietatis corporum ſimplicium.4.cœli.com.35.

Loca quæ ſunt inter duo extrema neceſſe eſt ꝙ ſint duo, qa impoſſibile eſt ꝙ contraria admiſceantur,& oportet ut in natura mixtionis inueniatur intentio in medio duorum extremorum.4.cœli.com.34.contra Themiſtium.

Loca ſunt tantum duo.ſ.circunferentia & centrum.4.cœli.com.40.& tex.com.5.uide in concordantijs.

Loca in ultimis elementis ſunt cauſæ locatorum,ſed in alijs corporibus eſt è conuerſo. uidelicet ꝙ locata ſunt cauſæ locorum,licet hoc inueniatur in eis ſecundum prius & poſterius,& non æqualiter: & ꝙ compoſitorum illud quod eſt uicinius elementis,locus eſt magis neceſſarius in ſuo eſſe,& indiget plus loco ſecundum illud eſſe: & quantò remotius tantò minus, ita quod exiſtimatur ꝙ neceſſitas locati ſit neceſſitas eſſe loci.4.cœli.com.40.

Locus & tactus eſt in mathematicis. primo de generatione & corruptione.tex.cõ.44.uide in cõcordantijs nup ęditis.

Loca efficiunt morum diuerſitatem in animalibus. Ariſtot.in.8.de natura animalium.cap.29.

Locus non debetur corpori niſi propter ſuas dimenſiones, non per accidentia aliorum prædicamentorum: & ideo mathematici non abſtrahunt magnitudines mathematicas à loco.

Locata in aliquo loco neceſſario, aut ſunt illud corpus, cuĩ naturaliter debetur ille locus, aut ſunt aliquid in quo illud corpus dominatur.2.de generatione.com.49.& elicitur ex tex.idem.1.cœli.tex.commen.12.&.19.

Loco indiuiſibili exiſtente reſpectu aliquorum, neceſſe eſt cum illa ſuperponuntur adinuicem, ut nullum diuiſibile proueniat,ut duo puncta:immo infinita ſi exiſterent in eodem loco.1.de anima.tex.commen.70.

Loca frigida & ſicca per accidens ſunt cauſa longitudinis uitæ,quia carent putrefactione quæ ſit ex humilitate, & carent putrefactione quæ ſit ex calore.ibidem.ubi collige duplicem eſſe putrefactionem.

Locus ſenſibilis circa nos in generatione & corrup. perſeuerat ſolum ens.4.meta.tex.com.23.

Locus in quo eſt generatio & corruptio, eſt inſenſibilis reſpectu totius.4.meta.tex.com.23.

Loca maris littoralia ſunt bene ex calido & frigido temperata:quo ſit ut caro piſcium littoralium magis conſtet,cum pelagiorum mollis humida ſolutaq; ſit.Ariſt.in.8.de natura animalium.cap.13.

Locus utrum ſit ſeparatum ſpatium,uide.4.phyſico.36.& ibidem Themiſt.qui pulchre digreditur contra Galenum ibi:Sed ſtatuamus inquies.

Locum utrum augeatur adaucto corpore locato,uide Themiſtium ibidem,&.4.phyſico.tex.commen.47.ubi.ſoluuntur rationes antiquorum.

Locus debetur omni corpori quod delatione mouetur.ex.4.phyſic.tex.commen.39.quod ponderans Themiſt.ibidẽ dixit hoc ſuiſſe dictum,ut diuinum corpus exciperet: differt enim delatio & circulatio.

Locus quomodo debeatur cœlo quod localiter mouetur, & quomodo debeatur uniuerſo,uide.4.phyſic.commen.43.& uide Themiſt.& euidentem ſententiam Themiſtij recitatam in eodem loco.

Locus totius & partis idem eſt.3.phyſi.48.&.52.&.1.cœli.tex.commen.19.58.73.&.80.uide limitationem Themiſtij & Auerrois.3.phyſi.ſuper.52.

Loci differentiæ ſunt ſurſum & deorſum,antè & retrò,dextrum & ſiniſtrum.3.phyſic tex.com.54.

Loci differentiæ ſex, non ſunt naturaliter diſtinctæ niſi in corporibus animatis 3.phyſico.commen.54.&.2.cœli.tex.commen.9.&.4.phyſi.commen.5.

Locum & tempus eſſe eſt manifeſtum per ſe, ſed cùm perſcrutatur ſecundum dialecticam de quidditate loci, accidunt quæſtiones quæ faciunt dubitare de ſuo eſſe. quarto phyſico.commen.primo.

Locus uidetur habere potentiam naturalem conuenientẽ ei quod mouetur ad ipſum.4.phyſico.tex.commen.5.uide.4.cœli.tex.commen.24.

Loci differentiæ ſunt diſtinctæ ex natura rei in corporibus animatis, ſed in corporibus anima carentibus non ſunt niſi in reſpectu noſtri.4.phyſico.commen.5.&.2.cœli.tex.commen.9.3.phyſico.commen.54.

Locum non eſſe cauſam agentem eſt manifeſtum per ſe.4.phyſico.commen.11.Nam ſi.8.locus rei eſſet res, tunc aliquid eſſet in ſe,quod eſt impoſſibile.4.phy.com.9.

Locũ eẽ in aliquo, eſt ꝓpoſitio ęquiuoca.cõ.12.in.4.phy.

Locus alius cõmunis,alius proprius.4.phy.tex.com.14.

Locus & materia aſſimilantur,quia ſicut materia eſt fundamentum ſucceſſionis formarum, ſic locus eſt ſucceſſionis corporum,& ideo exiſtimatur ꝙ locus eſt materia.

Locus ſecundum opinionem Ariſtotelis non ſeparatur à locato,ſed corrumpitur.4.phyſi.commen.17.

Loci ſeparatio à locato,& ſeparatio formæ differunt.4.phy.commen.17.Nam de loco notum eſt ꝙ eſt illud ad quod motus eſt naturalis,cùm motum fuerit extra ipſum, & ꝙ eius differentiæ ſunt ſurſum & deorſum.4.phy.tex cõ.19.

Locus ſecundum ꝙ eſt quantitas non mouetur,ſed ſecundũ ꝙ eſt locus,eſt non mobilis per ſe.4.phyſico.commen.20 contra Alexandrum.

Loco quinq; eſſentialiter competunt.4.phy.tex.com.30.

Locus non quæreretur niſi eſſet aliquis motus ſecundum locum.4.phyſico.tex.commen.32.

Locus ita ſe habet in motu translationis, ſicut materia in motu ſecundum ſubſtantiam & ſubiectum in alteratione: ſed differunt,quia tranſmutatio quæ induxit nos ad credẽdum materiam eſſe,eſt tranſmutatio in ſubſtantia,ſed trãſmutatio quæ induxit nos ad credendum locum eſſe, eſt trãſmutatio in loco.4.phyſic.tex.commen.38.De materia uide conſimile.1.phyſic.63.commen.& cõ.ulti.&.2.phyſic.commen.22.primo cap.de ſubſtantia orbis.& primo cœli.commen.20.&.8.metaphyſic.commen.4.&.12.& in 12 metaphyſic.commen.10.De loco uide ſimile. quarto phyſico.commen.3.&.32.&.61.

Locus eſt ultimum continentis immobile primum. quarto phyſico.tex.commen.41.

Locus differt à uaſe,quia uas mouetur eſſentialiter:& locus eſt immobilis per ſe,& ſi mouetur eſt per accidens.quarto phyſico.tex.commen.41.

Locus nauis potius eſt totum flumen quam pars continens nauim.Commenta.ibidem.

Locus debetur corpori ratione dimenſionis, nõ ratione aliorum accidentium.4.phyſico.tex.commen.76.77.& Themiſtius & Commentator.ibidem.

Locus aquæ eſt inferius, ſed non ſimpliciter, & locus aeris eſt ſuperis,ſed non ſimpliciter.4.phyſi.42.&.4.cœli.26.

Locus & locatum ſunt relatiua.4.phyſic.commen.42.

Loci propria æqualitas eſt ſecundum continentiam, non ſecundum menſuram communem reſpectu locati. quarto phyſico.commen.43.

Locati collocatio ad locum, eſt ſicut contenti ad continens.4.phyſico.commen.43.

Locum eſſe per ſe, non eſt de neceſſitate ut res ſit mota per ſe,ſed potius eſt ut ſit de neceſſitate eſſendi quietem naturaliter.4.phyſico.commen.43.

Locus licet non ſit de neceſſitate corporis, tamen eſt de neceſſitate ut res mota ſit in loco,aut per ſe, aut per accidens: locus.n.eſt de neceſſitate motus.4.phy.cõ.43.cõtra Alex.

Locus eſt prior ſitu,& ideo aliquid non poteſt habere ſitũ quod non habet locum,quia locus accipitur in diffinitione ſitus.4.phy.com.45.uide etiam.6.phyſi.com.85.

Locus ſecundum quod eſt finis, accidit ei augmentum per accidens in corporibus,quæ ſunt facilis paſſionis ſecundũ

ꝙ eſt finis eorum, ut eſt aqua & aer. Com. 4. phy. com. 47.

Locus ſecundum quod eſt finis, eſt in aliquo non ſecundum modum quo aliquid eſt in loco, ſed ſecūdum modum quo ſuperficies dicitur eſſe in corpore. 4. phyſic. tex. com. 47.

In loco proprio unumquodque naturaliter manet rationabiliter. 4. phyſico. tex. commen. 48.

Loci æqualitas non eſt æqualitas dimēſionum, ſed eſt ęqualitas continentis. 4. phyſico. commen. 77.

Locus & tempus generari non poſſunt. 8. phyſi. com. 15.

Loci mutatio ultimum eſt in his quæ ſunt in generatione. 8. phyſico. tex. commen. 58.

Loci ſex ſunt differentiæ oppoſitæ, ante retro, ſurſum deorſum, dextrum & ſiniſtrum: & ratio eſt, quia tres ſunt corporis dimenſiones, longitudo, latitudo, & profunditas. Extrema lōgitudinis ſunt ſurſum & deorſum, latitudinis dextrum & ſiniſtrum, profunditatis uerò ante & retro. Commen. 8. phyſico. commen. 64.

Loci differentiæ in homine ſunt manifeſtæ per ſe, in mundo uerò indigent demonſtratione. 8. phyſic. commen. 64. idem. 2. cœli. 9. & 12. commen.

Loca contraria habent contrarietatem ex diuerſitate extremorum in actu in linea recta, & iſta eſt prima cauſa eius. 8. phyſico. commen. 76.

Loci remotio eſt ſicut remotio naturarum in ſubſtantia, & hoc non ſolùm eſt in elementis, uerùm etiam in corporibus cœleſtibus. primo cœli. com. 16.

Locus totius & partis idem eſt. 1. cœli. tex. commen. 19. quo
» modo ſit intelligendum, uide in. 3. phyſic. Themiſtium &
» Auer. in expoſitione tex. 52. & Themiſt. in. 3. phyſico. in tex. 48. ubi dicit: Non ꝙ eadem exæquataq́; moles ſit utrū que complectens, ſed ꝙ quemadmodum ipſi toti, ſupnus aut īfernus peculiaris eſt locus, ſit idē peculiaris & ꝑtibus.

Locus in quo mouetur terra, naturaliter eſt idem cum loco in quo mouetur uiolenter. 1. cœli. commen. 62. uide infra. ibidem. in commen. 70. ubi ponitur pulchra differentia inter locum in quo aliquid mouetur, & inter locum ad quem aliquid mouetur: quia locus in quo mouetur aliquid naturaliter, eſt idem cum loco in quo mouetur uiolenter: ſed locus ad quem mouetur naturaliter, eſt diuerſus à loco ad quem mouetur uiolenter Nam quod non eſt in loco, neq; per ſe, neq; per accidens, non poteſt eſſe per ſe motū. quarto phyſico. commen. 45. & 43.

Logica argumentatio eſt cuius propoſitiones declaratæ ſunt in logica. 1. phyſic. commen. 35.

Logica uſitatur duobus modis. ibidem. & 8. phyſico. commen. 70. & 2. meta. com. 15. & 7 metaphy. com. 2.

Logicæ res uſitantur dupliciter, uel ſicut inſtrumenta & methodi & regulæ dirigentes intellectum, & cuſtodientes ipſum ab errore, & hoc eſt proprium officium illarum: uel ex eo, quia accipiuntur res ibi declaratæ tanquam partes artis demonſtratiuæ, & utuntur eis aliæ artes demonſtratiuæ, & utuntur eis aliæ artes tanquam præſuppoſito & radice ſuppoſita eo modo quo artes demonſtratiuæ ſolent communicare in hoc, ꝙ aliquæ utūtur aliquo quod in alia ſcientia ſcitur per demonſtrationem: ut aſtrologus, mathematicus, aſſumunt à geometra ꝙ ſemidiameter ſit æqualis coſtę hexagone. in paraphraſi meta. trac. 2. in principio.

Logici ſermones appellantur extranei, & philoſophiam quæ componitur ex ipſis Ariſt. appellat extraneam, indeq́; dicitur ꝙ ipſe compoſuerit philoſophiam extraneam. 4. phyſi. commen. 87. uide in. 1. cœli. commen. 70. & uide quæ appellentur logicæ demonſtrationes. Ariſt. in. 2. de generatione animalium. cap. 6. Et quomodo Ariſto. compoſuerit philoſophiā extraneā, uide ipſum in. 1. cœli. in tex. cō. 100.

Logica demonſtratio eſt quæ procedit ex ueris propoſitionibus, ſed non proprijs, ſed generabilibus. 1. cœli. commen. 70. idem. 8. phyſico. commen. 70. & 4. phyſic. commen. 87. Vide clariſſimè in paraphraſi primi de cœlo. in ſum. 7. propefinem. ¶ Nota authoritate Alexand. ut refert Simplicius in. 3. phyſic. in expoſitione tex. 19. ꝙ ratio logica dicitur, aut quia procedit ex probabilibus, aut quia in ſolo ſermone ſua fides conſiſtit, & non ex rebus ſumit firmitudinem: ſicut rationes Zenonis deſtruentes motum, dicuntur logicæ, aut ratio logica dicitur, quia procedit ex cōmunibus, & non ex proprijs: ſicut dicit Commen. in præfatis authoritatibus, & eſt authoritas Ariſt. in. 2. de genera. animalium. cap. 6. ubi dicit: Logicam appello demonſtrationem, quia quo uniuerſalior eo remotior proprijs principijs eſt. & parum infrà dicit: Rationes enim quæ non ex propijs ducuntur principijs, inanes ſunt. Eadem ratione. 2 de anima. tales diffinitiones logicas appellat et inanes. tex.
11. Mihi autem uidetur quod logicæ ſeu dialecticæ ratio- »
nes etiam dicuntur, quæ concludunt & arguunt ad utranque partem contradictionis, quia hoc opus eſt dialectici, & ſic ſunt rationes dialecticæ adductæ in. 1. phyſico. quæ probant principia eſſe contraria, & ꝙ non ſunt contraria, ut notat Commenta. 1. phyſic. commen. 52. Et ita etiam dubitatio introducta in. 3. phyſic. in tex. 19. eſt dialectica, quia probat ꝙ mouere & moueri non ſunt actus diuerſi ſecundum eſſentiam, neq; ꝙ ſunt unus actus ſecundum eſſentiam, ut patet ibi.

Videtur hinc colligi contra Alexandrum qui distinxit dialecticam a logicam si Aristotelis logica procedit ex probabili[bus] [illegible] dialectica de [illegible]

Logica ars quædam ē uniuerſalis omnibus ſcientijs, & quędam eſt propria unicuiq; ſcientiæ. 2. metaphyſi. commen. 15. idem in procemio ſuo ſuper. 12 meta. & in paraphraſi ſuper. 1. de partibus animalium. & in. 3. ethic. commen. 3.
& colligitur ex tex. ibi. ubi dicit Ariſt. ꝙ quiſq; bene iudi- »
cat quæ cognoſcit, eorumq́; bonus eſt iudex: ſingula igitur »
is qui in ſingulis, ſimpliciter autem is qui in cunctis eruditus eſt. idem. 1. de anima. commen. 5. idem. 1. phyſic. commen. 8. & 35. & 2. phyſico. commen. 16. & 8. phyſico. commen. 70. & 7. metaphyſic. commen. 2.

Logicus & philoſophus, ideſt diuinus conueniunt in perſcrutatione de eiſdem rebus, quia uterq; conſiderat de ente ſimpliciter. 3. meta. com. 2. idem 4. meta. tex. com. 5.

Logicales rationes magis appropriantur ſcientiæ diuinæ ꝗ̄ alijs ſcientijs. Com. in. 3. meta. cō. 4. idem. 1. phy. com. 35.

Logicus conſiderat de diffinitione, ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum ducens intellectum ad intelligendum quidditates rerum, ſed Philoſophus ſecūdum quod ſignificant naturas rerum: ubi per Philoſophum, intelligas primum philoſophum, per antonomaſiam. 7. meta. commen. 42.

Logica conſideratio appellatur illa quæ non fit ex propoſitionibus conuenientibus: propoſitiones. n. falſæ, quædam ſunt conuenientes, & quædam non. 12. meta. com. 4.

Logica ars ponit poſitionem ꝙ ſint hîc cauſæ & cauſata, & ꝙ ſcientia illorum cauſatorum non erit ꝑfecta, niſi ex ſciētia cauſarū eorū. ex phyſicis diſpu. diſputa. 1. ī ſolu. 3. dubij.

Logica demonſtratio appellatur, quæ quò uniuerſalior eſt, eò remotior à proprijs rei principijs eſt. Ariſtote. in. 2. de generatione animalium. cap. 6.

Longitudo eſt latitudine prior. 2. cœli. tex. commen. 12.

Longitudo cœli eſt ſecundum polorum diſtantiam. ſecundo cœli. tex. commen. 14.

Longitudo recta non eſt finita per ſe, ſed finitur per aliquod quod eſt finitum per ſe, & eſt longitudo rotunda. 4. cœli. commen. 40. idem primo cœli. tex. commen. 12.

Longitudo & breuitas uitæ dicuntur multis modis, aut ſecundum comparationem ad genus, aut ſecundum comparationem ad ſpeciem, aut ſecundum comparationem ad diuiduum, aut ſecundum comparationem ad aliquem modum, uerbi gratia: Quod habitantes in regionibus calidis & humidis ſunt longioris uitæ, habitantibus in regionibus frigidis & ſiccis, ibidem.

Loquentes Saraceni habent pro poſſibili aliquid generari ex nihilo. 8. phyſico. commen. 4.

Loquentes opinatur, ꝙ omnia ſunt poſſibilia, & ꝙ nihil eſt neceſſariū. 1. cœli. com. 78. uide quō debeatur intelligi. 1. cœli. commen. 22. & 9. primæ philoſophiæ. commen. 7.

Loquentes propter conſuetudinem negant naturam eſſe, & etiam ueritatem, & ponunt omnia poſſibilia eſſe. 2. metaphyſic. commen. 14. uide conſimile, 9. metaphy. commen. 7. & 12. meta. com. 18. & 8. phyſi. com. 4. & 15.

Loquentes



Cap. lo.

Loquentes Saraceni dicunt agens unum eſſe, quod operatur omnia ſine medio. 7. meta. com. 31. in fine cōmēti. idem 9. meta. cō. 7. & 12. meta. cō. 18. & in. 8. phyſi. cō. 15. Vbi nota, ut dicit Com. in lib. deſtruc. diſp. 3. in ſolu. 18. dub. in col. 5. ꝙ ſunt duę ſectæ Sarracenorum, una dicitur Monanzela, & alia dicitur Aſſaria: & iſta Aſſaria expreſſe tenet hoc, ꝙ agens ſit quoddam omnia ſine medio.

Loquentes in diuinis dicuntur qui loquuntur ſermonem extra intellectum hominis. 3. meta. commen. 15.

Locutio eſt hominis proprium. 9. de natura anima cap. 9.

Locutio non omnibus ineſt quibus & uox ibidem.

Locutio non ita à natura eſt ſicut uox. ibidem.

Locutio non eſt niſi uocis per linguam explanatio. ibidem.

Lubricū eſt humidi. 2. de generatione. tex. com. 10. & 11.

Lubricum quodlibet eſt humidum, ſed non omne humidū eſt lubricum. 2. de genera. commen. 11.

Lumen per reflexionem calefacit, ut apparet in ſpeculis cōburentibus. 2. cœli. com. 42. & in paraphraſi. ibidem. ſumma. 3. quęſito primo, & idem in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Lumen eſt actus diaphani ſecundum ꝙ eſt diaphanum. 2. de anima. tex. com. 69.

Lumen contrarium uidetur eſſe tenebris, ſunt autem tenebræ priuatio huius habitus atq; ignis, uel corporis talis abſentia à diaphano. 2. de anima. tex. commen. 70.

Lumen eſt lucentis corporis præſentia. ſecundo de anima. tex. commen. 70. quomodo ſit intelligendum. uide Themiſt. & Commen. ibi.

Lumen ut color, eſt diaphani. 2. de anima. tex. commen. 69. quod ideo (ut dicit Themiſt.) dicitur quaſi color eſſe, quia lumen non propriè aerem colorat, ut candor niuē: ſed ꝙ aerem uiſilem facit, ſicut color corpora.

Luminis refractio apud uiſum cauſatur etiam ex debilitate uiſus, ſicut ex groſſitiæ medij. Auer. 1. meteororum, in digreſſione de uia lactea, in ſua expoſitione media.

Luminis lunę receptio à ſole, non eſt per refractionē ſeu reflexionem, ut declarauit Auērhā. in tract. proprio. Com. 1. meteo. in digreſſione de uia lactea, & in. 2. cœli. in cō. 49.

Luminarium tempus coniunctionis eſt ſimile hyemi, & tēpus oppoſitionis eſt ſimile æſtati Auer. in. 2. de gene. animaliū. cap. 2. & elicitur ex ſententia Ariſt. ibidē. cap. 4. ubi habetur ꝙ finis menſis eſt frigidus & humidus, & ideo ut plurimū fluxus mēſtruorū ꝯtingit decreſcēte luna, ut dicit.

Lubricorum triplex genus eſt, latū, teres, & quod aſcarida appellāt: ex quo nihil aliud procreari poteſt, latum autem illud ſolum inteſtino adhærens parit ſimile cucumeris ſemini, quo indicio medici genus id lumbrici eſſe intelligūt. 5. de natura animalium. cap. 19.

Lunæ facies quid ſit, & uide tres opiniones. 2. cœ. com. 49. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Lunæ natura eſt ſicut natura terræ, ut dicit Ariſt. in libro de animalibus. 2. cœli. com. 49. & 32. & 42. idem primo cœli. commen. 16. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis. Vnde ſicut terra non eſt luminoſa de ſe, ſed ab igne: ſic luna non eſt luminoſa de ſe, ſed à ſole.

Lunæ lux acquiſita à ſole nō eſt ſm̄ reflexionē, ut declarauit Auemrha in tractatu ſpeciali. 2. cœli. commen. 49.

Luna eſt inferior omnibus planetis, & in hoc conueniunt omnes aſtrologi. 2. cœli. com. 60.

Luna uidetur eſſe denſa & obſcura recipiens lumen à ſole: & in libro de animalibus dicit Ariſt. ꝙ natura eius eſt unigenea naturæ terræ pluſquā cæterarū ſtellarū. 2. capite de ſubſtantia orbis. idē. 2. cœli. com. 49. & 1. cœli. com. 16.

Lunæ natura dicitur ꝙ ſit frigida & humida. 1. meteoro. commen. 4. & ibi uide cauſam.

Luna in eclipſi non patitur in ſua ſubſtātia ut accidit in qualitatibus paſſiuis, ſed ſolum tranſmutatur in loco tantum. 8. metaphyſi. tex. commen. 12.

Luna ſecundum aliquos eſt cauſa inuentionis criſium, ſed tu debes ſcire ꝙ eſt cauſa remota, quæ non eſt neceſſaria medico. 3. colliget. cap. 9. de cauſis ægritudinum compoſitarum materialium.

Luna per menſem agit hyemem & æſtatem, ſicut ſol per totum annum: ſed differentia eſt, quia ſol iſta operatur per ſuam appropinquationem ad zenith noſtrorum capitum, & remotionem, ſed luna per incrementū & decrementum luminis iſta efficit. ex quarto de generatione animalium. cap. 2. & idem habet Auer. ibidem.

Luna principium eſt ꝑpter ſolis ſocietatem. receptumq́; lucis, fit. n. quaſi minor ſol, quāobrē conducit ad oēs generationes ꝑfectionesq́;: calores. n. & refrigerationes cum moderatione quadā, generationes ſine moderatione corruptiones efficiunt. Ariſt. in. 4. de generatio. anima. cap. ultimo.

Lunæ natura ſimilis eſt naturæ terræ, ut dicit Ariſt. in libro de anima. 1. cœli. com. 16. & 2. ca. de ſubſtātia orbis. & 2. cœli. 32. & 42. & 49. conſimile. 12. meta. com. 44.

Luporum genus habet fœminas multum libidinoſas & ſalaces, ita ꝙ mares ad coitum ipſe frequentes alliciunt, inuitant, cogunt, puniunt etiam niſi pareant. Ariſt. in. 5. de natura animalium. cap. 2. Inde fortè Romanæ linguæ inſtitutores meretrices lupas merito nuncupauerunt.

Lupi cum canibus coeunt in Cyrenſi agro. 8. de natura animalium. capitulo. 8.

Lupi & canes non alio tempore herbas tangunt, niſi cum morbo laborant: herba enim ingeſta euomunt. atq; ita purgantur. 9. de natura animalium. cap. 5.

Lutum & terra liqueſcit. 4. meteororum. tex. com. 40.

Lux & color differunt. 2. de anima. com. 67.

Lux ſecundum Auempacem largitur coloribus habitum & formam, in obſcuro enim ſunt colores in potentia: ſed ſecūdum Auerroem lux ſolum eſt neceſſaria propter medij diſpoſitionem, ut poſſit moueri à colore. 2. de anima. commē. 67. & 69 & commen. 73. & 74.

Lux eſt illud in quo fit umbra ex corpore groſſo. tertio colliget. cap. 18.

Lux eſt uiſibilis per ſe, color autem mediante luce. ſecundo de anima. commen. 72.

Lux habet duas reflexiones, fortem & debilem. ſecundo de anima. commen. 80.

Lucentia in nocte quare luceant, uide rationem Soſigenis, qui fuit præceptor Alexandri, quæ fidē facit, referente Themiſtio in. 2. de anima. cap. 24. & eſt ſuper tex. 72.

Lux non eſt in oculo ꝑ naturā oculi, ſed intrat ipſum ab extrinſeco. ex commen. libri de ſenſu & ſenſato.

Lux in eo ꝙ lux, uidetur calefacere quādo reflectitur. 2. cap. de ſubſtantia orbis. 2. cœli. commen. 42.

¶ De litera. M.

MAGISTER Primus nunquam creditur aliquid dixiſſe ſine forti probatione. primo. de generatio. & corruptione. commen. 38.

Magis & minus & æquale eiuſdem generis ſunt. 2. de generatione & corruptione. tex. com. 37.

Magis & minus in rebus differētibus communicant in eadem natura. 4. phyſi. com. 71.

Magis & minus eſt in quo plus aut minus contrarij eſt. 5. phyſic. tex. commen. 19.

Maius eſt manifeſtius minori. 10. metaphy. tex. com. 9.

Magnetis complexio quando tranſmutatur non attrahit ferrum, ſicut dum confricatur cum alijs, ut dicitur. 8. phyſic. commen. 35. & 7. phyſic. commen. 10.

Magnitudines non eſſe indiuiſibiles declarauit Ariſt. ex natura contiguorum & cōtinuorum. 2. ex natura moti & motus. 3. ex natura uelocioris & tardioris. 6. phy. com. 22.

Magnitudines in corporibus circularibus ſunt, ſicut ſpatia in corporibus rectis. 1. cœli. commen. 46.

Magnitudinis expers eſt illud ad cuius conſtitutionem abſolutionemq́; nullus eſt uſus magnitudinis, etiam ſi diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſſit: non enim plus album eſt quod bipedale eſt ꝗ̄ quod pedale. Themiſt. 1. de anima.

cap.20.uide in concordantijs nuper æditis.

Magnitudinem & figuram motu ſentimus. ſecundo de anima.tex.commen.33.

Magnitudo eſt de natura continui, & unum eſt de natura diſcreti. 2.metaphyſi.tex.commen.16.

Magnitudinũ diuiſio in infinitum eſt maximum fundamentum inter mathematicos. 3.phy.com.31.&.39.56.&. 60.

Magnitudo non eſt actu infinita, ſed potentia. 3. phyſico. tex.commen.56.

Magnitudo ut conſideratur à naturali, & ut conſideratur à geometra, habet diſpoſitiones oppoſitas, & etiam conuenientes. 3. phyſi. com.60.idem.3.cœli.commen.6.

Magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum, ſed non eſt augmentabilis in infinitum.tertio phyſico. tex.commen.68. uide commen.60.ibidem.

Magnitudo quanta poteſt eſſe in potentia, tanta poteſt eſſe in actu. tertio phyſico.tex. commen. 69. & uide cauſam huius in commen.ibi.

Magnitudinem, motum, & tempus ex indiuiſibilibus componi eiuſdem rationis eſt.6.phy.tex.com.4.

Magnitudo ſi fuerit indiuiſibilis, motus erit indiuiſibilis. 6. phyſico.tex.commen.9.

Magnitudinem habens latius ſe diffundit, q̃ corpus quale. Commentator in paraphraſi primi de cœlo. ſumma prima. Vide pro hoc etiam.3.cœli.commen.6. & philoſophũ in.11.primæ philoſophiæ.cap.3.ubi habetur: Mathematicus circa ea quæ ex ablatione theoriam facit, circũtollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatur, puta leuitatem & grauitatem, & duritiem, & contrarium: adhuc autem caliditatẽ, & frigiditatem, & alias ſenſibiles contrarietates. Solum enim derelinquit quantum & continuum, horum quidem ad unum, horum autem ad duo, horum uerò ad tria, & paſſiones horum inquantum quanta conſiderat & continua, & non ſecundum aliud aliquid ſpeculatur. Idem etiã ſcribitur.6.primæ philoſophiæ.tex. commen.2. ubi habetur ꝙ phyſica ſe habent ut ſimum, & metaphy. ut concauum.

Magnitudinẽ habentiũ aliud eſt locus, aliud linea, aliud ſuꝑficies, aliud corpus.ibid. in paraphra. uide in cõcordãtijs.

Magnum non eſt contrarium paruo, neq; æquale eſt mediũ inter illa: magnum enim & paruum non maximè diſtant, ideſt perfectẽ, cum inueniatur maius magno, & minus paruo. 10.metaphyſi.com.19. cogita de illa deductione.

Magnum & paruum uno modo ſunt in capitulo relationis, & alio modo ſunt accidentia quantitatis.5.meta. com.18. Ex quo patet unum & idem poni poſſe in diuerſis prædicamentis ſecundum diuerſas rationes.

Magnum & paruum appropriantur quantitati continuæ, multum uerò & paucum quantitati diſcretæ. Auer.in.2. colliget.in cap.de complexionibus membrorũ officialiũ.

Magnum & paruum Plato reducebat ad materiã, & unum ad formam, uidelicet ad ideam.1.phy.com.80.

Magnum & duplum non diuerſantur propter diuerſitatem in ſe, ſed propter diuerſitatem recipientis.7.phy.tex.cõ.27.

Malum de neceſſitate eſt propter priuationem, aut propter alterum contrariorum cui accidit priuatio alterius contrarij. uerbi gratia: Aegritudo cùm ſit quoddam eſſe eſt malum, pro quanto ineſt ei priuatio ſanitatis. ex.3. tracta. paraphra.metaphyſi.col.5.

Malum nõ exiſtit in rebus diuinis, ſed in natura mortalium. cœli.com.25. idem. 9.metaphyſi.tex.com.19.

Malum ex priuatione proficiſcitur atq; ex ea contingit interius. Themiſtius primo phyſico.ſuper. 80. tex. & eſt ſententia Ariſto.ibi. in textu.

Malum eſt natura poſterius bono. 9.meta.tex.com.19.

Malum & peccatum non eſt in ſempiternis, neq; corruptio. 9.metaphyſi.tex.commen.19.

Mala & ea quæ ſunt ſine ſolicitudine, proueniunt ex neceſſitate materiæ, & non ex diminutione agentis. 12.metaphyſic.commen.52.

Malum & bonum quæ ſunt materia & forma, à quibuſdam poſita ſunt principia. 12.metaphy.com.54.

Malum pilare quid ſit requiratur.ſeptimo de natura animalium, capitulo.11.

Malum non eſt diſtinctum à rebus quæ ſunt in potentia.nono metaphyſi.19.

Mammę in mulieribus ſunt maiores gratia lactationis, in uiris autem ſunt propter tutelam cordis. ex. 4. de partibus animalium. Auer.in cap.de pectore.

Mammæ datæ ſunt animalibus his, quæ animal intra ſe cõcipiunt, & in lucem ædunt: ſed quæ oua pariunt, aut ouo intus concepto animal poſt in lucem excludunt, hæc mãmis & lacte carent, ut piſces & aues tertio de natura animalium.cap.10.

Manus eſt organum organorum. 3.de anima.tex.commen. 38.idem Gale.in 1.de utilitate particu.cap.2.&.4.

Manus eſt ſoli homini propria. quarto de partibus animalium.cap.9.

Manus diuiditur in tres partes magnas, ſcilicet ulnam, brachium, & extremam manum. Gale.2. de utilita. partium. cap.2. Notanter autem dicitur in tres partes magnas, quia manus diuiſio in partes paruas, eſt in tres partes, ſcilicet in digitos, & quod græci metacarpion appellant, & carpon: ſicut diuiſio pedis etiam eſt in digitos, & quod græci tarſon appellant, & in planum. 3.de utili.particularũ. ca.6.

Mãnus non eſt unum inſtrumentum, ſed multa, & ut ita loquar, eſt inſtrumentum ante inſtrumenta. Ex libro. 4. de partibus animalium.ca.9.idem.3.de anima.tex.com. 38.

Manus hominis non ſemper eſt hominis pars, ſed potens opus perficere.7.metaphy.tex.commen.39. idem ibidem tex.commen.35.de digito.

Materies diſciplinæ ſunt diffinitio, diuiſio, inductio, enthymema, & exemplum. Auer.in prologo phyſi. Adde etiam ſyllogiſmum hypoteticum per naturam, de quo egit in libro primo priorum in digreſſione. Talibus enim inſtrumentis utimur in declaratione eorum, quæ indigent aliqua innuitione aut conſolatione: in hoc enim differunt à uia doctrinæ, ut notaui in differentijs.

Manifeſtum eſt quod quicquid ſeparatur ſecundum eſſe, ſeparatur ratione, & non conuertitur. 2.phyſic.commen.19. & elicitur ex tex. contra Platonem de ideis. Vide conſimile in.12.meta.commen.27.& com.39.

Manifeſtum eſt per ſe, quòd natura agit propter aliquid. 2. phyſic.commen.80.

Manifeſtum eſt quod in ſola mutatione quæ eſt ſecundum qualitatẽ, contingit indiuiſibile eſſe.6.phy.com.&.tex.49.

Mare ſui natura calidum eſt Ariſt. 3. de generatione animalium. cap.11.

Mare aliquid dulcis humoris continere, argumentum eſt eo experimento, quod ſi ex cera uas tenui latere finxeris, idq; annexa linea in mare demittas inane, die ac nocte una humoris copiã dulcis intra ſe colli.8.de natu.aĩaliũ.cap.2.

Mare ſub caniculæ tẽpore euertit.8.de.natu.anima.ca.15.

Mare eſt elementum aquæ.2.meteoro.cap.primo.

Mare eſt æternum ſecundum ſpeciem, generabile & corruptibile ſecundum partem.ibidem in principio.

Mari accidit ſalſedo, non ſecundum ꝙ eſt elementum, nam ſapor accidit mixto & complexionato.ibidem.

Mare fœtidum quod eſt in Philiſtea, dicitur quod in illo impoſſibile eſt animal aliquod uiuere propter fortitudinem amaritudinis eius. et etiam putatur ꝙ hoc mare, cùm aduenit in ipſo aliquod animal magnum, ſeu groſſum, non deſcendit ꝑpter admixtionem partium terreſtriũ, cum aquis eius. 2.meteororum. Commentator commen.primo.

Mare eſt ubi, quandoq; fuit arida.2.meteororum. cap. primo.& ibi uide cauſam.

Mare ſecundum partem diuiſum citò putreſcit, ſecundum uerò totum non.4.meteoro.tex.commen.13.

Marem dicimus id animal. quod in alio gignit, fœminam uerò quod in ſe.ex.1.de generatione animalium.cap.2. uide etiam primo de hiſtoria animalium.cap. 3.

Maris & fœminæ ſexus ubi diſtinctus non eſt, in his ſemen ueluti conceptus eſt: cõceptum autem dico primam ex mare & fœmina mixturam. ibidem.

Mares & fœminæ pollutionẽ, quæ noctu per quietem accidit, patiuntur. Ariſto.in.2.de genera.animalium.cap.4.

Marium & fœminarũ ortus, fit ſeruata proportione terminata in quantitate & qualitate, inter ſemen maris & ſemẽ fœminæ: & ideo aliqui hoĩes reperiunẽ non habuiſſe liberos in una ætate, q translati ad aliam ętatem habuerunt: & qdam uiſi ſunt ex una muliere non generare, q cũ alia generant. Aliqui ẽt in uno anno generare marẽ & in alio fœminã, nõnulli ẽt ex una muliere generãt marẽ, & ex alia fœminã. Auer.in.4.de generatione aĩaliũ.cap.1.in fine capituli, & eſt ſententia, q̃ aperte colligiẽ ab Ariſt.ibid.in ca.2.

Mares magis flatibus aqlonijs, q̃ auſtrinis gignunẽ. Ariſt.in 4.de genera.anima. cap.2. ubi ẽt ſubdit ꝙ paſtores aiunt intereſſe ad maris ac fœminæ fœturã pecoris, non ſolum ſi ita accidit, ut initus aqlonijs flatibus, aut auſtrinis fiat, ſed etiã ſi cũ pecus coit ſpectat ad aqlonẽ, aut ad auſtrũ: ita minimo interdũ momẽto daẽ cauſa caliditatis, aut frigidatis.

Marium ac fœminarũ ꝓcreationis cauſa & diuerſitatis, ex quinq; rebes ꝓuenire poteſt, ex ætate, ex complexione, ex flatu uentorum, ex natura loci, & ex aere & aqua. Auer. in 4.de genera.anima.cap.ubi ponuntur indicia quibus generatio à generatione fœminæ diſcernatur, & habentur ex tex. Ariſtote.ibidem.cap.2.

Mares in utero cœlerius conficiuntur & creſcunt q̃ fœminę, extra uterum uerò fœminæ, & uide cauſam in.4.de generatione animalium.cap.6.& Auerroem.ibidem.

Marium partes ſuperiores & priores ualidiores ſunt, quam in fœminis.4.de natura animalium cap.ultimo.

Mares, partes illas quas uelut arma natura tribuit, robuſtiores habent q̃ fœminæ, ut dentes, cornua, calcaria ungues, & id genus.4.de natura animalium cap.ultimo.

Mares in genere inſectorum & locuſtarum ſunt minores fœminis, & minus ſuperuenit in coitu maius, in talibus. quinto de natura animalium.cap.28.

Mares in genere piſcium, qui muſtelli appellantur, generantur in parte leua uteri, fœminæ uerò in parte dextra: atq; ẽt parte eadẽ mares & fœminæ.6.de natura anima. cap. 10.

Mares & ferociunt ex coitu, fœminæ uero ex partu. Ariſt.6. de natura animalium.cap.18.

Mares aquilonis flatu potius, auſtri fœminæ concipiuntur. 6.de natura animalium.cap.19.

Mares uel fœminæ ut generentur, aquarũ natura efficit. ibid.

Mares canũ, qa plus laborãt fœminis, minus uiuaces ſunt, in Laconicis tñ, in ceteris autem & ſi nõ admodũ conſtat, uiuaciores ſunt, ut in reliquis.6.de natura aĩalium.cap. 20.

Mares ut plurimum ſunt uiuaciores fœminis. 6. de naturæ animalium cap.20. Vbi aduerte ꝙ poteſt contingere oppoſitum, ut in aliquo genere animalium, fœminæ ſint uiuaciores maribus. Tradit.n. Ariſt.in.6. de natu. animalium. cap.eodem, ꝙ canes Laconici ita ſe habent, ꝙ quia mares plus laborant q̃ fœminæ, ideo fœminæ ſunt uiuaciores maribus. Amplius autem propter coitũ hoc prouenire poteſt, ut in genere equorum fœminę diutius uiuũt quam mares, ut teſtatur Ariſto.in.6.de natura animalium.cap.22.

Mares ſuum caſtrati maiores, ferocioresq; euadunt, ut ſcitè Homerus fingit cum dicat: Nutrijt exectum ſyluis horrẽtibus aprum, Inſtar non bruti, ſed dorſi montis opaci. 6. de natura animalium. cap.28.

Mares fœtus magna ex parte circa.40.diẽ, dextro potius latere mouentur, fœminæ ſiniſtro.7.de natu.anima.cap.3.

Mares plurimi uſq; ad.60.annum generant, quem ſi exceſſerint uſq; ad. 70. procedunt, & iam quidam annos ſeptuaginta nati genuerunt.7.de natura animalium.cap.6.

Mares ĩ pedeſtribus ſanguineis nõ ouiparis, ſunt maiori ex parte maiores, & uiuaciores fœminis, excepto mulorum genere, eius enim fœminæ & maiores & uiuaciores ſunt.4 de natura anima.cap.ultimo.

Maſticatio cibi nullius concoctionis cauſa eſt, ſed facilitatem concoquendi potius præſtat.ex.2.de partibus animalium.cap.3.& uidetur eſſe contra Auicen.in cap.de humoribus.ubi dicit: Nutriens maſticatione aliquam recipit digeſtionem.& forte ſunt cõcordes, quia illa præparatio appellatur aliqualis digeſtio, ſicut generatio appellatur natura, quia eſt uia in naturam.ex.2.phy.tex.com.14.

Maſculinum & fœmininum ſunt diuidentia animal, ſicut ſimmum & non ſimmum, & ſicut æquale & in æquale diuidunt quantum.7.metaphy.tex.commen.17.

Mas nullus in prole elaborare ſolet. Ariſt.in.3. de generatione animalium. cap.10.

Mas & fœmina potentia quadam & impotentia diffiniuntur, quod enim poteſt concoquere, & ſecernere, & conſtituere ſemen, atq; principium obtinet formæ, id mas eſt: quod autem recipit & non poteſt conſtituere, & ſecernere, id fœmina eſt. Ariſt.in.4.de generatio.animalium.ca. 1.

Mas in ſemen agit tres formas: una eſt ſpecifica propria huic ſpeciei, alia eſt forma maſculinitatis, quæ eſt ueluti differẽtia illius ſpeciei: tertia autem eſt forma indiuidualis, quæ eſt hoc agens determinatumue. Et ideo quando agens dominabitur perfecto dominio ſupra materiam, præſtabit ei illas tres formas, & erit ſimilitudo perfecta. Auer.in.4. de generatione animalium.cap.ubi ponuntur cauſæ ſimilitudinis inter natos, & parẽtes, & eſt ſententia Ariſt.ibi.ca.3.

Mas & fœmina ſunt animalis paſſiones propriè, ſed non ſecundum ſubſtantiam ueram in materia & in corpore. 10. metaphyſi.tex.commen.25.

Mas tribuit formam, & motus principium, ſed fœmina materiã exhibet, ſicut in lactis coagulatione ſuccus aut coagulum eſt quod inſpiſſat. 1.de generatione animaliũ.cap.20.

Mas in conſtitutione corporis animati uim creandi præbet, ſed fœmina materiã exhibet: corpus enim ex fœmina eſt, anima uerò ex mare. Ariſto.in. 2. de generatione animalium.cap.4.& ibidem parum ante principium capituli, in ſolutione quæſtionis: Quare fœmina non poteſt ex ſe generare animal. dicit quod ideo eſt, quia mas eſt efficiens animæ: mas enim ratione diffinitur.

Materia non eſt ſeparabilis in rebus.4.phyſi.tex.com. 59. ubi Commen. exponit ꝙ quando dicimus ꝙ materia non eſt aliquid demonſtratum in actu, non debemus intelligere ꝙ poſſit ſeparari à rebus demonſtratis in actu, ſed intendimus ꝙ in ſua eſſentia non eſt aliquid demonſtratum, neque eſt in ſe aliquod demonſtratum, quoniam ſi ita eſſet, non reciperet res demonſtratas. Ex quo patet contra ponẽtes actũ entitatiuũ ſiue exiſtẽtię ꝓpriũ in prima materia. Cõtra Hẽri. de Ganda.& Sco.

Materia contrariorum una eſt.4.phy.tex.com.84.

Materia prima in ſuo eſſe non habet actum admixtum omnino. Commenta.5.phyſico commen.8.contra ponentes actum entitatiuum in uia Auerrois.

Materiæ quę recipiunt formas, non dicuntur formæ.7.phyſic.commen.15.idem.7.meta.24.&.34.

Materia prima non eſt exiſtens in actu, ideo non poteſt eſſe per ſe motum.8.phyſic.com.30.&.5.phyſi.tex.com.8.

Materia, ex qua aliquid generatur, eſt illud quod in rei ueritate dicitur moueri motu qui eſt de potentia eſſentiali. uerbi gratia: Aer qui eſt in potentia ignis ad ſuperius, eſt id quod mouetur in rei ueritate & eſſentialiter ad ſuperius quando fit ignis. 8.phyſic.commen.37.& commen.4.contra Ioannem Grammaticum, &.3.cœli.commen.28.&.4. cœli. com.2.24.&.5.

Materia exiſtente diuerſa, diuerſabitur & forma. 8. phyſi. com.46.4.cœli.com.37.8.meta.tex.com.11.

Materia eſt cauſa contingens eius accidentis, quod prærerquam in pluribus euenit.6.meta.tex.com.5.

Materia recipit contraria ſucceſſiue.6. metaphy.com.8.

Materia eſt multiplex, alia enim eſt alterationis tãtum, ut panis reſpectu ſanguinis: alia eſt cõpoſitionis, ut lapides domus: alia eſt compoſitionis & alterationis, ut elementa reſpectu mixti: alia eſt ſecundum quantitatem, ut partes totius: alia ſecundum ſimilitudinem, ut præmiſſæ reſpectu concluſionis.ex.2.phyſic.tex.com.31.

Materia ſecundum ſe non eſt quid neq; quantitas, neque aliquid eorum quibus ens eſt determinatum. 7. metaphyſi.

tex. commen. 8. uide in Theorematibus noſtris quomodo ſit intelligenda iſta propoſitio in proprio Theoremate de hoc, & aduerte unum annotatione dignum quod ibidem Philoſophus ſubdit dicens: Quare quod eſt ultimum ſecū dum ſe, neq; quid, neque quantitas, neq; aliquid aliud eſt, neq; negationes, etenim hæc erūt ſecundum accidēs. ¶ Ex quo loco uidetur ſequi quòd materia in ſe, neq; eſt formata, neq; non formata, quia tam affirmatio formę quam eiuſdem negatio eſt extranea à natura materiæ; & ita uidētur duo mala ſequi, primum ꝙ contradictoria oppoſita nō diuidunt uerum & falſum in omnibus, quod eſt contra Philoſophum in prædicamentis, in ſermone de oppoſitis, & eſt contra primum principium, quod eſt per ſe notum & conceſſum ab omnibus, uidelicet de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe, Amplius eſt contra determinationem antiquorum Peripateticorum, uidelicet Alexandri & Themiſt. in digreſſione de priuatione & potentia materiæ, & Simplicij etiam, aſſerentium ꝙ quando Peripatetici aſſerunt materiam eſſe inaffectam ſeu informem, non intelligunt nomine inaffecti priuationem qualitatis, ſed prorſus negationem: qualia ſunt illa literatus, immuſicus, pro eo quod eſt non muſicus, & non literatus. Nam ſi inaffectio illa priuationem ſignificaret, quum priuatio qualitas quædam eſſe uideatur, hoc ipſo materia ipſa qualitatem amplecti præferriq; materia uideretur. In quibus itaq; negatio uera eſt, in his priuatio non ſequitur: non enim de quo poteſt dici nō iuſtum, de eodem dici poteſt iniuſtum: neq; de quo uerum eſt dicere ꝙ comā aut capillitium non habet, de eodem uerum eſt dicere ꝙ caluet. Nulla igitur eſſentia materiæ in eo poteſt conſiſtere, quod eſt priuatum eſſe, ſed quemadmodum cera ex qua fingi leo poteſt, non eſt amplius cera quū factus eſt leo, ita & primum illud ſubiectum quod poteſt formas omnes ſuſcipere, quamuis priuatum omnibus uideatur eſſe, non tamen in eo quod ſubiectum eſt priuatum eſſe, diciuè poteſt. Subiectum enim nullo modo eſſe poſſet, ſi formam cum priuatione reciperet, ſed priuatum eſſe dicitur ea ratione ſecundum quam ei accidit accommodatio atq; habilitas quædam ad formas omnes ſuſcipiendas. Dixi accidit, quia priuatio in ſe abſoluta, quædam res eſt quæ referatur & accommodetur ad altera. Sed re uera in hac ſententia eſt maxima difficultas, iſtiq; incidunt in eaſdem anguſtias quas euitare contendunt: nam certum eſt ꝙ quando Peripatetici aſſerunt materiam eſſe inaffectam ſecundum ſe, conſiderant illam in prima illa ſui notione qua non refertur ad alia, ſed eſt abſoluta & prima eius notio. Si igitur in illa concedunt materiam eſſe inaffectam, non quod inaffectio ſit priuatio, ne cogantur materiam dicere aliquam qualem ſibi propriam aut formam: eadem rōne uidetur ſequi ſi ipſi intelligāt uocabulo inaffecti, purā negationem, tunc.n. uidet̃ materia in ſua prima notione includere aliquā negationē: & hoc eſt longè deterius q̃ primum, quia negatio non poteſt conſtituere intellectum alicuius entis poſitiui. Et confirmatur, quia, ut dicit Philoſophus in præſenti loco, negationes omnes formarum uerificantur de materia per accidens & earum affirmationes: ſicut etiam bene declarat Commen. in præſenti loco dicēs: Deinde incepit declarare, quæ ſit natura iſtius materiæ, dicens: Intelligo per materiam illud quod eſt exiſtēs per ſe, quod eſt neque quale, neq; quantum, neq; aliquod prædicamentorum, quoniam eſt in potentia omnia iſta decem prædicamenta, ut declaratum eſt in phyſicis. Declaratum enim eſt eſſe ſubiectum omnibus decem prædicamentis, & quod ſuum eſſe eſt aliud ab eſſe cuiuslibet eorum, & ultimum ſubiectum quod eſt ſubiectum per ſe, & primò, non eſt illud in quo dicitur quale, nec aliud prædicamentorum decem, nec priuatio iſtorum entium, quoniam hoc eſt ei per accidens, & intendit ſubiectum. Igitur ultimum quod per ſubſtantiam ſuam, eſt aliud ab unoquoque prædicamentorum & à ſuis priuationibus, cum omnia iſta ſint ei per accidens. Et dicit hoc quoniam ſi aliqua forma, aut aliqua priuatio eſſet in materia eſſentialiter, non reciperet omnes formas; quod confirmatur per Ariſtote. in. 2. de interpretatione ubi dicit: Quod prius & ſm ſe bonū eſt bonum & poſterius, & ſecundum accidens bonum non eſt malum. in non facere enim intelligitur facere, ut dicitur in 1. elenchorum, negatio enim eſt natura poſterior affirmatione, unde. 3. primæ philoſophiæ. tex. commen. 3. dicitur: Multis enim modis idem ſcientibus, magis quidem ſcire dicimus eum qui nouit in ipſo eſſe quid res ſit, quam in non eſſe, & horum eorundem magis alterum altero, ſed maxime quid eſt & non quantum, aut quale. Ex quibus uerbis manifeſte colligitur ꝙ prima materia in ſua prima notione, ſicut non includit priuationem aliquam, ita etiam non includit aliquam negationem, & ita expoſitores non euadunt difficultatem iſtam, ſicut uides. Ex aduerſo autem ſequitur ꝙ contradictio non eſt oppoſitio cuius non ſit dare medium ſecundum ſe, quia materia in prima notione, neq; eſt formata, neq; non formata, quod eſt contra primum principium, ut diximus, & eſt quæſtio ſatis ardua, ſicut uides. ¶ Auicē. in. 5. ſuæ primæ philoſophiæ. cap. 1. multum ſubtiliter & diffuſè proſequitur iſtam difficultatem, nam poſtquam declarauit ꝙ quælibet natura in eſſe quidditatiuo conſiderata eſt tantum ipſa, & ſolum includit in tali eſſe prædicata quidditatiua quæ in primo modo dicuntur de ea, ut dicit de equinitate quod eſt tantum equinitas, & non eſt una, nec multa, nec exiſtens in anima, nec in iſtis ſenſibilibus, nec in actu, nec in potentia: parum infrà quærit: Siquis autem interrogauerit nos de equinitate ſecundum contradictionem. ſ. an equinitas ex hoc quod eſt equinitas ſit aliquid uel non, non erit reſponſio niſi ſecundum negationem quicquid illud fuerit: non autem ſecundum negationē eius quod eſt, ſed eius quod dicitur de ea, quoniam non debet dici ꝙ equinitas ex hoc quod eſt equinitas non eſt, ſed ex hoc quod eſt equinitas non eſt equinitas aliqua, nec aliquid aliorum: ſi autem partes quęſtionis fuerint duæ affirmatiuæ immediatæ, tunc non erit neceſſe reſpondere aliquam illarum ullo modo, quoniam alterius earum. ſ. affirmatiuæ quæ concomitatur negationem, intellectus eſt ꝙ cum res non fuerit appropriata, altera affirmatiua appropriabitur hac altera affirmatiua. Cum autem fuerit appropriata hac eius eſſentia, nō erit ipſa proprietas: homo enim cum eſt unus uel albus, tamen eſſentia ipſa humanitatis non erit eſſentia albedinis aut unitatis. Cum ergo ſubiectum quæſtionis fuerit poſitum ipſa humanitatis ueluti aliquod unum, & interrogauerit nos ſecundum aliquod contrariorū, dicentur utrum eſt unus, aut multa, tunc non erit neceſſe reſpondere aliquod illorum, ipſa enim humanitas ex hoc quod eſt ipſa humanitas, non eſt aliquod illorum, in cuius diffinitione non accipitur, niſi ipſa humanitas &c. Ita pariformiter dicendum puto de prima materia in ſua prima notione conſiderata, quo ad prædicata primi modi, ſi quis interrogauerit nos ſecundum contradictionem, an materia ex hoc ꝙ eſt materia ſit aliquid, uel non, reſpondendum eſt per diſtinctionem: nam ſi quæſtio fiat de his quæ conſtituunt intellectum eius, ſic materia eſt aliquid, eſt enim ſubſtantia & ens, & tale ens quod eſt materia, ſic enim negationes iſtorum de materia dici non poſſunt. Si autem quæſtio ſit de alijs aduentitijs materiæ quæ de materia per accidens prædicantur, ſic reſpondendum eſt per negationem: nam materia ex hoc ꝙ eſt materia, nō eſt forma ſubſtantialis, nec accidentalis, nec compoſitum ex materia & forma, nec uniuerſaliter aliquid de his quæ ſunt aduentitia ei. Sic intelligitur dictum iſtud Ariſtote. in præſenti loco, ꝙ negationes omnium prædicamentorum per accidens prædicantur de materia, intelligendo per ſubſtantiam, ſubſtantiam in actu, quia materia non eſt ſubſtantia in actu, nec aliquod accidens. Et ſimiliter illo modo intelligunt Peripatetici materiam eſſe inaffectam .i. nō habentem aliquam qualitatem aut formam, ita ꝙ negatio omnium formarum adducitur in reſponſionem ad quæſtionem propoſitam nobis de materia ſecundum ſe conſiderata, an uidelicet materia ſecūdum ꝙ materia, ſit forma aliqua, uel negocio cuiuslibet formę uerificetur de ea. Et dico ſecundum uerum eſſe, non tamen materia in ſuo intellectu includit talem negationem, ſed ex intellectu primo eius conſequitur uerificatio illius negationis, ſicut bonum ex primo ſuo intellectu bonum eſt, & ſecundū ſe bonū, bonum. Et ex hoc cōcomitatur bonum non eſſe malū. Similiter iuxta iſtam ſententiam ſi ꝓponuntur duæ affirmatiuæ contrariæ immediatæ de materia ſecundum ꝙ eſt materia uidelicet utrū materia ut materia eſt formata, uel materia, ut ſic eſt priuata forma, tunc non eſt neceſſe dare aliquam illarum, quia materia ut ſic, neq; formata eſt, neq; eſt priuata forma, licet in eſſe realis exiſtentię nō euadat ab utroque illorum. Et eſt ac ſi diceremus, utrum corpus uiuens ut uiuens quiditatiue conſiderandum ſit ſanum aut ægrū, quum ſanum & ægrū ſint contraria. ¶ Sed dices, quare de materia non uerificatur immediate per uiā ſequelę, priuatio formæ ſecundum ꝙ materia eſt materia, ſicut uerificat̃ negatio formæ ꝑ uiam ſequelæ? ¶ Soluitur, quia ex intellectu primo qdditatis rei. primò apparet negatio aliorū, quęcunq; non ſunt id quod eſt: & non apparet aliqua affirmatio ex his, quæ res non eſt quidditatiuè, ſicut ſunt proprietates rei. Vnde cum intellectus priuationis ſit, ſaltem ex connotato aliquam qualitatem ſignificans, ut dicit Themiſt. et expoſitores, & ſunt quaſi quædam materiæ proprietas, ut dicit Com. in ſua media expoſitione ſuper. 1. phy. & etiam 1. cœl. com. 20. ubi dicit, ꝙ in materia non eſt alia poſſibilitas, niſi ꝑ ſeparationē à forma, & eſt ſicut abſciſſio ex acumine gladij. Vnde ſi ita eſſet, ſequeretur materiam habere aliquam priuationem, & qualitatem inſeparabilem, & ita non eſſet denudata ſecundum eſſentiam ab omni qualitate & forma, ſicut bene deducit Com. in præſenti com. Conſidera igitur diligenter, qa uidi plures meo tempore, qui nō potuerunt euadere ab hac inquiſitione. Immediate patet ꝙ neutrum uerū eſt, & ſcias ꝓ ſolutione difficultatis, quod licet contradictoria abſolute diuidant uerū & falſum in quocunq;, & non ſit dare medium inter illa, tamen quando cōtradictorijs additur aliquid diſtrahens ab oppoſitione eorum, non ſunt amplius contradictoria, ſicut inter eſſe & nō eſſe nihil mediat, ſed inter non eſſe ſimpliciter & eſſe mediat aliqd, ut dicitur in. 1. phy. tex. cō. 77. quia eſſe in potentia mediat, ſic inter formatū & nō formatum nihil mediat, unde materia aut eſt formata, aut non formata, & dicitur ꝙ eſt nō formata. Sed qñ dicitur, utrum materia ꝑ ſe ſit formata, uel per ſe, aut qdditatiue ſit non formata: dico ꝙ utraque falſa eſt quidditatiue, & ſic non contradicunt, & ita eſt in ſimili de materia ſecundum ꝙ materia, quia illa reduplicationis nota non eſt pars ſubiecti propoſitionis, ſed eſt conditio ſpecificatiua, ſecundum quam conſideratur. Et nota bene hoc, ꝙ iſta ſententia concordat cum dictis & determinatis per Alexan. in. 1. lib. naturalium quæſtionum q. ulti. ubi quærit: Vtrum forma ſit ſecundum ſe in materia, uel ſecundum accidens. & tandem concludit ꝙ forma non eſt per ſe in materia loquendo de primo modo perſeitatis, ſicut neq; priuatio, tñ forma & priuatio ſunt in materia per ſe in ſecundo modo, ſicut par & impar non ſunt ꝑ ſe de ratione numeri, ſed ſunt numeri proprietates, in quarum ratione ſumitur ſubiectum: ſic in ratione formæ materialis ſumitur materia, ſicut apparet ex rōne, ĩ qua ponitur corpus organicū, & in rōne ēt priuationis ponit̃ materia, qa priuatio non eſt niſi carētia forma in materia apta nata recipere formam. Vnde ſicut non omnis numerus eſt par, nec omnis impar, ſed uel eſt par, aut impar, ſic materia aut eſt formata, aut eſt priuata forma.

*Digreſſio utrum materia ſecundū ꝙ materia, habeat aliquā affirmationē uel negationē ſibi propriam.*

*Dubiū contra Them. & Alexā.*

*Cap. 10.*

*Obiectio.*

*Solutio.*


Materia eſt ſubā diminuta, qa eſt in potentia. 7. meta. cō. 9.

Materia prima in. 1. phy. declaratur eſſe ſm ꝙ eſt ſubā. ibidem. & in. 2. phy. cō. 21. & cōmen. 4. uide in ſimili in. 1. meta. com. 15. & 18. & 4. meta. commen. 1.

Materiæ actio eſt tranſmutatio. 7. meta. com. 9. idem. 1. cœli. com. 20. ubi dicit: In materia non eſt potentia, niſi apud ſeparationem eius à forma, & operatio iſtius potentiæ quę eſt ex ea quaſi abſciſſio de acumine gladij, eſt generatio & corruptio. uide in concordantijs.

Materia in naturali philoſophia conſideratur, et eſt principium tranſmutationis, ſed in prima philoſophia conſideratur ut eſt ſubſtantia in potentia. 7. meta. com. 9.

Materia non prædicatur de eo cuius eſt materia niſi ſcd̃m denominationē. 7. meta. com. 25. & 34. & 43. & 9. meta. com. 12. & primo meta. com. 17. & 1. phyſi. com. 15.

Materia non eſt generabilis & corruptibilis niſi per accidens. 7. meta. com. 23. idem. 1. phy. tex. com. 82. & 12. metaphy. com. 19. idem. 7. meta. tex. com. 26. 27. & 31. & 33.

Materia prædicatur denominatiuè de materiato, & non formaliter prædicatione dicente, hoc eſt hoc, ut ſtatua non eſt lapis, ſed lapidea. 7. meta. tex. com. 24. ubi aduerte ꝙ iſta eſt una differentia inter genus & materiam, ſicut bene notauit Com. in præſenti com. & etiam. 7. meta. com. 43. & 1. meta. com. 17. & 12. meta. com. 14. Et longe uberius ante ipſum Alex. ſcripſit demonſtratiuè de hoc in. 2. lib. naturalium quæſtionum. q. ulti. ꝙ materia non ſit genus.

Materia diuerſa ſunt eadem ſpecie, ut Socrates & Callias. 7. meta. tex. com. 28. inde ſumitur diſtinctionem indiuiduorum in eadem ſpecie eſſe à materia. Conſimile ſcribit Cōmen. in lib. deſtru. in. 1. diſp. in ſolu. 7. dub. ubi inquit: Cauſa pluralitatis & numerabilitatis apud philoſophos eſt materia, & cauſa conueniētiæ in multitudine numerali eſt forma, ſed ꝙ poſſint inueniri res plures in numero in una forma ſecundum materiam impoſſibile eſt: nullum namque indiuiduum ab alio indiuiduo diſtingui debetur ab aliqua proprietate niſi per accidens, immo indiuidua ab inuicem diſtinguuntur à materia. idem. 1. primæ philoſophiæ cō. 40. Vbi aduerte, ut declaraui ſubitiliter in quæſtione ſpeciali de principio indiuiduationis, ꝙ diſtinguendo principium aſſimilatiuum contra principium diſtinctiuum, ſicut forma à ꝓprietate eſt principium conuenientiæ & ſimilitudinis, & materia appropriata eſt principium diſtinctionis, genitum. n. aſſimilatur generanti in forma: tamen principium conſtitutiuum & diſtinctiuum reſpectu compoſiti magis eſt forma quam materia. Omne. n. quod eſt unū numero, & continuum eſt unum per ſuam formam, & nō per ſuam materiam, ut dicit Com. 1. de anima. com. 90. Et hoc intelligitur principaliter. Similiter etiam philoſophi uidentes multitudinem numeralem in eadem ſpecie non inueniri, niſi in habentibus formam in materia, quia in abſtractis à materia non eſt talis multitudo apud Peripateticos, ut patet in. 1. cœli & mūdi. in tex. com. 93. ubi dicitur, ꝙ quādo materia tota eſt cōprehenſa ſub una forma, non poteſt eſſe niſi unū ſuppoſitum in una ſpecie. Ideo appropriauerunt principium numeroſitatis & diuerſitatis iſtorū materiæ & non formæ. ¶ Et ex iſta authoritate Com. in lib. deſtruc. collige manifeſtè contra illos q aſſerunt primum principium diſtinctionis indiuiduorum in eadem ſpecie, eſſe aliquā proprietatē accidentalem, ſicut qui dixerunt ꝙ diſtinguatur primo per quātitatem. Hoc enim licet uerum ſit, à poſteriori tamen ſed non à priori: indiuidua. n. diſtinguuntur ab inuicem materia. Vnde Commen. 7. primæ philoſophiæ. commen. 2. expreſſe dicit: Indiuiduum ſubiectum eſt prius alijs indiuiduis accidentium.

Materia non eſt ſeparabilis à rebus niſi à diffinitione. Themiſt. 4. phyſi. tex. com. 59. & habetur in tex. idem tex. 84.

Materia immediate tranſmutari non poteſt à formis ſeparatis, non enim tranſmutat materiam niſi illud quod eſt in materia. 7. meta. tex. commen. 28. & idem habetur infra. ibidem c. 31. ubi Commen. dicit: Omne mixtum cum materia fit à mixto cum materia. idem in. 8. phyſi. commen. 15. & in libro deſtruc. in diſpu. 1.

Materia eſt cauſa multiplicationis generabilium ab uno generante. 7. meta. tex. commen. 28. idem. 1. meta. com. 40. & in lib. deſtru. diſp. 1. in ſolu. 7. dubij: inqt: Pluralitas numeralis. ſ. diuiſio ſequitur unū in forma ratione materiæ.

Materia tranſmutat̃ à corpore habente qualitatē actiuā, aut potentiā q̃ agit ꝑ corpus habens qualitatē actiuā. 7. meta. com. 31. idē ibi. cō. 28. & 12. meta. cō. 18. idē. 8. phy. cō. 15.

Materia ſecundum conſiderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſt pars ſubſtantiæ, ſed ſecũdum conſiderationem ad ſubſtantiam declarantem eſſentiam rei non dicitur eſſe pars ſubſtantiæ, ſed eſſe apparens deferens formam in ſuam diffinitionem. Auer. ſententia in 7. primæ philoſophiæ in com. 34. idem ibidem. com. 21. & 43. Vbi apparet ex mente eius materiam non eſſe partem quidditatis rei, licet ſit pars eſſentialis compoſiti: differentia. n. magna ualde eſt apud Peripateticos inter eſſentiam & quidditatem in rebus generalibus compoſitis ex materia & forma. 3. de anima. tex. com. 9. Sic etiam ſentit lucidiſſimus Themiſt. in. 3. de anima. cap. 27. & eſt opinio Alexan. & omnium Peripateticorum. ☞ Auicen. autẽ in tract. 5. ſuæ primæ philoſophiæ. cap. 5. de aſſignanda comparatione diffinitionis & diffiniti, tenet formam non eſſe totã rei quidditatem, ſed partem: unde uult materiam eſſe partẽ quidditatis, ſicut eſt pars eſſentiæ, & non diſtinxit inter eſſentiam, & quidditatem. Et hanc opinionem imitatur etiã Diuus Tho. in. 7. meta. in lec. 9. ſuper expoſitione tex. cõ. 34. & in lib. de ente & eſſentia, & in prima parte ſummæ. q. 75. & in. 3. parte. q. 50. & in. 4. diſ. 44. & Scotus in. 7. ſuꝑ meta. q. 16. & in. 3. ſententiarum diſtin. 22. & Antonius Andre. in. 7. meta. q. 12. Sed ut dixi cauſa erroris Auicen. fuit, quem errantem iſti ſunt ſequuti, quia non diſtinxerunt in materialibus eſſentiam à quidditate, neq; diſtinxerunt inter partes ſecundum finem ipſius ſpeciei, & inter partes ſecundum imaginationem, & eſt differentia magna ualde: nam ut ſcribit Commen. in. 1. meta. in com. 45. Ariſtoteles opinatur ꝙ intellecta rerum non ſunt ſubſtantiæ rerũ, ſed ſignificant & notificant ſubſtantias rerum. Certum eſt enim ꝙ materia eſt pars eſſentiæ, quia eſt ex partibus ſecũdum finem componentibus in eſſe reali ſubſtantiam compoſitam, tamen genus non eſt materia, licet ſit materiæ ꝓportionale per Porphyrium. in cap. de differentia, & per Philoſophum in. 7. primæ philoſophiæ. in tex. com. 43. & Alexan. in lib. 2. naturalium quæſtionum, quæſtione ultima, demonſtratiue probauit hoc, ut etiam confitetur Commen. 1. meta. commen. 17. & 12. meta. commen. 14. & tamen genus eſt de quidditate ſpeciei. Si igitur idem in compoſitis ex materia & forma eſſet eſſentia & quidditas, partes eſſentiæ eſſent partes quidditatis: ſed ſecùs res ſe habet, ut dicitur in. 7. primæ philoſophiæ. in tex. cõ. 41. & in. 3. de anima. tex. cõ. 9. De hoc uide quæ ſcripſerim in Theorematibus, in proprio Theoremate, quod incipit: In conceptis cum materia, aliud eſt quod quid eſt, ab eo cuius eſt quod quid eſt.

Materia & forma differunt, quoniam forma prædicatur ꝑ ſe de habente formam, ſecundum ꝙ declarat quidditatem eius ſubſtantialem, materia uerò non prædicatur de habẽte formam uera prædicatione, ne dum ut prædiceret per ſe. Idolum. n. non dicitur cuprum, nec homo caro. 7. meta. com. 34. idem ibidem com. 23. ubi dicitur: Materia non prædicatur niſi ſecundum dominationem. conſimile. 7. metaphyſic. 43. & 45. commen. & 9. meta. com. 12.

Materia, alia ſenſibilis, alia intelligibilis. 7. meta. tex. cõ. 34. & 35. & 39. & 5. metaphyſic. commen. 3. & 8. meta. tex. commen. 15. uide in Theorematibus.

Materia ſecundum ſe ignota eſt. 7. metaphyſic. tex. commen. 35. conſimile primo phyſic. tex. commen. 69. & in primo cap. de ſubſtantia orbis.

Materia ſenſibilis eſt, ut æs & lignum & quælibet mobilis materia. 7. metaphy. tex. com. 35.

Materia intellectualis eſt, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non in quantum ſenſibilia ſunt, ut mathematica. ibidem.

Materia cùm fuerit nõ erit res, forma autem cùm fuerit erit res. 7. meta. commen. 37. & fuit ſententia iſtius dicti Commentatoris ſumpta à lucidiſſimo Themiſt. in. 2. de anima. in principio. ubi ſcribit iſtud eſſe diſcrimen inter materiã & formam, nam res à materia habent, ut fierent: à forma uerò, ut eſſent.

Materia etiam erit quorundam non ſenſibilium. 7. metaphyſic. tex. commen. 39.

Materia non ſolum à phyſico ſciri debetur, uerumetiam ratio ſeu forma magis. 7. meta. tex. com. 39. idem. 2. phy. 21. & 26. & in. 1. de partibus animalium. cap. 1.

Materia eſt propria entibus naturalibus. 7. meta. commen. 39. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Materia non prædicatur de re nomine principali. 7. meta. commen. 43. & 23. idem. 9. meta. tex. com. 12.

Materiæ natura talis eſt, quod per eam poteſt res eſſe & nõ eſſe. 7. meta. tex. commen. 53.

Materiæ natura talis eſt, ꝙ eius quidditas & forma eſt recipere formam. 7. meta. commen. ultimo. idem primo capitulo de ſubſtantia orbis, ubi dicit: Naturæ materiæ ſubſtantiatur per poſſe, & in. 2. phyſi. com. 15.

Materiam dico, quæ non eſt hoc aliquid ens actu, poteſtate autem eſt hoc aliquid. 8. meta. tex. commen. 33.

Materiam localem ſi quid habet, non eſt neceſſe illud habere materiam generabilem & corruptibilem. 8. metaphyſi. tex. commen. 4. idem. infra. tex. com. 12. & 12. metaphyſi. tex. com. 10. idem primo. phyſic. com. 63. & in lib. de ſubſtantia orbis, per totum ferè, & in. 1. cœli. com. 20. & 95.

Materiam eſſe ſubiectum, eſt declarandum in ſcientia naturali, ſed materiam eſſe ſubſtantiam eſt declarandũ in ſciẽtia diuina Commentator in. 8. mataphyſi. comen. 4. uide idem in. 2. phyſi. c. 21. & 7. metaphyſic. commen. 9. & 12. meta. commen. 5.

Materia que eſt ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis, quando recipiet formam, aſſimilatur ei quod eſt in actu, & quando dimiſerit eam, aſſimilatur non eſſe. 8. meta. cõ. 4.

Materia non dicitur de diffinito niſi ſecundum ꝙ eſt genus eius: genus enim ſignificat materiam, ſecundum ꝙ eſt in potentia illud quod habet materiam, & ſic prædicatur de habente materiã. Nomen autem materiæ, ſignificat materiam ſecundum quod eſt aliquid in actu exiſtẽs pars illius, cuius eſt materia, & ideo non prædicatur de habente materiam. 8. meta. com. 6. ubi elicitur differentia inter genus & materiã, qa genus ꝓdicatur formaliter de cõpoſito ex materia & forma: materia uerò nequaꝗ̃, ſed ſolũ denominatiuè non nomine principali. 7. meta. tex. commen. 23. & 43.

Materia neq; elemẽtum eſt, neq; ex elementis. 8. metaphy. tex. com. 8. Vide in concordantijs nuper æditis,

Materia, alia communis, alia propria. 8. meta. tex. com. 11.

Materia una exiſtente contingit fieri diuerſa propter mouentem cauſam. ibidem.

Materia ex una plures fieri materias contingit duobus modis, uel in eodem ordine, & diuerſantur ſecũdum magis et minus: uel in diuerſis ordinibus. 8. meta. com. 11.

Materia exiſtente una & motore uno, de neceſſitate generatum erit unum. 8. meta. com. 11. idem in. 12. meta. com. 11.

Materia exiſtente diuerſa & motore diuerſo, de neceſſitate generata erunt diuerſa. 8. meta. com. 11. & tex. com. 12.

Materia exiſtente una, generata poſſunt eſſe diuerſa propter mouentem cauſam. 8. meta. tex. com. 11. ubi Commen. limitat illam propoſitionem habere locum in artificialibus tantum: fallit autem in naturalibus, ut patet in. 8. phy. tex. com. 46. Eſt enim in naturalibus principium, ꝙ nõ quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum ex determinato, & in eodem com. 11. expreſſe dicit: Quædam materiæ recipiunt formas diuerſas, & quædam formæ non recipiunt niſi unam materiam. quod quidem uerum eſt in entibus artificialibus, in entibus autem naturalibus quælibet forma habet propriam materiam.

Materiam forſan quædam non habent, aut non talem, ſed ſecundum locum mobilem. 8. meta. tex. com. 12.

Materia in rei ueritate cuius eſſe eſt in potentia, non inuenitur niſi in ſubſtantijs generabilibus & corruptibilibus: ſubſtantiæ uerò æternæ, quia in eis non eſt potẽtia ad corruptionem, non eſt in eis materia, ſed materia earum, eſt aliquid exiſtẽs in actu, ſcilicet corpus indignius habet hoc nomen ſubiectum, quam hoc nomen materia. 8. metaphy. com. 12. idem in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, & alibi ſępe.

Materia



Materia quæ eſt in potentia, eſt cauſa alterationis paſſiuæ. 8. meta. tex. com̃. 12. & 1. cœli. tex. com̃. 21.

Materia prima eſt in potentia utrorũq; cõtrariorum eodem termino. 8 metaphyſi. cõmen. 14. idem primo phyſi. com̃. 6. & 82. & 2. phyſi. cõmen. 48.

Materiam intellectualem aut ſenſibilem non habentes, ſtatim ſunt id quod ſunt. 8. meta. tex. cõ. 16. ubi Cõmenta. in com̃. dicit: Illa quæ non habent materiam, nõ habent cãm aliam à ſe in hoc ꝙ ſunt unum, & in hoc ꝙ ſunt ens, è contrario eis quæ ſunt in materijs: per formas enim fiũt, compoſita ex materia, & forma unum & aliquid ens etc.

Materia eſt principium paſſionis & cauſa, ꝓpter quam patiens patitur. 9. meta. tex. com̃. 2. uide limitationẽ ab Auer. in. 3. de anima. in com̃. 5. in principio digreſſionis, & ibidem in cõmen. 28. ubi declarat, cuius paſſionis materia ſit cauſa. Inquit enim ꝙ materia nõ eſt cauſa receptionis ſimpliciter, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis. ſcilicet receptionis huius entis indiuidualis.

Materiam eſſe in potentia ad infinitas formas, eſt ſicut infinitum eſſe in potentia: talis enim potentia non dicitur reſpectu actus, quia potentia quæ dicitur reſpectu actus, eſt finita: ſed hoc intelligitur quòd potentia ſemper aſſociatur ei. 9. meta. com̃. 11. & habetur ex tex.

Materia remota non dicitur eſſe in potentia illud, cuius eſt potentia. 9. primæ philoſophiæ. tex. cõmẽ. 12. Inde collige differentiam inter materiam remotam & propinquam, ꝗ̃ innuit Cõmen. in com̃. dicens: Et intendit declarare ꝙ materia quæ poteſt ſimpliciter, non indiget in hoc ꝙ exeat in actum, niſi uno motore tantum. Materia autem quæ nõ dicitur poſſe ſimpliciter, ſed per potentiam remotam, exit in actum per plures motores uno motore ſecũdum remotionem, aut propinquitatem.

Materia propinqua rei non prædicatur de re, cuius eſt materia nomine principali, ſed denominatiue: ut non dicitur idolum cuprum, ſed cupreum. 9. meta. tex. cõmen. 12. Idem. 7. meta. tex. com̃. 43. & com̃. 23. Et aduerte ꝙ Cõmenta. dicit in. 9. meta. com̃. 12. ꝙ hoc non eſt proprium idiomati græcorum, ſed in noſtris idiomatibus. i. Arabicis, hoc eſt manifeſtum in rebus naturalibus, ſed in artificialibus non eſt manifeſtum.

Materia propinqua dicitur eſſe in potentia ſimpliciter, & dicitur materia ſimpliciter non remota. 9. metaphy. com̃. 12. Vide in concordantijs nuper æditis.

Materia & uniuerſale differunt, quia materia non prædicatur de re nomine principali, ſed nomine denominatiuo: uniuerſale autem prædicatur de re, ut homo eſt animal. 9. metaphyſi. tex. cõmen. 12.

Materia potentia ẽ, donec ueniat ad ſpẽm: quando uerò actu eſt, tunc in ſpecie eſt. 9. meta. tex. com̃. 16.

Materia dum eſt in potentia, non eſt perfecta per formam, neq; habet eſſe quod habet forma, ſed dum uenit ad actũ, tunc perficitur per formam, & habet eſſe quod habet forma. 9. meta. com̃. 16. Ex quo patet ſecundum Auer. doctrinam, ꝙ licet materia ſit eſſentia diuerſa ab ipſa forma, eſſe tamen habet à forma, & nõ eſt aliud eſſe materiæ, & aliud formę: dicit enim diuinus Boethus ĩ lib. de unitate & uno. Omne eſſe eſt à forma. quod deſcribẽtes Peripatetici dixerunt: Eſſe eſt exiſtentia formæ in materia.

Materiam cõmunem habentia adinuicem tranſmutanť. 10. meta. tex. cõ. 22. & habetur ꝓpriè, in primo de generatione & corruptione. in tex. com̃. 43. & 53.

Materia contrariorum eadem eſt. 10. meta. tex. cõ. 14.

Materia negatione oſtẽditur. 10. meta. tex. cõmen. 24. Vide in concordantijs nuper æditis.

Materiæ diuerſitas eſt cauſa differentiæ rerum per accidẽs, quia ꝗ̃ conueniunt in forma, & differunt ſecundũ materiã, differunt per accidens: ut duo annuli, quorũ unus eſt ex auro, alter uerò ex argento. 10. meta. tex. com̃. 24.

Materia non facit differentia. 10. meta. tex. cõ. 25.

Materiam primam eſſe probare, eſt ſermo naturalis, è contrario. Auic. 12. meta. cõ. 8. idem primo phyſi. cõ. ulti. & 2. phyſi. com̃. 22. idem. 12. meta. cõmen. 6.

Materia aſſimalatur mixtioni, quia res admixtæ propinquę ſunt, ut ſint in potẽtia. 12. meta. cõmen. 9. ubi declarat, quare Anaxagoras poſuit mixturam.

Materia, propterea quia eſt in potentia omnia, eſt cauſa in hoc ꝙ generatio nõ abſcinditur. Cõmen. 12. meta. com̃. 9. & eſt dictum Ariſt. de quo inquirit in. 1. de generatione & corrup. tex. cõmen. 15. & infrà.

Materiam nullus ſciuit in rei ueritate ante Ariſt. Cõmen. 12. meta. com̃. 9. colligitur, & ex primo phyſi. tex. cõ. 79.

Materiam habent omnia quæcũq; tranſmutantur, ſempiterna autem mobilia latione non habent materiam generabilem, ſed unde & quo. 12. primæ philoſophiæ. tex. cõmẽ. 10. & 8. metaphyſi. tex. com̃. 12.

Materierum naturæ diuerſantur ſecundum diuerſitatem naturæ tranſmutationis. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 10. et 1. phyſi. cõmen. 63. & in. 3. de anima. in cõmen. 5. in principio digreſſionis.

Materia generabilium eſt in potentia, translatorum autem eſt in actu. 12. metaphy. tex. com̃. 10. idem in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, & primo cœli cõmen. 95.

Materia quæ eſt in potentia, eſt in omnibus corporibus, ut opinatus eſt Aui. ſed errauit in hoc. Ipſam opinionem imitatus eſt etiam Egidius Roma. in trac. ſpãli de mã cœli.

Materia quæ eſt in potentia in ſubſtantijs generabilibus & corruptibilibus, eſt cauſa fatigationis et corruptionis in eis. 9. metaphyſi. tex. com̃. 17.

Materia prima eſt una, tamen multa eſt in potentia & habilitate. 12. primæ philoſophiæ. com̃. 11. idem. 1. de generatione. com̃. 22. & tex. com̃. 29. & 4. phyſi. tex. com̃. 84.

Materia prima, primò habet potentias ſeu habilitates ad recipiendum primas contrarietates. ſ. formas omnium quatuor elementorum. Secundò uerò habet potentias cõſimilium partium mediantibus formis quatuor elemẽtorum, & iſtæ potentiæ diuerſantur ſm̃ diuerſitatẽ mixtionis quatuor elementorum. 12. meta. cõ. 11. idem. 3. cœli. cõ. 67.

Materia ſecundum ꝙ caret differentijs formarum indiuidualium dicitur una numero, & non quia ſiat unam formã numero. 12. meta. cõ. 14. idem. 1. phyſi. com̃. 63.

Materia & forma uniuerſalis, & pręcipuè quę eſt genus differunt. 12. meta. cõmen. 14.

Materiæ cõmunitas eſt dura priuatio, & eſt in anima tãtum: & cõmunitas ꝗ̃ intelligitur in formis cõmunibus eſt extra animam in potentia. 12. meta. com̃. 14.

Materia ſecundũ quod intelligitur cõmunis omnibus rebus generabilibus, non habet eſſe ſecundum hunc intellectum extra animam, cùm non intelligatur ſic, niſi ſecundum priuationem omnium formarum. 12. meta. cõ. 14.

Materiæ perfecta imaginatio quæ ſit, uide. 12. met. cõ. 14.

Materia non eſt ſenſibilis ꝑ ſe, ſed per formã 12. meta. c. 14.

Materia non habet eſſe, niſi per hoc ꝙ ſentitur, & non per ſe. 12. meta. cõ. 14. ubi patet ꝙ materia nõ habet eſſe niſi à forma, licet alia ſit ſubſtantia & eſſentia materiæ, & alia formæ, contra Scotum & Henri. de Gan. Cõtra Hẽr. de Gan. & Sco.

Materia, quia non formam habet, ideo non habet intẽtionẽ intellectam ab ea. 12 metaphyſi. com̃. 14. pro quo uide primo cœli. com̃. 92. ubi dicit Cõmen. ꝙ forma eſt ſubiectum uniuerſalitatis. Et iſte eſt intell's cuiuslibet formæ, & ideo materia non habet rationem alicuius cõmunis prædicabilis de pluribus, quia eſt primo diuerſa ab omni forma.

Materia quia non habet formam, ideo nõ habet naturam ꝓpriam, ſed ſua natura eſt in comparatione. 12. metaphyſi. com̃. 14. idem primo phyſi. tex. com̃. 69.

Materia eſt illud ad quod innuitur ſecundum ſenſum, forma autem non comprehenditur ſecundum ſenſum, niſi ſecundum ſuam actionem, & ideo nõ cõphenditur, niſi ſecundum intellectum. 12. meta. com̃. 14.

Materia & natura non ſunt propriæ ſubſtantiæ abſtractæ, ſed corpus & anima. Cõmenta. 12. meta. com̃. 25. authoritate Alexandri. ubi aduerte ꝙ Ariſt. ibi ponit diuiſionem entium, quod uidelicet quædam ſunt ſeparabilia, & ſunt ſub

ſtantiæ,quædam inſeparabilia, & talia ſunt accidentia Et Alexander ſecundum unam expoſitionem dicit,ꝙ ſubſtantiæ uere ſeparabiles ſunt corpus & anima:materia uerò & natura non ſunt propriæ ſubſtãtiæ ſeparabiles. ubi collige naturam eſſe infra animam,& materia eſſe infra corpus,& ideo orbis cœleſtis rectius dicitur corpus aut ſubiectum q̃ materia. Corpus enim in eo quòd corpus ſeparari poteſt à paſſionibus tranſmutantibus ſubſtantiam,ſed nõ materia: quia materiã confeſtim ſequitur cõtrarietas,ut dicit Ariſt. in libro de longi.& breui.uitæ.Et in.2.de generatio.in tex. cõmẽ.6.dicit:Nos autem dicimus aliquam materiam unã ſenſibilium,ſed ſemper eſt cum contrarietate ex qua generantur uocata elementa.Et ita dicit Cõmenta.in lib.de ſubſtantia orbis. cap.1.Ita etiam natura eſt infra animam, qa anima eſt principium naturæ & omnis motus:aĩata enim ſunt principia omnium corporum naturalium.12.meta. cõm.25.& Them.idem habet in principio libri de anima. Similiter anima eſt ſeparabilis à contrarietate,quia q̃ contrariantur in natura non contrariantẽ in anima, lapis enim non eſt in anima,ſed ſpẽs lapidis, ſed lapis bene eſt in natura:& ideo propriæ ſubſtãtiæ ſeparabiles potius ſunt corpus & anima,q̃ materia & natura:ſemper enim reſpectus imperfectionis ad pfectius,eſt reſpectus potentię ad actũ, aut inſtrumenti ad agens, unde mã conſtituitur per potẽtiam.Sed corpus dicit actum, & ideo orbis rectius dicitur corpus,aut ſubiectum q̃ materia:natura etiam eſt animæ inſtrumentũ,ut patet.2.de anima.tex.cõm.41.contra Empedoclem & antiquos aſſerẽtes ignem eſſe cauſam augmẽti etc.Et ideo Cõmen.in com.25.dicit authoritate Alexan. ꝙ Ariſt. diuiſit formas naturales & primam materiam,qa non ſunt ſubſtãtiæ in actu,ſicut anima,& corpus: aut quia uidentur eſſe cauſatæ à ſubſtantijs ſeparatis.

Materia eſt cauſa potentiæ in rebus in quibus eſt potentia. 12.primæ phĩæ.cõ.30 idem. 7.meta.tex.cõ.22.&.53.

Materia non ipſa ſeipſam mouebit.12.primæ philoſophiæ. tex.cõmen.30.ubi aduerte quòd hoc eſt uerum tam in natura quàm in arte.

Materia non intelligitur per ſe,ſed per aſſimilationem, forma autem intelligitur per ſe.12.primæ philoſophiæ.cõm.37. idem primo phyſi.tex.cõmen.69.

Materiam non habens eſt ſimplex,& quod eſt ſimplex,non habet materiam.12.meta.com.49.

Materia q̃ quidẽ eſt una,nulli eſt contraria.12.meta.t.c.53.

Materiæ eſſentia impoſſibile eſt ut ſit eſſentia motoris.12. primæ philoſophiæ.contra Empedoclem.tex.cõmen.54. idem.2.phyſi.tex.cõm.70.

Materia ẽ cauſa multitudinis et numerabilitatis apud Phõs, & cauſa conuenientię in multitudine materiali eſt forma. ex libro deſtruc.diſpu.1.in ſolutione.7.dubij.

Materiam uoco non ens ſimpliciter,non quia omnino ſit nihil,& uſquequaq;,ſed id quod nuda & mera potẽtia cuiuſmodi eſt prima & originalis materia.Them.5.phyſi.ſuper tex.1.uide in concordantijs nuper æditis.

Materia inquantum materia non generatur,oporteret nãq; quod materia haberet materiam in ĩfinitum.ex prima diſputatio.in ſolutio.21.dubij.

Materia & forma à principio ſeparato,ſecundum Peripateticos non procedunt,imo agens apud eos in rebus generabilibus & corruptibilibus non agit,neq; formam, neq; materiam:imo agit ex materia compoſita,ex eis.ex diſputa.3. in ſolutio.22.dubij.

Materia eſt cauſa corruptionis apud Philoſophos.ex diſpu. 4.in ſolutione.2.dubij.

Materia quælibet habet accidentia propria fixa in ipſa, ſine accidentibus quæ manant à forma:& hæc accidentia quæ ſunt in materia,ſunt cauſæ multitudinis uarietatum,quę in naturis indiuiduorum inueniuntur, quemadmodum accidentia propria formæ ſunt cauſę multitudinis uarietatum, quæ in moralitatibus indiuiduorum hominum cognoſcũtur,ut eſt declaratum in naturali phĩa 6.colliget.cap.1.

Materiæ ſignum apud Philoſophos eſt paſſio,& formæ ſignum eſt operatio.ex diſputa.6.in ſolutione.6.dubij.& ex diſputa.10.ſolu.2.dubij.

Materia ſeminalis ex qua animalia conſiſtunt non indefinita eſt,nec plus nec minus, ut ex qualibet generari queant, quemadmodum perficiendi cuiuſq; animalis,certa eſt magnitudo,tum ad maius,tum uerò ad minus,quem terminũ non ſupergradiuntur,ut uel maiora uel minora euadãt,ſed in medio magnitudinis ſpatio exceſſum defectum ue inter ſe capiunt:atq; ita homo alius alio auctor eſt,& cæterorum unumquodq; animalium. Ariſt.in.4.de genera.aĩa.cap.4. conſimile habetur in.2.de anima.in tex.cõm.42.

Materia quæ alit,eadem eſt illi ex qua generationem natura conſtituit. Ariſto.in.4.de generatione animalium.cap.8. ubi agit de lacte.idem in.2.de generatione & corruptione tex.cõmen.50.ubi dicitur quòd omnia nutriuntur, ex eiſdem ex quibus ſunt.

Materia crementi & generationis eadem eſt.8.de natura animalium.cap.1.&.2.

Materia eſt propter formam,& compoſitum ex materia & forma,eſt pp operationes.Auer.in.2.colliget.in cap.de cõplexionibus mẽbrorum officialium,ubi dicit:Hoc ne dum eſt uerum in naturalibus,uerũ etiam in artificialibus.

Materia duplex, quædam eſt prima quæ eſt imperceptibilis,& quædam habens formam.ex paraphraſi metaphyſi. tracta.primo.cap.Quid gratia.

Materia habẽs formam eſt duobus modis, unus eſt ut eius forma non corrumpatur in aduentu alterius formæ totalĩ corruptione,imo ineſt ei forma materiæ mediocri quodãmodo,ut ſunt quatuor elementa materia corporum compoſitorum,ut fuit declaratum in libro de generatione & corruptione.Secũdus eſt illud genus materiæ in quo remanet forma materiæ adueniente alia forma,ut eſt diſpoſitio in q̃buſdã corporibus ſimilariũ partium ad recipiendã aĩam, hoc tamen appropriatur nomine ſubiecti.ibidem.

Materia numeratur in entibus,licet nõ ſit aliquid in actu ſecundum ꝙ eſt materia.primo phyſi.cõm.66.uide.4.phyſi. cõmen.59.& primo cap.de ſubſtantia orbis. Cõtra Balleum.

Materia & forma poſſunt diſtingui ſm diffinitionẽ,ſed non in eſſe.1.phyſi.cõ.65.&.2.phyſi.tex.cõm.12.

Materia non habet formam propriam,neq; priuationem ꝓpriam.1.phyſi.cõm.66.63 69.&.3.cœli.cõ.67.&.7.meta. tex cõm.8.1.cap.de ſubſtantia orbis.1.etiam phyſi.cõm. 79.4.phyſi.cõmen.59.

Materia non poteſt intelligi per ſe,ſed ſecundum comparationem.1.phyſi.cõm.69.&.1.cap.de ſubſtantia orbis.&.7. meta.cõm.& tex.35.4.phyſi.cõm.16.&.2.phyſi.cõm.& tex.26.uide in concordantijs.

Materia ad ſuam eſſentiam conſtituendam non indiget poteſtate,neq; poteſtas ulla in prima ac ſimplici notione materiæ includitur.Themiſt.Alexan.Simplicij,& Auer.indubitata ſententia.Themiſt.in primo phyſi.in digreſſione.uide in Theorematibus.

Materiæ modus eſſendi eſt,ꝙ nõ eſt in actu,ſed eſt mõ medio inter non eſſe ſimpliciter,& eſſe in actu.1.phyſi.cõ.70. &.5.phyſi.cõm.7.&.12.meta.11.&.14.cõm.

Materia in prima ſui,& ſimplici notione eſt quædam res in ſe,& exiſtit actu.Themiſtius ibidem.uide in Theorematibus quomodo ſit intelligendum.

Materia eſt non ens per accids, & priuatio eſt non ens per ſe.primo phyſi.cõmen.75.& tex.cõmen.79.contra Platonem.Vide in concordantijs.

Materia eſt quaſi compoſita ex eſſe & non eſſe.1.phy.79.

Materia ſubiecta cum forma cauſa eſt eorum quæ fiũt, ſicut mater.1.phyſi.tex.cõmen.80.

Materia in ſecunda ſui notione qua comparatur ad alia includit potentiam.idem ibidem.

Materia appetit formam,ſicut turpe bonum,& fœmina marem.1.phyſi.tex.cõmen.81.

Materiam ſine relatione intelligere ꝑdifficile eſſe ſcio, ut nuda & ſola intelligatur:uerũtamen aſſequi poteris, ſi in eam indaginem paulo acrius incubueris ſtudiumq; contuleris.



Themiſt.ibidem.idem ſequitur Cõmen.in.12.metaphy. in cõmen.14.& in cõm.39.

Materia recipit formas alternatim quando forma agens eſt præſens.1.phyſi.cõmen.81.

Materiæ accidit pulchritudo, propter mixtionem cum priuatione.1.phyſi.cõmen.81.

Materia non poteſt declarari eſſe,niſi in ſcientia naturali.1. phyſi.cõmen.ultimo.

Materia non prima,eſt compoſita ex forma & materia.2. phyſi.cõm.10.idem.1.phyſi.cõm.1.

Materia ſi ſepararetur à forma,tunc quod non eſt in actu,eẽt in actu.2.phyſi.cõm.12.idem.3.phyſi.cõ.65.

Materia conſideratur à naturali ut eſt materia formæ, materia conſideratur à diuino ut eſt unum entium.2.phy.cõm. 21.idem.7.metaphyſi.9.&.39. &.2.metaphy.cõm.ulti.1. metaphyſi.cõmen.15.&.18.4.metaphyſi.cõm.primo.12. metaphyſi.cõmen.5.&.6.cõmen.

Materia alia particularis,alia generalis,et uide differentiã à Themiſtio.2.phyſi.ſuper tex.7.

Materiam eſſe informem quomodo ſit intelligendum, uide Themiſtium ibidem, ut dicit quòd inaffectio nõ ſignificat priuationem ſed negationem.

Materia & ſubiectum differunt.uide Them.in.1.phy.in digreſſione.idem ſequitur Simpli.ibidem,& ante iſtos Boethus & Alexan.Materia enim qualitatibus ſenſibilibus informata non amplius materia remanet, nam ſecundum ſe informis eſt & ſpeciebus omnibus caret,ſed adhibitis qualitatibus materia abijt in ſubiectum.

Materia non poteſt declarari eſſe,niſi per ſignũ naturale, & primus motor.2.phyſi.cõ.21.&.1.phyſi.cõ.ultimo.

Materia eſt eorum quæ ſunt ad aliquid.2.phyſi.tex.cõ.26.

Materia eſt propter formam,non forma propter materiam 2.phyſi.tex.cõm.26.&.91.

Materia conſideratur à naturali propter formã,forma aũt ꝑ ſe conſideratur.Vide in concordantijs.2.phyſi.cõ.26.

Materia eſt cauſa formæ & forma materiæ.2.phy.cõ.30.idẽ 1.phyſi.cõm.70.uide etiam.3.phyſi.cõm.65.

Materia diuerſificatur per formam.2.phyſi.tex.cõ.26.in alia enim ſpecie,alia eſt materia.idem.primo de anima.cõ.53. &.2.de anima.cõm 60.idem.1.phyſi.cõm.87.

Materia alia ſecundum compoſitionem,alia ſecundum alterationem,alia ſecundum compoſitionem & alterationem ſimul.2.phyſi.cõmen.31.

Materia prima eſt apta recipere duo contraria æqualiter.2. phyſi.cõm.48.idem.7.meta.tex.cõm.53.

Materia infert omnes cauſas.2.phyſi.cõm.71.

Materiæ eſſentia & infiniti,eſt in potentia.3.phyſi.tex.cõm. 59.idem.1.cap.de ſubſtantia orbis.

Materia non eſt totum,neq; finitum per ſe,ſed per aliud ſcilicet per formam.3.phyſi.cõm.65.

Materia non habet formam,ideo eſt delata in alio.i.in compoſito.2.phyſi.tex.cõmen.65.

Materia formæ & accidentia conueniunt in hoc, ꝙ non inueniuntur niſi in alio:ſed accidentia & formæ differũt à materia in hoc ꝙ ſunt in ſubiecto,aut de ſubiecto.Materia autem eſt ipſum ſubiectum,& nõ inuenitur ꝑ ſe, ſed in alio.ſ. in compoſito & cum aliquo.ſ.cum forma.3.phyſi.cõmen. 65.Vide conſimile.2.de anima cõm.4.

Materia eſt cauſa diminutionis,quæ eſt terminata & nõ terminans.3.phyſi.cõmen.67.

Materia à forma habet ut tota finita et perfecta ſit.Them.3. phyſi.in tex.75.¶Ex quo patet contra illos qui tenent materiam circũſcripta forma,habere aliquã perfectionem.

Materia eſt cauſa infinitatis.3.phyſi.cõm.60.&.65.3.cœli. cõmen.72.4.phyſi.tex.cõm.35.&.49.

Materia eſt cauſa priuationis.3.phyſi.tex.cõm.72.

Materiæ propriũ eſt ut habeat dimenſiones in potentia, & iſtæ dimenſiones dum terminantur per ſuperficies, fiunt dimenſiones in actu ſcilicet corpus,& cum auferuntur,fiunt dimenſiones in potentia.4.phyſic.cõmen.15.& in.1.cap. de ſubſtantia orbis.

Materiam ſcire ſine forma, aut formam ſine materia, impoſſibile eſt.4.phyſi.cõmen.16.conſimile.2.phyſi.26.& primo phyſi.tex.cõmen.69.

Materia & forma non numerantur in actu, aut ſeparantur, ſed ratione.4.phyſi.tex.cõm.17.idem.2.phyſi.tex.cõ.12.

Materia & forma ſunt partes rei, ſecundũ qualitatem & nõ ſecundum quantitatem.4.phyſi.cõm.20.

Materia & forma mouenẽ per motum rei.4.phy.t.cõ.20.

Materia neq; diuiſa eſt à re,neq; continet rẽ.4.phy.t.c.38.

Materia non cognoſcitur eſſe niſi per tranſmutationẽ in ſubſtantia.4.phyſi.tex.cõm.38.& primo phyſic.cõmen.63.& cõmen.ultimo.8.metaphyſi.4.&.12 cõm.

Materia eſt ſubſtantia ſecundum ꝙ ſubſtat formę,& forma eſt ſubã ſecundum ꝙ conſtituit.7.meta.cõm.7.

Materia ſpecies non eſt,quia ſpẽs qualitas eſt, materia autẽ eſt ſine qualitate,neq; eſt. Alexander in paraphraſi cap.4. ubi probat ꝙ anima eſt inſeparabilis à corpore.

Materiæ more ſuſcipere idem eſt,ac materiam fieri rei quæ ſuſcipitur.in paraphraſi de anima.in cap.de intellectu practico & ſpeculatiuo.Alexan.& ibi uide quid ſit ſuſcipere ſpecies ſine materia. idem etiam aſſerit Themiſt.in paraphraſi de anima.lib.& cap.42.& eſt ſuper tex.commen. 122.uide pulchre.

Materia nulla de forma ſibi inhęrente iudicium ferre poteſt, quia materia ſuapte ingenio bruta irrationabiliſq; eſt, ratio uerò tum de alijs iudicat,tum ratione & forma rationẽ & formam apprehendit.Them.2.de anima.42.& eſt ſuꝑ tex.cõm.121.¶Inde collige quomodo intelligunt Peripatetici materiam impedire cognitionem,quia ſenſus nõ eſt ut forma exiſtens in materia ſit cognitione priuata.Alioquin animalia & homines carerẽt cognitione,ſed modus recipiẽdi materiæ appropriatus eſt cognitioni repugnãs,quia materia recipit cum tranſmutatione reali, quæ ſit per quatuor qualitates,& recipit formas diuerſas,et iſtas.ut dicit Cõm. in.3.de anima.cõ.5.in princ.digreſſionis.Et q̃d more materiæ recipit,eſt materiã fieri rei quæ recipitur:ſed ſenſus recipit non more materiæ,quia non fit materia agẽtis formę, uiſus enim non albet neq; nigricat:& forma coloris recipit non materia,quia forma coloris agit in ſenſum non compoſitum.ut dicit Themiſt.in præſenti loco.Amplius in eodem puncto organi eſt ſpecies albedinis, & ſpecies nigredinis:ſecus eſt de materia.

Materia ipſa infinitum,ſi per ſe ſola ſpectetur.i.in priuatione:infinitas autem ipſa priuatio eſt, non tamẽ idcirco quia infinitas in materia & priuatione eſt.Materia ipſa ꝑ ſe poteſt eſſe diuiſionis ſubiectum,ſed corpus continuum ſenſile,nam diuidundæ res actu ſubſiſtunt. Sed quamobrem dictum eſt infinitatem diuiſionis pertinere ad materiam:nẽpe quia compoſitum,& id quod diuiditur corpus non amittit formam in diuiſione,ſed retinet:ita cum non poſſit à forma pendere,à materia pẽdeat neceſſe eſt Themiſtij aurea & notabilis ſententia.in.3.phyſi.ſuper.72.

Materia & forma hoc diſcrimine diſtant, quia à materia res habuerunt ut fierent,à forma uerò ut eſſent.Them.in.2.de anima.in principio.Quam ſententiam trãſtulit Auer.in.7. primæ philoſophiæ.in.cõm.37.ubi habetur ꝙ materia cũ fuerit non erit res,ſed forma cum fuerit erit res.Nam recte dicitur à materia res habere,ut fiant, quia materia eſt,ex q̃ ſit aliquid,ut inexiſtẽte,ut dicitur in calce primi phyſi.Eſſe uerò eſt à forma,ꝙ ut inq̃t Boethus i lib.de unitate & uno. Peripatetici deſcribentes dixerunt eſſe,eſt exiſtentia formę in materia:ens enim & unum quum multipliciter dicanẽ, quod uere eſt,actus eſt.2.de anima.tex.cõm.7.

Materia ſecũdum Platonem cognoſcitur cognitione notha & extranea:cognitio autem adulterina ſeu extranea nuncupatur,tam in ſenſu q̃ in intellectu propriè illa,quæ non de facie aut uultu rei q̃ contemplamur elicitur,ſed de forma illa qua priuatur.Themiſtius.3.de anima,cap.44.

Materia corporum ſimplicium eſt ſimplex quædam,& à ſpecie ſequeſtrata natura,quæ ſuapte ratione informis atq; infigurata omni ſpecie carere dignoſcit, & eſt ſimpliciter ma

teria: ſed materia quæ cõpoſitis corporibus ſubijcitur ma teria quidem eſt, ſed non ſimpliciter materia, quandoquidem non ſine ſpẽ aliqua ſubijci uidetur. Alexander in principio ſuę abbreuiationis de aïa. idẽ tenet Cõmen. 4. phyſi. com̃. 71. & 8. phyſi. cõ. 30. & 3. cœli. com̃. 67. cõtra fatuos qui ponunt ex mente Auer. formam corporeitatis.

Materia cum dicatur analogicè. i. ſecundum prius & poſterius de materia corporum cœleſtium, & de prima materia: & in his quæ dicuntur ſecundum prius & poſterius prius eſt cauſa poſterioris, neceſſe eſt ut materia corporum cœleſtium ſit cauſa, ut hæc materia ſit. ex paraphraſi meta. tracta. 4. col. 16.

Materia prima ut ſit, indiget formis elementorum, quę ſunt cauſæ proprinquæ per modum formæ & finis. Nam materia impoſſibile eſt, ut de cauſis habeat aliam cauſam niſi has duas cauſas, quia agens ideo efficit aliquid, quia præſtat eſſentiam ſuam, quæ uidetur eſſe eis forma, & materia prima non eſt eſſentia formæ quod habeat agens. ex paraphraſi metaphyſi. tract. 4. col. 16.

Materia in cõpoſito indiuiduo eſſe in potentia intelligimus, ita ꝙ ſeparabitur forma ab ea per corruptionem illius indiuidui, & ſic inuenietur tranſmutari in actu poſtꝗ fuit in potentia. in paraphraſi metaphyſi. tract. 2. col. 16.

Materierum quædam ſunt ſubſtantiales, & diffinitiones talium neceſſario præcedunt diffinitum: & quædam ſunt accidentales, ut æs, & lignum reſpectu triãguli: & figuræ, & diffinitiones talium non præcedũt diffinitum. ex paraphraſi. meta. tract. 2. col. 17. & habetur in. 7. meta. de partibus diffinitionis. tex. com̃. 33. & infrà.

Materia ꝙ ſit intelligibilis non habet ex hoc quod eſt materia, quia res non eſt intelligibilis niſi per hoc q̃d eſt in actu ſed ſi intelligimus ipſam, hoc ſit continuo, illud ſit per attributionem, & hoc de materia prima: uel accidit ſibi habere actum, & hoc de materijs ꝓprijs unicuiqȝ enti. Auer. ſententia in paraphraſi meta. tract. 2. col. 8. idem. 1. phyſi. tex. cõmen. 69. ¶ Ex hoc patet contra formaliçantes, qui uolũt intelligibilitatem eſſe paſſionem primo competentem enti inquantum ens, ſed Peripatetici dicunt ꝙ eſt primo cõpetens enti in actu: licet enim omne ens ſit intelligibile, nõ tamen primò ex parte qua eſt ens.

Materia eſt cauſa ut res ſit ſenſibilis, et forma eſt cauſa ut res ſit intelligibilis. primo cœli. cõmẽ. 95. & in paraphraſi metaphyſi. tracta. 2. col. 15.

Materierum duo ſunt genera, unum eſt ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis, & propriè nominatur materia: aliud eſt ſubiectum aliarum tranſmutationum, & appellatur, ut plurimum ſubiectum. ibidem in para.

Materia alia cõmunis, & alia propria, & differunt inter ſe, qa quæ habent materiam cõmunem, poſſunt adinuicem trãſmutari, & unum eſt in potẽtia ad ſuum oppoſitum, ſicut & reliquum, ut ſunt corpora ſimplicia: (aqua enim eſt potẽtia aer, & aer eſt potentia aqua) ſed in his quæ habẽt materias proprias & diuerſas, non eſt trãſmutatio reciproca, interea nec unum eſt in potentia reliquũ: ut materia propria phlegmatis eſt unctuoſitas, & materia choleræ ſunt res amaræ: & licet unctuoſitas uel pinguedo ſit in potentia phlegma, tamen phlegma non eſt in potentia pinguedo: & licet uiuũ ſit potentia mortuum, tamen mortuum non eſt in potentia uiuum. Et ideo non quodlibet ſit ex quolibet, & res non ſolum diſtinguuntur per ſuas formas, uerũ etiam & per ſuas materias, & per cauſas efficientes & finales. in. 2. tracta. metaphyſi. col. 15.

Materia non habet potẽtiam niſi apud ſeparationem eius à forma: & ſi aliqua forma eſſet in materia quæ non poſſet ſeparari à materia, tunc natura ocioſe egiſſet. 1. cœli. cõ. 20.

Materiæ operatio q̃ eſt ex ea, ſicut abſciſſio de acumine gladij, eſt generatio & corrup. 1. cœli. com̃. 20.

Materia cõmunis eſt in potentia, ſed orbis cœleſtis eſt materia in actu. primo cœli. cõmen. 95. idem. 2. cap. de ſubſtantia orbis. & 8. meta. cõmen. 12.

Materiæ plurimorum indiuiduorum ſunt terminatæ quantitatis, & exceſſus inter eas eſt terminatus. 1. cœli. cõ. 95. idẽ 2. de anima. tex. cõmen. 41. & 6. phyſi. 32. & 91.

Materia eſt cauſa abſciſſionis continuitatis eſſe, & eius ęternitatis. 2. cœli. cõmen. 38. idem. 7. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 22. & 53. & 1. cœli. 10.

Materia eſt cauſa ꝙ in rebus generabilibus inuenitur caſus, & ideo corpora cœleſtia carent caſu, quia non eſt ibi materia. 2. cœli. com̃. 45. & idem. 2. phyſi. com̃. 48. 9. meta. tex. com̃. 19. 6. meta. tex. com̃. 5.

Materia & forma non habent grauitatem, ſed congregatum habet. 3. cœli authoritate Alexandri. com̃. 8.

Materia & forma propinqua rei ſunt generabilia & corruptibilia per accidens, quia exiſtunt in compoſito per ſe generabili & corruptibili: ſed materia remota, ut eſt prima materia, eſt ingenerabilis & corruptibilis. 3. cœli com̃. 61. idem primo phyſi. cõmen. 81.

Materia habens formam eſt receptibilis quarũdam formarum, ſed materia prima cũm ſit ſecũdum ſe ſubm informę, eſt receptibilis omnium formarum. 3. cœli cõ. 67.

Materia prima eſt uniuerſalis cu nullam habeat formã omnino. 3. cœli. com̃. 67. uide in concordantijs.

Materia prima nõ eſt ens in actu, ſed eſt ens in ente in actu non diſtincta ab eo. 3. cœli. cõ. 29. idem. 2. phyſi. cõ. 12.

Materia eſt una ſecundum ſubiectum, & plura ſecundũ habilitates: & hoc eſt declaratum in pluribus locis. 4. cœli. cõmen. 35. idem. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 11. primo de generatione & corrup. tex. cõmen. 22. & tex. cõmẽ. 29. & 4. phyſi. tex. cõmen. 84.

Materia recipit contraria æqualiter, ſecùs autem de corpore compoſito: nã corpus ſanitatẽ recipit eſſentialiter, & ægritudinem accidentaliter. 4. cœli. com̃. 35.

Materiam unam ſemper contrarijs ſupponere oportet, ſiue tranſmutetur ſecundum locum, ſiue ſm augmentationem & diminutionem, ſiue ſecundum alterationem. 1. de generationem & corrup. tex. com̃. primi.

Materia principaliter eſt ſubiectum gñationis & ſeu tranſmutationis ſubſtantialis, aliarum uerò tranſmutationum eſt ſubiectum ſecũdum poſterius. 1. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 24.

Materia eſt una numero, & plures potẽtia & habilitate. 1. de generatione. com̃. & tex. 29. Quomodo autẽ ſit una numero, uide. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 14.

Materiam impoſſibile eſt à magnitudine eſſe ſeparabilem. 1. de generatione & corrup. tex. com̃. 32.

Materia eſt in continuo fluxu, forma autem eſt permanens. 1. de generatione & corrup. com̃. 35.

Materia authoritate Alexandri non diſoluitur ſecundum totum, ſed remanet in ea aliqua pars fixa, alioquin poſſibile eſſet formam ſeparari. 1. de genera. & corrup. cõ. 38.

Materia eſt cauſa paſſionis, cauſa autem paſſionis conſimilis eſt eadem materia, paſſionis autem diſſimilis cauſa eſt diſſimilitudo materiæ. 1. de generatione & corrup. cõmen. 54. & elicitur ex tex.

Materia ſecundum ꝙ materia, eſt paſſiuum. primo de generatione & corruptione. tex. com̃. 55.

Materia non prædicatur de eo, cuius eſt materia, uera nominatione in rebus generatis, ſed in rebus alteratis. 2. de generatione. tex. cõmen. 4.

Materia in generabilibus eſt cauſa, per quam res poteſt eſſe & non eſſe. 2. de generatione & corruptione. tex. cõmẽ. 51. idem. 7. meta. tex. cõmen. 22. & 53.

Materia eſt principium tranſmutationis inquantum trãſmutatio: forma autem cum inuenitur, quieſcit tranſmutatio. Et ideo antiqui qui aſſignauerunt cauſam materialẽ tranſmutationis, melius dixerunt q̃ꝫ qui poſuerunt cauſam formalẽ, ſicut fecit Plato. 2. de generatione & corrup. tex. cõ. 52.

Materiæ eſt moueri & pati, mouere aũt & facere alterius eſt potentiæ. 2. de generatione & corrup. tex. cõ. 53.

Materia eſt potentia, ſpecies autem entelechia. 2. de anima. tex. cõmen. 2.

Materia non differt à forma in compoſito niſi potentia. 2. de anima. com̃. 7. idem. 10. meta. com̃. 23.



Materia nullum habet eſſe in actu in rebus naturalibus ſecũdum ꝙ eſt materia, & eſſe in actu nõ eſt niſi ipſius formæ. 2. de anima com̃. 8. idem. 5. phyſi. com̃. 8. ubi dicit ꝙ in materia non eſt actus omnino. ¶ Ex quo patet, ꝙ actu exiſtentiæ competit formæ per eſſentiam, & materiæ & compoſito competit ratione formæ: & nõ oportet dicere alium eſſe actum exñdi materiæ, & aliũ formę, & alium compoſiti ex materia & forma: non enim oportet multiplicare entia ſine neceſſitate, omne enim eſſe à forma eſt, ut dicit etiam Boethus in libro de unitate & uno. Licet igitur ſubſtantia materiæ alia ſit à ſubſtantia formæ, & ſimiliter compoſitũ ex utroqȝ, tamen unum eſt exiſtere: & iſta eſt uia Peripateticorum antiqua. Conſimilem ſententiam de materia inuenies. 2. phyſi. cõmen. 12. & primo phy. com̃. 76. & 3. cœli com̃. 29. 7. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 8. & uide amplè quæ ſcripſi in illo Theoremate quod incipit: Materia non eſt quid, neqȝ quantum, neqȝ quale. etc.

Materia prima non eſt cauſa receptionis ſimpliciter, ſed eſt cauſa receptionis tranſmutabilis. tertio de anima. cõmen. 14. & cõmen. 28. & cõmen. 5.

Materia ita à phyſico conſideratˀ, ut cogitationem ad formã referat uniuerſam. Them. 2. phyſi. ex tex. cõ. 26.

Materia ſuſtentatur per poſſe, & potentia eſt differentia ſubſtantialis materię. primo cap. de ſubſtantia orbis. ¶ Ex hoc inualuit opinio multorum aſſerentium materiam non dicere aliquam entitatem in actu, ſed meram potentiam: & ꝓ hoc adduxerunt aliam authoritatem in. 5. phyſi. com. 8. ubi Cõmenta. ſcribit: In eſſe materiæ non admiſcetˀ actus omnino. & adducunt pro hoc etiam authoritatem Philoſophi in. 7. primæ philoſophię. tex. cõ. 8. aſſerentis materiam non eſſe quid, neqȝ quãtum, neqȝ æquale, neqȝ uniuerſaliter aliquid eorum quibus ens eſt determinatum, ſed eſt poteſtate omnia hæc. ¶ Ex aduerſo autem aliqui aſſeruerunt materiam eſſe actum quendam entitatiuum, ſicut fuit Henricus de Gandauo, & Scotus, & Gregorius Arimiñ. ita ꝙ materia nõ ſolum eſt eſſentia quædam diſtincta ab eſſentia formæ, uerum etiam eſt exiſtẽtia quædam diſtincta ab exiſtẽtia formæ: & ita cum exiſtẽtia realiter non diſtinguatur ab eſſentia, ſicut materia habet eſſentiam diſtinctam à forma, ſic habet & exiſtentiam: & ſic dicunt Deum per ſui omnipotentiam poſſe facere materiã exiſtere ſine omni forma. pro hac opinione facit authoritas Themiſtij, qui aſſerit materiam in prima ſui notione conſideratã, eſſe aliquid actu. ¶ Et quia iſta authoritas multos tempore meo philoſophãtes in errorem traxit, cogor in hoc digreſſionem adducere ex mente Alexandri in primo phyſi. & in. 2. libro naturalium quæſtionũ capite ſeu quæſito. 7. & declarabo digreſſionem aureã Themiſtij, qui uoluit exponere mentẽ Alexã. fuit enim (ut inquit Cõmen.) abbreuiator Alexan. Sententia igitur Them. eſt in illa digreſſione, ꝙ priuatio tãetſi nõ ſit aliqua res in natura ſubſiſtens, ſed ſola rõne conſiſtens, eſt, tamen neceſſaria in tranſmutatione rerum: alioquin res fieri non poſſet, niſi diceretur rem eſſe anteq̃ꝫ fieret. Sed tũc dubat, ſi enim priuatio conſequitur materiam, et eſt de ſubſtantia eius, cum priuatio deſinat eẽ in aduentu formæ, tũc ſequitur materiam corrumpi in aduentu formæ. Et confirmatur quia cum materia ſit ens in potentia, potentiam autẽ concomitatˀ priuatio, ſequitur ꝙ cum priuatio deſinit in aduentu formæ, deſinat etiam poteſtas materiæ, & per conſequens eſſentia eius. Volens autem Them. ſoluere huiuſmodi argumenta altius exorditur, aſſerens ꝙ entium qualitercunqȝ exiſtentium quædam ſunt ſibi attributa ſecundũ ſe, quædam uerò ut comparantur ad alia: ut ligno bipedale eẽ competit, ut ſecũdum ſe conſideratur, ſed bipedale eſſe nõ competit ligno, niſi ut comparatur ad alterum puta ad pedale: eodem modo aſſerit materiam ſecundum ſe conſideratam aliquid eſſe, & hoc ſm ſe ſibi cõpetere, ſed poteſtate, eſſe hoc habet, ut cõparatˀ ad alterũ: nõ. n. penes hoc ꝙ eſt mãm eẽ, hẽt hoc poteſtate, eſſet. n. mã mãæ. Sed manifeſtũ eſt ꝙ ipſa exiſtens primò aliq̃d, & ipſa exñs actu, ſic quorũdam eſt, & poteſtate ad talia ſe habet. & iſta eſt mens, Themiſtij ad uerbum, licet ille Hermolaus modicum curãs de uerbis aliter tranſtulerit. ¶ Ex quo elicitur quomodo ſecũdum Themiſtium & Alexandrum intelligatur materiã ſecundum ſe conſideratam eſſe aliquid actu: non enim intelligitur materiã habere actum entitatiuum, ſumendo actũ entitatiuum pro actu exiſtentię, ita ut materia habeat alium actum exiſtendi ab actu quem habet à forma in compoſito cuius eſt pars: ſed bene habet actum entitatiuũ quia eſt quædam entitas diſtincta ab entitate formæ, & eſt ſubſtãtia & natura quædam diſtincta à forma, quia pars ſubſtãtiæ eſt ſubſtantia, & materia eſt pars ſubſtantię demõſtratæ: & ideo eſt ſubſtãtia & alia q̃ꝫ forma, ut patet. Vnde bene materia eſt entitas, & ſubſtantia quædã diſtincta à ſubſtantia quæ eſt forma, & eſt ſubſtantia quædam quę actu eſt materia & ſubiectum. Hoc enim quod eſt eſſe materiã aut ſubiectum, non ſibi competit potentia ſed actu: nam ſi ut inquit, hoc etiam ſibi competeret potentia, tunc materię eſſet materia: quia dicit Cõmen. 12. metaphyſi. com̃. 26. ꝙ potentia reducitur ad materiam, & ita primum potentiale eſſet in potentia alterius materię, quod eſt abſurdum: tunc enim primo daretur prius & eſſet etiam proceſſus in infinitum in materijs, ſicut bene apparet deducenti. Vnde male intellexerunt proterui aſſerentes materiam nihil actu eſſe, ſed eſſe puram potentiam: tunc enim eſſet pura priuatio ſi nihil omnino actu poſſideret. Dicit enim Cõmen. 3. de anima. com̃. 5. in ſolutione quæſtionis. 3. ꝙ propoſitio dicens ꝙ recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti, non dicitur ſimpliciter, ſed cum conditione. ſ. ꝙ non eſt neceſſe, ut recipiens non ſit in actu omnino, ſed ut nõ ſit in actu aliquid eorum quæ recipit: & ita etiam materia ſi dicitur eſſe in potentia ad omnes formas ſubſtantiales & accidentales ſecundum ſe eſt denudata ab omni forma: quia de ſe non eſt forma nec habens aliquam formam ſibi propriam, ſed non propter hoc ꝙ materia eſt in potentia ad omnem formam dicitur eſſe in potentia ad omnia ſimpliciter: nõ enim eſt in potentia ad ſeipſam, alioquin eſſet à ſeipſa denudata & ita materia eſſet in potentia materia, quod non capit intellectus. Materia igitur ſecundum ſe eſt actu materia, & ſecundum ſe actu eſt ſubiectum, & ſubſtantia quædã actu ſubſtans: iſta enim non competunt ſibi poteſtate, ſed actu: & ſic materia actu exiſtente materia efficitur poſtea potentia ad alia diſtincta ab ea: ſic patet exemplum adductum per Themiſtium de ære, ꝙ æs cum actu ſubiectum ſit q̃dam, efficitur poſtea materia poteſtate reſpectu aliorũ. Nõ eſt igitur mens Alexã. & Themiſtij ꝙ prima materia ſit in actu exiſtendi diſtincto ab ipſa forma, ſed ꝙ eſt actus quidem. i. entitas quædam actu diſtincta à forma & per ſe: qa ſimplicia ſeipſis diſtinguuntˀ. Quod ſi hoc itellexiſſet Henricus, & Scotus cum ſequacibus Peripateticis conſentirẽt, ſed alius eſt eorum ſenſus. Inſuper addit Them. ꝙ duobus nominibus aſcriptis materiæ, uidelicet ſubiecto & materia, alterum quidem uidetur conuenire ipſi ſecundum ſe cõſideratum, hoc autem magis ſecundum reſpectum quẽ habet ad alia à ſe: ambo enim ad alterum dicũtur, quoniam materia alicuius eſt materia, & ſubiectum alicui eſt ſubiectum. Verũtamen quãdo ut materia capitur, tunc eſt cum priuatione & poteſtate: dicitur enim materia reſpectu eius ꝙ nondum factum eſt, ſed quando ſumitur ut ſubiectum, non omnino cum priuatione dicitur, nihil enim prohibet ſubijci inexiſtẽti ſpeciei. Materia autem quomodo eſſe poterit reſpectu illius cuius nõ habet poteſtatem? unde ęs donec infiguratum fuerit, dicere poteris materiam ſtatuæ eſſe, ſed dum determinatum & perfectum fuerit per formã, nullatenus materia, ſed ſubiectum dicitˀ. Iſta ſunt uerba Themiſtij iuxta literam, ex quibus cognoſcitur error, qui uſque ad mea tempora perſeuerauit: nam in tranſlatione Hermolai dicitur oppoſitum, uidelicet ꝙ iſtorum duorum nominũ materia ſcilicet & ſubiectum, hoc nomẽ materia potius cõpetit materiæ ſecundum ſe cõſideratæ, ſubiectum uerò cõpetit ſibi, ut comparatur ad alia. Et per uitam meam eſt te-

tum̃ oppoſitum: nam ratio quam̃ adducit, eſſet contra concluſionem, quia cõcluſio eſt ſecundum literam Hermolai, ꝙ hoc nomen materia rectius competit materiæ in ſua prima notione q̃ ſubiectum: & ratio eſt, quia nomẽ materia concernit priuationem & potentiam, quod non concernit ſubiectum. Sed per iam allegata per Themiſtium in principio digresſionis, potentia & priuatio non competunt materiæ in ſua prima notione, ſed in ſecunda. Igitur hoc nomen materia potius competit materiæ, dum conſideratur in cõparatione ad alia, q̃ dum conſideratur in ſe, & quia ſubiectum non includit ex ratione ſui modi ſignificandi priuationem neq; potentiam, & materia in ſua prima notione etiã non includit potẽtiam neq; priuationem. Rectius igitur in prima notione ſui materia dicitur ſubiectum q̃ materia. Et ſi ille Barbarus ita curaſſet de medulla, ſicut curauit de cortice, non detruſiſſet in errorem multos in philoſophãtibus tempeſtate ſua & mea. ¶ Et aduerte ꝙ abſoluta notio materiæ eſt prior, quo ad naturam q̃ ſecunda eius notio quæ eſt in cõparatione: quia. 1. ethico. cap. 5. ens per ſe eſt prius natura ente ad aliud: ſed ſecũda notio eius eſt prior quo ad nos, uidelicet dum comparatur ad alia præſertim per tranſitionem, ſicut naturalis ſcientia quo ad nos præcedit diuinam. Cõfirmatur quia materia in prima ſui notione, ut eſt res quædam abſoluta, pertinet illa conſideratio ad diuinũ, ut teſtatur Cõmen 7. metaphyſi. com̃. 9. & 12. meta. cõ. 14. Et quia ſecundum Peripateticos materia non comparatur ad alia niſi pro quanto eſt potentia ad alia, cum reſpectus potẽtiæ & priuationis importet per nomẽ mãæ: & iſte reſpectus potentiæ & priuationis nõ importet per hoc nomẽ ſubiectum. Rectius igitur illud nomẽ, uidelicet ſubiectum transfertur ad materiam in ſe conſideratam q̃ hoc nomen materia: licet etiam ſubiectum ſit de nominibus importantibus reſpectum, quia ſubiectum dicitur reſpectu alicuius ſubiectum. Et ideo ſoluitur contradictio inter Themiſt. & Cõmen. quia Cõmentator. 8. meta. com̃. 4. dicit ꝙ ad ſciẽtiam diuinam pertinet declarar̃ materiam eſſe ſubſtantiã, & ad naturalem pertinet declarare ipſam eſſe ſubiectum: & tamen materia, ut à naturali conſideratur, dicitur relatiuè ad formam. 2. phyſi. com̃. & tex. 26. Soluitur concedendo totum ꝙ naturalis conſiderat materiam, & reſpectu futuri ex quo aliquid poteſt fieri, & ſic dicitur materia: & reſpectu præſentis, ut dicitur ſubiectum formæ per quã actu perficitur. Cum hoc tamen ſtat ꝙ tametſi utrunq; iſtorum nominum in reſpectu conſiſtat, quia mã alicuius eſt mã, & ſubiectum alicui eſt ſubiectum: quia tamen mã non dicitur relatiuè ad alia quæ eſt ſecũda eius notio, niſi per potẽtiam, & priuationem: ſic enim potentia & priuatio competunt materiæ, ut comparantur ad alia; ideo hoc nomen mã potius competit ſibi in ſecunda notione, & hoc nomen ſubiectum magis in prima Eſt enim nomen ſubiecti magis remotum ab illa ratione cõtrahente materiam ad ſecundam ſui notionem, q̃ hoc nomen mã, licet utrunq; reſpectum dicat. Et iſta ſine dubio eſt mens antiqua Alexan. & Simplicius in primo phyſi. in expoſitione tex. com̃. 56. expreſſe recitando ſententiam Alexan. ita aſſerit, ſicut ſcripſi, & notaui. Ita etiam notat dominus Albertus cognomẽto magnus in. 5. meta. tract. 2. cap. 4. ꝙ materia, ut ſubſtantia & fundamentum eſt prior ad mãm, ut eſt in potentia: quia iſto ſecũdo modo eſt ſubiectum mutationis & motus, prior autem modo eſt ante mutationem & motum: ut non exhibeatis fidem translatoribus modernis, qui curant ornatum uerborum & dimittunt ſenſum, & ſatius putant errare mentẽ q̃ linguam. ¶ Ad authoritates igitur Cõmenta. in libro de ſubſtantia orbis reſpondetur, ꝙ non eſt intentio eius dicere, ꝙ potentia ſit uera differentia ſubſtãtialis materiæ: alioquin contradiceret ſibi ipſi in primo phyſi. com̃. 70. ubi legitur: Quòd ſi potentia eſſet de eſſentia materię, tunc materia corrumperetur in aduentu formæ. ſed uoluit dicere, ꝙ ut aſſerit Themiſtius, licet materia in prima ſui notione ſit quædam res abſoluta, eſt tamen ſubſtantia. Sic enim nõ eſt potentia de rõne eius, tum propter rationem adductam, tum quia conceptus potentię eſt conceptus entis ad alterũ. 9. enim primæ philoſophię potẽtia relatiuè dicitur ad actũ, ſubſtantia autem materia eſt ↄceptus entis ad ſe. i. abſolutus: ſed in ſecunda ſui notione competit ſibi tanquam differentia, ſicut albedo, licet nõ ſit de ratione hominis, eſt tamẽ de ratione hominis albi. Ita licet potentia non ſit de rõne materiæ in ſe & abſolutè conſideratæ, in ſecũda tamen notione ſui ſic eſt de ratione eius, quia ſi materia comparatur ad alia, oportet ipſam per potentiam comparari, cui de neceſſitate eſt annexa priuatio. Dicere enim aliqd eſſe in potentia, eſt dicere aliquem modum priuationis: uerè tamen loquendo potius talis potẽtia eſt materiæ proprietas. ſicut etiam præfatus Cõmen. in ſua media expoſitione ſuper primo phyſi. dicit: Ita rerum proprietates plerũq; circũloquũtur nobis differẽtias occultas rerum, ſic ut potentia circũloquitur nobis rationem illam quæcũq; ſit, per quam materia diſtinguit̃ à forma. ¶ Ad aliam autem Auer. authoritatẽ in. 5. phyſi. com̃. 8. reſpondetur ꝙ ſenſus talis eſt ꝙ in eſſentia materiæ nullus actus omnino includit̃, quia licet in ſua eſſentia conſiderata eſt primò diuerſa ab omni actu & ſubſtantiali & accidentali, & nec eſt forma nec formatum, nec habet aliquam formam neq; priuationem: tamen cum hoc ſtat ꝙ ſit actu entitas quædam, quæ eſt ſubiectum, in quo fundatur potentia ad omnem formam & priuationem. Vnde Cõmen. 7. primæ philoſophiæ, cõmen. ultimo ſcribit de prima materia, ꝙ natura iſta eſt illa, cuius quidditas & forma eſt recipere omnem formam. ¶ Ad authoritatem Philoſophi in. 7. meta. reſpondetur ꝙ materia non eſt quid. i. ſubſtãtia in actu, ſicut eſt forma & habens formam: & ita etiã non eſt quãta in actu aut qualis, ſed bene eſt ſubſtãtia quæ eſt in potẽtia omnia hæc, ut ibidem dicit̃ per Auerroem in cõmento. Sic igitur habes ꝙ licet materia poteſtate ſit reſpectu omnium formarum tam ſubſtantialium q̃ accidentalium, in ſe tamẽ ſecundũ naturam prius eſt aliquid actu, & poſterius natura efficitur alia poteſtate. Nam quod in ſe nullo modo aliqd actus habet, nullo pacto potentia reſpectu aliorum eſſe poteſt. Sic igitur materia in ſe eſt actu materia, & actu ſubſtantia quædam, quæ potentia eſt omnia alia quorum capax eſſe poteſt. Recipiens enim debet eſſe denudatum ab eo quod recipit, non quòd debeat eſſe denudatum ab eſſe ſimpliciter.

Materia non denudat̃ à corporeitate, qa tunc haberet diſpoſitionem ſubſtãtialem. & haberet nomen & diffinitionem. ſententia iſta eſt Auer. in primo phyſicæ auſcultationis. cõ. 63. quam conſequentiam Burleus iſto modo nititur deducere ſtantibus tribus prǽſuppoſitis, quorum primum eſt ꝙ materia prima nunquam poteſt denudari ab omni forma ſubſtantiali, ſecundum eſt ꝙ ad hoc quod materia prima recipiat aliquam formam ſubſtantialem diuiſibilem aut materialem, oportet ꝙ ſit extenſa, aliter non quantum reciperet quantum: tertium eſt ꝙ materia non eſt extenſa, niſi per dimenſiones quæ dicuntur corpus. Ex quibus ſequitur ꝙ ſi materia prima non eſſet denudata à corporeitate, non eſſet extenſa per tertium ſuppoſitũ: & per conſequens nõ poſſet recipere aliam formam ſubſtantialem materialem diuiſibilem, quia quælibet forma ſubſtantialis materialis eſt diuiſibilis & extenſa, & per conſequens nullam formam ſubſtãtialem materia poſſet recipere: & quia non poteſt ſtare ſine omni forma, ſequitur ꝙ ſi materia denudaretur à corporeitate, ꝙ materia haberet aliquam formã ſubſtantialem dantem nomen & diffinitionem. ¶ Sed in ueritate primum ſuppoſitum eſt uerum per ea quæ ſcribit Cõmen. 2. phyſi. cõ. 12. Si enim mã poſſet eẽ ſine omni forma, tunc qđ non eſſet in actu, eẽt in actu: & tertiũ ſuppoſitũ eſt uerum de facto, ꝙ omnis forma materialis ſit extenſa in uia eius; qui ponit quantitates eſſe coæternas primæ materiæ, & omnem formam aduenire materiæ quantæ: ſed qui poneret oppoſitum non eſt admittendum illud ſuppoſitum: & etiam ſecũdum ſuppoſitum abſolute eſt falſum: nam dimenſio fundatur immediate in ſubſtantia materiæ, & tamẽ materia non eſt quãtã de ſe. Et ideo non oportet ꝙ recipiens quantum, ſit quãtum



tum in actu, ſed ſufficit ꝙ ſit potentia quantum. ¶ Et ideo aliter deduco illam conſequentiam ex mente Auerrois, in primo cap. libri de ſubſtantia orbis: dicit enim Commentator, quòd cauſa propter quam materia primitus recipit dimenſiones recipientes dimenſionẽ terminatã eſt, quia ẽ multa in potẽtia & iõ ſi illa potẽtia debet reduci ad actum, oportet quod in eodem tpe materia reducat̃ de potentia ad actum, ſub pluribus formis, cùm formæ iſtæ ſint diuerſæ, & non poſſint ſimul eſſe in eadem materia. Oportet igitur quòd materia habeat diuiſionem in ſuis partibus, & ita cùm diuiſionem habere non poſſit niſi per dimenſiones, oportet ut dimenſiones præcedant, aliter eodem tempore non poſſet habere plures formas in actu, ſed ſolum unam haberet in uno tempore, & ſi illa corrumperetur, ſuccederet alia: & ſic ſemper reciperet unam. Si autem materia nõ eſſet in potentia ad multas formas nec ſimul nec ſucceſſiue, & cum materia non poſſit ſtare ſine forma, oporteret illam formam eſſe perpetuam in materia, & eſſet in ſubſtãtia eius dans ſibi nomen & diffinitionem, & ab illa ſeparari non poſſet, quia non eſt in potentia ad multa, & cum non poſſit ſtare ſine forma, tunc igitur illa forma quam haberet, eſſet incorruptibilis, & nulla alia eſſet generabilis, ex quo non erat potentia ad aliam per ſuppoſitum. Nam quod impoſſibile eſt factum eſſe, impoſſibile eſt fieri, & quod impoſſibile eſt fieri, impoſſibile eſt factum eſſe. Bene igitur dictum eſt quòd ſi materia denudaretur à corporeitate, oporteret quòd haberet aliquam formam ſubſtantialem dantem ſibi unitatem numeralem, & eſſe actualis exiſtentiæ, quæ corporeitas fuit ſibi ab æterno, propterea quia erat potẽtia multa; & ideo ſi non haberet corporeitatem, ſignum eſt quòd non eſt potentia multa: & ideo cùm ſine forma ſtare non poſſit, eſſet igitur ita actu ſub ea quòd non eſt potentia ad aliam, & ita nunquam à prima poſſet expoliari. Vnde deductio ſtat ſuper illa diuiſione, quòd materia aut eſt in potentia multa, aut non. Si primum, aut eſt in potentia multa in eodem tempore exiſtente poſſibili illam multitudinem reducere ad actum, aut in diuerſis temporibus. Si primum, oportet quòd diuidatur, ſed non habet diuiſionem niſi per dimenſiones, igitur illæ præcedunt. Si uerò illa potentia eſſet in diuerſis temporibus, tunc materia ſolum in uno tempore haberet unam formam: unum enim ſubiectum habere niſi unam formam ſubſtantialem, eſt impoſſibile: ut dicit Commentator primo cap. de ſubſtantia orbis. Vnde circũſcripta dimenſione à materia non negat Commenta. multitudinem iſtam formarum cum ſucceſſione, ſed ſemper in uno tempore una forma eſſet. Si uerò detur ſecundum condiuidens principale, uidelicet quòd materia non eſt in potentia ad plures formas, nec in eodem tempore, nec in diuerſis temporibus: tunc cum ſine forma ſtare non poſſit, haberet de neceſſitate ſemper illam eandem formam: & quia non eſt in potentia ad aliam partem illa alia generabilis non eſſet, nec iſta quam poſſideret, eſſet corruptibilis; quia tunc ſi corrumperetur, materia ſtaret ſine omni forma, & tunc quod non eſt in actu eſſet in actu, quod eſt impoſſibile. Vnde nil melius eſt quàm exponere Auerro. per ipſummet Auerroem.

Materia prima eſt una numero. primo phyſic. commen. 63. Iſta concluſio declaratur per Auerro. in. 12. primæ philoſophiæ. in cõmen. 14. per iſtam diſtinctionem, unum numero bifariam ſumitur poſitiuè & priuatiuè. Vnum numero poſitiue eſt, quòd habet unam formam ſubſtantialem dantem ſibi alem unitatem: dicitur enim in. 2. de anima. tex. cõmen. 2. quòd forma eſt ſubſtantia per quam eſt hoc aliquid. & primo de anima. commen. 90. Omne quod eſt unum numero, & continuum eſt per ſuam formam & nõ per ſuam materiam. Alio modo aliquid dicitur unum numero priuatiuè, quia uidelicet non habet in ſe aliquam formam dantem ſibi unitatem numeralem, quemadmodum Socrates eſt unus numero per unam formam: unde Commẽtator uult quòd materia differt à forma uniuerſali. Multi enim quia natura materiæ primæ eſt communis omnibus rebus generabilibus & corruptibilibus, crediderunt materiam eſſe genus: ſed, inquit Commentator differentia eſt inter communitatem formæ generalis ſeu communis, & inter communitatem primæ materiæ, quia cõmunitas formę generalis eſt extra animam in potẽtia: & ideo ſcire aliquid in uniuerſali, eſt ſcire in potentia, ſed communitas primæ materię eſt pura priuatio, & non eſt extra animam, ſed in anima tãtum: & eſt locus ſatis obſcurus. Nam ſi communitas formæ communis extra animam eſt in potentia, cùm potentiæ ſit annexa priuatio de neceſſitate. 9. metaphyſic. cõmen. 3. uidetur ergo quòd etiam talis communitas formarum ſit priuatiua. Ex aduerſo etiam ſi communitas materiæ eſt priuatiua cùm priuatio ſit annexa potentiæ, ſequitur etiam talem communitatem eſſe potentialem: & ita non erit ſolum in anima, uerumetiam extra animam, ſicut erat de forma communi. Soluitur ex mente Alexand. & Themiſtij, qui fuit abbreuiator eius in digreſſione aurea de priuatione materiæ, quòd illa non eſt uera priuatio dum dicitur materiam ſecundum ſe eſſe inaffectã ſeu informem, ſed ẽ negatio pura. Dicit enim negationem formæ & formati, quia materia prima de ſe neq; eſt forma, neq; formatum: differentia enim magna ualde eſt inter negationem puram & ipſam priuationem, quia ut habetur in ſecundo libro de interpretatione, negationem puram affirmatio priuatoria non ſequitur: quia non ſi aliquid non uidet, cæcum propter eſſe affirmabitur: de lapide enim uerum eſt dicere quòd non uidet, tñ lapis cæcus non eſt, neque ſi aliquid capillicium non habuerit, caluum propterea eſſe affirmabitur: priuatio enim quodam modo eſt qualitas quædam: & ideo talis informitas uel inaffectio in prima materia non eſt uera priuatio ſed negatio ſola, alioquin ſequeretur materiam in ſui ſubſtantia habere aliquam qualitatem. Vnde Ariſto. 10. primæ philoſophiæ tex. commen. 24. materia negatione oſtenditur. Pro quanto igitur materia in ſe conſiderata non eſt forma, neq; formatum, ſic dicitur una numero, quia non habet formam dantem ſibi unitatem numeralem: & ſic etiam dicitur cõmunis pluribus, quia non habet differentias formatum indiuidualium ex quibus eſt multitudo. Et ſic uides quomodo communitas materiæ eſt priuatiua, ſumendo priuationem largè pro negatione: negatio autem eſt purum ens rationis. & ideo Commentator in commẽto. 14. dixit: Communitas materiæ iſto modo eſt ſolum in anima tantum, ſed communitas formarum uniuerſalium eſt extra animam in potentia: quia extra animam non ſunt niſi ſingularia in actu, in quibus ſaluatur natura formæ communis. Non enim uniuerſalia ſunt extra animam in actu, ſicut poſuit Plato, tunc enim non opus eſſet ponere intellectum agentem, ſicut dicit Commentato. 3. de anima. commen. 18. ſed ſolum ſunt ſingularia à quibus intellectus abſtrahit uniuerſale: & ideo communitas formæ habet aliquid extra animam potentiale, & ſunt ſingularia in quibus ſaluatur, & iſta eſt ratio diuerſitatis. Licet igitur priuatio propriè dicta quæ diſtinguitur contra negationem præſupponat potentiam, tamen priuatio largè quæ eſt ipſa negatio, nullam potentiam præſupponit, nec aliquem habitum ponit aut qualitatem, & talis eſt priuatio communitatis materiæ, quia eſt negatio formæ. ¶ Sed tunc iterum eſt difficultas, quia uidetur quòd materia habet intentionem uniuerſalis prædicabilis de pluribus numero differentibus, quia certum eſt quòd materia prima extra animam per dimenſiones interminatas eſt diuiſa & multiplicata in uarias & diuerſas partes, quæ ſtant ſub diuerſis formis. Eſt enim ſententia Philoſophi in. 12. primæ philoſophiæ in tex. commen. 27. quòd ſingularium cauſæ ſunt ſingulares, etenim dicit. Singularium aliud tua materia, & ſpecies, & mouens, & mea, uniuerſali autem ratione eadem. & in ſecundo phyſic. tex. cõmen. 38. idem habetur: & tunc certum eſt quòd illa portio materiæ primæ quæ ſtat ſub forma Socratis eſt mã, & ſimiliter portio materię quę

ſtat ſub forma Platonis, & ita cùm iſtæ portiones ſint numero differentes ſicut uult Ariſtoteles, ſequitur quòd materia prima dicta de illis, habet unitatem ſpeciei ſpecialiſſimæ. ¶ Ad hoc reſpondet Alexander Achillinus in primo libro de elementis, in dubio. 8. negando materiam habere intentionem ſpeciei, quia ſpecies habet partes ſubiectiuas de quibus ſpecies prædicatur in recto, ſed materia reſpicit plures materias indiuiduis communicatas tanquam partes integrales, quæ non recipiunt totius prædicationem cuius ſunt partes, tamen materia homœogeneum eſt habens partes eiuſdem rationis. ¶ Sed iſta ſolutio ſeipſam interimit, nam quotiens aliquod totum integrale eſt homœogeneum, dum diuiditur in ſuas partes, ibi eſt duplex diuiſio, una in partes ĩtegrales, alia uerò eſt in partes ſubiectiuas: quia iſtæ homœogeneis inſeparabiliter ſe conſequuntur, ſicut aqua eſt quoddam totum integrale homœogeneum, & quando diuiditur in plures partes, eſt ibi duplex diuiſio, & totius integralis in partes integrales, & totius uniuerſalis in ſuas partes ſubiectiuas; & licet aqua non prædicetur in recto ex parte qua eſt totum integrale, prædicatur tamen ex parte qua eſt totum uniuerſale, ut clarũ eſt. Amplius ſi materia prima per te eſt totum homœogeneum, de neceſſitate ſequitur materiam habere rationem uniuerſalis prædicabilis de pluribus. ſcribit enim Commentator primo cœli. commen. 19. ubi Ariſtoteles probat quòd in elemẽtis cùm ſint homœogenea quò fertur pars, fertur & totum, quia eadem in talibus eſt ratio de parte & toto, ſic: Natura partium corporum cõſimilium eadem eſt cum natura totius diffinitionis, & cum ſit eadem diffinitione eſt eadem forma, & ſi fuerit eadem forma erit eadem actione proueniente ab illa forma. Si igitur prima materia per te eſt homœogeneum totum eiuſdem rationis cum ſuis partibus; tunc natura partis cum toto eſt eadem diffinitione, & ſi eſt eadem diffinitione, eſt eadem forma, & ſic materia habet rationem formæ communis prædicabilis de pluribus, quod prius negabas. ¶ Dixit autem Sueſſanus ſuper illa authoritate Commenta. 12. metaphyſi. cõmen. 14. quòd materia poteſt ſummi ut pars, & ſic non prędicatur niſi de ſeipſa; & poteſt ſummi ut totum, & ſic poteſt prædicari de pluribus in quale. Vnde uult quòd Auerro. licet neget primam materiam non habere rationem uniuerſalis prædicabilis in quid ſit genus, habet tñ rationem cõmunis prędicabilis de pluribus in quale ſicut differentia. ¶ Iſta ſolutio eſt purus error, quia prima materia ſi eſt primo diuerſa à forma potentiali qualis eſt forma generica, multò magis erit diuerſa à forma actuali qualis eſt differentia: maior enim eſt conuenientia inter genus & materiam, quàm inter materiam & differentiam, ut eſt uidere. 7. metaphyſi. tex. commen. 43. cùm inquit: Genus non eſt præter generis ſpecies, & ſi quid eſt illud, ut materia eſt. Amplius Porphyrius in capitulo de differentia dicit: Genus eſt proportionale materiæ & differẽtia formæ. unde propter conuenientiam inter materiam & genus Alexander in libro naturalium quæſtionum, demonſtratiuè ſcripſit materiam non eſſe genus, ut teſtatur etiam Commentator primo metaphyſi. cõmen. 17. & 12. metaphyſi. cõmen. 14.

¶ Dicamus igitur ſermonem non intellectum à Modernis, quòd materia prima ſecundum mentem Auerrois in illo cõmento, habet duplex eſſe, unum eſt eſſe quo intelligitur, aliud eſt eſſe ſecundum quòd ſentitur. In primo eſſe conſideratur in ſe, ut dicitur eſſe una numero priuatiue modo expoſito: & illo modo non prædicatur, nec de ſeipſa, nec de alijs: non de ſeipſa, quia prædicatio eiuſdem de ſe ipſo eſt innaturalis, & eſt in fine abhominationis, ut dicit Commentator in primo priorum, in digreſſione de quarta figura, & eſt nugatoria, ut dicit Commentator contra Auicen. unde prædicatio præter naturam non meretur dici prædicatio, ut dicit lucidiſſimus Themiſtius primo poſteriorum, cap. 38. Materia etiam prima illo modo conſiderata non prædicatur de alijs, quia forma eſt ſubiectum uniuerſalitatis, ut dicit Commentator primo cœli, cõmen. 92. ſed materia prima illo modo non habet formam intellectam ab ea, & ideo non habet rationem alicuius formæ communis neq; generalis neq; ſpecificæ: & de tali materia illo modo conſiderata nulla prorſus trahitur prædicatio, neque eſſentialis, neq; denominatiua, quia eſt preſſiſſimè conſiderata, & habet eſſe ut ſic in anima tantum. Habet iterum materia aliud eſſe ſecundum quòd ſentitur, & hoc habet extra animam in compoſito ſenſibili cuius eſt pars, & in tali eſſe materia conſiderata, licet ſit una ſecũdum ſubiectum, eſt tamen plures ſecundum potentias & habilitates, & in primo quidem eſſe pertinet ad diuinum, & in ſecundo eſſe pertinet ad naturalem. Vnde Philoſophus in primo de generatione & corruptione. in tex. cõmen. 22. dicit, quòd materia eſt qualiter eadem, eſt autem qualiter altera. ubi Commentator ſcribit in commento, quòd materia eſt una ſecundum ſubiectum, & multæ ſecundum potentias & habilitates ad recipiendum formas contrarias, & ſic recipit diuerſitatem & ſecundum ſpeciem & ſecundum numerum, ſecũdum diuerſitatem formarum quibus afficitur: & recipit rationem prædicabilis de pluribus, quia tunc cõſideratur ut eſt formata: ſic enim rerum in ſpecie differentium materiæ ſunt ſpecie differentes, ut dicit Commenta. 8. phyſi. cõmen. 46. & primo de anima. cõmen. 53. & materiæ rerum numero differentium ſunt numero differentes, ut dicit Ariſto. in. 12. metaphyſic. tex. cõmen. 27. & 7. metaphyſi. tex. cõmen. 28. Socrates & Callias diuerſa ſunt propter materiam, & de materia taliter conſiderata, uerificatur etiam dictum Philoſophi in. 7. & in. 8. metaphyſic. tex. cõmen. 6. ubi Commenta. ponit documentum dicens: Et non debes dubitare in hoc, quòd fuit dictum in. 7. ſcilicet quòd materia non prædicatur de aliquo ſecundum nomen & ſecundum diffinitionem, & eſt dictum hìc quòd diffinitiones naturales cõſtituuntur ex formis & materijs. Vbi patet conſideranti quòd loquitur de materia, ut eſt ſub forma & in ſecunda ſui notione, & ut comparatur ad materiatum, tunc enim prædicatur ut denominatiuum prædicatum. Dicimus enim idolum eſſe ligneum aut æreum, ſed non æs aut lignum, & de tali materia formata etiam uerificatur, quòd in diffinitione accidentium cadit ut differentia, præſertim quando in abſtracto diffiniuntur, ſicut naſus in diffinitione ſimitatis. Sed patet quòd non eſt conſideratio iſta de illa materia, de qua Auerro. loquæbatur, nec ſecundum illam conſiderationem, ſecundum quam dicitur habere eſſe in anima tantum: nunquam igitur materia habet rationem prædicabilis niſi ratione formæ, ſed non ratione ſui in ſe præciſe conceptæ, & ſic patet ſolutio ad omnia obiecta. ¶ Sed tunc eſt una difficultas, quia non uidetur quòd prima materia poſſit intelligi per priuationem omnium formarum, quia materia cœli ẽ magis actualis quam materia prima, & tamen materia cœli quæ eſt orbis, non poteſt intelligi ſine forma, quod oſtenditur per Auerro. in libro de ſubſtantia orbis. cap. 2. ubi dicit. Quòd ſi intellectus poneret illa ſine intelligentia, eſſet ſicut de motu: unde ſicut motus non remanet, ſic nec orbis: igitur orbis non põt abſtrahi à ſua forma. Multo igitur magis prima materia quæ eſt in fine, & in ultimo gradu potentialitatis & imperfectionis poterit abſtrahi ab ipſa forma. ¶ Ad hoc reſpondet præfatus Achillinus ubi ſupra aſſerendo differentiam eſſe inter materiam cœli & inferiorum, quia materia cœli nullam prioritatem habet ad formam cœli, & ſic nullo modo præſcindi poteſt à forma ſua, quia hoc eſſet abſtrahere poſterius à ſuo priori, quod implicat: ſed materia iſtorum inferiorum, licet abſolutè ſit ſimul natura cum forma, quia eſt correlatiua formæ, & ſic materia poſterius forma in genere cauſæ formalis, quia in illo genere eſt cauſata, tamen prioritatem habet ad formam in genere cauſæ materialis, & ſic minus repugnat materię inferiorum abſtrahi à ſua forma q̃ materiæ ſuperiorũ: quãuis ipſa ſit magis potentialis q̃ materia cœli, quia materiam primam p̃ſcindere à forma, ẽ quodãmodo p̃ſcindere prius à poſteriori. ¶ Sed iſta ſolutio ſtare non põt, quia tunc Auer. in. 2. cap. de ſuba orbis,



orbis, poſuiſſet caſum implicantem contradictionem in eſſe intelligibili, & tunc caſus ille eſſet deriſibilis. Amplius Cõmenta. in. 1. cœli. cõmen. 92. & in. 3. cap. de ſubſtantia orbis. comparat materiam cœli ad materiam primam ponendo differentiam, quia materia cœli eſt in actu, & materia prima eſt in potentia, & tunc quæro utrum in tali comparatione intellectus Auerro. abſtrahit materiam cœli à ſua forma, quãdo comparauit ipſam materiam primæ aut non. Si primum, habetur propoſitum, quòd intellectus poteſt abſtrahere materiam cœli à ſua forma, ſi nõ: igitur eſt mala comparatio, quia cætera non ſunt paria, quia comparatur materia cœli, ut eſt habens formam ad materiam primam ſine forma: & tunc dicam ſibi quòd ſi materia cœli eſt in actu eſt ratione ſuæ formæ, & non eſt ex ſua intrinſeca ratione: dicam enim quòd materia prima etiam ut eſt formata eſt in actu, & ita non habet Commentator intentum ſuum. Amplius ſi cœlum non poſſet intelligi ſine forma, quomodo igitur diuerſificati fuerunt Philoſophi, cùm quidam aſſeruerũt ipſum eſſe primam cauſam, aliqui uerò dixerunt quòd eſt cauſatum à prima cauſa, ut dicit Commentator in primo cœli. commen. 20. Amplius falſum eſt quòd cœlum nullo modo prioritatis præcedit ſuam formã quia præcedit ſecundum noſtram cognitionem: cœlum enim eſt ſenſibile ſenſu uiſus: & certum eſt quòd Philoſophi uia motus prius cognouerunt naturas corporales, q̃ naturas abſtractas. Amplius ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci, ſed materia prima eſt magis prope nihil quàm orbis: dicit enim Commentator in ultim. cap. libri de ſubſtantia orbis, quòd materia habet gradus, & potentia habet gradus. unde ex ſecundo cap. de ſubſtantia orbis, eſt ex perfectiſſimis modis materiæ, quæ poſſunt inueniri in corporibus: & ita magis uidetur dependere tam in eſſe quàm in cognoſci materia prima à forma materiali, q̃ materia cœli à forma ſpirituali: & hoc teneo ſine dubio. Nec ualet, quia tunc poſterius abſtraheretur à ſuo priori: nam, ut ſcripſi in Theorematibus, propoſitio illa uulgata, quæ aſſerit poſterius non poſſe abſtrahi à ſuo priori, locũ habet ubi prius eſt de quidditate inferioris ſeu poſterioris, ſed fallit ubi ſecùs eſt. Nam certum eſt quòd puræ mathematicæ conſiderant numeros & magnitudines nulla habita conſideratione ſubſtantię: nulla enim mathematicarum de ſubſtantia conſiderat niſi aſtrologia. 2. metaphyſic. tex. cõmen. 44. Et ex hoc etiam ſequitur, ſi illa opinio uera eẽt quòd tunc ſi cœlum nõ poteſt abſtrahi à ſua forma, quòd cum aſtrologus conſiderat de ſubſtantia cœli æterna, conſideraret de intelligentia, quod nullus unquam Peripateticus aſſeruit. Et propterea dico, quòd quæcunq; ſunt realiter diſtincta, intellectus poteſt ſeorſum ſeparare, licet in re non ſeparentur: diuidit enim materiam à forma, licet natura non diuidat, & hoc tam in corruptibilibus quàm in rebus æternis: maior enim longe eſt diuerſitas inter intelligentiam & orbem, quàm ſit inter materiam iſtorum & formas corporales: & maior eſt diuerſitas cœli ab intelligentia, quàm ſit diſtantia & diuerſitas corporum cœleſtium à corporibus quæ ſunt hìc, quia corpora omnia ſunt in eodẽ ordine, licet ſit ibi prioritas & poſterioritas, & natura corporis & natura intellectus ſunt in diuerſis ordinibus: & ideo ſicut ĩtellectus poteſt abſtraherẽ corpus corruptibile à corpore æterno, ſic poteſt abſtrahere corpus æternũ à ſubſtantia ſpirituali. Vnde Cõmentator ſecundo cœli. cõmẽ. 3. dicit: Licet ex intelligentia & orbe fiat unum numero, tamen eſt ſecũdum diſpoſitionem magis diminutam quàm ſit diſpoſitio recipientis & recepti in forma abſtracta propter cauſam prædictam. Tunc dico quòd caſus Auerrois eſt poſſibilis ſecundum imaginationem, & quærit Commenta. poſito quòd intelligentia non eſſet quid eſſet de orbe, & ipſe reſpondet quòd eſſet ſicut eſt de motu, ut oſtendat quòd tametſi cœlum nõ habeat compoſitionem, neq; principium intrinſecum p quòd poſſit corrumpi: ſic enim ex ſe formaliter loquendo eſt neceſſe eſſe: eſt tamen cauſatum ab intelligentia in ratione cauſæ efficiẽtis & finalis ab æterno. Et ita ſicut motus cœli non eſſet ſi intelligentia efficiens motum non eſſet, ſic cœlum non eſſet ſi intelligentia quæ dat ſibi permanentiam æternam non eſſet. Non dicit igitur Cõmentator. ꝙ intellectus nõ poteſt intelligere cœlum non intellecta intelligentia, quia hoc falſum eſt, ſed dicit quòd cœlum non remaneret inexiſtentia, ſi cauſa eius non exiſteret. & iſta ẽ uia eius, ut patet ĩſpiciẽti uerba eius. ¶ Sed eſt ardua difficultas adhuc, utrum materia in illa prima notione ſui, qua à diuino conſideratur, ultra unitatem illam priuatiuam, qua dicitur una numero, habeat aliquam unitatem poſitiuam, cum ens & unum eandem naturam ſignificent. ¶ Ad hoc reſpondetur quòd materia ſicut in ſe conſiderata eſt ſubſtantia & ens, ſic etiam eſt una unitate tranſcendenti, quæ conuertitur cum ente, nec Auerro. hoc negare poteſt. Vnde Albertus cognomento Magnus, qui fuit diligens ſpeculator in ſcientia diuina, in tracta. 2. cap. 4. dicit: Materia poteſt conſiderari duobus modis: uno modo ut eſt ſubſtantia & fundamentum, & ſic eſt diuerſa ſubſtantia à forma, & forma etiam ut eſt ſubſtantia eſt diuerſa à materia, & illo modo conſideratæ non referuntur ad inuicem, nec illo modo una ẽ cauſa alterius: Materia enim non eſt cauſa ſubſtantiæ formæ, quia materia eſt potentia, & id quod eſt potentia, non eſt cauſa eius quod eſt in effectu: forma autem ſecundum ſuam naturam actus eſt. Forma etiam non ẽ cauſa, quare materia ſit ſubſtantia, uel quare mã ſit mã: tamen forma cauſa ẽ quare materia ſit in effectu ſiue in actu, quia forma dat materiæ eſſe in actu, non inquantum eſt hæc forma uel illa, ſed inquantum forma eſt abſolute: & ideo per ſucceſſionem formarum materia ſemper ẽ in actu, & corruptio unius eſt generatio alterius, & quia forma eſt propter quam eſt actu materia, & materia non poteſt eſſe in rerum natura niſi ſit in actu: ideo forma eſt cauſa quare materia ſit: & ideo ſequitur quòd ſi nulla ſit forma, quòd materia non erit, & ſi non ſit materiã, nõ erit materiatum. Et ex hoc accipiẽ quòd forma aliquo modo eſt prior materia prioritate cauſæ, quia licet non ſit cauſa materiæ uel ſubſtantiæ eius in eo quòd materia, uel in eo quod ſubſtantia eſt: tamẽ eſt cauſa eſſe materiæ, & non eſt cauſata ab ea. & paucis interpoſitis dicit: Aliud eſt dicere materiam in eſſe ſubſtantiæ eſſe eandẽ numero, & aliud in eſſe materiæ eſſe idem numero, & aliud eſt dicere hoc aliquid ideſt ſubſtantiam demonſtratam eſſe idem numero: ſicut enim ſupra dictum eſt, indiuiſio cauſa eſt unius, & inde contingit quòd materia in eſſe fundantis ſubſtantiæ indiuiſa eſt & manet, & diuiditur in eſſe materiæ, prout materia eſt in potentia, quia ſecundum eſſe fundamenti uidetur eſſe una materia in omnibus, quæ materiam habent: & hoc modo nihil prohibet eſſe unum in formis, quæ ſibi ſuccedunt. Sed in eſſe materiæ cui coniuncta eſt potentia non eſt ſic, quia potentia ad unum non neceſſario eſt potentia ad alterum: materia enim ut ſubſtantia & fundamentum prior eſt ad materiam ſecundum quòd materia eſt in potentia, quia iſto ſecundo modo eſt ſubiectum motus & mutationis, priori autem modo eſt ante mutationem & motũ. Et ſic quæritur, quid, ſibi tribuit unitatem numeri? dicendum eſt ꝙ nihil, niſi indiuiſio ſui eſſe ſecundum quòd ſic uel ſic conſideratur, hæc ille, & eſt ſententia cõſonans, ſicut uides, opinioni Alexandri & Themiſtij in digreſſione primi phyſi. & omnibus Peripateticis, ſicut uides.

Materia nulla habet formam ſibi propriam & naturam exiſtentem in actu, ſed eius ſubſtãtia eſt in poſſe. 1. cap. de ſubſtantia orbis, & 1. phyſi. com̃. 63. & 69.

Materia difficile intelligi aut imaginari poteſt, niſi per comparationem ad alterum, ſicut dicit Ariſto. 1. cap. de ſubſtantia orbis, & eſt authoritas Philoſophi in. 1. phyſi. tex. comẽ. 69. uide in concordantijs.

Materia non habet diuiſionem niſi per dimẽſiones: ideo primitus recipit tres dimenſiones quæ dicũtur corpus. 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 1. phyſi. com̃. 63.

Materia nunquã denudatur à dimenſionibus non terminatis, qa tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſio ex nõ

dimenſione primo cap. de ſubſtantia orbis.

Materia ideo primitus recipit dimenſiones recipientes dimenſionem terminatam, quia eſt multa in potentia: quoniam ſi non haberet dimenſiones, non reciperet ſimul formas diuerſas nec numero nec ſpẽ, niſi in temporibus diuerſis; ſed in eodem tempore non inueniretur niſi una forma, & cum hoc materia eẽt una numero, ibidem. ¶ Ex quo patet qualiter deducatur conſequentia in qua tantum laborauit Burleus primo phyſi. com̃. 63. ubi Cõmentor habet: Si materia expoliaretur à corporeitate, tunc materia haberet formam dantem ſibi nomen & diffinitionem.

Materia ut dicit Ariſto. non habet eſſe in actu niſi ſecũdum ꝙ uidetur, quemadmodũ forma non habet eſſe in actu niſi ſecundum ꝙ intelligitur Cõmen. in primo cap. de ſubſtantia orbis. idem. 12. primæ philoſophiæ. tex. cõmẽ. 14. Vide in concordantijs quomodo ſit hoc intelligendum.

Materia habet gradus, & potẽtia ſimiliter. ultimo capite de ſubſtantia orbis. ¶ Ex hoc patet ſolutio ad argumentum Ioannis Grammatici: arguebat enim quòd ſi materia corporum cœleſtium non eſt eiuſdem rationis cum iſtis, tunc talis materia eſſet compoſita. ex aliquo cõmuni in quo conueniunt, & ex aliquo proprio utrique, per quod differunt. ¶ Diuus Thomas tenens corpora cœleſtia eſſe compoſita ex materia & forma alterius rationis ab iſtis inferioribus, iſto modo nititur ſoluere iſtud argumentũ in primo de cœlo & mundo in lectione. 6. ubi inquit. Iſtæ materiæ ſunt diuerſæ, ſed non propter aliquam compoſitionem, ut imaginabatur Ioannes Grammaticus, ſed propter habitudinem ad diuerſas formas: quia una eſt totalis, & alia eſt partialis: ſic enim potentiæ diuerſantur ſecundum diuerſitatem actuum. ¶ Sed iſta opinio non uidetᷓ eſſe de intentione Ariſ. quòd orbis ſecluſa intelligentia ſit compoſitus ex materia & forma, immo eſt corpus ſimplex, ut latè probatum eſt per Auerroem in libro de ſubſtantia orbis, tum quia licet materiæ diſtinguãtur per habitudines ad diuerſas formas, hoc eſt extrinſecè, quia habitudines iſtæ ſunt reſpectus, & pertinent ad prædicamentum relationis: ſed iſtæ materiæ cùm ſint ſubſtantiæ & ſubſtantia à toto genere eſt ens abſolutum: ens enim ad ſe eſt natura prius ente ad alterum. Quæro igitᷓ in illo priori ſi ſunt diuerſæ, uel idem: & ſi ſunt diuerſæ, quæro rurſus quo diuerſificentur: & ſic argumentum Ioannis Grammatici ſtat in ſuo robore, ſi uera eſt propoſitio Philoſophi, quòd omnis diſtinctio ſit per actum. 7. metaphyſic. tex. cõmen. 49. & ſic iſtæ erunt compoſitæ ex cõmuni utriqꝫ, & ex aliquo proprio. ¶ Et ideo melius eſt dicere iuxta uiam Auerrois, ꝙ orbis non eſt ſubſtantia compoſita, ſed ſimplex: & eſt materia in actu, & eſt diuerſa à materia in potentia quæ ẽ in iſtis per ſuam rõnem intrinſecam. Materia enim habet gradus, & potentia gradus: unde ſecùs eſt de ſimplicibus & de principijs, ſecùs de compoſitis & de principiatis. Compoſita enim diſtinguuntur per ſuas formas principaliter, & principiata differunt per ſua principia, ſed ſimplicia ipſa & principia non differunt per alia priora: ſic enim procederetur in infinitũ, & in illo modo locum habet in compoſitis, quòd diſtinctio eſt per actum, ſed nõ eſt uniuerſaliter uera de ſimplicibus. Vnde dico ꝙ orbis eſt in ſupremo & perfectiſſimo gradu materierum corporalium, & prima materia ẽ in gradus infimo, & in medio ſunt alia, ut elementa & id genus, quæ differũt etiam ſecundum magis: & iſta uia tutior eſt, ſicut uides.

Materiæ entium oppoſitorum ſeu contrariorum, debẽt eſſe oppoſitæ ſiue contrariæ. 2. meteo. cap. 2.

Materia non mouetur per ſe. 1. metaphyſi. com̃. 11. uide etiã 5. phyſi. tex cõmen. 8.

Materia prima uerè recipit diffõnem elemẽti poſitam in. 5. meta. Cõmen. 5. meta. com̃. 4. in calce cõmenti.

Materia non eſt genus. primo metaphyſic. commen. 17. & 12. metaphyſic. cõmen. 14. ubi Commentator dicit quòd Alexand. ſcripſit demonſtratiuè quòd materia non eſt genus, pro quo uide Alexand. in ſecundo libro naturalium quæſtionum. q. ultima.

Materia primò recipit formam magis uniuerſalem, & ea mediante formam, minus uniuerſalem uſqꝫ ad indiuiduales. primo metaphyſi. cõmen. 17.

Materia eſt una numero in multis ſecundum ꝙ eius eſſe eſt in potentia. primo metaphyſi. cõmen. 17. & 12. metaphyſi. cõmen. 14. & primo phyſi. com̃. 63.

Materia nõ poteſt prædicari de ſpeciebus generatis ex ea. 1. meta. com̃. 17. & 22. meta. com̃. 14.

Materia eſt una numero ſecundum ꝙ eſt ſubiectum formarum indiuidualium, & multa ſecundum formas, quia diuiditur per eas. primo meta. cõmen. 17. & 12. meta. cõmẽ. 11. & 14. primo de generatione & corruptione. cõmen. 22. & tex. com̃. 29. & 4. phyſi. tex. com̃. 84.

Materiale non tranſmutatur niſi ab alio materiali. 1. meta. tex. com̃. 31. & 7. meta. com̃. 31.

Materiam oportet intelligere in re mota. 2. metaphyſic. tex. cõmen. 12. ubi Cõmẽtator gloſat in generatis compoſitis ex materia & forma, aut formis.

Materia, alia intelligibilis, alia ſenſibilis: materia ſenſibilis eſt, ut lignum, & æs: materia autem intelligibilis eſt, ut ſunt mathematica. 7. metaphy. tex. cõmẽ. 35. idem. 8. metaphy. cõmen. & tex. 15. ¶ Sanctus Thomas in ſecundo phyſi. in lectio. 3. in expoſitione tex. cõmen. 18. & in quæſtionibus ſuper Boetio de Trini. quæſtione qua quærit, utrum conſideratio mathematica ſit ſine materia, uidetur dicere ſubſtantiam circũſcriptis accidentibus eſſe materiam intelligibilem, quia ſic non remanet comprehenſibilis niſi intellectu, eo quòd ſenſibiles potentiæ non pertingunt uſque ad ſubſtantiæ comprehenſionem, & quia ſubſtantiæ accidũt accidentia ordine quodam: quia prius natura accidit ſibi quantitas, deinde qualitas, deinde paſſiones & motus. Vnde cum accidentia ſecundum ſui rationem dependeant à ſubſtantia, non poſſunt per intellectum abſtrahi à ſubſtantia, ſed quantitas poteſt intelligi ſine qualitatibus ſenſibilibus, à quibus dicitur materia ſenſibilis: quantitas enim nõ dependet à qualitatibus ſenſibilibus, & ideo poteſt abſtrahi ab eis, ſed non poteſt abſtrahi à ſubſtantia, quæ eſt materia itelligibilis. Et ibidem dicit quòd cum dicimus quòd forma abſtrahitur à materia, non intelligitur de forma ſubſtantiali, quia forma ſubſtantialis & materia ſibi correſpõdens dependent adinuicem, & unum ſine alio non poſſit intelligi, eo quòd proprius actus in propria materia ſit: ſed intelligitur de forma accidentali, quæ eſt qualitas, & figura: à qua quidem materia ſenſibilis abſtrahi non poteſt, cum qualitates ſenſibiles non poſſint intelligi non intellecta quantitate, ſicut patet in ſuperficie & colore: nec etiam poteſt intelligi ſubiectum motus, quod non intelligitur eſſe quantum. ¶ Conſimilem ſententiam imitatur Egidius Romanus, in ſecundo phyſi. in loco allegato. Scotus etiam in. 6. metaphyſi. quæſtione prima tenet ſubiectum ſcientiarum mathematicarum eſſe ſubſtantiam corpoream. & Auicen. & uniuerſaliter omnes ponentes formam corporeitatis coæternam in materia, uidentur tenere ſubſtãtiam corpoream eſſe ſubiectum & materiam intelligibilem, à qua non abſtrahunt ſcientiæ mathematicæ. ¶ Sed in ueritate, iſta non eſt mens Ariſto. nec antiquorum expoſitorum. Ariſto. enim in. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 44. expreſſe dicit quòd ex mathematicis ſola aſtrologia de ſubſtantia ſempiterna ſenſibili mentionem facit, aliæ uerò de nulla ſubſtantia mentionem faciunt. Amplius Themiſtius primo de anima, in expoſitione tex. cõmen. 16. expreſſe dicit mathematicum ſolum inania ſpacia cõtemplari: & Simplicius in ſecundo phyſi. in expoſitione tex. 13. & 19. dicit geometram ſolum corpus quod eſt trina dimenſio, non autem materiam, aut motum conſiderare, ita etiam Themiſtius: immo Themiſt. dicit quòd aſtrologus quando unà cum mathematico, ideſt cum geometra cœleſtium corporum accidentia ſpeculatur, non illorum ſubſtantiam quærit. &c̃. Ita etiam Cõmentator dicit quòd non conſiderat de eis, ut ſunt cœleſtia mobilia, ſed ut ſunt figuræ tantum. Amplius patet ex diffinitionibus poſitis in geometria & arithmetica,

Digreſſio cõtra diui Tho. Egi. Ro. & Sco.



in arithmetica, ubi patet nullam dari per ſubſtãtiam neqꝫ compoſitam neqꝫ ſimplicem: ut patet in libro elemẽtotum Euclidis de diffintione lineæ, ſuperficiei, corporis, figuræ, circuli, trianguli, & ita eſt de diffinitione numeri & paſſionum eius in arithmetica. ¶ Amplius quòd dicunt Diuus Thomas, & Egidius, quòd cum accidentia ſint poſteriora ſubſtantia non poſſunt abſtrahi, & ſic cùm qualitates ſenſibiles ſint poſteriores quantitate non poſſunt abſtrahi, quia poſterius non poteſt abſtrahi à ſuo priori. ¶ Reſpondetur quòd quando prius eſt de quidditate poſterioris, tũc poſterius non poteſt abſtrahi à ſuo priori, ſicut ſpecies non poſſunt abſtrahi à generibus, nec inferiora à ſuperioribus, ſed ſi prius non eſt de quidditate poſterioris, ĩtellectus bene poteſt abſtrahere: intellectus enim, ut dicitur. 12. meta. cõmen. 39. poteſt multa ſeparare, quæ natura non poteſt. Quia autem ſubiectum non eſt de quidditate accidentis, intellectus poteſt abſtrahere accidẽs à ſubiecto: quia poteſt intelligere accidens intellectione ſimplici non conſiderando de ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum eius. Vnde Ariſto. in prædicamentis docuit, quomodo intellectus poteſt intelligere uerum correlatiuum alicuius, & iſto modo procedit per uiam abſtrationis, circumſcribendo omnia ab illo quæ accidunt, & ſunt extranea illi, ſicut ad non circũſcribẽdo ab ipſo ꝙ ſit homo & animal, & eadem ratio ſubſtantia ſola remanente relatione dominij apud intellectũ, quia tali remanẽte adhuc ſeruus dicitur ad dominum: ideo dominus eſt per ſe correlatiuum ſerui. Ariſto. dicitur docuiſſet modum impoſſibilem, ſi intellectus non poſſet abſtrahere accidẽs à ſubiecto, immo magis, quia loquitur ibi de accñtibus q̃ ſunt in capl'o relationis, quæ habent eſſe diminutum, intantum quòd quidam reputauerunt prædicamentum relationis eſſe de ſecundis intellectis, ut dicit Cõmentator. 11. metaphy. cõmen. 19. Multò igitur fortius intellectus poterit abſtrahere quantitatem & qualitatẽ à ſubſtantia, quæ ſunt entia abſoluta & maioris entitatis. ¶ Amplius quòd dicit Thomas, quòd intellectus formam ſubſtantialem non poteſt abſtrahere à materia, quia in quadã relatione conſiſtit; reſpondetur quòd non ſunt relatiua ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici. Amplius eſt contra Ariſ. in. 2. phyſi. tex. cõmen. 12. ubi dicit quòd natura dicitur de forma quæ non eſt ſeparabilis ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem. ubi lucidiſſimus Themiſtius dicit: Formã porrò dicimus non re, ſed ratione à materia abiungi. Amplius hoc eſt contra Ariſtotelem. 2. phyſic. tex. cõmen. 26. ubi licet dixerit materiam eſſe quodammodo ad aliquid, in eodem tamen textu terminans quæſtionem in qua quærebatur uſqꝫ ad quem terminum ſe extendit cõſideratio quidditatiua naturalis Philoſophi, dicit quòd uſqꝫ ad ſpecies ſeparatas quidem ſed in materia exiſtentes. Vbi Themiſt. & Græci exponunt ꝙ quãquam formæ materiales quandoqꝫ poſſunt cogitatione à materia ſeparari, nõ tamen poſſunt actu aut ſubſiſtentia eximi, licet Cõmentator locum illum aliter interpretetur, & Diuus Thomas dicat illud propter alias rationales: tamen illud ſecundum antiquos expoſitores ueritatem habet de omnibus formis materialibus. & ẽ authoritas Philoſophi primo de generatiõe & corrup. tex. cõmen. 41. ubi dicit: Hęc autem ſpecies ſine materia, ut immaterialis potentia in mã exiſtens. etc. Amplius Cõmen. 12. meta. cõmen. 39. expreſſe dicit: Intellectus innatus eſt diuidere cõiuncta in eſſe in ea ex q̃bus componuntur, quãuis in eſſe non diuidantur ſicut diuidit materiam à forma, & forma à compoſito ex materia & forma. ita etiam dicit. 7. meta. cõmen. 27. ꝙ generatum eſt diuiſibile in duas partes ratione, non actu. ſ. in materiam & formam. & 2. phyſi. cõmen. 12. dicit formam eſſe ſeparatam à materia ſecundum diffinitionem. Quod etiam dicit Diuus Thomas, & Egidius de qualitatibus falſum eſt: quia Ariſ. in. 12. primæ philoſophię uult quòd in omni prædicamento eſt propria potentia & proprius actus, & ex conſequenti intellectus poteſt intelligere qualitatem per ſua propria principia, nihil conſiderando de principijs quantitatis; in omni enim genere eſt inuenire quid proprium. ut dicitur in. 6. topico. Dicamus igitur, ut aperiamus ueritatẽ in hoc quæſito, quòd ut notat Alexander in principio libri priorum naturalis in pleriſqꝫ locis utitᷓ mathematica abſtractione: ſcientiæ enim ſibi inuicem famulantur. Dat autem exemplum Alexander dicens: Sicut quando intellectus ratione abſtrahit formam à mã, & ſicut abſtrahit accidẽtia à ſubſtantia. unde licet naturalis per diffinitionem naturalẽ non poſſit diffinire formam ſine materia, nec è contra: quia ſic ut naturaliter cõſiderantur, in relatione quadam conſiſtũt, ut dicitur in. 2. phyſi. in tex. cõmen. 16. & ſic etiam diffinitiones completæ accidentium proprium debent dari per ſubiecta. &c̃. Nihilominus per cogitationem & abſtractionem ſimplicem poteſt conſiderare formam, non conſiderando materiam, aut è contra: & ſimiliter de accidente & ſubiecto: ſed tunc naturalis in iſtis caſibus utitur mathematica abſtractione non naturali quatenus naturalis, quia diffinitiones naturales concernunt materiam ſenſibilem: & quòd hoc uerum ſit, oſtenditur Ariſtoteles authoritate in primo cœli & mundi. tex. commen. 92. & 93. Quòd in omnibus habentibus formam in materia, ſiue ſint arte, ſiue natura conſtantia: alterum eſt ipſa ſecundum ſeipſam forma, & quæ eſt mixta cum materia: unde dico iſtam propoſitionem ueram eſſe in ſolutione illius quæſtionis, & cõfirmatur, quia uidemus intellectum aliquas diſpoſitiones attribuere formæ ſecundum ſe conceptæ, quarum oppoſitas attribuit eidem, ut cõcipitur cum materia. Dicit enim Cõmenta. in. 3. cœli. cõmen. 28. & etiam in. 4. cœli. cõmẽ. 22. quòd grauitas in motu elementi ſecũdum quòd eſt forma tantum eſt motor, ſed ſecundum quòd eſt in prima materia eſt mota: quod quidem fieri non poſſet, ſi intellectus non eſſet aptus abſtrahere formam à materia, ſeu diuidere eam. Animaduerte igitur & bene conſidera quòd eſt magna dr̃ia, dicere intellectum poſſe abſtrahere uel diuidere hoc ab hoc, & dicere intellectũ poſſe diffinirᷓ hoc ſine hoc. Nam abſtrahere hoc ab hoc nihil aliud eſt, quàm intelligere hoc alio non intellecto, & hoc intellectus uniuerſaliter facere poteſt in omnibus inuicẽ coniunctis in eſſe, ubi unũ non eſt de quidditate alterius: & q̃a materia & forma ſunt primo diuerſa, & ſubſtantia, & accidens ſunt primo diuerſa, & ſubiectum non eſt de quidditate propriæ paſſionis, dico ꝙ intellectus indiſcriminatim poteſt iſta per abſtractionem & diuiſionem quandam app̃hẽdere, quia innatus eſt diuidere ea quæ ſunt coniuncta in eſſe: tamen intellectus non poteſt diffinire formam materialem ſine materia, nec è contra: nec poteſt diffinire accideus ſine ſubiecto proprio, quia diffinitio explicat completæ rei eſſentiam: & licet forma non ſit de quidditate materiæ, nec è cõtra: quia tamen in quadam relatione conſiſtit, ut dicitur in. 2. phyſi. ideo non poteſt complete diffiniri, niſi in eius diffinitione ponatur materia uel expreſſe uel conſecutiuè, ut dicitur in 2. phyſi. in tex. cõmen. ultim. & ſimiliter completa diffinitio accidentis debet dari per ſubiectum, quod cadit tanquam additum. ut dicitur in. 7. metaphyſic. tex. cõmen. 17. Non diſtinxerunt igitur iſti doctores inter actum abſtrahendi, & diffiniendi: & tamen eſt magna diſtinctio, licet uterque ad primam intellectus operationem pertinere uideatur, ſed eſt differentia magna, ſicut inter actum imperfectum & perfectum, ſi bene conſideras. Vnde Ariſto. iſto modo docuit in. 2. phyſi. in tex. cõmen. 19. ad diſcernendũ diuerſitatem in natura formarum in ſua abſtractione à materia ſenſibili, ex diffinitionibus earum ponendo regulam, quòd quæcunqꝫ formæ diffiniri poſſunt ſine materia ſenſibili, tales ex ratione ſui ſunt abſtractæ à materia, & ut ſic, pertinent ad mathematicum: quæcunqꝫ uerò impoſſibile eſt ut ſine materia diffiniantur, pertinent ad naturalem: impoſſibile enim eſt quidditates naturales diffinire ſine materia & tranſmutatione, ut dicit Commenta. 7. metaphyſi. commen. 39. Vnde ex diffinitionibus, quæ completæ rei naturam oñdunt, talem dr̃iam uenatus eſt, & iſto mõ etiã proceſſit in. 6. met. dum uenatus eſt diffõnem formalem in

ſcientijs ſpeculatiuis ex diuerſis modis diffiniendi. propter hoc igitur dixit in ſecundo phyſi. in loco præallegato: Fiet autem hoc utiq; manifeſtum, ſi aliquis tentauerit utrorūq; dicere terminos & ipſorū accidētium: impar quidem. n. & par, & rectum, & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura ſine motu, caro autem, & os, & homo non adhuc, ſed hæc ſicut naris ſima, ſed non ſicut curuum dicitur. Vbi notat Commen. commen. 19. ꝙ formarum quædam ſunt magis ſeparabiles, & quædam minus: unde formæ illæ quæ indifferenter cōcipi poſſunt ſine materia ſenſibili & cum materia, ſunt illæ in quibus conuenit naturalis cum mathematico, ſed mathematicus cōſiderat & diffinit eas abſq; materia, quæ eſt principium tranſmutationis: naturalis uerò cum materia, ſed illæ formæ quæ nullatenus ſine materia diffiniri poſſunt, illæ ſunt appropriatę naturali, aut artibus medijs, quæ etiam ſine materia ſenſibili diffinire non poſſunt, ut dicitur in. 2. phyſi. tex. commen. 20. licet minus appareat in es quam in puris naturalibus. Et ut redeamus ad propoſitum, materia intelligibilis, ut Ariſtot. dicit, ſunt mathematica. i. res mathematicæ, ſicut uerbi gratia in geometria punctus & magnitudo, ſeu continuum & paſſiones eius, ut abſtrahunt à qualitatibus ſenſibilibus, dicuntur materia intelligibilis, ſiue tale continuū ſit ad unum diuiſibile ut linea, ſiue ſecundum duo ut ſuperficies, ſiue corpus quod eſt undequaq; diuiſibile. unde Cōmenta. in. 3. cœli. cōmen. 6. inquit: Quod geometer conſiderat corpus inquantum eſt quantū ſine accidentibus aliorum prædicamentorū, ſed naturalis conſiderat corpus tūc cum accidentibus cæterorum prædicamentorum. & iſta etiam eſt expreſſa ſententia Ariſtot. in. 11. meta. cap. 3. inquit enim: Mathematicus circa ea quæ ex ablatione theoriam facit: circūtollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatr̄, puta leuitatem & grauitatem, & duritiem, & contrarium, adhuc autem & caliditatem, & frigiditatem, & alias ſenſibiles qualitates ſeu cōtrarietates: ſolum autem derelinquit quātum & continuum, horum quidem ad unum, horum uerò ad duo, horum autem ad tria: & paſſiones horum inquantum quanta ſunt & continua, & non ſecundum aliud ſpeculatur. hæc ille. ¶ Ita dic conſequēter in arithmetica ꝙ numerus, & unitas, & paſſiones numeri inquātum ſunt quātitas diſcreta, & abſtrahunt à cæteris prædicamentis, ſunt materia intelligibilis in arithmetica. ¶ Sed contra iſtam determinationem inſtatur, quia Ariſto. in. 4. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 4. tot ſunt partes philoſophiæ, quot ſunt partes ſubſtantiæ: & ita non uidetur eſſe aliqua ſcientia ſpeculatiua, quæ non ſit de ſubſtantia: & cum ſcientia mathematica ſit in numero ſcientiarum ſpeculatiuarum, uidetur ergo ꝙ ſit de ſubſtantia. Amplius tu dixiſti ꝙ naturalis nō poteſt diffinire formam ſine materia, neq; accidēs ſine ſubiecto proprio: & quę eſt ratio diuerſitatis quòd mathematicus diffinit ſine ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum quantitatis, ſi materia intelligibilis à qua mathematicus non eſt abſtracta non eſt ſubſtantia, ſed eſt quantitas uel cōtinua, uel diſcreta? ¶ Ad primum reſpondetur ſecundum expoſitionem Auer. per philoſophiam Ariſt. intellexit primā philoſophiā quæ per antonomaſiam philoſophia dicit̄: & quia ſubſtantiæ quædam ſunt abſtractæ à materia, quædam uerò interſe in materia, ſic prima philoſophia ſecatur in duas partes, quarum altera contemplatur ſubſtantias materiales, quatenus ſubſtantiæ & entia ſunt: alia uerò cōſiderat de abſtractis, & iſta eſt uia Auer. ſine dubio ibi. Vel ſecundū Alexā. ſicut in entibus mathematicis quædam ſunt prima, q̄dam ſecunda, iccirco mathematicarum q̄dam eſt prima, q̄dam ſecunda, quædā tertia. Prima (uerbi gratia) eſt, q̄ circa plana uerſatur: ſecunda q̄ circa ſolida, deinde aſtrologica q̄ ſolida quæ in motu ſunt conſiderat, tum mechanica q̄ naſcentia & pereūtia tractat, qui ordo in ſubſtantijs quoq; reperitur: nam primæ ſunt ingenitę & īmortales q̄ corpore uacāt nec mouentur, de quibus prima philoſophia ediſſerit: Secūda uerò philoſophia de ſempiternis quæ motu cient, tertia quæ ſubſtantias conſiderat naſcentes & intereuntes: nam hæ ſubſtantiæ ultimæ ſunt. Vbi patet ꝙ duo ultima membra pertinent ad naturalem ſub rōnibus ſenſibilibus, licet dem pertineant ad diuinum ſub rōnibus tranſcēdentibus, ut notat Cōmenta. 12. meta. cōmen. 1. 6. &. 29. ita ꝙ ſecūdum nullam expoſitionē cogimur dicere mathematicas puras de ſubſtantia theoriam facere. Ad aliud reſpondetur ꝙ mathematicus, ut dicit Cōmenta. in. 1. phyſi. cōmen. 1. ſolum cauſam formalem conſiderat, unde ſolum formam declarantem quidditatem continui, aut diſcreti, uel paſſionum iſtorum ut abſtrahunt à ſubſtantia, & à cæteris prædicamētis, & tales diffinitiones ſunt media, quæ ſufficiunt in demonſtrandis accidentibus quæ emanant à ſuo ſubiecto in tali eſſe imaginabili: & ideo non ingreditur (ut inqt Cōmen.) in diffinitionibus talium materia, quæ eſt cauſa tranſmutationis ſed naturalis, quia eſt artifex ſenſatus; uerſatur enim circa res ſenſibiles, non poteſt abſtrahere à tali materia ſenſibili, nec à ſubſtantia tali à qua fluit eſſe ſenſibile: & ſi quandoq; diffiniret illæ eſſent diffinitiones dialecticæ & uanæ, ut dicit Philoſophus in. 1. de anima. tex. cō. 11. unde Cōmenta. 1. phyſi. cōmen. ulti. dicit, ꝙ formarum quædam ſunt in materijs, & quædam ſunt abſtractę à materia: & ideo conſideratio de formis eſt duarum ſcientiarū ſcilicet naturalis & diuinæ, quia quidditatiue naturalis cōſiderat formas materiales, & diuinus abſtractas: & patet quòd nulla fit mētio de ſcientijs mathematicis, quia opinio eius fuit mathematicum purum ſolum circa quātitates uerſari, & hoc teneo.

Materia dupliciter dicitur, aut quæ ad ipſum prima, aut omnino prima. 5. meta. tex. cōmen. 5. ubi Cōmen. dicit ꝙ materia dicitur duobus modis, aut cōmunis omnibus entibus, aut propria unicuique enti. idem. 3. cœli. cō. 67. & primo phyſi. cōmen. 82. &. 2. phyſi. 10.

Materia non dicitur natura, niſi quia recipit naturam. ſ. formam quæ principaliter eſt natura. 5. meta. tex. cō. 5.

Materiam unam habent uniuerſaliter quæ adinuicem trāſmutantur. 5. metaphyſi. tex. cōmen. 11. idem primo de generatione & corruptione. tex. cōmen. 43.

Materia eſt prior forma ſecūdum poteſtatem, forma autem eſt prior materia ſecundum actum. 5. meta. tex. cōmen. 16. & eſt in capitulo de priori.

Materia prima eſt tanquam genus altisſimum: materia autem propinqua eſt ultimam formam habens in generatione. i. quæ recipit ultimam formam. 5. metaphyſi. cōmen. 29. Ex quo loco poſſumus declarare authoritatem Auerro. in primo phyſicæ auſcultationis. in cōmen. 1. in qua adeo laborauerunt expoſitores, ut Egidius Roma. in quolibeto. 5. q. 19. & ſimiliter Ioan. de Baccone in quolibeto. 2. q. qua quærit, utrum materia ſit pura potentia. ſimiliter Burleus in illo loco multum laborat: tamen ex præſenti loco Commenta. poteſt declarari per ſeipſum. Prima enim materia eſt ſicut genus altisſimum, per genus altisſimum intelligo genus generalisſimum. Vbi aduerte quòd non eſt intentio Auer. aſſimilare primam materiam generi generalisſimo, quantum ad prædicationē & uniuerſalitatem prædicationis: tunc enim ſibi manifeſte contradiceret in. 1. meta. cōmen. 17. & in. 12. metaphyſi. cōmen. 14. ubi inquit, quod prima materia non habet intentionem alicuius cōmunis, aut alicuius uniuerſalis prædicabilis de pluribus ſicut genus. Alexand. enim ſcripſit demonſtratiuè quòd materia non ſit genus, ſicut dicit & eſt uidere in. 1. libro naturalium quæſtionum. q. ultim. Sed talis ſimilitudo eſt penes hoc, nam ſicut genus altisſimum non habet ſuperueniens genus in quod posſit reſolui: ſicut enim decem genera generalisſima, ut dicit Porphyrius, tanquam decem rerum principia: principij autem proprium eſt primum eſſe. 5. meta. tex. commen. 1. Sic prima materia non habet priorem in quam reſoluatur, & ideo appellatur ſimplex. Per ultimam formam autem intellexit formam ultimatam non ordinabilem ad ulteriorem formam, ſicut in mixta ultima & ultimam formam, appellantur materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ, quia materia talium reducitur ad primam



mam materiam, & forma talium ordinatur ad ultimā formam. Sic igitur præter primam materiam & ultimam formam omnia media ſunt materiæ compoſitæ & formæ cōpoſitæ, ſed illa duo tātum ſunt cauſæ ſimplices. ¶ Quod autem Egidius illud intelligi ſecūdum diuerſum modum abſtractionis, quia forma generis & forma ſpeciei ſecūdum Auer. ſunt unum realiter, ſed differunt ſecūdum maiorem aut minorem abſtractionem, materia enim, ut dicit Cōm. 1. meta. cōmē. 17. prius recipit formas magis uniuerſales, & eis mediantibus recipit minus uniuerſales uſque ad indiuiduales. Licet hoc uerum ſit quòd huiuſmodi gradus dantur in forma, & etiam in materia, ut eſt uidere in ultimo cap. libri de ſubſtantia orbis ab Auer. ubi dicit. ꝙ materia habet gradus: nihilominus uidetur mihi ꝙ iſta expoſitio non quadret expoſitioni Auer. qui uult ꝙ Ariſt. in probatione illius maioris, in qua dicit: Tunc enim opinamur cognoſcere unumquodq; cū cauſas primas cognoſcimus, & principia prima, & uſque ad elementa. Vbi dicit ꝙ per cās primas intelligit cauſas ſimplices exiſtētes in re primas nō compoſitas, & ſunt prima materia & ultima forma, & ex conſequēti loquitur de cauſis realibus, & ineſſe reali cōſideratis, & non ſecūdum abſtractionem rationis, quia Philoſophus naturalis eſt artifex realis, & ſua intereſt cognoſcere omnes cauſas reales, & propinquas, & remotas, ſed illa conſideratio ſecundum differentiam rationis inter gradum maioris abſtractionis pertinet ad artificem rationalem uel communem. unde dicit: Quę enim ſunt præter primam materiam & ultimam formam cuiuslibet rerum naturaliū, ſunt materiæ & formæ compoſitæ: loquitur enim ſecundū eſſe naturale. ¶ Et ex hoc patet quāto plus ſit accuſatione dignus ille bonus Ioan. de Bacco, in loco allegato, qui per ultimam formam expoſuit primum motorem, motus authoritate Commen. in. 12. meta. com. 18. ubi habet ꝙ omnes formæ naturales ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu. in primo motore. Sed hoc iterum ſtare non poteſt, quia licet dictum Commen. ſit uerum, ibi tamen non facit ad propoſitum, quia Com. dicit hîc, ꝙ per cauſas ſimplices Ariſtot. intellexit cauſas exiſtentes re primas & non compoſitas, ubi patet ꝙ loquitur de cauſis intrinſecis primis. Manifeſtum eſt autem ꝙ primus motor non eſt de principijs extrinſecis, ſed extrinſecis. ¶ Sed dices, tunc iſta expoſitio non poteſt uerificari niſi in mixtis, & in habentibus plures formas: in elementis autem non uidetur uerificari, ubi non eſt niſi una forma tātum. ¶ Soluitur quòd (ut dicit Commenta. primo phyſico. commen. 1.) propoſitio illa philoſophi omnia habētia principia cauſas & elementa, non cognoſcuntur niſi ex cognitione principiorum, aut cauſarum, aut elementorum ſuorum: impoſſibile eſt ut hæc coniunctio. Aut, ſit ſicut copulatiua natura: nam diſpoſitio ſcientiæ certę inuenitur in rebus habentibus cauſas quaſdam per ſcientiam illarum cauſarum, ſicut inuenitur in habentibus omnes cauſas. Tunc igitur in ſimili in elementis non eſt niſi materia prima & forma elementi, & illa eſt ultima forma in elemento, quia ulteriorem non habet neq; priorem ſecundum rem: & ideo ſciētia de elementis perficitur in ſcientia cauſarum ſimplicium præciſè quantum ad cauſas intrinſecas, ſed ſcientia mixtorum habentium plures formas & plures materias perficitur ex cognitione cauſarum ſimplicium & compoſitorum. Non igitur impedit expoſitionem Commen. aliquid hoc quod obijciebatur, ſicut uides clare. nam ꝙ dicitur: Quod enim eſt inter primam materiam & ultimam formam cuiuslibet rerum naturalium, ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ. intelligitur in quibuſcunq; ſunt plures formæ, & plures materiæ: in carentibus enim multitudine tali impoſſibile eſt ut hoc uerificetur maxime ſecundum naturalē conſiderationem, quæ conſiderat res ineſſe reali, & non ſecundum eſſe rationis. ut dictum eſt.

Impugnatio Egidii. Rom.

Impugnatio Ioan. de Bacco.

Obiectio.

Solutio.

Materia alia remota, alia propinqua. 5. meta. tex. com. 29.

Materia dicitur genus. 5. meta. tex. commē. 33. & eſt in cap. de genere. uide in concordantijs.

Materia & forma dicuntur diuerſa genere. 5. meta. tex. com. 33. ¶ Vbi aduerte ꝙ litera arabica ibi eſt corrupta, quia dicit ꝙ ſunt idem genere. & Commē. exponit, quia ſit ex materia & forma unum. uide in concordantijs.

Mathematicę demonſtrationes procedunt à notioribus naturæ & nobis ſimul. 1. phyſi. com. 2. idem. 7. meta. tex. com. 10. &. 3. cœli. com. 61. & 1. de anima. com. 10.

Mathematicæ conſiderant de cauſa formali tantum, quod patet primo phyſi. com. primo. uide quomodo ſit intelligēdum. 2. phyſic. commen. 68.

Mathematici non dicūt magnitudinem augeri in infinitum in actu, ſed ſolum eſſe quantācunq; uoluerint finitam. 3. phyſic. tex. commen. 71.

Mathematicæ magnitudines habent contactum. 5. phyſico. commen. 22. & habetur in. 1. de gene. & corru. in tex. com. 44. &. 4. phy. tex. com. 76. idem. 5. phyſi. com. 30. &. 39.

Mathematicus conctatus aſſimilatur continuo, quia ultima reuertuntur in unum. 5. phyſic. commen. 22. &. 30. &. 39. ſecùs de contactu naturali, quia duo ultima remanēt duo demonſtrata in actu.

Mathematicus aliter conſiderat magnitudines, & aliter naturalis. primo cœli. commen. primo. idem. 2. phyſico. tex. commen. 18. &. 3. cœli. commen. 6.

Mathematica nonnulli crediderunt eſſe ſubſtantias. 7. metaphyſi. tex. commen. 5.

Mathematicus circa ea, quæ ex ablatione theoriam facit, circūtollens enim omnia ſenſibilia ſpeculatur, puta leuitatē & grauitatem, & duritiem, & contrarium: adhuc autem caliditatem & frigiditatem, & alias ſenſibiles cōtrarietates, ſolum autem derelinquit quantum & continuum. 11. primæ philoſophiæ. cap. 11. ¶ Ex quo loco manifeſtè deduci poteſt materiam intelligibilem eſſe ipſum quantum, ut abſtrahit ſecūdum rationem ab omnibus qualitatibus & cōtrarietatibus ſenſibilibus, ut declaraui in Theorematibus in proprio Theoremate de hoc, & dixi quomodo ſit intelligendum mathematicum non abſtrahere à materia intelligibili, contra Egidium Rom. & alios tenentes materiam intelligibilem eſſe ſubſtantiam.

Mathematicorum quidditates poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu, & ſine materia ſenſibili. 7. metaphyſi. tex. com. 39. &. 37. &. 6. metaphy. tex. commen. 2.

Mathematicus utitur communibus propriè. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3. & in primo poſteriorum analyticorum. tex. com. 24. & in. 4. primæ philoſophiæ. tex. com. 7.

Mathematici ſolam quantitatem ſpectant, quo opere neque uſus corporis naturalis eſt, neq; affectionum hærentium corpori in eo ꝙ naturale eſt, quales ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas: ſed in contemplationem ſola ſpatia ipſa mera, inaniaq;, & confinia corporum adhibētur. Themiſt. ſententia. 3. de anima. cap. 50. ¶ Inde ſcire potes quid ſit materia intelligibilis contra multos Latinorum. Vide quæ ſcripſi in Theorematibus de hoc.

Mathematica ideo abſtractione & abiunctione conſtare dicuntur, quoniam ab his quæ in naturalibus corporibus uſitantur loco qualitate, tempore, actione, motu, affectionibus, & reliquis generibus eximuntur abiunguntur q;. Themiſt. in. 2. phyſic. 71. & habet ab Ariſtot. in. 10. metaphyſi. cap. 3. & Auer. in. 3. cœli. commen. 6.

Mathematicus utitur longitudine, latitudine, & puncto in dimenſibili ſeparatim atque ſeorſum, quamuis minimum illorum ſubſiſtat actu per ſe, quia tamen finguntur ſubſiſtere in conſiderationem per ſe ſine mendacio ueniunt. Themiſt. 3. phyſic. ſuper tex. 71. ¶ Ex quo ſcire poteris differentiam inter naturalem & mathematicū: nam licet Ariſtote. in. ſecundo. phyſic. tex. com. 16. dixerit corpora. phyſica habere ſuperficies, & longitudines, & puncta, ſicut mathematica: tamen naturalis non conſiderat talia inquātum naturalis eſt, ut ſunt ſeorſum & ſeparatim ſe habentia: ſed ſi quando naturalis conſiderat ſolam longitudinem ſine latitudine, tunc utitur mathematica abſtractione, ſicut etiam in pleriſq; alijs rebus, ut bene notat Alexan. Vnde nulla

eſt phyſica magnitudo niſi corpus, ſicut bene notat Simplicius authoritate eiuſdem Alexan. in. 1. cœli & mundi. Vnde lineæ naturales ſunt corporeæ, & ſuperficies ſimiliter, & pūcta naturalia ſunt corporea, quatenus naturalia ſunt, ſicut ſunt minima naturalia, & ſicut ſunt poli mundi naturales, ſed mathematicæ ſunt puncta indiuiſibilia, ſicut notat Commē. in. 2. cœli. com. 14. & in. 4. phyſic. in com. 118. Et ſic loquuntur Peripatetici de iſtis. Et nota bene hoc, quia Latini noſtri de hoc ſunt in maxima altercatione: unde lucidiſſimus Themiſt. expreſſe in præſenti loco dicit, ꝙ non omnis linea naturalis eſt quæ & naturā requirat & locum, nam mathematicæ quædam dicuntur, quarum ueluti locus eſt animus ſpeculantis.

Mathematicorum entium genera repræſentant materias fictas intentionales, ex paraphraſi meta. tracta. 2. colum. 16.

Mathematicæ ſcientiæ, & ſcientia de anima conſiderāt res, partim in materia, partim uerò à materia abiūctas res ſimplices: in prologo primi phyſi. & Ammonius (ut Philoponus tradit) in principio libri de anima. de qua opinione uide quæ ſcripſerim in quæſtionibus miſcellaneis &c.

Mathematici omnes naturales affectiones à contemplatione ſua reijciunt, ſolas meraſq; magnitudines, & nuda ac inania ſpacia finiunt, finiendis his neq; materiam neq; naturalem qualitatem adiungunt. Them. 1. de anima, commen. 17. contra illos qui ponunt ſubſtantiam corpoream eſſe ſubiectum ſcientiarum mathematicarum.

Mathematica dicuntur ex ablatione, & naturalia ex appoſitione. 3. cœli. tex. commen. 6.

Mathematicis quæcunq; inconuenientia accidunt, neceſſe eſt naturalibus accidere. 3. cœli. commen. 6. Vbi uide limitationem Auerrois ꝙ habet ueritatem in pluribus, ſed nō in omni loco: & bene conſidera calcem commenti ſexti iam allegati, quia bene intelliges hoc.

Mathematicus & naturalis conueniunt in hoc, ꝙ cōtinuum eſt diuiſibile in infinitum: ſed differunt quod ſit augmentabile in infinitum, quia mathematicus concedit hoc, ſed naturalis negat illud. uide cauſam. 3. cœli. com. 6.

Mathematicus conſiderat cōtinuum, ut eſt ſeparatum à materia: ſed naturalis ut eſt coniunctum materiæ. ibidem. cōmen. 6. & primo cœli. com. 1.

Mathematici conſideratio de corpore eſt inquantū eſt quantum ſine alijs accidentibus, ſed conſideratio naturalis eſt de corpore inquantum eſt quantum cum cæteris accidentibus cæterorum prædicamentorum. 3. cœli. com. 6. idem habetur ab Ariſt. in. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3.

Mathematici ex diffinitionibus facile in notitiam accidentium deueniunt, naturales uerò è conuerſo procliuius ex accidentibus in diffinitionem accedunt. Themiſtius. 1. de anima. tex. commen. 11. conſimile habetur ab Auerroe. 1. phyſic. com. 2. & in. 7. metaphy. commen. 10.

Mathematica habent tactum & locum. 1. de genera. & corruptio. tex. com. 44. idem. 4. phyſic. 47. & 76.

Mathematicæ artes primùm circa Aegyptum cōſtiterunt, ibi namque ſacerdotum gens uacare dimiſſa eſt. ex procœmio metaphyſic.

Mathematica exiſtentium ſine motu ſunt extra ea, quæ ſunt circa aſtrologiam, diſputant tamen & tractāt omnia de natura. 1. metaphy. tex. commen. 19.

Mathematica non admiſcetur cum materia. 2. metaphyſi. tex. commen. ultimi.

Mathematicæ non demonſtrant per genus cauſæ finalis, 3. metaphyſi. tex. commen. 3.

Digreſſio an in mathematicis ſit bonum.

Mathematicæ nullam de bono aut malo faciunt rationem, ibidem ¶ Ex illo textu colligitur in mathematicis non eſſe bonum, uide tamen & conſidera diligenter ꝙ (ut inquit Auer. in commento.) iſta res indiget conſideratione. ubi ſcire debes ꝙ Ariſtot. in. 13. meta. in calce primi capitis inquit: „ Quoniam autem bonum & honeſtum alterum, hoc „ quidem ſemper in praxi, bonū autem & in immobilibus: „ dicentes nihil dicere mathematicas ſcientias de bono aut „ optimo mentiuntur, dicunt enim & demōſtrant maxime, non enim ſi non nominatum, opera autē & rationes oſtendunt, non dicunt de ipſis: boni autem maximè ſpecies, ordo, & commenſuratio, & id quod terminatum eſt, quę maximè oſtendunt mathematicæ ſcientiæ, & quomodo multorum cauſa uidentur hoc &c. Et iſte eſt locus quem innuit Auer. in commento. 3. ſuper. 3. primæ philoſphiæ dum dixit ſuper iſtis uerbis: Et ipſe dixit in tracta. de quo loquitur in principijs mathematicorum, ꝙ ordinatio numerorum & magnitudinum inuenitur in eis, & indiget hoc perſcrutatione. Vbi ſcire debes, ꝙ ut notat bene Alexan. in præſenti ratione adducta per philoſophum, eſt deceptio quædam: nam hac potiſſimum cauſa mouetur ad oſtendendū immobilibus nō eſſe bonum, quia omne bonum finis eſt: finis autem cuiuſdam actus finis eſt. omnis autem actus cū motu eſt. inquit enim: Nam non omne bonum ſuapte natura agendum eſt, ſed partim agendum, partim contemplandum: non agendum cuiuſmodi eſt in mathematicis, ueritas enim eorum quæ bonum quoddam eſt ut finis in ipſis expetitur Et ideo animaduerte bene & conſidera, ꝙ etſi Philoſophus iſta adduxit, ibi eſt in parte argumentatiua, non quia hæc ſit eius intentio ꝙ in ſcientijs mathematicis nulla ſit bonitas, alioquin ſcientiæ ſpeculatiuæ non eſſent de numero bonorum & honorabilium, contra Philoſophum in principio libri de anima: patet enim authoritate philoſophi ſcientias mathematicas enumerari inter ſciētias ſpeculatiuas. 6. metaphyſi. tex. commen. 2. Et licet Plato dixerit illas eſſe propter exercitium, ut alias declaraui, quia tamen quandoq; Ariſt. ex mente propria uidetur etiā aſſerere illud in entibus mathematicis non eſſe bonum, neque finis rationem: debes ſcire ꝙ ut eſt ſententia Philoſophi in. 2. phyſi. tex. commen. 18. eædem ſunt lineæ mathematicæ, & naturales; & quia formæ iſtæ nō terminant motum, nec habent rationem finis, niſi ut ſunt naturales, quia mathematicus abſtrahit à motu, & per huiuſmodi finem ꝑ motum attingendo: ſic ſub illa ratione non eſt in eis ratio boni, neq; finis, ſicut eſt in naturalibus. Et hoc eſt quod pulchrè declarauit Auer. in. 2. phyſic. in commen. 74. forma quæ ſequitur naturam entis, non eſt dicta nobilior, ut forma mathematica: non enim dicimus ꝙ lineæ exeuntes à centro circuli ad circumferentiam ſunt æquales, ut circulus ſit nobilior, ſed hoc contingit naturæ circuli: & ideo nobilitas nō inuenitur in formis mathematicis. Hoc enim ſcilicet nobilitas non accidit formis, niſi ſecundum ꝙ ſunt finis: quare intelligis modo quomodo bonitas & nobilitas nō eſt in formis mathematicis, quia cum ſint eędē cum formis naturalibus non habent bonitatem, niſi ut ſunt in materia ſenſibili in eſſe naturæ ſeu tali, quia ſic ſunt finis motus agentis & non habēt bonitatem iſtæ formæ, & ſunt in imaginatione ut conſiderantur à mathematico. Dicit enim Commen. ꝙ balneum in anima mouet ut efficiens, & balneum extra animam mouet ut finis: bonum enim & malū ſunt in rebus. Et aduerte ꝙ Commen. 3. meta. commē. 3. dicit, ꝙ poteſt contingere ut ſit in immobilibus bonum, ſed non per ſe, ſed per accidens, quod ideo dicit pro quanto ſunt eadem ſubiecto cum rebus mobilibus in quibus per ſe eſt ratio finis, qui attingitur per motum: quia ibidem Commenta. dicit, quòd mathematica licet ſint in re mota, tamen non mouentur niſi per accidens: & ſic etiam per accidens: ſunt finis motus, & ſic bonum in eis inuenitur per accidens illo modo; ſed non propter hoc tollitur, quia contemplatio entium mathematicorum quorum finis eſt ueritas, non ſit de genere bonorum: & quia etiam illarum ſcientiarum cognitio multis artibus & mechanicis, & ſpeculatiuis poſſit eſſe proficua & utilis, ut dixi in concordantijs ſuper primo phyſicorum,

Mathematica licet ſint in re mota, tamen non mouentur niſi per accidens. 3. meta. commen. 3.

Mathematicarum ſcientiarum quædam ſunt primæ, ut arithmetica, & geometria: quædam ſunt nō primæ, ut perſpectiua & muſica. ex. 4. meta. tex. commē. 4. unde colligitur ſcientias medias magis enumerandas eſſe in genere ſcientiarū mathematicaliū, q̃ cū naturalibus. uide i cōcordātijs.

Mathematicorum ſunt principia elementa & cauſæ. 6. primę philoſophiæ. tex. commen. 1. ex quo patet Auer. Alexandrumq;, & alios Græcos expoſitores etiam aliter potuiſſe exponere authoritatem illam in principio phyſicæ auſcultationis, ubi Ariſt. exorditur dicens: In unaquaq; doctrina cuius ſunt principia, uel cauſæ, uel elementa, cognitio ex horum fit perceptione atq; ſcientia. ipſi enim per principia exponunt cauſas agentes & mouentes, & per cauſas fines, & per elementa principia exiſtentia in re, ut ſunt materia & forma: iuxta autem iſtam expoſitionem mathematicorū non eſſent principia, elementa, & cauſæ: cuius tamen oppoſitum ſcribit Philoſophus in præſenti authoritate. Immo Ariſtot. in hoc loco ſubdit propoſitionem uniuerſalē dicens. Et totaliter omnis ſcientia intellectualis participās aliquid intellectus circa cauſas & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora: & licet non addat. & elementa, hoc fecit breuitati indulgens ſecundum ſuam conſuetudinem: ita ꝙ uniuerſaliter quælibet ſcientia uel ſpeculatiua, quæ eſt uerè intellectualis, uel practica quę particeps eſt intellectus; quia agibilia, de quibus eſt ſcientia practica, non ſine intellectu fiunt, ut patet ex. 3. de anima, & ex. 6. ethicorum. & ex. 2. phyſic. Vnde uidetur mihi omnem ſcientiam ſecundum Ariſt. ſententiā eſſe ex principijs, cauſis, & elementis. Nam principia immediata in qualibet ſcientia quæ ſunt ꝓpoſitiones per ſe notæ & conceſſæ in illa ſcientia, ratione qua non habent in tali ſcientia priores propoſitiones, per quas demonſtrari poſſunt, ſic talia principia dici poſſunt. Scribit enim Ariſt. in prin. 5. meta. ꝙ de ratione principij eſt primum eſſe. & primo poſteriorum dicit: Idem autem eſt primum & principium, & eædem propoſitiones inquātum ſunt cauſæ concluſionis demonſtratæ, ſunt cauſæ non ſolum in inferendo, ſed in eſſendo, ſiquidem demonſtratio faciens ſcire eſt ex cauſis utroq; modo, & præſertim in demonſtratione ſimpliciter dicta: In demonſtratione autem quia, dicuntur cauſæ in inferendo tantum, in ordine autem ad totam demonſtrationem, quæ formaliter componitur ex eis, dicuntur elementa: ſiquidem ratio elementi eſt ut ſit in re quę componitur ex eo. unde. 5. meta. tex. commen. 4. dicit expreſſe ꝙ elementa etiam dicuntur reſpectu demōſtrationum: & ſic demonſtrationes primæ in unaquaque ſcientia dicuntur elementa reſpectu aliarum demonſtrationum: ubi Commen. dicit: Primæ demonſtrationes quæ componuntur ex primis propoſitionibus, ſunt elementa omnium demonſtrationum quæ componuntur ex eis: demonſtrationes enim compoſitæ diſſoluuntur in demonſtrationes ſimplices, iſtæ autem non diſſoluuntur in alias: et ita ſaluare poſſumus in omnibus ſcientijs eſſe principia, cauſas & elementa iuſta iſtam ſententiam. Quid enim melius inuenies, q̃ Ariſtotelem per Ariſtotelem interpretari?

Mathematica abſtrahit à motu. 6. metaphy. tex. commen. 2. & 3. metaphy. tex. commen. 3. & 7. metaphyſi. tex. com. 35. & in. 2. phyſi. tex. commen. 18.

Mathematica eſt circa immobilia, ſed inſeparabilia. 6. metaphyſi. tex. commen. 2.

Maturatio melius & plus dicitur de animalibus, q̃ de uegetabilibus: & de uegetabilibus pluſquam de mineralibus. quarto meteororum commen. 26.

Mahumeti lex ponit homines æternos, & homines corruptibiles eiuſdem rationis in nomine & diffinitione. 3. metaphyſi. commen. 7.

Maxillā inferiorē oīa animalia mouent, excepto crocodillo fluuiali, qui mouet ſuperiorem. 1. de natura anima. cap. 11. & uide cauſam huius in. 2. de partibus anima. cap. 27.

Maximum fundamentum eſt ſcientiæ naturalis, naturā agere propter finem. 2. phyſic. commen. 74. & 75. & 84.

Maxima diſtantia non inuenitur niſi in linea recta. 8. phyſico. commen. 73.

Maximum in unoquoque genere perfectum eſt. 10. metaphyſic. commen. 13.

Maximum eſt cuius non eſt exceſſus. ibidem.

Maxima remotio non menſuratur niſi ſecundum lineam rectam, & ideo dicitur in deſcriptione lineæ rectæ ꝙ eſt breuiſſima inter duo pūcta. 1. cœli. cō. 28. idē. 5 phy. com. 23.

Maxima dimenſio, quam materia recipit, eſt dimēſio ignis: & minima eſt dimenſio terræ. 2. de anima. tex. com. 97.

Medium determinatum eſt. 1. cœli. tex. commen. 44. & ibi ponitur ratio ad hoc.

Medium trifariam ſumitur pro loco inferiori, pro medio ſphęræ, & pro medio quod eſt inter duo extrema contraria. primo cœli. commen. 45.

Medio non exiſtente totaliter, neq; extremum erit, neq; ſurſum, neq; deorſum. 1. cœli. tex. commen. 74.

Medium non eſt niſi per corpus ſphæricū, & corpora ſphærica non ſunt niſi propter corpora, quæ ſunt in medio. 1. cœli. commen. 73. Prima pars patet, quia ſphæra diuiditur in medium, quod eſt centrum & circumferentiam: ſecunda pars patet ex his quæ habet Commenta. 8. phyſi. commen. 84. Conſiſtentia. inquit mundi huius iſtis duabus uirtutibus perficitur, uirtute mouendi, & uirtute quietis.

Medium corporis, quod circulariter mouetur, debet eſſe unum. ſecundo cœli. commen. 35.

Medium aliquando dicitur de medio magnitudinis, aliquando de medio quod eligitur à natura, ſcilicet nobili, ut in animalibus, aliud eſt medium magnitudinis, & aliud eſt medium ſecundum naturam. 2. cœli. tex. commen. 74. gloſat autem Commen. de animali æterno, quia in animali corruptibili coincidunt.

Medium ſecundum ꝙ medium, non eſt cauſa ꝙ corpus ſit graue, ſed inquantum eſt medium corporis, quod circulariter mouetur: & medium non eſt cauſa eſſentialis, quare corpus graue quieſcit in medio, ſed eſt grauitas eius. ſecūdo cœli. commen. 102.

Medium ſi fuerit conceſſum, ꝙ ſit cauſa quietis terræ, erit cauſa remota, & melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa conſeruans quietem q̃ agens. 2. cœli. commen. 102.

Medium magnitudinis differt à medio ſecundum uirtutem, quia medium uirtutis eſt in omnibus prædicamentis, ſed medium magnitudinis eſt in prædicamento quantitatis tātum. Auer. in paraphraſi. 2. de cœlo. ſumma. 4. c. 1.

Medium aliud ſecundum qualitatem, aliud ſecundum quantitatem. 3. cœli. commen. 42.

Medium mundi eſt diuiſibile habens latitudinem. 4. cœli. com. 3. conſimile. 8. phyſi. commen. 76.

Medium eſt duplex, ſecundum comparationem, & tale non eſt compoſitum ex extremis: & ſine comparatione, & hoc eſt compoſitum ex extremis. 4. cœli. commen. 26.

Medium eſt terminatum diſtinguendo ipſum ab extremis, & ſi medium eſſet extremum, poſſibile eſſet in ipſo fieri additionem, quo conceſſo ſequetur inueniri poſſe corpus deſcendens ſub terra. 4. cœli. commen. 32. uide pro iſta conſequentia. 1. cœli. tex. commen. 12.

Medium mundi, & medium terræ ſunt idem ſubiecto, ſed differunt diffinitione. 4. cœli. commen. 33. & 34.

Medium & illud quod eſt inter, multis modis dicitur. 4. cœli. tex. commen. 38.

Media quæ ſunt inter contraria in forma ſe qualitate, differunt à medijs, quæ ſunt inter extrema contraria in loco: cōtrarietas enim iuenitur in loco & forma ęquiuocè, nam cōtraria in forma ſunt duo in forma, ſed nō duo in ſubiecto: ſed contraria in loco ſunt duo in forma, & duo in ſubiecto: & ideo medium in contrarijs in loco oportet ut habeat aliquam contrarietatem in forma & in ſubiecto. Vnde neceſſe eſt, ut non diuidatur niſi propter numerationem ſubiecti, hicq; impoſſibile eſt, ut medium inter contraria in loco ſit unum in ſubiecto. 4. cœli. com. 38.

Medij diſpoſitio eſt, ut in eo congregentur contraria. 4. cœli. commen. 40. quod qualiter ſit intelligendum, uide in. 4. cœli. commen. 26. & 38. clarius.

Media extrinſeca non recipiunt ſenſibilia cum corporibus in quibus exiſtunt. 2. de anima. tex. commen. 101. & commen. 76. & 97.

Medium eſt ſecundum duas ſpecies: unum eorum eſt ſecundum ueritatem & prius, & eſt medium inter duo contraria, cuius eſſe conſiſtit in complexione duarum extremitatum, & eſt ſecundum quidditatem diuerſum ab extremis: ſecundum autem dicitur ſimilitudinariè, & ſecundum poſterius, & eſt medium inter duo contraria, ſecundum quantitatem tantum. 3. meteororum. commen. 2. iuxta dimidium, conſimile. 6. phy. com. 32. idem. 3. cœli. com. 42.

Medium quodlibet, aut eſt compoſitum ex extremis ſimplicibus ſimpliciter, aut ex rebus ſimplicibus in reſpectu mediorum, aut ex formis mediorum. 1. meta. com. 39.

Mediorum extra quę eſt aliquid ultimum, & primum, neceſſe eſt ꝙ prius eſt, cauſam eſſe aliorum quæ ſunt poſt ſe. 2. metaphyſi. tex. commen. 6.

Medium & circulus ſunt principia totius. octauo phyſico. tex. commen. 84.

Media quæ ſunt inter contraria, non ſimpliciter ſunt contraria extremis. 2. metaphyſi. commen. &. 5. phyſic. tex. commen. 52. & primo phyſico. 47. primo cœli. 201. de generatione & corrup. 50. 10. primæ philoſophiæ. tex. commen. 23. &. 2. de anima. 44.

Media inter contraria fiunt ex mixtione cõtrariorum. 10. metaphy. tex. commen. 23. &. 5. phy. 52. & alibi ſæpe.

Medium eſt utrunq; extremum non pura potentia, ſed aliqua potentia. 1. phy. com. 56. idem. 5. phyſi. 6. &. 19. &. 52. et. 10. met. com. 23. Contra Burleũ, & alios qui negant media eſſe compoſita, ex extremis contrarijs. *Cõtra Burleum.*

Media ſunt quaſi materia extremorum. 3. phyſic. commen. 49. Vide in concordantijs.

Medium mundi nõ diuerſatur ſecundum quod medium in reſpectu totius & partis, ſed diuerſatur ſolùm in magnitudine & paruitate, quia uidelicet locus totius eſt maior loco partis. 3. phyſic. commen. 52. idem Themiſt. ibidem. uide pro hoc. 4. cœli. tex. commen. 22.

Mediorum diuerſitas in iſtis duabus cauſis, ſcilicet in difficultate & facilitate reſiſtentiæ, aut motus, aut quietis eorũ eſt cauſa in diuerſitate motus eiuſdem moti, aut mobilium conſimilium. quarto phyſic. commen. 71.

Medium quod contrafertur magis impedit quàm medium manens. 4. phyſi. tex. commen. 71.

Medium in primis qualitatibus uidetur, ꝙ ſit temperatum. 6. phyſic. commen. 32. quod differt ſecundum magis & minus ab extremis.

Medium tutiſſimum eſt, & ideo natura cor conſtituit in medio. Ariſto. in. 3. de partibus animalium. cap. 4. de corde, & habetur expreſſe ab Alexandro, in paraphraſi de anima. cap. ultimo. ideo aſtutus Vlyſſes nauim ſuam conſtituit medio, ut inquit Homerus.

Medium pinguius ſeu ſpiſſius, magis impedit quàm ſubtilius. ibidem.

Medium eſt quodammodo extrema. quinto phyſico. commen. & tex. 6.

Medium componitur ex duobus extremis in media diſpoſitione exiſtentibus. 5. phyſi. commen. 6. &. 19. &. 52. idem 4. cœli. commen. 26. & ibi uide quomodo intelligitur.

Medium eſt in quod aptum natum eſt primum pertingere mutans quàm in quod ultimum. 5. phyſic. tex. commẽ. 22.

Medium in minimis in tribus eſt. ibidem.

Medium eſt contrarium extremo per id quod habet in ſe de alio extremo. quinto. phyſico. commen. 52. Ex quo bene dixit Burleus quòd non niſi uiolenter gloſari poteſt de mente Commen. contraria non eſſe refracta in medio. Nã expreſſe dicit ꝙ uiride non tranſmutatur ad album, niſi ſecundum ꝙ eſt in eo de nigro: & non tranſmutatur ad nigrum, niſi ſecundum ꝙ eſt in eo de albo: & ſimiliter quando album tranſmutatur in uiride, tranſmutatur nigrum in uiridi exiſtens: & nigrum dum tranſmutatur ad uiride, trãſmutatur ad album, quod eſt in uiridi. idem. 5. phyſic. 6. & 19. &. 10. meta. commen. 23. & in. 2. de anima. 95. &. 105. *Locus expreſſus in Auer. qui gloſari nõ põt, ꝙ prima ſint formaliter in medio quodãmodo.*

Medium quoddam differt ſecundum magis & minus, & quoddam ſecundum formam. 6. phyſico. commen. 32. ubi nota ꝙ medium ſecundum formã, eſt illud, quod uerè cũ acquiritur, terminat motũ, & tale eſt terminatum, & differt ſpecie ab extremis: ſed medium ſecundum magis & minus eſt ad quod non terminatur motus, nec ab extremis diſtinguitur ſpẽ, ſed ſecundum magis & minus, & fit tale neceſſarium ex commixtione contrariorũ in ſubiecto, quod tranſmutatur de uno extremo ad aliud, & tale eſt in potentia, & ſunt uariabilia in infinitum. Nota bene hoc.

Medietatem pertranſire eſt in potentia, non in actu. ſexto phyſico. commen. 52.

Medium relatiuè dicitur reſpectu extremorum. ſeptimo phyſico. commen. 17.

Medium non eſt inter uirtutẽ & uitiũ. 7. phy. commen. 18.

Medium ad utrunq; extremum unum & idem numero eſt, ratione autem duo. 8. phyſi. tex. commen. 65.

Medietates infinitas pertranſire in potentia in tempore finito non eſt impoſſibile, ſed neceſſarium. ibidem.

Media omnia ſunt in eodem genere cum extremis. 10. meta. tex. commen. 22. &. 5. phyſi. tex. commen. 22.

Media hæc dicimus in quæcunq; permutari prius eſt neceſſe, ꝙ permutatur. 10. meta. tex. commen. 22.

Media omnia ſunt oppoſitorum quorundam. ibidem.

Media contrariorum neceſſe eſt componi ex ipſis extremis. 10. meta. tex. com. 22. et uide ibi mentem Auer. claram cõtra Burleum oppoſitum tenentem.

Media ſi eſſent ſpecie diſtincta ab extremis, non eſſent medium, ſeu inter, ſecundum Arabes, quod eſt neceſſarium in motu. Commen. 10. metaphy. commen. 23. uide in concordantijs nuper æditis.

Media omnia inter contraria eſſe cõpoſita ex contrarijs non ſolum uerum eſt, uerumetiam & ſua conuerſa eſt uera, uidelicet ꝙ omnia compoſita ex contrarijs ſunt media. ibid.

Medicus ædificat, non inquantum medicus, ſed inquantum ædificator. 1. phyſi. tex. commen. 74.

Medicus per ſe non ſanat niſi alium. quinto phyſic. commẽ. 2. &. 2. phyſi. tex. commen. 3.

Medicina non eſt ramus ſcientiæ naturalis, ut opinatus eſt Algazel, quia ſcientia naturalis eſt ſpeculatiua, & medicina eſt ars factiua. ex diſputationibus phyſicis in ſolutione primi dubij contra Conciliatorem.

Medicina ſumit principia ſua à ſcientia naturali: & quando aliquid cõmune in utraq; ſcientia iſtarum conſideratur, cõſideratur duobus modis diuerſis. Sanitas enim & ægritudo conſiderantur in ſcientia naturali, ut ſunt paſſiones entium naturalium: Medicina uerò cõſiderat de eis, ut unam earum conſeruat, & reliquam deſtruit. ibidem. *Cõtra Cõciliatorem in differentia octaua.*

Medicina eſt ars operatiua exiens ex principijs ueris, in qua quæritur conſeruatio ſanitatis corporis humani, & remotio ſuæ ægritudinis, ſecundum ꝙ poſſibile fuerit in quolibet corpore. Auer. ſententia in. 1. colliget. in principio.

Medicinæ artis finis non eſt ad ſanandum omnino, ſed ad faciendum illud quod poteſt fieri, & in quantitate conuenienti, & tempore conuenienti, & poſtea debetur expectari finis: ſicut eſt in arte nautarum & in regimine exercitus. ibidem. iſta etiam eſt ſententia Ariſtot. in primo topicorum. cap. 2. ubi dicit: Neq; enim rhetor omnino perſuadebit, neque medicus omnino ſanabit, ſed ſi ex contingentibus nihil omiſerit, ſufficientem eum dicemus habere diſciplinã.

Medico conueniens eſt ſumere complexiones membrorum à naturali Philoſopho. Auer. in. 2. colliget. in cap. de complexionibus membrorum conſimilium.

Medicinæ artis aliquid eſt ſpeculatiuum, & illud eſt ſcientia naturalis, & aliquid practicum. ibidem. Auer.

Medicinæ pars ſpeculatiua eſt accepta à cauſis multum remotis ſanitatis & ægritudinis, ſicut ſunt elementa & ſimilia. ibidem Auer. & eſt ſententia Ariſt. in principio libri de ſenſu & ſenſa. ubi dicit: Phyſici intereſt ſanitatis & ęgritudinis prima inueſtigare principia. ubi per prima intelligendum eſt remota, quia proxima ſpectant ad medium præcipuè, ut ſunt intenta per artem contra Diuum Thomã, qui per prima expoſuit naturalia. Nullibi enim conſueuit

Ariſt.



Ariſtot. ſumere in hoc ſenſu primum, ſed hoc aut ſumitur primò, ut primum diſtinguitur contra proximum, ut primo phyſico. tex. com. primi. ubi notat Commen. ꝙ doctrina ordinata eſt incipere à cognitione cauſarum primarũ rei cognoſcendæ perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum cauſarum remotarum ſecundum ordinem, donec perueniatur ad cauſas propinquas. Quòd ſanitatis & ægritudinis cauſæ particulares à medicina conſiderentur, patet ex ſecundo phyſi. tex. commen. 26. ſed de hoc uide quæ in cõtradictionibus nuper æditis ſcripſi, ubi dedi aliũ modum exponendi illam Ariſtot. authoritatem in libro de ſenſu & ſenſato. *Simpliciꝰ & dicit in prologo ſciam naturalem largiri principia medicinæ et aliis artibus mechanicis.*

Medicinæ practicæ pars eſt ars medicinarum experimentalis, & illius etiam eſt ars anatomiæ. ibidem. Auer.

Medicinæ pars experimentalis indiget uitæ longitudine, de hac enim ſermo Hippocratis intelligitur, dum dixit uitam eſſe breuem, & artem longam. ibidem. Auer.

Medicus & naturalis differenter conſiderant ſanitatem & ægritudinem. ibidem.

Medicina ſecundum Ariſt. appropriatur inter artes mechanicas in uirtute ibidem. 1. de anima. commen. 17.

Medicina cibus quomodo differant, uide. 5. colliget. cap. 3. & uide etiam cap. 24. ibidem. cap. 3.

Medicinis rectius attribuitur intemperantia, & cibo temperamentum ibidem. cap. 3.

Medicinam eſſe calidam aut frigidam, aut humidam uel ſiccam, & cibum, eſt æquiuoca intentio. ibidem.

Medicina quomodo temperata dicitur. ibidem.

Medicina quæ dicitur eſſe appropriata alicui operationi, nõ dicitur habere illam operationem niſi comparatione ad corpus temperatum, uel ad propinquum temperantiæ. ibidem. cap. quarto.

Medicinæ oppilatiuæ diuerſificantur ſecundum complexionem membrorum, ſicut dicitur ꝙ dactyli oppilant hepar, & aperiunt oppilationes pulmonis. 5. colliget cap. 8.

Medicinæ quę ſunt aperitiuę unius membri, non ſunt aperitiuæ alterius: ſicut abſinthium aperit oppilationes hepatis, & non poteſt poros exteriores aperire propter ſtipticitatẽ quæ eſt in eo. 5. colliget. cap. 9.

Medicinæ ſtipticæ differũt ab oppilatiuis, quia ſtipticę ſunt in materia groſſa terreſtri, ſed oppilatiuæ ſunt in materia ſubtili. 5. colliget. cap. 12.

Mædicinæ odoriferæ ſunt ſupremæ omnibus medicinis cõfortantibus principalia membra, & maximè in rebus teſtificatis ab experientia & propriè cordi. Et propterea muſcus plus confortat inter cætera odorifera, nam eius aromaticitas præualet omnibus aromaticis. 5. colliget. cap. 19.

Medicinæ q̃ frangunt lapidem, efficiunt hoc ꝑ frigiditatem & humiditatem, quia tu ſcis ꝙ res induratæ per caliditatẽ & ſiccitatem non diſſoluuntur niſi per frigiditatem & humiditatem. Et cùm dico frigiditatem, intelligo diminutum calorem à calore, qui coagulauit lapidem: & ſic intelligo cùm dico humiditatem, quia non operantur iſtæ medicinæ in lapidibus niſi per operationem ſimilem operationi alicuius decoctionis. 5. colliget. cap. 20.

Medicinæ laxatiuæ habent ſuam operationem per attractionem inquantum eſt attractio, & etiam per proprietatem. 5. colliget. cap. 21.

Medicinæ purgatiuæ non ſolùm habent hanc uirtutem, ſcilicet trahendi humorem proprium etiam eis, uerum etiã trahunt humorẽ ꝓprium & ex ꝓprio membro. 5. colli. ca. 21.

Medicinæ purgatiuæ non operantur niſi per unum calorem proprium eis, qui eſt in eis, qui habet proprietatem trahendi talem humorem. ibidem.

Medicinæ bezaharticæ ſecundum medicos ſunt mediæ inter uenena & medicinas: & nos ſic non intendimus, quia media & extrema ſunt unius generis, & quæ ſunt unius generis ſunt ſimilia, & ſic non eſt in bezaharticis cum ueneno, quia medicatio contrarietatis ſemper debet attribui contrarietati. 5. colliget. cap. 23 ubi dicit: Tales medicinæ ex una parte ſunt uenenum, & ex alia ſunt medicina: non quia ſunt medicina ex parte qua ſunt uenenum, quia non eſt extraneum, ut dicatur ꝙ diuerſificantur actiones unius agẽtis diuerſificatis diſpoſitionibus ſubiecti locorũ. ¶ Dictu pro medicis ꝙ medium eſt duplex, quoddam quod eſt compoſitum ex extremis, ut colores medij reſpectu albi et nigri: & de talibus uerum eſt ꝙ ſunt eiuſdem generis, & ſunt ſimilia. Quoddam uerò eſt medium ſecundum ſimilitudinem in participando diſpoſitiones extremorum, & talia non ſunt neceſſaria eiuſdem generis, nec ſimilia, & illo modo intellexerunt medici. *Defenſio medicorũ.*

Medicina bezahartica occidit ſanum, quia non habet prodeſſe niſi quando in corpore eſt diſpoſitio uenenoſa. ibidẽ.

Medicinæ habẽt quatuor operationes, primas, ſecundas, tertias, & proprias: ſed cibus non habet niſi unam operationem, quia nutrit tantum. 5. colliget. cap. 24.

Medicinæ principia pro maiori parte ſunt inductione, & experimento cognita. uide diffuſe de hoc. 5. colli. cap. 24.

Medicina ut dicit Gale. duobus inſtrumentis fuit inuenta, ratione & experimento. 5. colliget. cap. 25. Authoritas iſta eſt in principio primæ particulæ aphoriſmorũ. commẽ. 1.

Medicinarum compoſitarum iudicium in complexione ꝑfectè reddi non poteſt ex ſapore, quia poteſt eſſe una medicina compoſita, ex rebus quibuſdã habentibus ſaporẽ, & ex quibuſdã carentibus, & non põt fieri iudicium de toto ex parte. Similiter medicina compoſita diſcerni nõ poteſt ex odore propter eadem cauſam, quia poteſt eſſe compoſita ex aliquibus odoriferis, & nõ poteſt ferri iudiciũ in hac re de toto propter partem, ſicut ille qui iudicauit roſam calidam, quia eſt aromatica. 5. colliget. cap. 18. &. 27.

Medicinarum ſignificatio ex colore eſt multo debilior alijs ſignificationibus ex ſapore & odore ſumptis, propterea quia color nõ eſt niſi in ſuperficie corporis colorati: & propterea inuenies ſecundum plurium ꝙ complexio partis in qua eſt color, eſt alia q̃ cõplexio totius colorati. 5. colli. ca. 29.

Medicinarum purgatiuarum nulla eſt ſine aliquo ueneno, excepto reubarbaro, eò quia confirmat omnia membra corporis: ideo cùm do ipſum cũ alijs medicinis refrenat alias medicinas, quia frenum ſuum eſt cum eo. 5. colliget. ca. 42. ubi loquitur de raueth. i. reubarbaro.

Medicinarum ſimplicium compoſitio neceſſaria eſt propter tres cauſas, quas uide in. 5. colliget. cap. 67.

Mædicinæ compoſitæ operatio eſt unum in commixtione artificiali, ſicut eſt unum in commixtione naturali & non plura. 5. colliget. cap. 57. contra Gale. & ibi aduerte expreſſe colligi ex mente Auer. complexionem ex naturalibus qualitatibus reſultantem eſſe unum & non plura, contra opinionem multorum.

Medicina eſt ars operatrix inuenta ratione & experimento, conſeruans ſanitatem & remouẽs ægritudinem. & hæc eſt ueracior diffinitio, quæ in aliquo librorum alicuius Auer. fuit inuenta. 6. colliget. cap. 1.

Medicina ars aliquando deficit in indiuiduis propter materiales præparationes, quæ ſunt in ipſis quod eſt: quia non eſt impoſſibile, ut ſint duo homines unius eiuſdem complexionis temperatæ æqualiter, & utantur uno regimine, & unus ipſorum perueniet ad meliorem finem quem conſequi poterit per ſuam naturam, in alio uerò in eodem regimine generabũtur humores qui mortem inducent. Et cauſa huius eſt, quia in eius complexione eſt mala præparatio fixa, q̃ eſt cauſa, ut in ipſo hæc malitia generet. 6. colli. c. 1.

Medicina eſt ars in qua neceſſaria eſt præter uniuerſalium rerum cognitionem experientia, propter quam particularia principia habentur in eo quod in unoquoq; indiuiduo fieri debet. Et ſcias ꝙ iſta principia oĩa ſcribi non poſſunt, quia ſunt infinita: & iſta pars ſcientiæ medicinalis nobis uetat habere perfectionem in hac arte, eo quia magis appropriata experientiæ q̃ rationi, & propter hoc dicit Hippocrates: Ars longa & uita breuis. 7. colliger. cap. 6.

Medicina actualiter frigida uniuerſaliter membris principalibus non eſt apponenda, licet ſit potentialiter frigida. ſeptimo colliget. cap. 7.

Medicinæ laxatiuæ facilius & citius expellũt humores ſubtiles ꝗ groſſos. Et quidam medici dixerunt ꝙ nunquam dederunt aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorem, quin prius purgaretur cholera. ſeptimo colliget cap. 9.

Medicinæ multum reſolutiuæ reſoluunt ſubtile, & groſſum purificant. 7. colliget. cap. 31.

Medicina eſt ars mechanica, & multi mirabantur de hoc, et ignorauerũt quid dixerim de mechanicis artibus in. 2. phyſic. 7. colliget. cap. 31. in fine &. 1. de anima. com. 17.

Medicinæ artis finis eſt habendus ſecundum plus, hoc eſt ſecundum plurimas ægritudines, & plurima indiuidua, & plura tempora; ſicut hoc accidit hominibus malis artibus mechanicis, quia artifex quãdoq; conſequitur intentionẽ, & aliquando priuatur ea, & cauſa illarum ſunt media quæ in illa arte cadunt, ſicut maris nauigium & agricultura. ſeptimo colliget. cap. 31.

Medulla eſt excrementum ſanguinis in oſſibus concocti. ex. 2. de partibus animalium. cap. 6.

Medulla ſpinæ dorſi non eſt, ſicut cæteræ. ibidem.

Medulla ſuapte natura calida eſt. ex. 2. de partibus animalium. cap. 7. cuius tamen oppoſitum ſentiunt medici.

Medulla cerebri non eſt ſicut medulla quæ eſt in oſſibus, qa tu uides ꝙ eſt in eo pars pinguoſa, aut unctuoſa: & quando coquitur ad ignem ingroſſatur & exiccatꝰ, ideo ꝙ pars aquoſa quæ eſt in eo, reſoluitur per calorem & remanet in eo pars terreſtris. Auer. 2. colliget. cap. de cerebro.

Medulla quæ eſt in oſſibus, eſt ſuperfluitas cibi corrũ. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium.

Mel terræ, oleum uerò aeris. 4. meteo. tex. com. 41.

Melancholici parum dormiunt, & multum comedunt. uide cauſam in lib. de ſomno & uigilia. & Themi. ibid. cap. 18.

Melancholici habent corpora ſimilia lignis infelicibus natis in regione arida & ſiticuloſa. ibidem.

Melius fortaſſe eſt non animam dicere miſereri, aut addiſcere aut intelligere, ſed hominem animatum. primo. de anima. tex. commen. 64.

Melius eſt exiſtimare ꝙ cauſa in diuerſitate materiæ ſit diuerſitas formarum, non ꝙ diuerſitas materiæ ſit cauſa diuerſitatis formarum. 2. de anima. com. 60. conſimile. 1. de anima. com. 53. &. 2. phy. com. 97.

Melius ſemper prius eſt eo, ꝙ melius ẽ. 2. meta. tex. cõ. 11.

Melius eſt ſcire ſermones hominum, ubi certitudo haberi non poteſt, quàm nihil. 12. meta. commen. 45.

Melius à deteriori ſeparari melius eſt. ex. 2. de generatione animalium. cap. primo.

Meliſſus ad euitandum uacuum negauit motũ, & cecidit in peius uacuo, qa negauit motum eſſe. 4. phyſi. c. 54.

Mellis copia prouenit in annis temperatis, hymbribus uerò fœtus omnino ſuperat, & uide cauſam. 3. de generatione animalium. cap. 10.

Mel uernale præſtantius eſt autumnali. 9. de natura animalium. cap. 40.

Mel album oculis & ulceribus eſt magis cõmodum. ibidẽ.

Mel autumnale melius eſt. 5. de natura animalium. cap. 22. mel ex rore colligitur ab apibus. ibidem.

Membrum uirile habet hoc proprium præ cæteris mẽbris, ꝙ augetur & minuitur abſq; aliquo morbo. ex. 4. de partibus animalium. cap. 9.

Membra corporis ſunt in eodem genere, ſed cor antecedit ea. 12. metaphy. commen. 2.

Membra non mouentur niſi per calorem naturalem exiſtetem in eis loco formæ, & propter calorem qui eſt in membro, & ille non mouetur niſi per principium animæ. ſecundo colliget. cap. 18.

Membra in animalibus noſtris, quæ non ſunt ſphæricæ figuræ, differunt in figura & potentia; ſed in animalibus cœleſtibus poli qui ſunt uitæ membrorum, differũt in potentia ſolum. ex lib. deſtruc. diſp. 1. in ſolutio. 11. dubij.

Mẽbra omnia quæ ſunt motus gratia, ſuperiora ſunt in parte dextra quàm in ſiniſtra, & eius pars dextra calidior & magis ualida eſt, & motus à parte dextra incipit. ex. 3. de partibus animalium. cap. 9.

Membra aliqua inciſa non reſtauranẽ. uide cauſam ab Auer. in. 2. de gnenera. anima. cap. 2. contra Gale. & Medicos.

Membra aliqua inciſa continuari aut reſtaurari nõ poſſunt, aliqua uerò poſſunt, & uide de hoc uerã cauſam ab Auer. contra Gale. in. 2. de generatione animaliũ. cap. 2. ubi quærit utrum ſemen eſt animatum, prope finem capituli, ubi dicit hoc ex duobus prouenire, unum eſt debilitas caloris in corporibus exiſtens in comparatione caloris generatiui. i. exiſtentis in ſemine & ſpiritu gignitiuo: ſecundum uerò eſt frigiditas loci extrinſeci, qa accidit ꝙ frigiditas noceat eis & congelat ea antequam perficiatur eorum figura, ut accidit ipſi oros both.

Membra conſimilia ſunt quorum diffinitio & totius & partium una eſt, membra uerò compoſita ſunt quorum partes non aſſimilantur partibus. ex. 1. colliget. cap. de anatomia membrorum. & ibi uide exemplum.

Membrorum quædam ſunt compoſita ex elementis prima compoſitione, & quædam ſunt compoſita ſecunda compoſitione mediante prima 2. colliget. cap. 1. ubi aduerte ꝙ ſecundum ipſum in præſenti loco membra conſimilia dicũtur generari ex elementis prima compoſitione, ſed membra officialia dicuntur generari ex elementi ſecunda compoſitione, quia mediantibus comſimilibus illa generãtur. Et animaduerte ꝙ dictum hoc eſt intelligendum ſano modo, nam ſimpliciter non eſt uerũ & abſolute dictum eius, uidelicet ꝙ membra conſimilia generantur ex elementis immediate, immo generantur per media: ſed hoc eſt intelligendum in comparatione membrorum organicorum, quæ per multo plura media generantur, & iſto modo intelligas dicta eius.

Membra conſimilia ſunt materia compoſitorum membrorum. 2. colliget. cap. 7.

Membra conſimilia licet non ſint inuenta niſi propter compoſita, tamen quodlibet eorum habet operationem ꝓpriã, quæ manifeſtatur plus in compoſito. ibidem.

Membra conſimilia nõ generantur ex cholera & phlegmate & melacholia, ſicut ex elementis, ſicut generatur ex ſanguine. 2. colliget. cap. 1. & ibi uide cauſam cõtra medicos, qa in uulua nõ inueniunẽ in actu cholera, phlegma, et melancholia, quæ miſceantur inuicem, ut ex ſui mixtione poſſit reſultare unum tertium.

Membra frigida in dicuntur, quia ſunt priuata calore, ſed qa ipſa caliditas decoxit, & frigiditas ea congelatur: unde quia frigiditas complet ea & dominatur eis, ideo frigida nuncupantur ſimpliciter membra. Sicca ſunt appropriata ſiccitati, ideo quia ſiccitas eſt illa res quæ complet ea & dominatur eis, non quia ſunt priuata humiditate, quia mixtio et digeſtio ſtant per humiditatem. Auer. ſententia in. 2. colliget. cap. de complexione membrorum conſimilium.

Membrorum officialium ſanitas inquantum officialia ſunt, conſiſtit in debita qualitate quantitatis inquantum quantitas eſt, & in poſitione ſua naturali &c. Auerro. in. 2. colliget. cap. de complexionibus membrorum officialiũ. Vbi aduerte intentionem eius in illo capite eſſe, ꝙ ſicut ſanitas membri conſimilis eſt cõplexio eius bona per quam agit ſuas actiones, aut patitur ſuas paſſiones, ita eſt quædam ſanitas membri officialis alia ab illa quæ eſt conſimilis, & quæ ſibi merito conſimilium debetur, quæ uidelicet eſt officialis inquantum officiale eſt, & iſta dependet ex debita quantitate, figura, & numero, & ſitu, unde ſanitas eius ut ſic eſt, idem quod bonum plaſma.

Membra non exercent actiones & paſſiones niſi per calorem innatum, infuſum eis ultra calorem complexionalem, qui eſt in membris conſimilibus: & hoc eſt demonſtratũ per ſcientiam demonſtratiuam & cognitum per experientiam anatomiæ. 2. colliget. cap. 7. ubi paulo poſt dicit ꝙ aggregatum ex iſtis duobus caloribus eſt, ſicut forma per ꝗ membrum agit & patitur, & hoc eſt quod moderni dicũt complexionem innatam actuatam per influentem.





Membra ordinata ad attrahendũ ſuperfluitates ſanguinis, non trahunt, niſi qa ſunt ſibi conuenientes in cibo: & ſcias hoc, & ne tradas obliuioni. Auer. 2. colliget. cap. 9. de iuuamentis mẽbrorũ officialiũ. Vide in cõcordãtijs nuꝑ ęditis.

Membra non agunt neq; patiuntur niſi per calorem naturalem contemperatum per frigiditatem proportionatum ei, quia declaratum eſt in naturali philoſophia, ꝙ frigiditas eſt ſicut inſtrumentum temperãs calorem naturalem, qui eſt primum agens & ſubſtantiale; ideo quodlibet mẽbrum operatur ſuam actionem per illum calorem correctum cum illo inſtrumento conuenienti ei. Et quando frigiditas aduenit ei non multa, ita ꝙ calor non ægreditur ſuam formam naturalem, tunc diminuitur operatio membri, ſicut in cibis qui aſcendunt in ſtomacho, & ſicut in ſanguine phlegmatico qui generatur in hepate; & quando calor agens breui augmentatione, & ita non trahit calorem agentem à ſua forma naturali multum, tunc fit mala augmentatio in operatione membri, ſicut in ſtomacho generante fumoſitatem ex cibis, & ſicut in hepate generante multam choleram, fit magnum augmentum in calore uel frigiditate, ita ꝙ calor naturalis membri exeat à ſua forma naturali, tunc membrum operabitur operationem contrariam operationi naturali, ſicut ſtomachus qui corrumpit cibos. Auer. aurea ſententia in. 3. colliget. cap. 21. de accidentibus ſuperuenientibus uirtutibus hepatis.

Membri operatio non completur niſi per calorem contemperatum menſuratum, & non eſt differentia ex qua qualitate exeat temperantia. 3. colliget. cap. 31. idem ibidem. cap. 32. ubi dicit ꝙ membrum non agit, neq; patitur naturaliter niſi propter complexionem temperatam in quatuor qualitatibus.

Membra fortia expellũt ſuperfluitates ad membra debilia, & ad hoc adiuuat communicatio membrorum & habilitatio uiarum. 7. colliget. cap. 23. &. 29.

Membrorum utilitas in ſua compoſitione duplici principio dignoſcitur, primo referendo illam ad actum: ſecundo uerò ſi ratione & cognitione uariantes membri conſtructionem nullam magis rationabilem & idoneam inueniamus Gale. in tertio libro de utilita. parti. cap. 13. De prima ſuppoſitione etiam uide ipſum in primo libro cap. 8. ubi authoritate Hippocratis confirmat illam, aſſerentis omnia membra ſibi eſſe compaſſibilia in miniſterium unius operationis. &c.

Membra cerui non differunt à membris leonis, niſi quia anima differt ab anima, & hoc etiam manifeſtum eſt in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, & ideo diuerſi ſunt mores. 1. de anima. commen. 52. idem Gale. in. 1. de utilita. parti. cap. primo & Hippocrates aſſerebat ludicres animas ludibria corpora fuiſſe ſortitas, ut aſſerit Gale. ibidem. cap. 22. ubi de ſimio loquitur, & ibidem dicit Ariſtot. dixiſſe animalia quælibet ornata eſſe ornatu ſibi competenti. Vide etiam à Gale. eandem ſententiam in. 3. de utilita. parti. in fine ulti. cap. ubi etiam de ſimio confirmat naturam dediſſe & ad mores animę & uirtutes corporis utiles particulas, ubi collige cauſam diſtinctionis principalem eſſe à forma, non ſolùm in diſtinctione ſpecifica, uerumetiam in diſtinctione numerali, contra Diuum Thomam & Egidiũ Romanum.

Memoria brutorum differt à memoria hominum, quia homo non ſolum meminit ſe uidiſſe aliquando audiuiſſeűe, ſed etiam futurum tempus à præterito diſcriminat: bruta hoc ſolum cognoſcunt ſe modo corruere, aut olim corruiſſe. Item homo recordari ſe percipit, hoc mutis negatũ eſt. Themiſt. in primo libro de memoria & reminiſcentia. capitulo quinto. inde patet error ponentium bruta cognoſcere per eandem uirtutem ſuam actionem.

Memoriæ bonitas attribuitur habentibus complexionem mediam, & ideo iuuenes habent bonam memoriam, & obliuio accidit pueris & ſenibus; pueris propter humiditatem naturalem ſenibus propter humiditatem accidentalem. ex lib. de memo. & reminiſcentia in fine.

Menſura in unoquoq; genere quod minimum. 2. cœli. tex. commen. 28. &. 10. meta. tex. commen. 3. &. 4.

Menſura cuiuslibet generis eſt quo primo unumquodque cognoſcimus. 5. metaphyſi. tex. commen. 12. idem. 10. metaphyſi. tex. commen. 3. ubi Commenta. dicit commen. 12. in loco allegato, quòd menſura in omni genere eſt magis manifeſta apud nos.

Mentitus eſt, nõ ſimiliter qui dixit quatuor eſſe quinq;, ſicut ille qui dixit quatuor eſſe mille. 4. metaphyſi. tex. commen. 18. ¶ Ex quo elicitur ꝙ eſt latitudo in falſitate, ſicut & in ueritate. Nam ſicut prima principia ſunt notiſſima in ueritate, & per acceſſum ad illa menſuratur ueritas aliarum propoſitionum: illud enim eſt uerius, quod eſt primo uero propinquius, ut dicit Ariſtot. in eodem. 4. metaphy. tex. commen. 18. Similiter oppoſita primorum principiorum ſunt notiſſima in falſitate, & ſunt ſumma in illo genere. Et iſta etiam eſt ſententia Auguſt. in primo de Trini. cap. primo. quod magis fallitur qui opinatur Deum eius eſſe potentiæ, ut ſeipſum ipſe genuerit: quam qui opinatur Deũ eſſe candidum, aut qui opinatur Deum eſſe nunc obliuiſcẽtem, nunc uerò recordantem: nam illa in corpore, hæc uerò in animo reperiuntur: ſed ille qui opinatur Deum gignere ſeipſum eo plus errat, eo ꝙ non ſolum quia Deus ita nõ eſt, uerum etiam nec ſpiritualis, nec corporalis creatura: nulla enim res ſeipſam gignit, ut ſit.

Menſibus fluentibus mulier poteſt concipere. ibidem in. 7. de natura animalium. cap. 1.

Menſibus fluentibus concipientibus accidit, ut parua pariant, & ꝓles aut minus uitalis, aut infirma ꝑeree. ibidẽ.

Menſtrui & ſeminis eadem natura eſt. ex libro de ſomnijs Ariſtot. ubi aduerte ꝙ Themiſt. in commen. ibidem. cap. 10. dicit ꝙ uiri etiam ſua menſtrua patiuntur: & ego noui quendam qui ſingulis menſibus ſanguinem hæmorroidalem patiebatur, qui erat iam octogenarius.

Menſtruis fluentibus macula imprimitur ſpeculis. ibidem. & uide cauſam, quia difficilius abſtergitur in ſpeculis nouis quàm antiquis.

Menſtrua ſunt excrementum ſicut ſemen in maribus. primo de generatione animalium. cap. 19.

Menſtrua fluunt in fœminis illa ætate qua ſemen eſt in maribus, & illa ætate qua mares deſinunt habere generandi facultatem, menſtruorum profluuium ceſſat in fœminis. ibidem.

Menſtruis fluentibus magna ex parte fœminis neq; mariſcæ, neque uarices, neq; fluxus ſanguinis narium accidere ſolet. ibidem Auerroes iſto modo interpretatur, ꝙ generatio deficit in fœminis quando menſtrua deficiunt, ſicut deſinit in maribus generatio deſinente genitura.

Menſtruorum profluuium ſolum animalibus uiuiparis datum eſt. ibidem. cap. 19.

Menſtrua non ſunt in mulieribus, quia ſint calidiores uiris, ut quidam antiquorum opinati ſunt: immo accidit propter frigiditatem complexionis earum, ex qua accidit indigeſtio. ibidem.

Menſtruum & genitura, licet utrunq; excrementum ſanguinis ſit differunt tamen: quia menſtruum eſt excrementum inconcoctum, genitura uerò eſt excrementum perfectiſſimæ concoctionis ibidem.

Menſtrua quare non appareant in fœminis aliorũ aïalium, ſicut in mulieribus, uide Auer. ibidẽ. & Ariſt. ibidẽ. cap. 20.

Menſtrua nullo circuitu certo deſcribuntur, tendunt tamen moueri decreſcente menſe, & uide cauſam in. ſecundo de generatione animalium. cap. 4.

Menſtrua nulli generi auium contingunt, ſed ſolum animalibus ſanguineis uiuiparis: ſed oua in auibus ſunt excremẽta, ſicut menſtrua in mulieribus. Auer. in. 3. de partibus animalium. cap. 1. & elicitur ex tex.

Menſura quælibet finita eſt. 10. meta. tex. commen. 3. &. 4. &. 3. phyſic. commen. 59.

Menſura debet eſſe eiuſdem generis cum menſurato. 10. metaphyſi. com. 4. &. 4. phyſic. commen. 119 &. 133.

Menſura prima in aliquo genere eſt indiuiſibilis. 10. meta-

phyſi.tex.commen.3.&.4.&.4.phyſic.tex commen.133.&.6.phyſico.64.

Menſurantia ſe adinuicem ſunt illa, in quibus ſunt eſt æqualitas.7.phyſic.commen.21.

Menſurantia ſe adinuicem ſupponuntur.7.phy.com.24.

Menſura quanta non datur, ſecundum quam diuidi poſſit magnitudo.1.cœli.commen.2.

Menſura non eſt differens à menſurato niſi multitudine, quia non eſt menſuratum niſi plura metra. quarto phyſico.tex.commen.133.

Mens duplex, æquiuoca ſeu ſecundum prius & poſterius, & uniuoca.4.phyſico.commen.133.

Menſurandi ratio primò inuenitur in quantitate: hinc enim uenit ad alia metrum.10.metaphyſi.tex. commen.2.& præcipuè habet locum in quantitate diſcreta, quia in illa primò inuenitur ratio menſurandi.

Menſuræ rationem habet unum principium in unoquoque genere.ibidem.

Menſuræ diffinitio eſt illud per quod menſuratur quantitas diſcreta.10.meta.tex.commen.2.

Menſuræ rationem illud habere dicitur, quo primò unumquodq; cognoſcimus.10.metaphy.tex.com.2.

Menſuræ habet rationem minimi & indiuiſibilis, aut ſimpliciter, aut ſecūdum ſenſum uel inſtitutionem elicitur. ex 10.primæ philoſophiæ.tex.commen.3.

Menſura eſt unigenea menſurato.10.metaphy.tex.com.4.

Menſuræ non omnes ſunt eodē modo indiuiſibiles, ſed quædam ſunt indiuiſibiles ſimpliciter, & quædam ſecundum inſtitutionem.10.meta tex.com.4.

Mens ſola extrinſecus accedit, eaq; ſola diuina eſt: nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Ariſtote.in. ſecundo de generatione animalium cap.3. ¶ Dicit Petrus Pompona. in ſuo defenſorio, cap.13. ipſam authoritatem principaliter intelligi de animalibus cœleſtium corporum, non de intellectu humano. Nam Ariſt. in iſtomet loco dicit animam ſenſitiuam & intellectualem prius eſſe in potentia quam in actu, & iſta eſt conditio generabilium & corruptibilium, ꝙ quandoq; ſunt poteſtate, quandoq; actu. Sed fallitur per uitam meam, quia Ariſtote. ibi nullam quæſtionem mouet de anima corporis æterni, utrū deforis accidat uel non, ſed ſolum de anima & uirtutibus animæ exiſtentibus in animali generabili & corruptibili. Nam ꝓpoſitis duabus quæſtionibus, quarum altera erat. De ſemine ſi non ſit pars conceptus, quo nam uertatur eius corpulentia? & altera de anima ipſius animalis, utrum in ſemine & conceptu ſit. Tertia quæſtio eſt de mēte ſeu intellectu, quonam tempore, & quomodo eam recipiunt quæ principium impartiri poſſunt: hoc enim (ut aſſerit) plurimum dubitatur. Et incipiens à ſolutione ſecundæ quæſtionis, dicit animam uegetabilem ſenſibilem pariter & intellectualem prius eſſe in potentia quàm in actu, ſed tunc ſubdit: Quòd aut omnes contingere cum ante non eſſent, neceſſe eſt, aut omnes cum ante fuerint, aut partim cū ante non fuerint: & contingere, aut in materia non ſubeuntes ſemen maris, aut eo quidem inde uenientes, ſed in mare aut omnes non extrinſecus contingere, aut nullam, aut partim extrinſecus, partim non extrinſecus. In quibus uerbis manifeſtè dedit intelligi, ꝙ licet omnes iſtæ tres animæ conueniant in hoc, ꝙ prius dicuntur eſſe in potentia q̄ in actu, eſt tamen difficultas an iſte modus poteſtatis ſit uniuocus uel æquiuocus, ſaltem analogus. Alioquin iſta diuiſio incaſſum fuiſſet adducta, & ideo Ariſtot. determinās hoc ſubdit: Cæterum omnes ante eſſe impoſſibile his rationibus oſtenditur. Quorum enim principiorum actio eſt corporalis, hæc ſine corpore ineſſe non poſſunt, uerbi gratia, ambulare ſine pedibus: itaq; extrinſecus ea uenire impoſſibile eſt: nec ipſæ per ſe accedere poſſunt, cum inſeparabilia ſint: neq; cum corpore, ſemen enim excrementum alimenti eſt. Reſtat igitur ut mens ſola extrinſecus accedat eaq; ſola diuina ſit, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Vbi patet Ariſtot. ſoluere quæſtionē de mente hominis, quia de ea quærebatur quo tempore et quomodo, & unde eam recipiant ea quæ principium impparticipant, & quis eſt adeo rudis ut non intelligat hoc nō eſſe quæſitum niſi de intetellectu qui eſt in nobis? Non eſt enim dubium apud Peripateticos, quo tempore accedat intellectus in corporibus cœleſtibus, & quomodo & unde corpora cœleſtia recipiāt tale principium. Nam apud Ariſtot. corpora cœleſtia ab æterno ſunt animata & uiua, & ītelligentia ab æterno. Oſtenditur etiam hoc ex ſolutione quæſtionis primæ ibi motæ, in qua quærebatur quid fiat de corpulentia genituræ, formato fœtu, nunquid ſit pars conſtitutæ magnitudinis? Et quia dixerat in ſemine continere calorem non igneum, ſed cœleſtem, qui eſt radix & principium uitæ, dicit ſoluendo iſtam quæſtionem: Corpus autem genituræ in quo ſemen animalis principij contentum una prouenit. i. ut exponit Ioan. Grammaticus, calor qui eſt ſemen & radix animali principij. i. animæ, quæ habet inanimare corpus, partim ſeparabile eſt à corpore. i. iſtud proprium animale, ideſt anima ipſa, partim inquam eſt ſeparabile à corpore, ſcilicet tale principium animale. & declarat in quibus hoc uerificetur dicens: In quibus diuina pars comprehenditur quæ mens appellatur, ideſt in hominibus, in iſtis enim generabilibus mens non eſt niſi in hominibus tantum. (Partim uerò inſeparabile.) hoc dicit propter alias uirtutes animæ quæ ſunt inſeparabiles à corpore. (Hoc inquam genituræ ſemen diſſoluitur, uerſumq; in ſpiritum euaneſcit etc.) Vbi clariſſ.mè patet Ariſtot. loqui de mente quæ eſt in nobis, & dicitur aliquo modo in ſemine contineri, extrinſecus, ſcilicet modo iam declarato, ubi iſta intelligentię cœli minimè adaptari poſſunt, immo Alexan. in tracta. de intellectu, ita etiam intelligit hæc de intellectu agente, ut terminat generationem hominis, & non ut eſt intellectus reſpectu cœli &c. ¶ Vide igitur ad quid pene deueneris cum tua pertinacia; quid uis intellectum hominis ſecundum Ariſt. eſſe mortalem, & non uides ꝙ alia ratione intellectus dicitur eſſe in potentia in ſemine, & alia ratione anima uegetatiua & ſenſitiua: qa intellectus terminat extrinſecus, ſed uegetatiua & ſenſitiua ſunt per ſe termini intrinſeci generationis. Et quis potuit obſecro locum iſtum melius interpretari quam Theophraſtus, qui uiua uoce audiuit Ariſtote. cuius hæc eſt ſententia referente Themiſt. in tertio de anima. in cap.39. inquit enim: De intellectu poteſtatis hæc dicit Theophra. quomodo intellectus poteſtatis homini extrinſecus accedat, quomodoq; tanquam appoſitus inuectusq; ſit, quæritur, quemadmodum congenitus nobis dicatur, demum quænam confirmatio naturaq; eius ſit. Certe id quod dicitur nihil actu eſſe intellectum, ad poteſtatem omnia, rectè hactenus dicitur, quemadmodum & in ſenſu; non tamē uſq; ad uiuum reſecenda res eſt, neq; tamen nihil actu probandus, ut neq; ipſemet ſit, calumnia hæc eſſet, & oratio contentioni cauilloq; proxima, ſed ita intelligendum ut in animo talis quædam ſui generis potentia ſit, pro ſubiecto formarum ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ conſtitutioni earum & concretioni ſubſternitur. Porro quod dicitur mentem extrinſecus accedere, non ita ſtatuendum eſt, ut qui uerè appoſitus inuectusq; habeatur: ſed ut qui ſtatim ab ortu quaſi comprehendere nos complectiq; ſoleat &c. Verum de hoc fuit ſermo prolixus habitus à nobis in ſpeciali tractatu de hoc, quid ſenſerit Ariſtot. de immortalitate intellectus humani: ibi enim oſtendimus cauſas erroris iſtius uiri, qui nō diſtinxit apud Ariſtot. inter animam & intellectum, & credidit ꝙ ſi hominis intellectus habet operationem non dependentem à corpore, ut à ſubiecto, ꝙ hoc non ſufficit ad demonſtrandum ipſum eſſe uerè intellectualem, & tamen hoc eſt falſum. Nam Ariſtot. in. 8. phyſicæ auſcultationis ex hoc ꝙ primus motor mouet æterno tempore, demōſtrauit ipſum eſſe abſtractum à magnitudine, quia uirtus in magnitudine exiſtens non poteſt habere operationem æternam: igitur uirtus quæ non eſt in magnitudine non eſt abſtracta,

ſi per



ſi per te intellectus humanus non eſt uirtus in magnitudine, quia nullius corporis eſt actus, igitur eſt uirtus abſtracta. Nec ualet fictio illa de conſequentia Ariſtot. 1. de anima. tex commen.12. ꝙ ſi ītelligere eſt phantaſia, aut nō eſt phantaſia, ꝙ propterea credis dictum hoc fuiſſe, ꝙ requiratur ad hoc ꝙ ītellectus ſit uerè abſtractus, oportet ꝙ nō dependeat à corpore nec ut à ſubiecto, nec ut ab obiecto: & ideo Ariſtot. dixit phantaſiam, ut denotet ꝙ eſt in ſubiecto, uel non ſine phātaſia, quia dependet ab obiecto. O Petre quantum erras, nō eſt intētio Ariſt. iſta alioquin ipſe ſibi cōtradiceret. Nam. 1. de anima.tex.com.3. dicit: Inquirimus autem cōtemplari & cognoſcere naturam eius ſubſtantiam, & quæ ſunt propriæ paſsionis ipſius, & quę cōmunes. Sed cōſequentia Ariſt. fuit dicta propter antiquos, qui poſuerunt intelleſtum eſſe phantaſiam, & ſecundū fuit appoſitum ſecundum mentem propriam, & tunc conſequentia Ariſt. eſt ibi ad oſtendendam difficultatem, nam fuit maxima difficultas, an intellus intelligat abſtracta per eſſentiam, tunc enim operatio illa eſt abſtracta utroq; modo & à ſubiecto & ab obiecto. Vnde ſi nullam haberet talem operationem, intellectus iſte abſtractus non eſſet, ſed iam hoc ſequitur, licet in.3. de anima. iſta quęſtio non fuerit determinata, eſt tamen determinata alibi, ut notat diuus Thomas in.9 primę philoſophię. in tex com. ulti. & Com. & etiam Gręci expoſitores ibi: Iſta igitur conſequentia eſt ad oſtendendum difficultatem de qua eſt inquirēdum, ſed non eſt aſſertiue tenenda. & Ariſt. in.3. de anima locutus eſt de iſta intellectione quam paſsim experimur in nobis, ſed de alia dixit eſſe cōſiderandum poſterius, tamen omnes Peripatetici pręcipui ut Theophraſtus, Alex. & Auer. ponunt illam, ut patet intuentibus opera ipſorum.

Menonis ambiguitas tangitur.3. metaph.tex.cōm.14.& in prologo primi poſteriorum analyticorum.

Meridionalis pars uelocius recipit frigiditatem quam caliditatem. Cōm.2.meteororum.cap.2.in col.8.

Merularum duo ſunt genera, nigrum & candidum.9. de natura animalium.cap.19. ubi dicitur candidum ſolum circa Cyllenen Arcadię, & non alibi naſci.

Metaphyſica eſt de rebus non admixtis cum materia; & ſi conſiderauerit in rebus admixtis cum materia, conſiderabit in modo ſecundum quæ non admiſcētur cum materia. uerbi gratia: Res naturales diuidi in potentiam & actum unum, & multitudinem, & ſubſtantiam, & accidens.2. meta.cō.ult. ¶ Vbi aduerte ꝙ entis quod eſt ſubiectum in metaphyſica, ſunt tres diuiſiones eſſentiales, uidelicet per ſubſtantiam & accidens: de qua diuiſione Ariſt. egit. in tractatibus de ſubſtātia. uidelicet in.7.& in.8.meta. iſti enim libri appellantur tractatus de ſubſtantia. Secunda diuiſio eſt per potentiam & actum, de qua agitur in.9.meta. Tertia diuiſio eſt per unum & multa, de qua agitur in.10.metaphyſicę. ita nobiliter ſcribit Auerro. in prooemio.7. primæ philoſophię. Aduerte autem quòd res non admixta materiæ, aut ſeparata à materia eſt duobus modis, uel ſecundum eſſentiam, quia nunquam ſunt in materia, ſed habent exiſtentiam extra materiam, ut Deus & intelligentię: quædam uerò ſunt ſeparata uel non admixta materiæ per indifferentiam, quia ratio eorum ſaluari poteſt, & in rebus materialibus, & in rebus ſeparatis à materia ſecundum eſſentiam, ſicut eſt ſubſtantia, & actus, & potentia, & ens, & unum, & multa, & id genus: & ſcientia diuina dicitur eſſe de abſtractis à materia utroq; modo, unde omnes res naturales conſideratę ſub iſtis rationibus tranſcendentibus, ut ſic à diuino conſiderantur, ſicut dicit Commenta. 2. phyſico.commen.4.&.21.&.7.metaphyſi. commen. quinto &.9.&.12.metaphyſi.commen.primo.5.&.29.& alibi infinities &c.

Metaphyſica diuiditur in duas partes, ſicut enim ſubſtantia eſt duplex, ſenſibilis & abſtracta.5.metaphyſi. tex. com. 4. ubi dicitur quod ſunt partes ſubſtantiæ, tot & philoſophiæ. i. primæ philoſophiæ, ut exponit ibi Commen.

Metaphyſica quare ita dicatur, uide.4.metaphy.com.4.

Metaphyſica ſumit numerum motorum ab aſtronomica ſcientia. ex paraphraſi meta Auer.tra.1.cap.1.

Metaphyſica diuiditur in tres partes, in prima agitur de ſubſtantijs uel rebus ſenſibilibus inquantum ſunt entia: in ſecunda de principijs ſubſtantiæ, quæ ſunt res ſeparatæ, & de attributis earū: & iſtæ duæ partes ſunt neceſſariæ. Tertia uerò pars diſputat, & ſpeculatur de ſubiectis ſcientiarum particularium, & remouet errores eorum in quos inciderunt antiqui. ſ. in ſcientia logicali, & in duabus ſcientijs particularibus. ſ. in naturali philoſophia, & mathematica, & iſta eſt melioris notæ gratia, cum modus eſſe plurium ſubiectorum ſcientiarum particularium, & modus eſſe ipſorum ſit ex rebus per ſe notis: ſed cecidit in eis error apud antiquos, & eſt de perfectione ſcientiæ ſoluere errores. Aduerte ꝙ dicit iſtam ſcientiam ſoluere errores circa ſubiectum logicæ, propter ſcire quod eſt ſubiectum in ea.3. cœli.commen.4. Nam.4. primæ philoſophiæ diſputatur contra antiquos negantes ſcientiam eſſe, & ex hoc patet error illorum, qui aſſerunt Ariſt. in prooemio poſteriorum analyticorum facere hoc. ex paraphraſi meta. Auer. tracta. 1. ca. 1. Vide etiam aliam diuiſionem metaphyſi. bimembrem penes tres diuiſiones entis in prooemio ſuper.7. metaphy.

Metaphyſica habet conſiderare de ente ſimpliciter, & de generibus & differentijs in quas diuiditur eſſentialiter.9.meta.commen.primo.idem.4.&.6.metaphy. in principio.

Metaphyſicus conſiderat principia ſcientiarum communiter.11. primæ philoſophiæ.cap.3.

Metaphyſicæ utilitas eſt in nobiliori & altiori gradu, licet ſit de genere utilitatis ſciētiarum particularium: nam eius proportio ad alias eſt proportio finis & perfectionis, cum per eius cognitionem habeatur ſcientia cauſarum entium, quod eſt intentum cognitionis humanæ. ex paraphraſi metaphy. Auer. tracta.1.cap.1. ſic intelligas dictum eius.12. metaphy.commen.44. ubi dicit ꝙ per hanc ſcientiam inuenitur homo in ſua ultima perfectione eſſendi, & uide q̄ ſcripſerim olim in cōtradictionibus ꝓlogi Auer. in.1.phy.

Metaphyſicæ ordo eſt, ut locetur poſt ſcientiam naturalem: nam, ut diximus, ipſa utitur pro radice ſuppoſita, eo quod illic fuit declaratum de eſſe uirtutum, quæ non ſunt in materia. Et ueriſimile eſt ꝙ hæc ſcientia uocetur metaphyſica propter ordinem eius in doctrina, licet ſit prima in eſſe. ex paraphraſi Auer. in metaphyſi. tracta. primo. cap. primo. ¶ Ex quo elicitur ordinem doctrinæ in ſcientijs ſpeculatiuis eſſe, ut præcedat ſcientia mathematica, poſtea naturalis, & poſtremò ſcientia diuina. cuius oppoſitum tenuerūt Platonici, & Albertus ex latinis, & Auicenna. Idem Simplicius in prologo primi phyſic. ubi dicit quòd ideo metaphyſica dicitur, quia poſt naturalium rerum cognitionem ordinata eſſe uidetur.

Ordo doctri ne in ſciētijs

Metaphyſica pro maiori parte utitur demonſtrationibus ſigni, nam ſemper accipimus ſignum à rebus notioribus nobis ad notiores naturæ. Auer. in paraphraſi metaphyſi. tracta. primo in principio.

Metaphyſica, ut plurimum utitur declarationibus logicalibus: & qualiter, uide in paraphraſi metaphyſi. tracta. ſecundo in principio.

Metaphyſicæ duodecimus quid conſideret, uide in tracta. 4. in paraphraſi meta. col.3.

Metaphorę non ſunt uſitandæ in doctrina demonſtratiua, colligitur ex ſententia Philoſophi in.2. poſte.tex.commen. 21. ubi habetur ꝙ non eſt diſputādum, neq; diffiniendum per metaphoras. Ita etiam iubet in.2. topico.cap.2. ubi dicit: Nam mentientes, & qui quod ineſt alicui ineſſe dicunt peccant. & qui nominibus extraneis res appellant, ut plātam hominem traſgredientes nominationem. Et hoc dicit propter Platonem qui diffiniebat, eſſe plantam inuerſam. & Commen. in.1.cœli.commen.106. contra plurimos inquit: Aut peccant, aut deuiant à ueritate, aut male docent, & lucidiſſimus Themiſtius in paraphraſi primi de anima. cap.20. inquit: Nam non eſt æquum in altiſſimis philoſophiæ quæſtionibus, aliud ſentire, aliud dicere: cùm enim

ſemper res digna homine eſt, ne à mente uera diſſentiant, tum id maximè in rebus obſcuris & creperis obſeruandum, quo ea quæ ſuapte ingenio, & natura remota, & condita uideantur uerbis illuſtribus, & quã maxime poteſt declarantibus uendicantur à tenebris. Hoc etiam colligitur ex ſententia Philoſophi in. 2. meteororum. cap. 1. ubi impugnat opinionem Democriti de mari, ubi dicit illam opinionem non deficere à fabulis Aeſopi: & magis reprehendit ipſum, quia Aeſopo licebat more poetarum aliquid in metaphoris tradere, ſed Philoſophis ueritatem inquirentibus non licet hoc facere. Et ex illo loco poteſt etiam Homerus defendi à dictis Ariſtot. qui in. 2. phyſico. dixit poetam deriſoriè appoſuiſſe mortem eſſe finem, propter quẽ nati ſumus. Nam dicam ſibi ꝙ licet ſecundum ueritatem finis habet rationem boni, & phyſicæ mors finis dici non poteſt, tamen poetis, quibus datum eſt in metaphoris poſſe loqui, hoc bene licuit. Et confirmatur, quia ipſemet Ariſtote. in. 5. metaphy. cap. de perfecto, & in tex. commen. 21. expreſſe dicit, ꝙ mors ſecundum metaphoram dicitur finis; Vnde credendum eſt Ariſt. non increpaſſe Homerũ ex eo ꝙ poeticè uſus eſt illo ſermone metaphorico, quia tunc contradiceret ſibijpſi in locis allegatis, & in ſua arte poetica, ſed locutus eſt ſecundum rei naturam. Et ex hoc frater mi collige quãtum Ariſt. abhorreat locutiones iſtas metaphoricas in ſententijs ſpeculatiuis, quarum finis eſt ueritas, quod plerunq; poetarum ſermones metaphoricos damnant, quibus datum eſt ex arte metaphoricè poſſe loqui. Et ideo caueat Alexan. & ſequaces eius tenentes ex mente Magiſtri intellectum materialem eſſe mortalem, quum Ariſtot. in. 3. de anima. & in. 1. & 2. appellet eum ſimplicem, immixtum incorruptibilem, immortalem atq; diuinum; oporteret enim omnia iſta metaphoricè poetarũ more interpretari, ſicut bene etiam notauit Commenta. in 3. de anima. in commen. 5. ꝙ opinio iſta manifeſtè diſcordat, & à uerbis Ariſtot. & à demonſtratione eiuſdem, & nota bene hoc. Nota tamen ꝙ ubi eſt indigentia nominũ in propria ſignificatione, poſſunt uti tranſumptione, & metaphoris, uide Themiſtium in libro de memoria & reminiſcẽtia. lib. 1. cap. 11. & eſt etiam ſententia Alex. in paraphra. de anima in cap. de phantaſtica uirtute.

Metaphoræ non ſunt adducendæ in doctrina demonſtratiua, regula eſt Ariſt. in. 2. poſteriorum. ubi docet & pręcipit non eſſe diffiniendum, neq; diſputandum in metaphoris. Nota tamen ꝙ licet quandoq; uti in rebus quæ non poſſunt intelligi niſi per comparationem ad alterum, ut ſcribit Cõmen. 1. phy. com. 81. ubi Ariſtot. dicit materiã appetere formam, ſicut turpe pulchrum, & fœmina marem: & habetur etiam in. 3. de anima. commen. 14. de intellectu qui comparatur tabulæ non ſcriptæ. Item fallit ubi uera uocabula deficiunt, tunc enim ars imitatur naturam in hoc, quæ ſemper de poſſibilibus facit quod melius eſt, & ideo ex nominum carentia propriorum poſſumus abuti uerbis metaphoricis, ut notat Alexã. pulchre in paraphraſi de anima. in cap. de phantaſia. idem & abbreuiator eius Themiſti. annotauit in ſimili in primo lib. de memoria & reminiſcẽtia. cap. 11. ubi loquiẽ de impreſſione & ueſtigio in ſenſu de relicto. inquit enim. Illud enim nemo ignorat, cũm impreſſionem, aut effigiem, aut figuram dicimus, abuſionem eſſe nominum; nam propriè impreſſio & ſigillum receſſu & eminentia partium conſtat. Nota etiam ꝙ licet in doctrina demonſtratiua non liceat niſi in iſtis caſibus, licet tamen poetis ad libitum iuxta illud Oratij in arte.

Pictoribus, atq; poetis

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Minima pars ignis eſt compoſita ex materia & forma. 3. meta. commen. 17.

Minus eſt ante maius in generatione, quia maius reſoluitur in minus. 1. metaphy. commen. 14.

Minimus color eſt terminatus p ſe, ſicut minima forma, & ita eſt in corporibus ſimplicibus, ſicut in compoſitis. 6. phyſic. commen. 49. idem ibidem. com. 91.

Minus exit à uia naturali, qui dicit omnia moueri: quàm qui dicit omnia quieſcere, licet utrumq; ſit falſum. Commen. 8. phyſic. in principio commen. 23. quod ideo dixit, quia natura licet ſit principium motus, & quietis, tamẽ analogicè, ut ſcribit Commen. in. 2. phy. com. 1. & 3.

Minus aliquo non eſt neceſſe paucum eſſe. 10. metaphyſi. tex. commen. 21. quia ut dicit Commen. in commen. non ſequitur ꝙ omne quod minus eſt aliquo, ſit diuiſibile, ſed poteſt eſſe omnino indiuiſibile, & iſta eſt diſpoſitio unius cum duobus, & ideo unum non eſt paucum.

Minima pars ignis eſt terminata. 6. phyſic. com. 32. & 91. primo phyſic. 36. 37. 38. & 8. phyſic. 44. & 2. de anima. 41. & 97. 7. phyſico. commen. 2. 8. phyſic. 62. 1. cœli. 116. & 3. cœli. commen. 9. 6. etiam phy. 49. & 57.

Mixtio priuationis cum materia eſt cauſa in hoc, ꝙ deſiderium naturale eſt in materia ad recipiendum formam. primo phyſic commen. 81.

Mixtum quodlibet cum materia neceſſe eſt, ut fiat à mixto cum materia, & quodlibet non mixtum cum materia, fit quoquo modo à non mixto cum materia. 7. metaphyſi. commen. 31. pondera ly quoquo modo, quia in abſtractis à materia non eſt propriè factio, aut generatio, ſed ſecundum ſimilitudinem. 4. cœli. commen. primo & 12. metaphyſi. commen. 44.

Mixtum quodlibet, ut declaratum eſt in. 4. meteororum, cõſiſtit ex dominio partis calidæ agentis, & partis humidæ patientis, cum quibus fit mixtio & coactio. Auer. in. 2. colliget. cap. primo. ubi impugnat opinionem medicorum de diſtemperantijs complexionum ſimplicibus. ¶ Vbi aduerte ꝙ ex mente Ariſt. in. 4. meteo. uideẽ fuiſſe omne mixtũ perfectum comparatione ad æquale ad pondus eſſe plus calidum quàm frigidum, & plus humidum ꝗ ſiccum propter præfatam rationem, quam Auer. bene perpendit.

Mixtio & compoſitio differunt, quia id quod ex quibuſdam commixtum eſt, ex his eſt quibus cum admiſcetur, ſed nõ illa, ſed compoſitum eſt illa, ex quibus conſtat, ſed compoſitione quadam & ordine. Alex. in paraphraſi de anima. cap. de phantaſia. Hinc ſcire potes mixtum dicere naturã diſtinctam, & ſuperadditam miſcibilibus, aliter mixtio eſſet ad ſenſum, ut dicitur in fine primi. de generatione & corruptione. Et inde nota ꝙ ſubſtantia compoſita, dicit tertiã entitatẽ à componentibus diſtinctam contra uulgares.

Mixto exiſtente, neceſſe eſt ſimplicia eſſe. primo cœli. tex. commen. 97.

Miſceri paſſiones & formæ non poſſunt. primo de generatione & corruptione. tex. commen. 83.

Miſceri quodlibet cum quolibet impoſſibile eſt ibidem.

Mixtio & generatio differunt. ibidem.

Mixtio & augmentum differunt. ibidem.

Mixtio & alteratio differunt. ibidem.

Mixtum eſt aliud à miſcibilibus in actu primo de generatione. tex. commen. 84. idem. 7. metaphyſi. tex. commen. 60. & primo de anima. 77.

Mixti quælibet pars mixta eſt. primo de generatione. tex. commento. 86.

Miſceri non poſſunt, quorum non eadem eſt materia. primo de generatione. tex. commen. 87.

Miſcentur melius, quæ in parua ſunt diuiſibilia. ibid. 88. 89.

Miſcentur bene humida, niſi fuerint uiſcoſa. ibidem.

Mixtio eſt miſcibilium alteratorum unio. primo de generatione & corruptio. tex. commen. ultimi.

Miſcibilia ſunt in potentia in mixto ſecundum Ariſtote. ut dicit Auicenna, quia ſaluatur eſſentia eorum, ſed remittuntur accidentia. primo de generatione. commen. ultimo. Vide tamen exquiſitè de hoc. 3. cœli. com. 67.

Miſcibilia quę miſcentur, corrumpunt intentiones adinuicẽ. 2. de generatione & corrup. tex. commen. 48.

Mixtio non eſt generatio ſimpliciter, neq; alteratio, ſed compoſita fiunt ab elementis ſecundum mixtionem, & elemẽta fiunt à compoſitis ſecundum diſſolutionem. 2. de generatione & corruptione commen. 48.





Mixtio fit quando alterum contrariorum non fuerit ſimpliciter dominans, ſed fuerit dominans dominati: & tunc generabitur ex eis aliquod medium, ſed tamen illud medium declinat ad partem dominantis. ibidem.

Mixta corpora quæcunq; circa locum medium ſunt, ex omnibus compoſita ſunt ſimplicibus. 2. de generatione & corruptione. tex. commen. 49.

Miſcibilium quædam ſunt facile paſſibilia, ſicut butyrum, et quędam non ſunt uelociter paſſibilia, ut quę non liquæfiũt, ſicut lana. ex. 4. meteororum. com. 1. in digreſſione.

Mixtio uera nõ fit per paruitatem partium, illa enim eſt mixtio apud ſenſum, ſed uera mixtio fit, cum miſcibilia alterantur adinuicem, donec fiat ex eis forma media. 1. meta. commen. 16. Vide etiam. 1. de genera. & corrup. tex. com. 86. 89. & 90. & in. 2. de generatione. tex. com. 48.

Mixtio non intelligitur niſi poſt ſegregationem. primo metaphyſi. commen. 16.

Miſcibilia reuertuntur in unum ſecundum qualitatem & cõtinuationem, & in hoc differunt à conſolidatis. 5. meta. cõ. 5. Ex quo patet, ꝙ in uera mixtione reſultat una forma mixti ſuperaddita, & diſtincta à formis elementorum refractis, & omnia una quantitate terminata terminantur, ita ꝙ quælibet pars mixti mixta: ſi enim plura corpora ſimul eſſe non poſſunt, eſt propter diuerſas quantitates terminatas, quibus terminantur: ſcribit enim Philoſophus in 4. phyſi. 76. ſi corpus cubum ſeparatum à ſenſibilibus paſſionibus poneretur in aqua, cederet ſibi aqua.

Modus generationis eorum, quæ mouent ſe adinuicem, eſt per accidens. uerbi gratia: Quòd homo in generatione hominis non largitur niſi illud, quod eſt quaſi inſtrumentum, & corpora cœleſtia ſunt quaſi artifex, & uirtutes informatiuæ fiunt à corporibus cœleſtibus. 8. phyſi. commen. 47. idem. 7. primæ philoſophiæ. commen. 31. & 12. metaphy. commen. 13. & 18.

Modi mouentium deſiderabilium mouentium nos, ſunt alij à modis mouentium intelligibilium quæ mouent nos. 12. metaphy. commen. 36.

Modi eſſendi in alio ſunt octo uniuerſaliter. quarto. phyſic. tex. commen. 21.

Moderni ponunt unum agens omnia entia ſine medio, ſcilicet Deum. 9. meta. tex. commen. 7. idem in. 12. meta. c. 18. uerſus finem, ubi dicit: Et quum loquẽtes noſtræ legis opinabantur ꝙ agens agit creando formam ex nihilo, & nullum huiuſmodi agens uiderunt hoc, dixerunt unum agens omnia entia ſine medio, ubi patet iſtam opinionem fuiſſe loquentium in lege ſua. Nam lex noſtra Chriſtianorũ hoc non cõcedit. Dicit enim Aug. in libro de libero arbi. Deus res, quas condidit, ſic adminiſtrat, ut eas proprios motus agere ſinat.

Mola mulieribus, aut ſolum, aut maximè accidit, uide cauſam in. 4. de generatione animalium. cap. 7.

Mola gignitur dum ex humore concoctu difficili conceptus conſtitit. ibidem.

Mola dum emittitur adeo obdureſcit, ut uix ferro transfigi poſſit ibidem.

Mollities et durities, & ſubtilitas & ſpiſſitudo nõ ſignificant niſi ſuper uirtutes patientes, ſcilicet ſuper humiditatem & ſiccitatem, & non ſuper uirtutes agẽtes. 5. colliget. cap. 26.

Monſtra rarò accidunt. 2. phyſi. tex. commen. 77.

Monſtra accidunt ex errore naturæ, ſicut in arte. 2. phy. 82.

Monſtrum quodammodo eſt qui ſuis parẽtibus ſimilis nõ eſt. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 3.

Monſtrum oblæſio quædam eſt. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 3. in fine.

Monſtrum aliquod dari, cuius caput ſit arietis aut bouis, & reliquum hominis impoſſibile eſt. ibidem, ſed bene poteſt eſſe ſimilitudo quædam.

Monſtra contingunt in auibus numeroſos conceptus gignentibus, ut in galinis magis quam in paucos generantibus conceptus. ex quarto de generatione animalium. cap. quarto in principio.

Monſtrorum cauſa ex materia ſumitur. ibidem. ubi Auer. dicit ꝙ etiam primò ueniunt ex debilitate uirtutis agentis, aut propter impotentiam receptionis formæ.

Monſtruoſi partus minus homini contingunt, quia ſingulare perfectumq; generare ſolet. ex. 4. de gene. aïaliũ. cap. 4.

Monſtruoſi partus contingere ſolent, uel ſecundum qualitatem, uel ſecũdum numerum, uel ſecundum magnitudinẽ, uel ſecundum ſitum membrorum: in qualitate, ut animal quod non eſt magis, neq; fœmina, quod incertum appellatur: in quantitate, ut ſi habuerit caput maius, aut minus? In numero, ut ſi habeat duo capita: in ſitu, ut ſi habeat iecur in ſiniſtro latere, & lien in dextro. Auer. & Ariſto. ibidem.

Monſtrorum unitas & multitudo ex principali membro dignoſcitur, nam ſi cor fuerit unum, unum animal erit: ſi plura, plura. ibidem.

Monſtruoſitates quandoq; contingunt in ægritudinibus ſicut in rebus naturalibus, ſicut ſanitas ex ulceratione pulmonis & ſimilia. 7. colliget. cap. 31.

Mori utrum in tempore contingat, an in temporis confinio, uide Themiſtium. 6. phyſicorum ſuper. 45. ubi ſoluit argutiolam Sophiſtarum ꝓbantium aliquẽ non eſſe mortuũ.

Mors eſt ex neceſſitate hyles. i. materiæ. Commentator in prologo primi phyſi.

Mors eſt ultimum proueniens ex neceſſitate materiæ. 2. phyſico. commen. 23. & in prologo ſuper primo phyſico. idem. 2. phyſi. tex. commen. 88.

Morbus eſt aduentitia ſenectus, ſenectus uerò eſt naturalis morbus. Ariſtot. in. 5. de gene. anima. cap. 4.

Mortuus ex gladio non dicitur ꝙ corruptio eius eſt ex tempore, ſicut mortuus ex uita humana completa. quarto phyſico tex. commen. 128.

Morum diuerſitatem loca efficiunt. Ariſtot. in. 8. de natura animalium. cap. 29. Vbi aduerte ꝙ loquitur de animalibus brutis. Gale. autem in libro qui inſcribitur ꝙ potentiæ animæ ſequuntur corporis complexionem, tenet etiam hoc in hominibus: ſed falſa eſt opinio eius abſolutè intelligendo.

Mos eſt Ariſt. uti abbreuiatione. phy. 1. commen. 6. & com. 35. & 1. de gene. & corrup. commen. 38.

Mos eſt ut illud quod eſt commune omnibus artibus dicatur in logica, & proprium unicuiq; arti dicatur in illa arte. 2. phyſi. commen. 16. eandem ſententiam habet Commẽ. in ſua paraphraſi, in libro de partibus animalium. Ex hoc ſoluitur Achilles Thomæ in primo phyſico. in prologo ſuper tex. 2. contra Auer. Conſidera, quia conſimile eſt de prima philoſophia.

Mos eſt in ſermonibus demonſtratiuis innuere ſummam. Commen. 5. phyſic. commen. 5.

Mobilia corruptibilia, & mobilia æterna ſunt unius ſcientiæ. 2. phyſic. commen. 71. & 12. meta. commen. 29.

Motu ablato aufertur natura. primo phyſico. tex. commen. 8. idem ſecundo phy. 71. & primo phyſico. tex. commen. 11. & 8. phyſi. 22. & 23.

Intelligitur per uiam ſigni, nam ablatio naturæ aufert motum per uiam cauſæ.

Mouentium quædam mota mouent, quædam uerò immobilia manentia mouent. 2. phy. tex. com. 71. & 73.

Mouentium naturaliter quoddam eſt phyſicum, quoddam uerò non eſt phyſicum, quia non habet in ſe principium motus. 2. phyſi. tex. commen. 37. uide etiam in primo de generatio. & corrup. tex. com. 14.

Motor primus habet duas proprietates, quia eſt penitus immobilis, & quia eſt omnino primus. ſecundo phy. tex. cõ. 73. & uide ibi Simpli. pulchre declarantem.

Motus eſt primus actus rei, quæ poteſtate eſt aliquid, quia ultimus actus uidetur eſſe forma, quam res cum primum aſſecuta eſt, quieſcit. Themiſti. tertio phyſicorum ſuper tex. ſeptimo.

Motui accidit ꝙ ſit non ens ex eo ꝙ procul eſt ab ente: unde Pythagorici diffiniẽtes motum per non ens, accidens potius quoddam motus quã naturam uidetur ſignificaſſe. 3. phyſi. Themiſtius ſuper. 13.

Correctio litera. A.

Mouens & motum ſunt priora q̄ agens & patiens. 3. phyſi. com. 2. ℣ Vbi animaduerte ꝙ litera cõmuniter eſt deprauata, & ita legit eam Burleus & communiter inuenitur, iacet enim ꝙ ſunt perfectiora: ſed licet Burleus defendat illam literam, tamen uidetur mihi ꝙ locus ſit mendoſus, propter cauſam quam immediate ſubnectit Commenta. ibi. Nam Ariſt. in tex. enumerans diuiſiones illas, quæ ſunt in cap. relationis dicit; In tex. Arabico, & quædam ſecũdum agẽs & patiens, & uniuerſaliter ſecundum mouens & mobile. Commen. appoſuit documentum ponderans ly uniuerſaliter, dicens: Et dixit, & uniuerſaliter ſecundum mouens & motum, quia mouens & motum ſunt priora quàm agens & patiens, cum omne agens & mouens, & non cõuertitur. ubi ſi iaceret, (perfectiora) documentum non eſſet ad propoſitum uniuerſalitatis expreſſe in litera, ſicut patet clariſſimè intuenti. In re autem perfectiori non reperitur iſta uniuerſalitatis ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam, non enim dicimus ꝙ homo ſit perfectior animal, qa omne animal ſit homo, & non omnis homo ſit animal; & ita ſine dubio locus ille eſt deprauatus, & ſimilitudo eſt cauſa deceptionis, quia ubi ſcribitur Perfectiora, debetur ſcribi Priora. Illud enim eſt prius, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ut dicitur in prædicamentis, & in. 5. meta. in cap. de priori: & emendari debet ſine dubio. Conſimilem ſententiam uide in primo de generatio. tex. commen. 45. & 12. metaphyſi. commen. 23.

Motu ignorato, neceſſe eſt ignorari naturam. 3. phyſico. tex. commen. primi.

Motus eſt actio motoris in re mota. 3. phyſi. commen. 2. 5. phyſi. com. 3. & 8. phyſi. com. 4. idem. 3. phy. 6. 18. 19.

Motus non habet diffinitionem uniuocè dictam, ſed ſecundum prius & poſterius. 3. phyſic. commen. 4. &. cõmen. 6. idem. 8. phyſi. commen. 4.

Motus nihil aliud eſt quàm generatio partis poſt partem, ad quam intendit motus donec perficitur, & ſit in actu. 3. phyſico. com. 4. 5. phyſi. commen. 43.

Motus tot ſunt ſpecies, quot & entis. 3. phy. tex. com. 5.

Motus eſt actus entis in potentia, inquantum in potentia. 3. phyſico. tex. 6.

Motum quodlibet ſecundum ꝙ eſt in actu & eſt in potentia, habet duas perfectiones. 3. phyſi. com. 6.

Motus diffinitio eſt communis motui nouo & antiquo. 3. phyſi. commen. 6. & 8. phyſi. commen. 4.

Motus augmenti & alterationis ſunt plures motus, & non ſunt unus motus continuus, 3. phyſico. commen. 6. & 8. phyſico. commen. 23.

Motus augmẽti à principio motus uſq; ad finem, eſt cõpoſitus ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus.

Motus continuatio magis apparet in motu locali. 3. phyſic. commen. 6. & 8. phyſic. com. 13.

Mouẽs phyſice omne mobile eſt. 1. phy. tex. cõ. 8. & 2. phy. te. cõ. 71. & 1. phy. 11. ℣ Vbi aduerte ꝙ ibi reperit̃ duplex litera, una eſt iſta, quæ cõmuniter inuenit̃, & eſt litera quã ſequitur Aſpaſius & Commẽ. in commen. Alia eſt litera Alexan. & Themiſtij, quę dicit: Omne quod mouetur phyſice mobile. & eſt melior, ut notat ibi Simplicius authoritate Alexandri.

Motus diffinitio non eſt nota per ſe. 3. phyſi. commen. 12.

Motus diffinitio declaratur triplici uia. ibidem.

Motor qui in mouendo mouetur eſt motor in potentia. 3. phyſi. tex. com. 16. cuius inmobilitas quies eſt, & ibi dicitur propter cauſam ibi allegatam in commento.

Motus habet duas diffinitiones, quarum prima datur ſecundum formam, & magis demonſtrat ſubſtantia motus: alia datur ſecundum materiam, & eſt notior prima. 3. phyſico. commen. 16. uide in concordantijs.

Motus ſecunda diffinitio, quæ datur per mobile, eſt notior prima, quæ datur per potentiam. uide cauſam à Themiſtio in tertio phyſico. 16.

Motus ſit in moto per contactum motoris & moti. 3. phyſic. tex. commen. 17.

Motor non mouet niſi ſecundum ꝙ eſt in actu, & motum non mouetur niſi ſecundum ꝙ eſt in potentia. 3. phyſi. tex. commen. 17. & 2. de anima. 54. & 3. de anima. com. 4. & 2. de generatione & corruptione. tex. com. 53.

Motor & motum ſunt diuerſa ſecundum formam. tertio phyſico. commen. 19.

Mouere & moueri non ſunt idem ſecundum quidditatem, quia diffinitio eorum eſt diuerſa. 3. phyſi. tex. commen. 22.

Mouere eſt actio motoris in rem motam. 3. phy. tex. commen. 16. & commen. 22.

Moueri eſt paſſio moti à motore. ibidem.

Motus localis tria ſunt genera, delatio, augmentum, & diminutio. 4. phyſic. tex. commen. 32. Vide in concordantijs nuper æditis.

Motus poſſibilitates & temporis & numeri, non ſunt partes unius poſſibilitatis. 3. phy. commen. 54.

Motus notior eſt quiete, quia motus eſt habitus, & quies eſt priuatio. 4. phyſic. commen. 32.

Motus localis fecit homines cognoſcere locum eſſe. 4. phy. tex. commen. 3. 32. 38. & 61.

Motum per accidens eſt duobus modis, modus qui poteſt fieri per ſe motum, & modus qui impoſſibile eſt ut per ſe moueatur. 4. phyſi. tex. com. 32. idem. 5. phyſi. com. 1.

Motus ſi eſt ad motam rem, eſſet ocioſus. 4. phy. com. 41.

Motum diuiditur, quia aliud eſt in loco eſſentialiter, & aliud eſt in loco per accidens. 4. phyſi. commen. 43.

Motum quodlibet eſt in loco. ibidem.

Mobilia quæ per ſe mouentur, indigent aliquo quieſcente circa quod mouentur, ut declarauit Ariſt. in libro de motibus animalium. 4. phyſic. commen. 43.

Mobilium quædam ſunt in loco uerè, quædam ſunt in loco per accidens, ut accidentia, & color. 4. phy. tex. com. 45.

Motus non eſt in ſitu. 5. phyſi. tex. com. 10. & habetur expræſsè per Auer. 4. phyſic. commen. 45. & 6. phyſic. commen. 85. contra Auicen.

Motum dicere eſſe ſitualem, quia mutatur de ſitu in ſitum, eſt aliud q̄ dicere motum eſſe in ſitu. 4. phy. com. 45.

Motus naturalis & quietis eadem eſt cauſa, & eſt ſimilitudo in continente. 4. phyſi. com. 48. & 69.

motus alius uiolentus, alius naturalis. 4. phy. tex. com. 67.

Motus uiolentus eſt poſterior naturali. 4. phyſi. tex. com. 67. & 1. cœli. 14. & 2. cœli. tex. com. 18.

Motus diuerſitas cauſatur à diuerſitate naturarũ locorum, & à diuerſitate rerum motarum. 4. phyſic. commen. 67. & commen. 36.

Motus proiectorum ſecundum Platonem ſit ab aere ſecundum ſucceſſionem. 4. phyſico. commen. 68. uide etiam. 8. phyſico. commen. 82.

Motus proiectorum ſecundum Ariſtot. ſit quando in motu lapidis proiecti poſt ſeparationem proijcientis, cauſa non eſt aeris ſucceſſio, ſed translatio aeris. 4. phyſico. commen. 68. uide diffuſæ de hac materia in. 8. phyſi. commen. 82. & in. 8. de cœlo & mundo. com. 28.

Magna differentia eſt ponere in motu ꝙ aptatio ſit neceſſaria, & ponere ipſam eſſe cauſam agentem motum: aptatio .n. eſt de neceſſitate motus, & nõ eſt cauſa agens motum. Commenta. 4. phyſi. com. 70. Hinc elicitur aliud eſſe conditionem neceſſario requiſitam reſpectu alicuius effectus, & aliud eſſe cauſam agentem eiuſdem.

Motus uelocitas & tarditas uariatur, aut ratione medij, aut ratione mobilis 4. phyſi. tex. com. 71.

Mobilia æqualia in grauitate, & leuitate, & magnitudine, & figura, mota in uno & eodem medio ſunt æqualis uelocitatis. 4. phyſic. commen. 71.

Motum æqualitatis & diuerſitatis cauſa, eſt diuerſitas, & æqualitas proportionis motoris ad rem motam, quarto phyſico. commen. 71.

Motus uiolenti differũt à motibus naturalibus, nam in motibus uiolentis, cũm fuerint duo motores æquales in potẽtia, diuerſitas erit ꝓpter impediens: ſed in naturalibus erit æqualitas & diuerſitas propter æqualitatem, aut diuerſitatem proportionis motoris ad rem motam. 4. phy. cõ. 71.

Motus uelocitas & tarditas nõ ſunt motus additi & diminuti ab eo, ut putauit Auẽpaces. 4. phyſi. com̃. 71.

Motus naturales nullum habent impedimentum. Vnde nota ꝙ differentia eſt dicere in motu eẽ impedimentum, & in motu eſſe reſiſtentiam. 4. phyſi. com̃. 71.

Motus naturales corporum ſimplicium, qui fiunt mediante aere & aqua, non ſunt impediti à medio. 4. phyſi. com̃. 74. & 71. & 3. cœli. cõmen. 28.

Motum habet aliquam reſiſtentiam cum motore in motibus naturalibus, ut potentia motoris excedat, potentiam illius: alioquin quilibet motor moueret quodlibet corpus. 4. phyſi. cõmen. 71.

Motus corporum cœleſtium diuerſatur propter diuerſitatẽ ꝓportionis, quæ eſt inter motorem & rem motam ex reſiſtentia. 4. phyſi. cõ. 71. idem. 2. cœli. cõ. 38. 39. & 71.

Mobile quodammodo eſt ſimile, & quodammodo contrarium motori. 4. phyſi. cõmen. 71.

Motus reſiſtentia inuenitur inter motorem & rem motam, quando res mota fuerit diſtincta per ſe: intellige quãdo poteſt res mota diſtingui per ſe in duo in actu ſcilicet in partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam. 71. cõmẽ. in. 4. phyſi. Cõmentator.

Motus elementorũ impoſſibile eſt ſine medio fieri. 4. phy. cõmen. 71. idem. 3. cœli. cõmen. 28.

Motus reſiſtentia, aut eſt ex ipſo moto, ut in aĩalibus, & corporibus cœleſtibus: aut erit ex ipſo medio, ut in elementis: aut eſt ex utroq;, ut in animalibus quæ mouentur in aere & aqua. 4. phyſi. cõmen. 71.

Mobilia quæ diuiduntur in duo in actu, non neceſſario indigent medio in ſui motu, ſed ſi fuerit, erit per accidens. 4. phyſic. cõmen 71.

Mobilia quæ mouent̃ ex ſe, ut grauia & leuia q̄ non diuidũtur in motorẽ in actu, & motum in actu, neceſſario indigẽt medio. 4. phyſi. cõmen. 71. & 3. cœli. cõmen. 28.

Mobilia grauia & leuia, æqualia in magnitudine, figura, & modo, & fuerint maioris declinationis, ſunt uelocioris motus, q̄ illa quæ ſunt minoris declinationis: & proportio tẽporis ad tempus: eſt ſicut proportior potentiæ motiuæ ad potentiam motiuam. 4. phyſi. tex. cõmen. 74. conſimile. ibidem. in. 71. cõmen.

Mobile quod eſt acutioris figuræ, citius diuidit plenum. 4. phyſi. cõ. 74. uide. 4. cœli. tex. cõmen. 42.

Motor mouẽs aliqd per attractionẽ, neceſſe eſt ut moueat̃ ad locum illum ad quẽ attrahit. 4. phyſi. cõ. 31. quod quomõ ſit intelligendum require in. 7. phyſi. cõ. 10.

Motus q̄litates ſunt uelocitas & tarditas, & magnitudo & paruitas ſunt quantitates motus, & utraq; tempore diffiniuntur. 4. phyſi. cõmen. 96.

Motus quandoq; ſumitur largè, ut eſt ſynonymũ, cum hoc nomine tranſmutatio. 4. phyſi. tex. cõmen. 97.

Motus oĩs aut uelox aut tardus. 4. phyſi. tex. cõ. 96.

Motus imaginatur extra tempus, ſed tempus non imaginari poteſt extra motum: ideo motor præcedit naturaliter tẽpus, licet ſint conſequentia ſe cõpleta. 4. phyſi. cõ. 97.

Motus qui cũm ſentitur, ſentit̃ primò, & eſſentialiter tẽpus eſt motus, ex quo ſentimus nos eſſe in eſſe tranſmutabili, & nos tranſmutari. 4. phyſi. cõmen. 98.

Motus accidentiũ eſt continuatio, & continuatio motus eſt, quia magnitudo per q̄ ſit motus, eſt continua, & quia motum etiam eſt tale. 4. phy. com̃. 99. uide quomodo ſit intelligendum. 8. phyſi. cõmen. 23.

Motum eſt notius motu, quia eſt demonſtratũ, & motus nõ eſt demonſtratus. i. congregatus ſimul, ſed mens facit ipm̃. 4. phyſi. cõmen. 104. idem. com̃. 99. ibidem.

Motus continuus eſt unius mobilis & in uno tẽpore. 4. phy. tex: cõ. 105. & 5. phyſi. tex. com̃. 34. & 41.

Motus qui poteſt idem iterari poſt alium, eſt idem cum motu circulari. 4. phyſi. tex. cõmen. 111.

Motus eſt cum ineſſe temporis, quia eſt ſubiectum eius. 4. phyſi. cõmen. 113. conſimile cõmen. 99.

Motum in tempore eſſe eſt tempore menſurari, & ipſum & eſſe ipſius. 4. phyſi. cõmen. & tex. 114.

Motus menſurat ſpaciũ, non eſſe ipſius. 4. phyſi. tex. cõ. 113.

Motus diſtare facit. tex. cõmen. 117. in. 4. phyſi.

Motus naturaliter habet, ut ſi res auferatur à ſua ſubſtantia, eſt cauſa corruptionis per ſe, et generationis per accidens. 4. phyſi. cõmen. 117.

Mota ſemper non ſunt in tempore, ut orbis, neq; quieſcentia ſemper, ut terra, cum tempus non excedat illa. 4. phyſi. cõ. 118. & habetur etiam in tex. 117. 118.

Motus quilibet in tẽpore eſt. 4. phy. tex. com̃. 128.

Motum ſumitur tripliciter, per ſe, ſecundum partem, & per accidens. 5. phyſi. tex. cõmen. primi.

Motus circularis non dicitur uelocior eẽ motu recto. 4. phy. cõmen. 129. uide cauſam. 10. metaphyſi. tex. cõmen. 14. & 7. phyſi. tex. cõmen. 21. & 24.

Motum ſecundum partem reducitur ad motum per accidẽs 5. phyſi. cõmen. primo, & eſt quaſi medium inter illud q̄d eſt motum ꝑ ſe, & illud quod eſt motum per accñs. ℣ Vbi aduerte ꝙ eſt æquiuocatio, quia per accidens quandoque ſumitur cõmuniter, ut eſt cõmune ad motum ſecũdum partem, & ad motum per accidens ſtrictè ſumptum, ut ſumit̃ ibidem in tex. cõmen. 6. & inter tale per accidens motũ ſecundum partem habet reduci. Sed alio modo ſumitur ſtrictè, ut eſt id quod mouetur ad motũ alterius, & nullo modo per ſe moueri poteſt: et ſic illud quod mouetur ſecundũ partem, mediat inter motum per ſe & motum per accidẽs iſto modo ſumptum. Aliud eſt igitur per accidens ad quod motum ſecundum partem reducitur, & aliud inter quod, et id quod eſt per ſe, mediare dicitur.

Motum per ſe eſt illud de quo eſt ſermo Philoſophi naturalis, quia nulla ars conſiderat motum per accidens. 5. phyſi. cõmen. 1. & habetur in tex. com̃. 6. & uide cauſam iſtius in 6. metaphyſi. tex. cõmen. 6.

Motor eſt tribus modis per ſe, per partem, & ſecundum accidens. 5. phyſi. tex. cõmen. 2.

Motus quilibet quinque neceſſario requirit, mobile, motorem, terminum à quo, terminum ad quem, & tempus. 5. phyſi. tex. cõmen. 3.

Motus conſtituitur in ſubſtantia eius, ex tribus cauſis tanquam extrinſecis. ſcilicet moto termino à quo, & termino ad quem. 5. phyſi. cõmen. 3.

Motum eſt primũ & dignius quod diſponitur per motum, deinde illud ad quod ẽ motus, poſtremò uerò illud ex quo eſt motus. 5. phyſi. cõmen. 3.

Motor eſt de cauſis extrinſecis motus, & tempus eſt de accidentibus conſequentibus motum, ibidem.

Motus magis denominat̃ ab eo ad quod eſt, q̄ ab eo ex quo eſt. 5. phy. tex. cõmen. 4. & uide cauſam in. 2. de anima. tex. cõmen. 49. idem. 5. phyſi. tex. cõmen. 48.

Motus ſubiectum eſt in actu. 5. phy. tex. com̃. 8.

Motus eſt inter contraria mediata. 5. phyſi. 9.

Motus eſt in tribus prædicamentis. 5. phyſic. tex. cõmen. 9. & tex. cõmen. 10.

Motus non eſt in ad aliquid. 5. phyſic. tex. cõmen. 10. uide Themiſt. 3. phyſi. ſuper tex. 16.

Motus eſt inter contraria medium, & hoc eſt manifeſtum ꝑ ſe. Cõmenta. 5. phyſi. cõmen. 9.

Motus ſecundum aliquos eſt in prædicamento paſſionis quo ad receptionẽ motus. 5. phyſi. cõ. 9. & ibi uide etiã aliã opinionem quæ fuit Auic. & tandem uiam ſuam.

Motus habet duplicem conſiderationem ſecũdum materiã, & ſecundum formam. 5. phyſi. com̃. 9.

Motus deſtruitur ex contrarietate, non conſtruitur: quia nõ ſequitur ſi conceſſerimus ꝙ in illo, in quo non eſt contrarietas, non eſt motus, ut in illo in quo eſt contrarietas, ſit motus. 5. phyſi. cõmen. 10.

Motus eſſentialiter non ſequitur motum, ſicut formæ quieſcentes ſequuntur motum, ſed ſi hoc fuerit, erit per accidens. 5. phyſi. cõmen. 12.

Mobile quodlibet quod tranſmutatur de aliquo ad aliquid,

dum mouetur ſemper ſeparatur à parte illius, ex quo mouetur,& acquirit partem illius ad quod mouetur.5.phyſi.tex.cõmen.12,idem.3.phyſi.cõmen,4.idem.6.phyſi.tex.cõmen.32.&.8.phyſi,70.

Motum quodlibet quod habet motũ ſecũdum partem, põt habere motum ſecundum totum,quia pars cùm diuidatur, fit totum.5.phyſi.com̃.17.idem.com̃.1.ibidem.

Motus eſt in tribus prædicamentis.5.phy.tex.cõ.18.

Motus localis,& ſecundum proprium & ſecundum cõmune,innominatus eſt:ſit autem ſecundum cõmune loci mutatio uocata.5.phyſi.tex.cõmen.18.

Motum eſſe in tribus prædicamentis innuit Ariſtote.ex iſta cauſa uniuerſaliter,quia in eis eſt contrarietas: hæc enim neceſſaria cauſa eſt in eſſe eorum.5.phyſi.cõmen.18.uide in concordantijs.

Motus alterationis non ē niſi in genere qualitatis paſſiuę.5.phyſi.cõmen.18.& in.7.phyſi.demonſtratur ab Ariſto.à tex.cõmen.14.uſq; ad tex.cõmen.20.

Motus in quantitate cõtinet duas ſpecies, & ſecundũ ſuam cõmunitatem non habet nomen.5.phyſic.tex.cõmen.18. Vbi patet etiã in accidentali ſpecies quandoq; eſſe magis notas & nominatas,ꝗ ſint genera.Nullus enim imponit nomen rei quam ignorat, ut dicit Cõmenta.in.7.meta.com̃.54.& habetur in.4 meta.cõmen.& tex.10.

Motus eſſe non poteſt in contradictorijs,nec in cõtrarijs immediatis.5.phyſi.tex.cõmen.26.

Motus diffinitio poſita in.3.phyſic. ſimpliciter non competit niſi tribus motibus, qui ſunt in tribus prædicamentis.5.phyſi.cõmen.21.

Motus in rei ueritate non fuit diſtinctus à generatione in.3.phyſi.ſed in.5.Cõmen.5.phyſi.com̃.21.

Motus unus dicitur multipliciter:genere,ſpecie,& numero 5.phyſi.tex.cõmen.31.

Motuum conuenientia aut differentia ſecũdum ſpeciem,eſt ex conuenientia termini ad quem eſt motus,aut eſt differẽtia.5.phyſi.tex.cõmen.31.&.35.

Motus idem ſecundum ſpeciem requirit unitatem ſpecificã medij.5.phyſi.tex.cõmen.33.

Motus circularis ſpecie differt à motu recto,quia circularis fit per lineam circularem,& rectus per rectam.ibidem.

Motus unus ſimpliciter eſt,qui eſt unus ſecundum ſubſtantiam & numero eſt.5.phyſi.tex.com̃.34.

Motus unus numero tria requirit,unitatem numeralem mobilis,unitatem termini ad quem, & unitatem temporis.5.phyſi.tex.cõmen.34.&.35.

Motus naturæ accidit quòd fit in tempore,quia motus non quidditatur per tempus.5.phyſi.cõmen.35.Vult dicere ꝙ non eſt tempus de quidditate motus, licet ſit conſequens inſeparabiliter ipſum motum, uide conſimile.5.phyſi.cõ.3.&.4.phyſi.cõmen.98.

Motus continuus eſt unus numero,ſed mõ magis diminuto,ꝗ; ſit in re quieſcente.5.phyſi.cõmen.36.

Motus quorum unus reuertitur poſt alium,differunt à partibus eiuſdem motus continui,cuius una pars generatur,& alia corrumpitur.5.phyſi.com̃.36.

Motus quilibet eſt continuus.5.phy.tex.com̃.39.

Motus unus ſimpl'r eſt continuus,& ſi cõtinuus unus,ibidẽ.

Motus quilibet non põt cum quolibet cõtinuari.ibidem.

Motus habiti ſiue ſeſei,ut dicunt Arabes,ſunt, qui neq; idẽ genere,neq; idem ſpecię conſequenter ſe habent.5.phyſi.tex.cõmen.40.

Motus unus & continuus in tribus cõuenire debent. quinto phyſic.tex.cõmen.41.&.34.&.4.phyſic.105.&.7.phyſi.tex.cõmen.5.

Motus unus genere prior eſt naturaliter motu uno in ſpecie, & motus unus ſpecie eſt prior naturaliter motu uno in nũmero,& motus unus numero eſt prior motu illo, cuius tẽpus eſt unum.5.phyſi.cõmen.41.

Motus completus in ſpecie eſt,cui non poteſt fieri additio, ut motus circularis.5.phyſi.com̃.42.

Motus completus in genere eſt,qui eſt motus tranſlationis: præcedit enim naturaliter omnes alios, & eſt perfectior.5.phyſi.cõmen.42.& in.8.phyſic.probatur à tex.cõmen.55.uſq; ad tex.cõmen.61.

Motus eſt de gñe perfectionis ad quã peruenit motus, ſed eſt perfectio diminuta.5.phyſi.cõ.54.& cõ.9.

Motus quilibet eſt regularis,aut irregularis.5.phy.t.c.43.

Motus diuiditur per æqualem & inæqualem ſecundum ꝙ genera & ſpecies diuiduntur per modos & accidentia.5.phyſic.cõmen.44.& habetur in tex.quia idem eſt quod regulare & irregulare.

Motus diuerſitas ex quatuor cauſis prouenire põt,in uelocitate & tarditate.5.phyſi.tex.com̃.44.

Motus corporis cœleſtis non poteſt eſſe irregularis,ſeu,ut dicunt Arabes, inæqualis, inquantum eſt corporis cœleſtis, non tamen inquantum motus: hoc ſibi repugnat.5.phyſic.cõmen.45.

Motus habiti ſeu ſeſei, non poſſunt adinuicem continuari.5.phyſi.tex.cõmen.45.

Motus denominatio magis eſt à termino ad quem,ꝗ; à termino à quo.5.phyſi.tex.cõmen.48.

Motui cõtrariatur quies,quæ eſt in termino à quo,nõ quies quæ paulatim generatur per generationem motus, & eſt quæ eſt in termino ad quem.5.phyſic.cõmen.54.& habetur etiam in tex.

Motus primus & motus ultimus non datur ſm Ariſto.licet motus ſit principiũ & finis.Them.6.phy.ſuper.48.

Motus quilibet diuiditur per dr̃ias contrarias ſm naturam & præter naturam.5.phyſi.tex.cõmen.57.

Motus & quies poſſunt ſimul eſſe in diuerſis partibus eiuſdem moti,ſed duo motus contrarij in diuerſis ꝑtibus eiuſdem moti ſimul ineſſe non poſſunt.5.phy.Cõmen.cõ.62.& ibi uide calcem cõmenti,quõ hoc ſit intelligendum.

Motui uerè contrariatur oppoſitus motus,ſed quies opponitur ei priuatiuè.5.phyſi.62.

Mobile impoſſibile eſt maius eſſe motu.6.phyſi.cõ.6.

Motus ſi fuerit indiuiſibilis,motum erit indiuiſibile.ibidẽ.

Motum ſi erit indiuiſibile,motum ſimul eſt motum & mouetur.6.phyſi.tex.cõmen.9.

Mobile quodlibet quod mouetur contingit uelocius & tardius moueri.6.phyſi.tex.cõmen.15.

Motus inquantum motus poteſt uelocitari in infinitum,non autem inquantum accidit ſibi ꝙ ſit in corporibus naturalibus.6.phyſi.cõmen.16.

Mota diuerſa abinuicem nõ poſſunt habere unum motum continuum.6.phyſi.cõmen.35.

Motus diuiſiones,& tpis,& eius quod mouetur, & eius in quo eſt motus,neceſſe eſt eaſdem eſſe.6.phyſi.tex.cõ.37.

Motus habet duas diuiſiones,una eſt ex parte mobilis, alia eſt ex parte temporis.6.phy.tex.cõ.33.& tex.cõ.35.&.36.&.4.phyſi.cõ.102.& ibi uide differentiam.

Motus datur ultimum,ſed non primum.6.phyſi.tex.cõmẽ.40.ubi Them.ſuper.48.dicit motus dari principium, ſed non dari primum motum:& hoc inquit Ariſto.ſentire authoritate Theophraſti.

Moueri quodlibet ꝑcedit mutatum eſſe.6.phy.tex.cõ.52.

Motus ſi diuideretur in indiuiſibile,daretur primus motus, prima magnitudo,& primũ tempus.6.phy.tex.cõ.58.

Mobile omne eſt diuiſibile.6 phyſic.32.Et Themiſtius intellexit illam demonſtrationem procedere de ueris motibus,& non de ſubitaneis mutationibus, quia de eis nulla eſt controuerſia,contra quem uide Auer.ibidem. & cogita an Themiſtius poſſit defendi.

Motus generationis & corruptionis eſt compoſitus ex trãſmutatione in qualitate,& ex tranſmutatione in ſubſtantia: & tranſmutatio in ſubſtantia eſt in non tempore.ſ.prouentus formæ ſubſtantialis.6.phyſi.com̃.59.&.32.

Motus generati compoſiti,eſt ex pluribus motibus partium ingenerabilibus compoſitis ex membris diuerſis.6.phyſi.com̃.59.facit pro ponentibus formas partiales.

Motus eſt in tempore,& niſi conceſſum fuerit,ꝙ omnis motus eſt in tempore,non poterit probari ꝙ motus finitus ſit in tempore finito.6.phyſi.cõmen.60.

Motus in qualitate & generatione generati diſſimilium partium,ita ſe habent,ꝙ partes ipſorum motuum præcedunt alias:ſed in motu locali & in motu augmẽti ſecùs eſt, quia partes iſtorum motuum ſunt in toto moto, ſicut totus motus eſt in toto moto.6.phyſi.cõmen.61.pro cuius declaratione uide cõmen.59.ibidem.

Motus habet duplex ſubiectum.6.phyſi.com̃.61.

Motus infinitus nõ eſt in tpe finito.5.phyſi.tex.com̃.66.

Motum ſi fuerit infinitum,& ſpatium erit infinitum, ſed nõ conuertitur.6.phyſi.cõmen.66.

Motum propriè ſumitur pro eo quod eſt motum in loco.6.phyſic.cõmen.66.

Motum & ceſſans ſunt idem ſecundum ſubiectum,ſed differunt ſecundum modum.6.phyſi.com̃.70.

Motum & quieſcens propriè dicuntur, quæ mouentur, aut quieſcunt ubi,& quando,& quomodo.6.phyſi.tex.cõmẽ.67.& in.5.phyſi.20.&.6.phyſi.72.

Motus non fit in aliquo indiuiſibili, quia pars accedens & recedens eſſet eadem.6.phyſi.com̃.71.

Mota æqualia in uelocitate ꝑtranſeunt æqualia ſpatia in eodem tempore,uera eſt ꝓpoſitio quando illud, per quod fit motus,fuerit quieſcens.6.phyſi tex cõmen.83.

Motum quodlibet,aut mutat locum ſecundum formã, ſicut eſt in ſphæra:aut ſecundum formam & ſubiectum,ut in eis quæ mouentur motu recto.6.phyſi.cõmen.85.&.4.phy.43.&.8.phyſi.76.

Motus non poteſt eſſe in prædicamento ſitus quia ſitus eſt ad aliquid.6.phyſi.cõmen 85.

Motus partium per motum totius non eſt per ſe,neq; eſt ꝑ accidens purè, ſicut eſt motus accidentium.6.phy.cõ.86.uide conſimile.5.phyſi.cõ.1.&.4.phyſi.com̃.32.

Motum eſt cã continuationis motus & tꝑis.6.phy.c.88.

Motum tunc pertranſit ſpatium,quando menſurat illud per ſe.6.phyſi.89.

Mobile indiuiſibile ſi moueretur, ſequeretur motum fieri in inſtanti.6.phyſi.91.

Motus infinitus eſſe nõ poteſt,niſi motus circularis.6.phy.tex.cõmen.91.&.94.

Moueri aliquid ex ſe apparet ſenſui,abſq; hoc quòd motor diſtinguatur à moto.7.phyſi.cõmen.primo.idem ſecundo phyſic.cõmen.3.

Motum quod totum mouetur,quia pars mouet ſe & mouet totum,eſt motum per accidens:ut motus totius corporis animalis per motum caloris naturalis aut muſculorum.7.phyſi.cõmen.primo.

Motum primum per ſe in animali eſt cor,quod non mouet, quia pars eius mouet ſe & mouet totum.7.phyſic.cõmen.primo &.4.idem.6.phyſi.cõmen.59.&.3.de anima.com̃.55.&.2.cœli.cõmen.12.

Motum quod à ſeipſo mouetur,non quieſcit ad quietem alterius.7.phyſi.tex.cõmen.2.

Mota prima per ſe naturalia dari neceſſe eſt,quia corpora naturalia inquantum naturalia ſunt,non diuiduntur in infinitum.7.phyſi.cõmen.2.uide in concordantijs.

Motum primum per ſe eſt,quod ſecundum ſe totum mouetur,& non ad motum partis,& eſt idem ꝗd minimum motum:& hoc ignorauit Gal.colligitur ex.7.phy.cõ.1.&.2.

Mota,quæ mouentur ab extra,manifeſtum eſt ꝙ mouentur ab alio,& ſunt omnia quæ mouentur ſecundum generationem & corruptionem,& augumentum,& alterationem,et quædam quæ mouentur in tranſlatione.7.phyſi.cõ.3.uide tamen pro hoc cõmentum primum ſecũdi phyſi.

Motor corporeus non mouet aliud,niſi moueatur in tempore,in quo mouet aliud:& hoc eſt neceſſarium in motu non in quiete.7.phyſi.tex.com̃.3.

Motus unus numero tria exigit,ut ſit unius moti numero,& in uno tempore:& ꝙ ſit ab uno termino numero ad alium numero.7.phyſi.cõ & tex.5.&.5.phy.tex.cõ.34.&.41.

Mouens primum non ſicut quod eſt cuiuis cauſa, ſed quod eſt unde principium motus, eſt ſimul cum eo quod mouetur.7.phyſi.tex.cõmen.9.

Motum quod mouetur,quia eſt in moto,eſt motum per accidens.7.phyſi.tex.cõmen.10.

Mobilia quæ mouentur ad ſua loca propria mouẽtur,ſiue locus fuerit propinquus,ſiue remotus.Sed mobilia quæ mouentur motu attractionis,ut motus ferri ad magnetẽ,& nutrimenti ad nutriendum,eſt mediante aliqua qualitate impreſſa.Cõmentator.7.phyſi.cõmen.10.

Motus non eſt niſi in habentibus medium.7.phyſi.cõmen.18.& habetur.5.phyſi.tex.cõmen.22.

Motus circularis non eſt comparabilis motui recto.7.phyſi.tex.cõmen.21.

Motus localis non eſt cõparabilis motui alterationis.ibidẽ.

Motus quilibet,in quo eſt uelocius & tardius,poteſt eẽ ęquale.7.phyſi.cõmen.23.

Motus rectus non habet rectitudinem niſi propter magnitudinem rectam,& circularis propter magnitudinem circularem.7.phyſi.cõmen.24.

Motuum æqualium diffinitio eſt pertranſire in tẽpore æquali,idem ſpatium in ſpecie.7.phyſi.com̃.30.

Motus per hanc uiam numerantur,inſpiciendo mota per ſe, & non mota per accidens.ſ.tranſlata per ſe et altera per ſe. Si igitur fuerint diuerſa,& motus corũ erunt diuerſi in ſpecie:& ſi in gñe, in genere:& ſi in numero, numero: & iſta uia eſt numerandi motum.7.phyſi.com̃.32.

Motum apud nos eſt notius motu.7.phyſi.cõmen.32.idem 4.phy.cõmen.104.&.99.¶Ex quo patet contra diuũ Thomam aſſerentem in.6.phyſic.demonſtrari corpus mobile eſſe:tunc enim à fortiori poſſet demonſtrari motum eſſe, quod tamen falſum eſſe liquet.ex primo phyſic.cõmen.11.& ex.8.phyſi.Quod mobile autem ſit notius motu patet quia ponitur in diffinitione motus.3.phy.16.Vbi luciſſimus Them.dicit expreſſe, ꝙ mobile notius eſt aliquãtò ꝗ; motus:non enim idem eſt motum eſſe, & quid ſit motus, exploratum haber̃.Nam ut ſit motus,neminem latet:quid aũt ſit,ꝗrimus.At uerò motum eſſe res motæ nobis oſtendunt:hæc autem ſunt quæ nos mobilia nuncupamus,quia is qui in diffiniendo: Mouens ad mouitionem mobilis rei mobilis habet.affert rem magis planam & notam ad docẽdum id ꝗd erat ignotius.¶Nota tamen ꝙ licet Themiſtius dicat,ꝙ res motæ motum nobis oſtendunt, non intelligas ex hoc ipſum demonſtrari demonſtratione ſigni, quia demonſtratio eſt ad quæſitum quod eſt propoſitio naturaliter ignota,ſed loquitur de oſtẽſione ſenſata: ex hoc enim ꝙ inſpicimus mobile in alio loco,aut diſpoſitione in una hora & in alia,ex hoc ſentimus motum eius.

Motor qui quando mouet,mouetur,eſt corpus neceſſariò.7.phyſi.cõmen.35.

Motus uniuſcuiuſq; uelocitas ſequitur exceſſum potẽtiæ motoris ſupra rem motam.7.phyſi.tex.com̃.35.

Motio quælibet ſiue naturalis fuerit,ſiue innaturalis,neceſſario requirit reſiſtentiam inter motorem & rem motam: & iſta reſiſtentia cõmunis eſt ſecundum ꝗd alterum eſt agẽs, & alterum eſt patiens.7.phyſi.com̃.35.

Motus prouenięs in corporibus cœleſtibus à uirtutibus exiſtentibus in materia quòd fiat in tempore,eſt ex natura motus.7.phyſi.cõmen.35.

Motus exiſtit ut uita,omnibus natura ſubſiſtentibus.8.phy.tex.com̃ primi conſimile in principio libri meteo.

Motum eſſe oẽs affirmant de natura aliquid dicentes.8.phy.tex.com̃.primi.conſimile primo phy.tex.cõ.11.

Motus principiũ de oĩbus mobilibus eſt ſicut aĩa de rebus uiuis.8.phyſi.com̃.primo.uide.2.cœli.tex.cõ.68.

Motus perſcrutatio an ſit antiquus uel nouus, non ſolum eſt neceſſaria ad eſſe primi motoris:uerum etiam ad cognitionem mundi utrum ſit æternus uel nouus.8.phy.t.c.primi.

Motus diffinitio non ē inducta ab Ariſt.in principio.8.phy.ad demonſtrandum ꝙ ante oẽm motum ſit motus,ut credidit Alpharabius,& alij.8.phyſi.cõ.1.& cõ.4.

Motus primus ſecundum opinionem Ariſt.non habet alium motum continentem ipſum.ibidem.

Motibus particularibus quos cõtinet motus uniuerſalis, nõ competit continuatio, & æternitas primò & eſſentialiter. 8. phyſi. cõmen. primo.

Mobile eſſe prius in tempore motu, intellgitur duobus modis: primus eſt ut mobile ſit alterius ſpẽi, à ſpecie moti ĩ qua eſt ipſe motus: ſecundus eſt ut ſit idem numero mobile in potentia cum moto in actu. 8. phyſi. c. 4.

Motui nouo in quãtum nouus eſt, & non inquantũ motus eſt cõpetit, ut potentia tp̃e ſit ante actum. 8. phyſi. cõ. 4.

Motus diffinitio in principio. 8. phy. fuit inducta ad oſtendẽdum ꝙ motus eſt in moto, contra Auẽpacẽ, & Alpharabiũ. 8. phyſi. cõ. 4. idem etiam ibidem cõm. primo.

Motor non mouet aliquid mobile in aliquo tempore, & non antè, niſi quia non habebat diſpoſitionem antè per quam poterat mouere, & cum perfecta eſt illa diſpoſitio incipit mouere: & iſta diſpoſitio aut eſt in motore, aut in moto, aut in utroq;. 8. phyſi. cõm. 6. & 15.

Motus ante quem eſt motus non eſt primus tempore, neq; ſecundum naturam. 8. phyſi. cõmen. 7.

Motus gñationis non eſt primus motus temporalis, quia generatio non eſt motus, ſed finis motus. 8. phyſi. cõ. 7.

Motus primus dicitur eſſe æternus. 8. phyſi. cõ. 7.

Mouentium quædam mouent duobus motibus contrarijs, ut ſunt uirtutes comprehenſiuæ: quædam uerò mouent uno motu tantum, & ſunt quæcunque mouent per uirtutes naturales. 8. phyſic. tex. cõmen. 8. idem. 8. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 2.

Motor & motum ſunt in capꝉo ad aliquid. 8. phyſi. tex. c. 9.

Motus omnes reducuntur ad motum localem, & hoc apparet ſenſui. 8. phyſi. cõmen. 9.

Motus ita ſe habet ꝙ oẽ diuidens motum neceſſe eſt, ut ante ip̃m ſit motus, & poſt ip̃m ſit motus. 8. phy. cõm. 11.

Mobile & id q̃d mouetur, non ſimul quieſcit, ut q̃d cõburit & quod combuſtibile eſt. 8. phyſi. tex cõm. 11.

Mouens eſt duobus modis ſine appetitu & deſiderio, & dicitur hoc mouere naturale: & mouens à quo procedit uoluntas, & appetitus ad mouendum, & dicitur motio uoluntaria. 8. phyſi. cõm. 15. uide in concordantijs.

Mouere quod ſequitur uolũtatem nouam à uolente eſt nouũ neceſſario, ſed mouere quod ſequit̃ uolũtatem antiquam, eſt æternum neceſſario. 8. phyſi. cõm. 15.

Motus eſt ex contrario in contrarium, & ſi non, motus eſſet ſup̃fluus & ocioſius, uidelicet ſi illud ex quo eſt motus, fuerit idem cum eo ad quod eſt motus. 8. phyſi. cõ. 16.

Mota ab extrinſeco ꝙ quandoq; moueant̃, & quãdoq; quieſcant, cauſa eſt uel abſentia motoris, aut diſtantia eius, aut præſentia impedimenti. 8. phyſi. cõm. 19.

Motu poſito ꝙ ſit notius ſecundum genus, non poteſt reſpõderi ad quæſtionem quærentem, cur aliquid incipit moueri. 8. phyſi. cõmen. 19.

Mobilium quædam ſemper mouentur ſine ceſſatione, ut corpora cœleſtia: q̃dam ſemp̃ qeſcũt, ut terra ſupra q̃ mouent̃ corpora cœleſtia: q̃dam uerò mouentur quandoq;, & quieſcunt quãdoq;, & ſunt quæcũq; ſunt infra cœlum, & ſupra terram. 8. phyſi. cõmen. 19.

Motus nomen eſt æquiuocũ. 8. phy. cõ. 20. & 3. phy. cõ. 4.

Motum ex ſe non inuenitur niſi in motu locali: in cæteris autem motibus motor eſt extrinſecus. 8. phy. cõm. 20. & 60. & 2. phyſi. cõmen. 1. & 2. de anima. cõm. 50. & 4. cœli. cõ. 24. uide in concordantijs.

Motus ſcientia non perficitur niſi ſciatur quomodo eſt curſus de hoc in omnibus partibus mundi, uidelicet de diſpoſitione motus. 8. phyſi. cõmen. 21.

Motus & quies in entibus naturalibus poſſunt inueniri ſm̃ quinq; aut ſeptem diſpoſitiones. 8. phyſi. tex. cõ. 21. & illarum ſeptem diuiſionum ſemper tres ſunt falſæ manifeſtæ, & quatuor ignotæ. ibidem Cõmenta.

Motor primus non dicitur quieſcere niſi æquiuocè. 8. phyſi. cõ. 21. uide conſimile de motu eius. 8. phyſi. cõ. 40.

Motus ita ſe habet, ꝙ qui dubitat de motu, dubitat de principio motus: & qui dubitat de principio, dubitat de omnibus entibus. 8. phyſi. cõmen. 22.

Motus & quies cùm ponãtur in diffinitione naturę, ideo ponere motum eſſe & quietem eſſe eſt fundamentum naturale, & naturalis non habet propoſitiones per quas poſſit cõtradicere negantibus alterum iſtorum. 8. phyſi. cõmen. 23. & 1. phyſi. tex. cõmen. 11.

Motus termini diuiſibiles ſunt, non tamen eadem ratione. 6. phyſi. tex. cõmen. 37. Nam quantum per ſe, quale uerò p̃ accidens diuiſibile eſt.

Motus eſt notior apud nos qete: quies enim eſt priuatio motus, & motus eſt habitus: ideo dicere oĩa moueri eſt ſufficiẽtius q̃ omnia quieſcere. 8. phyſi. cõm. 23.

Motus augmenti & alterationis exiſtimãtur ꝙ ſunt continui, ſed continuatio eorum latet ſenſum. 8. phy. cõ. 23.

Motus diuiſio quæ declarata eſt in. 6. phyſi. eſt in potentia, & eſt infinita: ſed diuiſio de qua Ariſto. loquitur in. 8. phy. eſt diuiſio in actu, & talis eſt finita neceſſario. Auer. 8. phyſi. cõmen. 23. Pro quo aduerte ꝙ in. 6. phyſi. Ariſt. conſiderauit tranſmutationem & motum, ut ſunt in tempore ſecũdũ uniuerſalem conſideratione: et ſic ibi dixit ꝙ tranſmutatio diuiditur in infinitum, ſicut & tempus. Sed in. 8. phy. Ariſt. limitatius loquitur de tranſmutatione & motu, uidelicet ut concernunt quale, & quantũ, & ubi, et ut ſunt ab agente finitæ uirtutis: & in tali conſideratione non itur in infinitũ.

Motus diuiditur dupliciter, & ſecundũ tempus, & ſecũdum mobilis diuiſionem. 6. phyſi. tex. cõm. 33.

Motus continuus in reiueritate non eſt niſi motus localis, quia eſt uelociſſimus motuum. 8. phyſic. commen. 23. uide in concordantijs.

Moueri uiolenter ab aliquo loco nõ competit alicui, niſi qes in illo loco fuerit ei naturalis. 8. phy. cõm. 24.

Moueri quædam apparent in rei ueritate, & iudicat ſenſus præciſè eas moueri in rei ueritate: propter cõgregationem quinque ſenſuum in teſtimonio ẽ contrario ei quod apparet uiſui, ꝙ aliqua apparent moueri, quæ non mouentur. 8. phyſi. cõmen. 26.

Motus intentio per quam proceſſit Ariſt. in declarando motum æternum eſſe in ſeptimo, eſt diminuta: & ideo Ariſto. iterauit ipſam in. 8. phy. cõ. 27. idem ibidem cõm. 33. & 7. phyſi. cõ. 2. uide clariſſime de hoc. 8. phyſi. cõ. 28.

Mouens & motũ ſunt duobus modis, per ſe, & per accñs. 8. phyſi. tex. cõ. 27. & in principio. 5. phy. idem habetur.

Motor & motum per accidens ſunt duobus modis principaliter & ſecundario, & tale eſt quod mouet aut mouetur per ſuam partem. 8. phyſi. cõm. 27.

Motum per accidens eſt duobus modis: modo quo impoſſibile eſt ut moueatur per ſe, ut anima in corpore: & mõ quo poſſibile eſt ut per ſe moueatur, ut ſedentes in naui. 8. phy. cõm. 27. & 4. phyſi. cõ. 32. & 5. phyſi. cõm. 1.

Motum per accidens uniuerſaliter eſt omne illud quod mouetur, quia eſt in moto. ibidem.

Mota ex ſe quædam mouentur ex ſe, ideſt per principium intrinſecum exiſtens in eis, ut habentia animas: quædam uerò ab aliquo extrinſeco, ut inanimata. 8. phyſi. tex. cõm. 27. Vbi expreſſe uidetur ex illa deciſione, & ex proceſſu Philoſophi in. 8. phyſi. corpora ſimplicia numerari inter ea, quæ mouentur ab extrinſeco: cuius oppoſitum tamen Cõmentator ſcribit in infinitis locis. uide in concordantijs. *Nota de motu grauiũ & leuium.*

Motum ex ſe mouet̃ naturaliter, quia omne tale mouetur per principium quod eſt extrinſecum, & tale eſt natura: quia dictum eſt in diffinitione naturæ ꝙ eſt principium exiſtens in eo ꝙ mouetur. etc. 8. phyſi. cõ. & tex. 27.

Motum quodlibet quod mouetur in principio exiſtẽte in ipſo, mouetur naturaliter. 8. phyſi. cõm. 27.

Motus animalis quando aĩa mouet corpus ad illam partẽ, ad quam mouet̃ corpus per dñium eĩ ꝉti dominantis, in eo eſt naturalis ex parte animæ & ex parte corporis: ſed quãdo mouetur ẽ contrario, tũc motus corporis ab anima erit non naturalis. 8. phy. tex. cõmen. 27. & in. 2. capꝉo libri de ſubſtantia orbis.

Mota tam ex ſe quàm ab alio dupliciter moueri poſſunt, naturaliter, & extra naturam. 8. phyſi. tex. cõm. 27. ¶ Nota tamen quòd mota ex ſe corruptibilia poſſunt cadere ſub illa diuiſione, non æterna.

Motus corporis cœleſtis eſt ſimpliciter naturalis, uidelicet tam ex parte animæ q̃ ex parte corporis. 8. phyſic. cõmen. 27. Motus autem animalis quidam eſſe poteſt uiolentus ex parte corporis, qui tamẽ animali eſt naturalis, ut ſaltus, ut dicit Themiſtius hĩc.

Motum habere motorem dubium eſt ꝓpter corpora ſimplicia. 7. phy. cõ. 28. & 2. phy. cõ. 3. & 7. phy. cõm. 2.

Mota uiolenter manifeſtè mouentur ab alio. 8. phy. t. c. 28.

Mota per declinationem dicuntur quæ mouentur per grauitatem & leuitatem. Cõmenta. 8. phy. cõm. 28.

Mota per ſe ſunt tribus modis, in motum uiolenter, & in motum naturaliter: & quæ naturaliter mouentur ſunt duo, aut habentia animas, aut quæ mouentur per declinationem. 8. phyſi. cõmen. 28.

Motorem eſſe diſtinctũ à motu prius, hoc eſt & magis manifeſtum in his quæ mouentur uiolenter, deinde in animalibus. 8. phyſi. tex. cõmen. 28.

Motor in animalibus eſt anima, & motũ eſt corpus, & hoc non latet aliquem. ibidem.

Motorem in animalibus eſſe diſtinctum à moto ſm̃ diffinitionem, eſt manifeſtum per ſe. ibidem.

Motoris alietas non apparet in corporibus ſimplicibus à moto, ſicut apparet in habentibus animas: imo in eis non eſt alietas omnino. 8. phyſi. cõ. 28. uide in concordantijs.

Moueri ipſa à ſeipſis uidetur animalis & animatorum proprium, & facere ſtare poſſe ipſa ſecundum ſeipſa. 8. phyſic. tex. cõmen. 29. & tex. cõmen. 17.

Mobile quod ex ſe poteſt moueri, ex ſe poteſt quieſcere. 8. phyſic. 29.

Mobile quod mouetur ex ſe, irrationabile eſt ponere ipſum tantum uno motu moueri. 8. phyſi. tex. cõm. 29.

Motor debet diſtingui à moto, aut ſecundum diffinitionem & eſſe, ut inanimata quæ mouent̃ à motore extrinſeco, aut ſecundum diffinitionem tantum, & non ſecundum eſſe, ut eſt diſpoſitio in habentibus animas. Anima enim quæ mouet corpus, eſt diſtincta à corpore ſecũdum diffinitionem, ſed non ſecundum eſſe: quia impoſſibile eſt animam eſſe ſine corpore, niſi æquiuoce. 8. phyſi. cõmen. 30. ¶ Ex quo patet contra Scotum & ſequaces, ꝙ non eſt aliud eſſe materiæ, & aliud eſſe formæ: tunc enim dictum Cõmentatoris de animatis falſum eſſet, & etiam dictum Ariſt. in. 2. phyſi. tex. cõmen. 12. ubi habet quod forma eſt natura non ſeparabilis eius, niſi ſecundum rationem. Et etiam præcipuum fundamentum apud Peripateticos eſt, ꝙ non debent pluríficari entia ſine neceſſitate. Cùm igitur ponẽdo unum eſſe ſeu exiſtere eſſe reſpectu formæ, materiæ, & compoſiti, diuerſimodè tamen ſufficiat, ut alibi probandum eſt. Non oportet igitur ponere tria eẽ: ſi forma enim haberet eſſe diſtinctione ab ipſa materia, et ab ipſo cõpoſito, accideret ipſam per ſe extra materiam poſſe terminare generationem, ut patet intelligenti. *Cõtra Sco.*

Motum ex ſe diuiditur in motorem in actu, & in rem motã in actu. Cõmen. 8. phy. cõ. 30. uide in concordantijs.

Mouentur animalium corpora ſaltando cõtra naturam: his enim cùm glebulenta grauiaq; ſint, ſaltus naturalis eſſe nõ poteſt, tametſi animalium corpora ſaltãdo contra naturam mouentur: ipſa tamen animalia non dicuntur moueri contra naturam, quia eius quoq; principium intra ſe poſſidẽt: corpora uerò, quia talis motus neq; in eo ꝙ corpora, neque in eo quod grauia conuenit, contra naturam moueri probantur. Themiſtius. 8. phyſi. 27.

Mouere ſe non poteſt aliquod cõtinuum, ſecundum ꝙ eſt cõtinuũ. 8. phyſi. tex. cõmen. 30. & primo de generatione tex. cõmen. 78. & 4. phyſi. tex. cõmen. 48.

Mouentium quædam mouent per naturam, quædam uerò per uiolentiam. 8. phyſi. tex. cõmen. 31.

Mouetur multotiens aliquid ad qualitatem eſſentialiter, & ſequitur per accidens illud quantitas: ſicut quando aqua mouet aerem ad frigus, & fortè etiam mouetur aliqaid ad quãtitatem eſſentialiter: & ſequitur illud qualitas per accidẽs, ſicut id ex quo nutritur animal. 8. phyſi. cõm. 31. conſimile in primo cap. de ſubſtãtia orbis. ¶ Rationem autem huius aſſignat Cõmentator, quia unum agens per ſe non habet naturam niſi largiendi motum tantum: & ideo ſi ab aliquo agente procedunt duo, oportet ꝙ unum illorum ſit per ſe ab illo agente, aliud uerò per accidens. uide in Theorematibus de hoc.

Motus corporum naturalium in loco eſt ab eo ꝙ generat ipſa, ſicut eſt de alijs accidentibus. 8. phyſi. tex. cõmen. 31. & 32. uide quomodo ſit intelligendum. commen. 28. tertij de cœlo & mundo.

Motum ab extrinſeco apparet in primo aſpectu ꝙ moueat̃ uiolenter. 8. phyſi. cõmen. 31. ¶ Non cõſiderauerunt hoc ponentes intelligentiam dare eſſe formaliter orbi, ꝓpter hoc argumentum quod reptant Achilles. Arguunt enim ꝙ motus cœli aut eſt ab intrinſeco, & ſic habetur intentum ꝙ intelligẽtia ſit forma dans eſſe: aut ab extrinſeco, & tunc motus ille eſt uiolentus, quia ut dicũt, omnis motus ab extrinſeco eſt motus uiolentus: & eſt aliquis eorũ de qbus Ariſt. egit in. 7. phyſi. tex. cõmen. 10. & iſtam aſſerunt fuiſſe mẽtem Auer. ¶ Sed uideant quæſo ꝙ fundamentum ſuum eſt fragile: nam hoc, ut aſſerit Cõmenta. uidetur in primo aſpectu quod non eſt uniuerſaliter uerum, ꝙ omne motum ab extrinſeco ſit motum uiolenter. Vnde ad pauca reſpiciẽtes de facile enuntiant, ut dicitur in primo de genera. & corru. tex cõmen. 7. Patet enim de intentione Philoſophi, motum elementorum de potentia eſſentiali & etiã accidentali, eſſe ab extrinſeco: ut concluditur per ipſum ibi in tex cõmẽ. 32. & in. 4. cœli tex. cõ. 25. Nam ut ſcribit Cõmenta. 8. phyſi. motus elementorum enumeratur inter motus qui fiunt ab extrinſeco, qa talia non mouent̃ ex ſeſe, niſi prius moueat̃ ab alijs. Item quia Ariſt. in. 8. phy. motũ per ſe deſcripſit p̃ habere principium mouẽdi & quieſcendi facere ſeipſum, tale autem eſt animalium & animatorum proprium, ut patet. 8. phyſic. tex. cõmen. 29. 17. & 50. & Plato in Phædro inueſtigat differẽtiam inter animata & inanimata, per hoc ꝙ animata in ſeipſis habent principium motus, ſed inanimata mouentur ab extrinſeco: & in libro de legibus, quod intrinſecus mouetur hoc uiuere dicimus: quod & Ariſt. in 2. de anima etiam confirmare uidetur in tex. cõm. 13. Iſta etiam eſt ſententia Philoſophi in. 2. cœli. tex. cõmen. 9. Vide quæſo, & nota etiam ꝙ propoſitio illa Philoſophi in. 7. phyſi. tex. cõmen. 10. ꝙ motus ab extrinſeco eſt uiolentus, & eſt aut pulſio, aut expulſio, aut uertigo, aut attractio, aut uectio, ẽ uera de motore q̃ eſt corpus, ut limitat eã Them. in. 8. phy. in expoſitione tex. 79. ubi ait: Quicquid enim mouet ſi ſit corpus, aut pellendo, aut trahendo, aut uehẽdo, aut torquendo mouet: imo etiam in motore corporeo uniuerſaliter non eſt uera: ut dicit Cõmenta. 3. cœli. cõmẽ. 20. ut notaui ſuprà, ſicut bene notaui in cõtradictionibus. 8. phy. in additionibus nuper æditis: & tamen motus elementorũ non dicitur uiolentus illo modo. Amplius autem nec in motoribus corporeis uniuerſaliter locũ habet illa propoſitio ſecũdum uiam Peripateticorum. Nam certum eſt ꝙ motus ignis à cœlo in propria ſphæra non eſt motus uiolentus cũ ſit perpetuus, & tamen eſt à motore extrinſeco. Vnde Cõmenta. 3. cœli. cõmen. 20. limitans illam uulgatam propoſitionem, quæ in primo aſpectu uidetur eſſe uniuerſaliter uera, inquit: Violẽtia enim in rei ueritate eſt ut aliquod corpus moueat alterum corpus ab extrinſeco, ita ꝙ in natura illius corporis motoris non ſit, ut moueat illud quod ex eo mouetur ſemper, ſed in aliqua hora: unde motus corporũ quæ ſemper mouẽtur à motu primi corporis, ut eſt motus elementorum circularalis à motu cœli, non poſſumus dicere ꝙ ſit motus uiolẽtus cum ſemper ſit. etc. Si igitur in motoribus corporeis ſemper mouentibus motus ab extrinſeco non infert uiolentiam in motu, de neceſſitate multò minus ſequitur hoc in motoribus abſtractis per ſuam naturã ſemper mouentibus, unde Cõmenta. primo cœli cõm. 22. *Cõtra Pet. pompona.*

loquẽs de motu cœli inquit: Vnde apparet ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſit ſemper mobile per ſe niſi per principium extrinſecum non corporeum, neq; ut ſit uirtus in corpore. ¶ Ad argumentum autem eorum reſpondet formaliter Auer. in. 3. capl'o libri de ſubſtantia orbis; & mirum eſt quomodo iſti non animaduerterint hoc, inquit enim; Neceſſe eſt, ut hæc uirtus quæ nõ eſt neq; grauis neq; leuis ſit in corpore ſimplici, & ipſum non habere ſubiectum neq; contrarium, & ut ſit anima neceſſario nõ admixta materiæ, ſed anima corporis æterni; ita ut iſta aĩa non ſit abſtracta à corpore ſuo, & cum hoc ſeparata ab ipſo inquantum iſtud corpus non indiget ipſa, quia eſt permanẽs per ſe, ſicut eſt diſpoſitio de animalibus quæ ſunt cum uirtutibus naturalibus, & ut illa anima ſit in eo: nam omne motum ex ſe mouetur per uirtutem exiſtentem in eo. Vbi clariſſimè patet intelligentiam eſſe animam cœli, inquantum dat ſibi motum. unde ſic ex intelligentia & orbe ſit unum motum ex ſe, tanquã ex motore & moto, ut patet in principio libri de ſubſtãtia orbis. Principium enim mouens de rebus mobilibus eſt, ſicut anima de rebus uiuis, ut dicit Cõmenta. in principio. 8. phyſi. ſed non ſit unum ſicut ex forma informante per inhærentiam: nam cœlum cũm non ſit compoſitum ex ſe cõtrarijs, non indiget in ſuo eſſe forma informante, & continente ipſum ne fluat, ſicut ſunt corpora animalium corruptibiliũ: immo, ut aſſerit, cœlum eſt permanens per ſe, quia formaliter eſt ens æternum, & neceſſarium, licet habeat bene dependentiam ab intelligentia in ratione efficientis & finis, ut ſcribit Cõmentator in. 2. cap. de ſubſtantia orbis. Intelligentia igitur, ut eſt motor orbis dicitur motor cõiunctus & intrinſecus, ut autem habet exiſtentiam non dependentem ab orbe nec inhærentem orbi, ſic dicitur principium extrinſecum & ſeparatũ: ſeparata enim ſunt de genere entium exiſtentium per ſe, ut dicit Cõmenta. 7. metaphy. cõ. 48. & non de genere relatiuorum. Si autem intelligẽtia haberet eſſentiam informantem orbem, eſſet de numero formarum in relatione eſſentiali exiſtentium, ſicut eſt inter formam & formarum.

Motoris latentia in corporibus ſimplicibus eſt propter mixtionem potentiæ, quam habent accidentaliter cum potẽtia, quam habent eſſentialiter. 8. phyſi. cõmen. 32.

Motores corporum ſimpliciũ ſunt duo, motor eſſentialiter, & motor accidentaliter. 8. phyſi. tex. cõ. 32.

Motus de potentia eſſentiali ad hoc, ut exeat ad actum, indiget motore eſſentialiter: ſed motus de potentia accidentali ad hoc, ut deducatur ad actum, indiget motore per accidens. 8. phyſi. cõmen. 32.

Mouentium utrũq; mouere dicimus & ultimum & primũ, ſed magis primum; idem enim mouet ultimũ, ſed non hoc primum; & ſine primo ultimum nõ mouebit, illud aũt ſine hoc. 8. phyſi. tex. cõ. 33. conſimile ibidem tex. cõ. 38. Inde ſumpta eſt propoſitio uulgata authoris de cauſis, ꝙ cauſa prima plus influit in effectum q̃ cauſa ſecunda.

*An ſit prioritas naturæ ſine cauſalitate.*

Motor alter mouet per ſe, alter mouet per medium. 8. phy. tex. cõmen. 33.

Motor primus eſt prior motore medio, & ſecundum naturam, & ſecundum cauſam. 8. phyſi. cõ. 33. 38. & 39. Prioritatem naturæ in hoc loco innuit Cõmen. poſſe ſtare quandoq; ſine cauſalitate, quod credo ideo dictum fuiſſe ꝑpter prioritatem nobilitatis, quæ ab Ariſt. in prędicamentis appellatur prioritas naturę; tamẽ prioritas naturę ſtrictè ſumpta ſemper eſt cum aliqua cauſalitate.

Motum quodlibet neceſſe eſt habere motorem alium à ſe in eſſe. 8. phyſi. cõmen. 34. uide in concordantijs.

Motor inſtrumentalis non mouet ſine principali. 8. phyſic. tex. cõmen. 35.

Motor corporeus impoſſibile eſt, ut moueat in loco abſque hoc, ꝙ moueatur eſſentialiter. 8. phyſi. cõmen. 35.

Motus uenti eſt de numero motuum illorum quæ mouentur animaliter, cũm non moueantur niſi à generante: & ſimiliter eſt de motu ferri ad magnetem, ſuprà. uide etiam 7. phyſi. cõmen. 10.

Motum non eſſe impoſſibile eſt. 8. phyſi. tex. cõ. 36.

Motum poſtremum in mundo nihil mouet. aliter enim ꝓcederetur in infinitum. 8. phyſi. cõmen. 37.

Motor totius ſecundum ꝙ eſt primum mouens non ſolum debet eſſe prius, eo ꝙ eſt poſt ſolum ſecundum diffinitionem, uerũetiam ſecundum eſſe è contrario motori, qui exiſtit in motis ex ſe, quæ ſunt generabilia & corruptibilia. Et ideo neceſſe eſt, ut iſte motor ſit inſeparatus à moto, & non ſit motum omnino, & ſit ſeparatus à moto. Auer. ſententia in. 8. phyſi. cõ. 37. ¶ Ex quo patet quantum hallucinentur in uia eius, qui tenẽt primum motorem, & reliquas intelligẽtias dare eſſe formaliter orbibus: patet enim ꝙ in generabilibus ſecundũ ꝙ ſcribit Cõmentator in. 8. phyſi. nihil dicitur eſſe motũ, ex ſe niſi animalia. Elementa enim, ut ipſe dicit in cõmen. 27. non fuerunt poſita ab Ariſt. in illa diuiſione eorum quæ mouentur ex ſe, quia talia non mouentur ex ſe, niſi prius fuerint mota ab alijs: in animalibus autem motor, qui eſt anima, eſt prior corpore, & diſtinguit à corpore moto ſolum ſecundum diffinitionem, quia principium ſemper eſt prius materia, & mouẽs moto. 3. de anima. Tamen non diſtinguitur ſecundum eſſe, neq; eſt prior ſecundum eſſe: quia impoſſibile eſt, ut inquit, animam eſſe ſine corpore. Vnde Philoſophus etiam in. 2. de anima. tex. cõmen. 26. laudat antiquos quicũq; dixerũt animam neq; corpus eſſe, neq; ſine corpore eſſe: eſſe enim in corruptibilibus eſt ſecundum Peripateticos exiſtentia formæ in materia: & ideo nulla forma naturalis nec illa quæ uerè eſt anima, poteſt eſſe ſine corpore, ſed ſolum ſecũdum rationem eſt ſeparabilis: ut dicit Ariſt. in. 2. de auditu phyſico. tex. cõ. 12. ubi Cõmenta. exponit. i. ſecundum diffinitionem: alia enim eſt diffinitio formæ, & alia materiæ. Si igitur primus motor eſt prior moto non ſolum ſecundum diffinitionem, uerumetiam ſecundum eſſe: ſequitur ꝙ habet exiſtentiam ſeparatam ab orbe & non orbi inhærentem. Et ideo bene intulit, ꝙ neceſſe eſt ꝙ ſit ſeparatus à moto omnino, uidelicet tam ſecundum diffinitionem q̃ ſecundum eſſe: & poſtea repetit, & ut non ſit motum, & ſit ſeparatũ à moto. Et ꝙ iſta fuerit clariſſima Auer. ſententia, & Ariſt. ut ipſe gloſat ibi, patet ex uerbis ſequentibus, inquit enim adducendo cauſam illius dicti: Quoniam cũm fuerit aliquod compoſitum ex duobus oppoſitis, quorum utrunq; exiſtit per ſe, & alterum eorum reperitur ſeparatum à reliquo, neceſſe eſt, ut reliquum ſit ſeparatum. & dat exemplum, uerbi gratia: Si terra & aqua ſunt cõiuncta in mixto, & utraq; earũ exiſtit ꝑ ſe, uerbi gratia, ꝙ neutra eſt neceſſaria ĩ eſſe alterius, & aqua fuerit abſtracta in aliquo loco à terra: neceſſe eſt, ut terra etiam ſit abſtracta ab aqua in aliquo loco: ſunt enim duo extrema & medium. Cum igitur alterum extremorum fuerit, neceſſe eſt, ut aliud ſit: ſimiliter eſt de primo motore cum medijs, & poſtremo moto: media enim licet ſint plura, eandem habent naturam. ſ. illud ꝑ quod ſit motus: Sunt igitur in ſecundo ordine ſequente primum motorẽ, & motum eſt in tertio ordine. & poſtea addit: Si igitur non fuerit dictum, ꝙ primus motor non eſt exiſtens per ſe, non ſequitur ex hoc ꝙ poſtremum mouetur, & nõ mouet hoc ꝙ primum moueat & non moueat: & ideo addidit illis duobus proprijs, ꝙ primum & principium ſecundum ꝙ eſt principium, eſt ſeparatũ in eſſe non in diffinitione tantum. Quũ igitur fuerit poſitum ipſum eſſe ſeparatum in eſſe, cũm illis duobus proprijs moti uidelicet, & eius ꝑ quod ſit motus, declarabitur tunc tertium proprium quod eſt quæſitum in primo motore. Ex quibus uerbis clariſſimè patet, ꝙ fundamentum totius demonſtrationis ſecundum Auerro. ibi ad probandũ, ꝙ primus motor mouet & non mouetur, cõſiſtit in hoc puncto, ꝙ primus motor, inquãtum eſt primus motor, non ſolum præcedit mobile ſecundum diffinitionẽ, uerũetiam ſecundum eſſe in hoc intellectu, uidelicet ꝙ ſit per ſe exiſtens, & habens exiſtẽtiam ſeparatam ab orbe, & non inhærentem orbi, ſicut eſt de anima corruptibili cum corpore. Amplius Cõmenta. 8. phyſi. in principio com. 78. dicit, ꝙ in illo caplo Phs uult declarare, ꝙ primus motor nõ eſt

*Cõtra Ale. Achilli. & Pet. Põpo.*



eſt in materia, ſed eſt ſubſiſtens per ſe. Igitur non inhæret orbi per informationem, & per uitam meã hoc argumentũ demonſtrat contra illam imaginariam phantaſiam.

Motuum genera, quibus mouentur motores, ſunt finita. 8. phyſi. tex. cõmen. 38.

Motorem moueri illo modo motus quo mouet eſſentialiter, eſt impoſſibile ſiue cum medio, ſiue ſine medio. 8. phy. tex. cõ. 38. ſed illud impoſſibile, ut ſcribit Cõmenta. in cõmento, non bene apparet in loco, neq; in motu locali.

Motor ſi ad hoc ꝙ moueat eſt neceſſarium ꝙ moueatur, certè motorum qui habet iſtam diſpoſitionem in ſe, eſt dignior ut ſit motor, quàm ille qui habet iſtam diſpoſitionẽ ab alio. 8. phyſi. cõmen. 39.

Motum ex ſe eſt dignius ut ſit principium, quàm motũ ex alio: & in hoc quilibet homo conuenit nobiſcũ. 8. phyſic. tex. cõmen. 39.

Mobile quodlibet per ſe continuum eſt. octauo phyſic. tex. commen. 40. idem. 3. phyſico. tex. cõmen. 6. & 6. phyſico. tex. cõmen. 32.

Motus eſt actus mobilis imperfectus. 8. phyſi. tex. cõ. 40.

Molle eſt quod in ſeipſum eſt cedens, durum autem id quod non eſt cedens. 3. cœli. tex. cõmen. 11. & 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen 13.

Molle quidem humidum, durum uero ſiccum. 2. de generatione tex. cõmen. 13.

Molle & durum diffiniuntur ſeu terminãtur per relationem ad tactum. ex. 4. meteo. cõmen. 1. in digreſſione.

Molles res ſunt illæ in quibus profundatur digitus, & ſupficies earum remanent in diſpoſitione ſecundum quã non ſeparantur ſeu diſcontinuantur. ibidem. & in. 2. de generatione & corruptione tex. cõmen. 13.

Molle eſt quod cedit non è contrà, circumſtando. quarto meteororum. tex. commen. 30. & 2. de generatione & corruptione. tex. com̃. 13.

Momentum ſeu inſtans per ſe tantum temporis, motus uerò per accidens. Them. 4. phyſi. ſuper. 107.

Montes ſunt loca conuenientia generationi fluuiorum, & uide cãuſam iſtius. 1. meteo. cap. 5.

Mors eſt cõtraria uitæ, & cauſa mortis nihil aliud eſt niſi frigiditas & ſiccitas, & ideo cauſa uitę eſt caliditas & humiditas. ex libro de longitudine & breuitate uitæ.

Mors ſecũdum metaphorã dicitur finis, quia ambo ultima. 5. meta. tex. cõmẽ. 21. in cap. de perfecto. ¶ Ex quo patet q̃ Ariſto. iniuſtè uidetur dãnare Homerum in. 2. phyſic. tex. cõmen. 23. ubi dicit ridiculè Poetam compulſum ad hanc ſententiam afferendam.

Extremum ob quod natus erat, fatumq; petiuit.

nam licet Poetis loqui metaphoricè, etſi Phis non liceat.

Mortuus magis dicitur habere carnem autos, quàm manum aut brachium. primo de generatione & corruptione tex. commen. 37.

Mortuum non dicitur niſi animal, quod caret uita, non principio ſenſus & motus. primo de anima. cõmen. ultimo. & 2. de anima. cõmen. 16. & 37.

Motus eſt alienior à natura animæ, q̃ quies. 1. de anima. tex. com̃. 49. uide in contradictionibus nuper æditis.

Motor quilibet, qui indiget pluribus motibus ad motionem ſtellæ, proculdubio eſt ſibi quodammodo imperfectior, reſpectu illius qui indiget paucioribus motibus. tracta. 4. in paraphraſi meta. col. 11.

Motus æternitas demonſtratur ab Auerroe ſuccinctè ex rationibus octaui phyſic. in paraphraſi metaphyſic. tract. 4. col. prima & ſecunda.

Motus cœli non eſt à ſenſu neq; à phantaſia, ſed eſt à deſiderio proueniente ex conceptu intellectiuo. tractatu. 4. in paraphraſi metaphyſi. col. 3.

Motus corporum cœleſtium ſunt triginta octo, ut eſt famoſum apud mathematicæ aſtrologiæq; profeſſores. ex tractatu. 4. ibidem. colũ. 4. & ibidem uide, quia dicit in col. 5. Quòd ſi ponamus quòd unuſquiſq; iſtorũ orbium habet motum proprium, tunc numerus motorum perueniet ad quadraginta quinque, quod primo aſpectu uidetur eſſe opinio Ariſtote. ſed Alexander dicit oppoſitum in ſuo libro de principijs uniuerſi, & ibi uide pulchram inquiſitionem circa hoc.

Motor qui mouet motu diurno, eſt nobilior omnibus alijs: cũm ipſi moueantur quodãmodo per accidens ab ipſo, & ipſe non moueatur ab ipſis. in paraphraſi metaphyſi. trac. 4. col. 7. uide quomodo alij per accidens quodãmodo mouentur. 8. phyſi. cõmen. 52.

Motores uniuſcuiuſq; planetæ ſunt propter motorem planetæ, quia omnes motus eius ſunt propter motum planetæ; & motores ſeptem planetarum ſunt cauſati à motore magni orbis. ex paraphraſi meta. tracta. 4. col. 8. & 12. meta. cõmen. 44. idem habetur.

Motus unius prouenit ab una natura, & una natura eſt principium unius motus. 1. cœli. tex. com̃. 7. & 8.

Motus ignis & aeris, ſimiliter motus aquæ & terræ, differunt ſpecie, propter diuerſitatem ſuorum locorum ſecundum ſpeciem. Commenta. primo cœli. commen. 8. contra Ioan. Grammaticum.

Motus lapidis molendini, ut dictum eſt in ſecundo de phyſico auditu, habet duos motus præter naturam, uidelicet motum ſurſum, qui eſt contrarius ueraci & motum circularem, qui eſt quaſi medium inter duos motus. primo cœli. cõmen. 10. ¶ Credo literam eſſe corruptam, deberiq; legi, in. 5. de phyſico auditu, quia ibi agitur de contrarietate motus: & hoc fortè dixit in ſua media expoſitione, uel ĩ paraphraſi. nam in cõmento magno librorum phyſic. nullibi inuenitur iſta authoritas.

Motus circularis ignis, aeris, & aquę, dicitur æquiuocè quòd ſit circularis, primo cœli. cõmen. 10. & ratio eſt, ut inquit Cõmen. quia non eſt ſimplex neq; circularis. Simplex autem non eſt, quia in cõmen. 14. eiuſdem primi inquit. Motus ignis & aeris in circuitu eſt compoſitus ex moto recto, & ex motu in circuitu. Ideo autem non eſt circularis, quia motus circularis ex diffinitione ſua eſt, qui eſt circa medium mundi, quod ſoli motui cœleſti competit, ut ſtatuit commen. 5.

Moueri circulariter ſecundum naturã nihil poteſt, niſi ſphæra. ibidem. 1. cœli. com. 10.

Motus prior eſt corporis prioris. 1. cœli. tex. cõ. 12.

Motus ſimplex quidam eſt ſecundum naturam, quidam præter naturam. 1. cœli. tex. cõmen. 14.

Motus ſimplex qui alteri ineſt præter naturam, alteri ineſt ſecundum naturam. ibidem. & infrà tex. cõ. 18.

Motus circularis nulli ineſt accidentaliter. ideſt præter naturam, niſi ſummatur accidentaliter, ut eſt oppoſitum eſſentiali. 1. cœli. cõmẽ. 14. idem ſcribit in paraphraſi in ſumma. 4. ubi habetur. Motus enim circularis iuxta naturæ ordinem, nõ niſi ſphærico corpori ineſſe potuit: accidẽtaliter autem ſecundum ue rerum euentum, nil prohibet huic corpori non ſphærico, ut igni aeriq; competere.

Motus unus ſpecie non eſt niſi unius corpori ſecundum ſpeciem. 1. cœli. cõmento. 18. idem ibidem cõmento. 8. contra Ioannem Grammaticum.

Motus rectus differt ſpecie à motu circulari: & ideo ſi motus circularis haberet contrarium dignius, eſſet ſibi contrarius motus rectus, quàm motus circularis. primo cœli. tex. cõmen. 24.

Motus recti ſunt contrarij adinuicem propter loca. primo cœli. tex. cõmen. 26. & 30.

Motus contrarij ſuper ſemicirculo non ſunt contrarij, inquãtum ſunt in circumferentia circuli duo puncta: ſed inquantum ſunt extrema lineæ rectæ, ſeu extrema diametri. primo cœli. tex. cõmen. 28.

Motus unus eſt, quia id quod fertur, unum eſt non ſimpliciter, ſed in eo quod fertur. 4. phyſico. tex. cõmen. 105. uide Themiſtium ibi, & Simplicium.

Motus circulares ſi eſſent contrarij eſſent ſuper eoſdẽ polos, & ſuper idem centrum. 1. cœli. cõmen. 32.

Motus circularis non habet contrarium, non inquãtum eſt

in corpore mathematico,ſed inquantum eſt in corpore naturali.1.cœli.cōmen.32.

Motus circularis eſt ab eodem in idem.1.cœli.tex.cōmen. 30.& tex.cōmen.100.

Motum quodlibet ſecundum rectitudinem nō mouetur niſi ad aliquid,ad quod cùm ꝑuenerit quieſcit, niſi motus eius eſſet ocioſus,& hoc uidetur nobis naturaliter eſſe motum. primo cœli.cōmen.58.

Motus aut eſt ſcd̄m naturam,aut uiolentia.1.cœli.tex.cō.62. idem ibidem.tex.com̄.76.uide in concordantijs.

Motus uiolentus non differt à motu naturali niſi ſecundum modum tātum:motus enim in aere ſi fuerit ad ſuperius eſt uiolentus,ſi ad inferius,eſt naturalis.primo cœli.com̄.62. uide ibidem in cōmen.70.

Motus infiniti utilitas eſt continuatio & perpetuitas eſſendi. 1.cœli.cōmē.6.idem.1.de genera.& corrup.tex.cō.56.& 12.meta.tex.cōmen.33.&.8.phyſi.tex.cōmē.53.& in principio libri meteororum.

Motus quàm uni corpori eſt uiolētus ex ſimplicibus,oportet quòd ſibi contrarius ſit eidem naturalis. primo cœli. tex.cōmen.76.

Motuum diuerſitas in corporibus eſt propter diuerſitatē formarum ſubſtantialium,non propter diuerſitatem in relatione aut quantitate,neq; in alio prædicamento.1.cœli.cō. 81.idem ibidem.cōmen.5.

Motus elementorum non eſt ſecundum attractionem, neq; ſecundum expulſionem,neq; ſecundum impulſionē.1.cœli.cō.81.&.89 &.3.cœli.cō.28.& alibi infinities.

Motus eorum quæ ſunt eiuſdem ſpeciei ad unum locum numero eſt.1.cœli.tex.cōmen.82.

Motu naturali carens,caret etiam motu uiolento.1.cœli.cō. 82.idem.3 cœli.tex.cō.18.&.19.&.cō.25.

Motus termini ſpeciei differunt.1.cœli.tex.cō.86.

Motus localis inuenire contrarium eſt magis occultum q̄ in alteratione.primo cœli.cōmen.36.idem.5 phyſi.cōmē. 9.&.8.phyſi.cōmen.16.

Motus circularis quodammō habet cōtrarietatem reſpectu diametri,quapꝑ ſtella in uno extremo dicit̄ aſcendens,& in alio deſcendens.1.cœli tex.cō.87.&.28.

Motus el'ntorum in ſua actione non uariat̄ ex diſtantia, aut ꝓpinquitate ad ſua loca naturalia:nō ſecùs enim mouent̄ ad propinquū q̄ ad remotum, eo ꝙ cauſa illorum motus nihil eſt penitus quàm forma eorum naturalis.primo cœli Cōmentator.in paraphraſi,in ſumma.8.cap.3.& habetur tex ex.cōmen.91.

Motus ſine phyſico corpore non eſt.1.cœli.tex. cōmen.99. ¶Ex quo patet ꝙ idem eſt ens mobile.& corpus mobile phyſicè loquendo,& non fuit ens mobile poſitum in diffinitione motus,quæ data fuit in.3.phyſic,tanquam aliquid generalius q̄ ſit corpus mobile, ſicut quidam aſſeruerunt: quia materia eſt ens mobile motu generationis, & tamen non eſt corpus mobile.¶Sed uideant quæſo iſti cōmentū. 21.5.phyſi.ubi uult Cōmenta.ꝙ intentio Ariſt.in.5.eſt demonſtrare ꝙ diffinitio motus data.in.3. phyſicorum.uerē non competit niſi motui,qui eſt in tribus prædicamentis: & ꝙ generatio & corruptio,quæ ſunt in prædicamēto ſubſtantiæ,non ſunt motus niſi æquiuocè.In.5.enim phy.diſtinxit Ariſt.inter motum & mutationem,q̄d non fecit in tertio,nec etiam in quarto phyſi.ut patet in trac.de tempore,ubi,in tex.cō.97.aſſerit;Nihil autem differat nobis in p̄ſentia dicere motum aut mutationē.& Cōmen.in.6.phy. cō.32.ſcribit,ꝙ omne tranſmutabile in diuiſibili tranſmutatione,eſt etiam tranſmutabile in tempore, quia tranſmutatio eſt finis motus,& finis non poteſt ſeparari à re cuius eſt finis.dicit etiam Ariſt.in principio libri de generatione & corruptione:Quòd ſi alteratio eſt impoſſibilis, generatio etiam eſt impoſſibilis.

Motuum ęternorum quidam ſunt generantes entia, & quidam conſeruantes.2.cœli.cōmen.2.uide pro hoc in.2.de geneatione & corruptione.tex.cōmen.56.& in.12.meta. tex.cōmen.33.

Motus cœli nō eſt nālis,ſicut motus el'ntorum.2.cœli.cō.3. & redditur ratio,quia tunc eſſet generabile & corrup.

Mobilia quorum formæ ſunt in materia,nō ſunt infinita,nec in uigore, nec in duratione. Commentator primo cœli. in paraphraſi in fine.

Mobilia, quorum formæ ſunt ſeparatæ à materia, non habent infinitatem uigoris,quia finitas uigoris neceſſario ſequitur naturam mobilis ex parte qua corpus eſt,& habens finitam magnitudinem.Hoc enim demōſtratum eſt in primo cœli. in tractatu de infinito, quòd omne corpus, ſiue rotundum,ſiue rectum,finitum eſt & finitam habens uirtutem.idem ibidem.

Mobile quodlibet per ſe ex forma & ſubiecto conficitur.Cōmenta.in paraphraſi primi de cœlo i ſine.Vnde in uia eius cœlum,ut eſt animatum & compoſitū ex duabus naturis, rectius dicitur eſſe compoſitum ex forma & ſubiecto,q̄ ex materia & forma,quia ſecunda compoſitio eſt generabilibus & corruptibilibus propria,de qua Ariſto.egit in.1.de phyſico auditu,ut gloſat ipſe in præſenti loco.

Mobilium quædā habent formam in materia, q̄dam uerò ita ſe habēt,ꝙ formæ eorum nullam ꝑmanentiæ uim ſumunt à ſuo mobili.1.cœli.in paraphraſi in fine.

Motuum diuerſitas oſtendit in rebus animatis diuerſitatem principiorum mouentium.2.cœli.cōmen.13.& in primo cœli.cōmen.5.&.81.

Motus ſupra terram eſt nobilior motu ſub terra, & ideo motus cœli ſub terra eſt propter motum, qui fit ſupra terram. 2.cœli commen.13.idem in paraphraſi ſumma ſecunda, quæſito primo.

Motus cœli licet non habet principium temporale,habet tamen principium in magnitudine: quia aliud eſt principiū temporis,& aliud eſt principium magnitudinis.2.cœli.cō. 13.& habetur ex textu.

Motuum multitudo duplici uia inueſtigari pōt.2.cœ.cō.17.

Mobile quodlibet mouetur circa aliquod quieſcens.2.cœli. tex.cōmen.17.idem.8.phyſic.tex.cōmen.84.primo cœli.97.&.3.de anima.55.

Motus cœli eſt motuum uelociſſimus.2.cœli.tex.com̄.27. &.10.meta.tex.cōmen.3.&.4.

Motus corporum cœleſtium non ſunt contrarij,ſicut motus el'ntorum:quorū motus ſunt contrarij,quia formæ eorum ſunt contrariæ.2.cœli.cō.33.uide in concordantijs.

Motus quilibet irregularis intēſionem habet, & remiſſionē, & uirtutem.2.cœli.tex.com̄.35.

Motus nālis intēdit̄ in fine.2.cœ.t.c.35.uide in cōcordātijs.

Motus uiolentus maximus eſt in principio.ibidem.

Motus proiectorum in medio intenditur.ibidem.

Motus circularis nō hn̄t principiū neq; finē neq; mediū.ibi.

Motus lenlab eſt ſm ꝙ reputo,quādo poli unius orbis mouentur ſuper polos alterius orbis,ſicut eſt motus ſolis cum motu diurno:accidit enim in ſuo motu ut moueatur ſuper lineam lelebiæ.2.cœli.cōmen.35.

Mobilia quędam uigorantur in fine motus propter maximū deſiderium ad finem ibidem.

Motus irregularis ꝓuenit aut ex parte motoris, aut ex parte mobilis,aut ex utroq;.2.cœli.tex.com̄.36.

Motor in aïali corruptibili mouet,quādoq; per partē inſtrumenti,& quandoq; per totum inſtrumentum.

Motor cœleſtis non mouet per inſtrumentum, ut declaratū eſt.2.cœli.cō.36. Vide pro hoc in.3.cap.de ſub̄a orbis, & in.12.primæ ph̄iæ.cō.36.ubi declaratum eſt ꝙ motor cœli mouet per intellectum & uoluntatem.

Motor primi eſt primus & nō corruptibilis,& ingeniti ingenitus & incorruptibilis,& ſimplicis ſimplex.2.cœ.t.c.36.

Motus nāles recti ſunt terminati duobus modis , & qa ſunt inter loca terminata, & quia habent uelocitatē terminatā: ſed motus circularis eſt terminatus ſolum,quia habet uelocitatē terminatā,quia nō eſt ab uno loco terminato ad aliū. 2.cœli.cōmē.38.Simplicius autem & Diuus Tho.referunt etiam primum modū terminationis motui circulari ratione unius reuolutionis.

Motus



Motus quilibet ſiue naturalis ſiue uoluntarius,habet uelocitatem terminatam,quia omnis motus habet motorem terminatum.2.cœli.cōmen.38.

Motores corporum cœleſtium differūt in potentia,& in eē: & cùm omnes moueant per infinitū, remanet ut non differant niſi propter diuerſitatem proportionis eorum,& unū quodq; quod mouetur.2.cœli.cōmen.38.

Motores corporum cœleſtium habent potētias finitas, quia ſi potentiæ eorum eſſent infinitæ in uigore mouendi, non eſſet ꝓportio inter motorem & rem motā,& nō eſſet differentia inter eos neq; multitudo,ꝙ ſi ita tunc motus ꝓueniret in inſtanti.2.cœli.cō.38.conſimile ibidē.cō.39.&.71. ¶Et ex iſtis locis,frater mi,ſcire potes,& etiam ex.8.phyſi. com̄.79.& ex.3.cap.de ſubſtantia orbis,quantū diſcedant à uia Auerrois,qui ad mentem eius tenuere Deum Benedictum eſſe infiniti uigoris.uide in concordantijs.

Motus natus eſt ignire & ligna,& lapides,& ferrum.2.cœli.tex.cōmen.42.

Motus corporū cœleſtiū eſt ex deſiderio rōnali: & ideo motus diurnus nō prohibet alios motus.ꝓhibitio enim fit uiolenter,& non eſt illic motus uiolentus oīno.2.cœli.cō.58. &.2.cœli.cō.3.idem.12.meta.cō.35.Cōtra mathematicos, qui ponūt primū mobile motu rapto moueř alias ſphęras.

Motus cœleſtes uariantur in uelocitate, ex fortitudine deſiderij.ibidem.cōmen.58.

Motum quodlibet in loco habens figuram terminatam eſt animatum neceſſario.2.cœli.cōmen.61.

Motus neceſſarij i orbibus adhuc nō ſunt demōſtrati.2.cœ. cō.62.eandē ſnīam imitat̄ Albertus cognomēto magnus.,

Motus cœli habet contrarietatem quæ eſt inter motorem,& rem motam tātum.2.cœli. cōmen.63.ſiue oppoſitionem ſiue quomodocunq; uolueris appellare.

Motus eſt nobilior quiete.2.cœli.com̄.66.

Motum quodlibet ſiue habuerit formam naturalē ſiue non, habet uelocitatem terminam: ſed appropriat̄ corporibus habentibus formam materialem, & motus eorum eſt abſciſſus.2.cœli.cōmen.71.&.78.

Motus uiolentus non intelligitur niſi in reſpectu naturalis. 2.cœli.tex.com̄.83.idem.1.cœli.tex.cō.14.

Motus remotio largitur grauitatem,frigiditatem, & quietē: & uicinitas largit̄ leuitatem,caliditatem, & motum.2.cœli.cōmen.94.&.102.

Motus naturalis eſt unus,& motus præter naturā ſunt plures.3.cœli.tex.cōmen.18.

Motus circularis elementorum,ut motus ignis à cœlo, non eſt uiolentus neq; naturalis.3.cœli.tex. cō.20.idem in.2. meteororum.cap.2.uide in concordantijs.

Motuum diuerſitas conſequit̄ diuerſitatem formarum.3.cœli.cōmen.23.idem.1.cœli.cōmen.5.

Motus fortis & motus debilis ſunt eiuſdem ſp̄ei,& nō differunt niſi ſecundum magis & minus.3.cœli.cō.25.

Motus lapidis proiecti ab aliquo deorſum eſt compoſitus aut quaſi compoſitus.3.cœli.tex.cōmen.28.

Motus lapidis proiecti ab aliquo ſurſum eſt ſimpliciter uiolētus.ibidem.¶Ex quo colligitur ꝙ motus uiolentus eſt duobus modis,uel ſimplex,uel compoſitus.

Motuum alij ſimplices, alij mixti.3.cœli tex.cōmen.35.& primo cœli tex.cōmen.7.

Motus quilibet eſt ex contrario terminato ad contrariū terminatum,ꝙ eſt perfectio illi.4.cœli.tex.cō.22.

Motus in ſimplicibus non habet niſi unā cām̄ ſimplicē.4. cœli.cō.22.contra Them.Secùs aūt eſt de motu in cōpoſitis:unde ſanitas in hoīe fit ex pluribus una cauſa.

Motus i loco differēter attribuit̄ el'ntis & aïalibus qa in aïalibus attribuit̄ ei ꝙ eſt in actu,ſed in el'ntis attribuit̄ ei quod eſt in potentia illud el'ntum.4.cœli.cō.21.&.24.&.25.

Motus localis in elementis ſimiliter ſe habet ſicut accidentia inſeparabilia à forma,quæ exiſtūt in re ſtatim cum ipſa forma ab agente.4.cœli.cōmen.22.&.8.phy.cōmen.32. &.3.cœli cōmen.28.

Mouens & motum in elementis non ſunt diſtincta in actu. 4.cœli.cōmen.22.idem.4.phyſi.cōmē.71.&.8.phyſi.30: &.3.cœli.cōmen.28.&.4.cœli.24.

Motor & motum in elemētis ſunt idem in ſubiecto, & differunt ſecundum modum:grauitas enim eſt motor inquantū eſt forma,& eſt motum inquantum eſt in prima materia. 4.cœli.cōmen.22.

Mobili cuilibet contingit,ut primò moueat̄ à ſuo motore,& ſecundò à remouente impedimentum: & hoc cōmune eſt in omnibus motibus grauium & leuium,& aliorum mobilium naturalium.4.cœli.cōmen.25.

Motuum trium uarietatis duę cauſæ ſunt,natura mobilis,& natura eius ad quod eſt motus.4.cœli.in paraphraſi, ſumma ſecunda.ubi etiam ſubdit:Diuerſitas naturarū mobiliū, & diuerſitas naturarum mouētium,ac diuerſitas finis ipſorum motuū,cauſæ ſunt quibus uarient̄ ipſi motus in ſe.

Motus q̄ fit ex neceſſitate uacui,ut quādo auferť aqua,& deſcendit aer ad locum eius,eſt uiolentus.4.cœli.cō.39.

Motus aquę ad ſuperius in uaſe ignito, quando ſuperponit̄ aquæ,habet tres cauſas.4.cœli.cōmen.39.

Mouentium duo ſunt modi,quorum alterum nunq̄ moueť, ſed ſemper mouet:alterum uerò ſemper mouet̄ ab eo.primo de generatione & corruptione.tex.cō.14.

Motus augmenti differt à motu locali,tam recto q̄ circulari.1.de generatione & corruptione. tex.cō.25.

Mouere amplius q̄ agere eſt.primo de generatione & corruptione.tex. cōmen.45.

Mouens primum in motiuis eſt in mobile, & in factiuis primum efficiens impoſe.1.de genera.& corrup.tex.cō.54.

Motus ſi in uelocitate comparant̄,duę cōditiones requirunt̄, ut ſcilicet fiant per idem ſpatium uel rectum utriq;, uel circulare utriq;,& ut ſint uniformes eiuſdem ſpeciei.Them.4. phyſi.in tex.129.& habetur ex.7.phyſi.

Motus localis eſt continuus & æternus, & ideo generatio eſt continua & æterna.ex.2.de generatione & corruptio. tex.cōmen.55.&.56.

Motum dicit̄ dupliciter,uel ſecundum ſe,uel quia eſt in moto:motum autem quia eſt in moto,eſt etiam duobus modis,aut modo quo impoſſibile eſt moueri, ut albedo ꝑ motum corporis alibi:aut modo quo poſſibile eſt ut moueatur per ſe,ut nautæ in naui. primo de anima.tex. commen.37. idem.5.phyſic.cōmen.primo. &.4.phyſi.32.&.6.phyſic. 86.&.8.phyſic.27.

Motus attribuit̄ alterabili & augmentabili, modo accidētabili:ſed alterabili ꝑꝑ corpus differens, ſeu augmētabili & diminuibili,propter partes corporales augmētabiles & diminuibiles.primo de anima cōmen.39.

Mobile quod mouetur motu recto, ſi mouetur, naturaliter mouebitur & uiolenter. primo de anima. tex.cōmen.40. & iſta eſt gloſa Cōmentatoris in cōmento ibi,uidelicet ꝙ habet locum de motu recto, quia in motu circulari falſa eſt propoſitio idem.2.cœli.84.

Motus eſſentia eſt compoſita ex eſſe in potentia, & ex eſſe in actu:& ideo plures antiquorum exiſtimauerunt ipſum non ens.primo de anima. cōmen.43.idem.3.phyſi.14.

Motus aïæ quidam habent principium ab aïa,quidam uerò terminant̄ ad animam.1.de anima.tex.com̄.64.

Mouent̄ & patiunt̄ omnia ab actiuo & actu ente.2.de anima.tex.cōmen.54. idem.3.phyſic.tex.cōmen.17 &.2.de generatione & cornpttone.tex.cōmen.53.

Motor extrinſecus alius à ſenſibilibus ponendus eſt in ſenſibus animalium.2.de anima.cōmen.60.

Motus,quies,& numerus, ſunt ſenſibilia cōmunia quæ ab omnibus ſenſibus ſentiuntur: ſed figura & quantitas, ſolùm à uiſu & tactu percipiuntur.2.de anima.commen.64. contra Themiſtium.

Motus duplex,quidam qui eſt actus imperfecti,quidam uerò eſt perfecti actus.3.de anima.tex.cōmen.28.conſimile in.2.de anima.tex.cōmen.57.

Motus proceſſiuus aïalis fit cum imaginatione & deſiderio: nihil enim mouet̄ uoluntariè niſi aut deſiderando aliquid, aut fugiendo ipſum.3.de anima.tex.com̄.44.

Motus proceſſiuus animalis ſemper eſt proſequentis aut fugientis. 3. de anima. tex. cōmen. 46.

Mouentia duo eſſe uidentur, intellectus & appetitus, ſi quis poſuerit phantaſiam eſſe intelligentiam quandam. 3. de anima. tex. cōmen. 48.

Motor quidam imobilis, quidam uerò eſt motus & motor. 3. de anima. tex. cō. 54. & 8. phyſi. tex. cō. 35.

Motus giratiuus eſt compoſitus ex attractione & impulſione. 3. de anima. cōmen. 55.

Motus rectus habet principium & finē diuerſum in magnitudine & diffinitiōe, ſed in motu circulari nō ſunt diſtincta niſi ſecundum diffinitionem tantum. 3. de anima. cōm. 55. idem. 8. phyſi. 73. & 2. cœli. tex. cōm. 35.

Motus proceſſiuus animalis cōponitur ex expulſione & attractione. 3. de anima. tex. cōmen. 55.

Motum ex ſe componitur ex duabus naturis. i. recipiente & agente. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Mouens & motum eſſe in eodem impoſſibile eſt. ibidem. & 3. de anima. cōm. 4. & 8. phyſic. cōmen. 40.

Motus circularis quē habet corpus cœleſte, ē motus aīæ ſm ꝙ aīa tantum. Cōmen. in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Motus aīalis ſecundum ꝙ eſt corpus, poteſt eſſe nāliter, & etiam extra naturam: ſed ſecundū ꝙ eſt animal ſemper eſt naturalis: quia non mouetur ſecundū quòd eſt animal niſi ab anima, & anima mouet corpus naturaliter. 8. phy. tex. cōm. 27. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Motus corporis cœleſtis cùm in eo non ſit principium contrarium motui animæ, eſt motus ſimpliciter naturalis, uide licet per animam, & per corpus. 8. phyſic. cōmen. 27. uide in concordantijs.

Motus circularis accidit cuilibet elemēto præter terram, & non eſt uiolentus neq; naturalis. 2. meteororum. cap. 2. ubi agitur de uentis. idem. 3. cœli cōmen. 20.

Motum primum ex ſe ſecundum Platonē ita ſe habet, quòd motor & motum ſunt idem omnino, ſed ſecundum Ariſtotelem eſt compoſitum ex moto, & ex motore non moto. 2. metaphyſic. cōmen. 6. idem. 8. phy. cōmen. 40. & 7. phyſi. cōmen. 2. & 2. phyſi. cōmen. 3.

Motus dicitur ens, quia eſt uia ad uerum ens. 4. metaphyſi. tex. cōmen. 2. idem primo cœli. cōmē. primo. ubi Cōmen. dicit: Omnia entia aut ſunt ſubſtantiæ, aut accidentia, aut ſunt uiæ ad eſſe iſtorum, & ſunt uniuerſaliter trāſmutatio. uide in thorematibus de hoc.

Mouēs eſt prius natura moto, & ſi hæc ipſa adinuicē dicant nihil minus. 4. meta. tex. cō. 25. idem. 3. de aīa. tex. cō. 19.

Motus & ꝑmutatio nō ē niſi in ꝯtraria & media. 4. met. tex. cō. 27. ubi Cōmen. in cōm. dicit, ꝙ eſt primum cognitum, quod trāſmutatio eſt ex oppoſitis aut medijs inter ipſa. idē 1. phyſi. à tex cō. 43. uſq; ad. 50. idem primo de generatione & corrup. 50. idem. 10. meta. tex. cōm. 23.

Motus componitur ex eſſe & non eſſe, & ideo deſcribit̄ ſic: Motus eſt actus entis in potētia ſecundum ꝙ in potentia. 4. metaphyſi. cōmen. 28.

Motus diffinitio eſt ambigua, tum quia motus eſt ī pluribus prædicamentis, tum quia unumquodq; prædicamentum, ex illis in quibus eſt motus, diuiditur per duos modos, quorum unus eſt nobilior, & alius uilior. Cōmenta. 3. phyſic. cōmen. 5. Omnes expoſitores conueniunt iſtam fuiſſe Ariſtotelis mētem, motum dici de ſuis ſpeciebus, ſicut ens de entibus: ens autem dicitur analogicè de ſubſtantia & accidente. ℣ Et ideo animaduerte & conſidera, ꝙ ex hoc fundamento ſoluuntur arduæ difficultates in philoſophia contingentes Modernis in ſuis quæſtionibus: quia credūt omnes conditiones motus uniuocè reperiri in motu locali, & in cæteris motibus: & per uitam meam iſti ſunt in maximo errore. Cōditiones attributæ motui ſunt, quia eſt ſubiecti entis in actu: ſic enim diſtinguitur à generatione & corrup. ut patet. 5. phyſi. tex. cōmen. 7. & 8. quòd fiat de contrario in contrarium. 5. phyſic. tex. cōmen. 6. ꝙ ſit continuus & fiat in tempore. Modo iſto non unica, & eadem ratione inueniuntur in motu locali, & in cæteris motibus: ſubiectum enim motus localis poteſt ſuam unitatem perfectè poſſidere: nā motus localis non abijcit à ſub̄a. ut dr̄ in. 8. phy. tex. cō. 55. ſecùs eſt de alijs motibus. Amplius cōtrarietas ꝑquocè. i. non ſm unā rōnē inuenit̄ in loco & qualitate, qa cōtrarietas in loco ē in forma & in ſubiecto: ſecùs de ꝯtrarijs in qualitate, quia talia ſunt duo ī forma & unum in ſubiecto: quia loca non numerantur niſi propter numerationem ſubiecti. ut dicit Cōmen. 4. cœli. cōmen. 38. Amplius contrarietas in qualitate ſeu in motu alterationis eſt diſponēs ad corruptionem: eſt enim cum uera actione & paſſione, prę ſertim quæ eſt inter primas qualitates: ſed quantitatis contrarietas non eſt talis, non enim quantitas eſt de principijs actiuis. 4. phyſic. cōmen. 84. Amplius continuatio in motu locali, & in alteratione & augmento, non ſunt eiuſdem rationis: nam continuatio in motu locali eſt manifeſta per ſe: impoſſibile enim eſt aliquam partem eius fieri ſubito. Sed in alijs motibus eſt quæſtio non parua, utrum aliqua pars eorum uideatur poſſe fieri ſubitò: nam ī aliquibus uidetur ſubitò fieri. ut dicit Cōmen. 6. phyſic. cōmen. 74. & ita determinat finaliter. 8. phyſi. cōmen. 23. & etiam in. 3. phyſi. cōmen. 6. ꝙ motus augmenti non eſt unus & continuus à principio uſq; ad finem, ſed eſt compoſitus ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus. Et rationes Auerrois ſunt, ut mihi uidetur, duæ principales: nam cùm uera augmentatio quæ eſt in ſolis uiuentibus, fiat per additionē nouæ materiæ, neceſſe eſt ꝙ fiat per minima: & ideo factio & acquiſitio talium minimorum eſt indiuiſibilis, & fit in inſtanti. Ideo impoſſibile eſt partes motus augmenti ſibi inuicem continuari niſi in inſtanti, & ita inſtans eſſet immediatum inſtanti, & tempus componeretur ex inſtantibus: nam minima caro eſt terminata. primo phyſic. 34. Similiter ſi ꝯtinuatio eſſet in motu augmenti, oporteret quòd cuilibet parti ſenſibili temporis correſpōderet aliqua magnitudo ſenſibilis terminata acquiſita in illo tempore, quod eſt contra ſenſum. Nam uidemus in anno aliquid augeri per digitalē quantitatem, & illa non poteſt diuidi in partes tot actu ſenſibiles in quot diuiditur annus, nam diffinitio entis ſenſibilis & terminat in actu eſt ut tangi poſſit. Ideo non poteſt aliquis fingere tales partes eſſe in actu, & correſpōdere ſingulis partibus temporis: ſed non ſunt à ſenſu comprehenſibiles, quia hoc eſt contra diffinitionem & terminum entis in actu, qui eſt ut ſit ens tangibile, ut dicit Cōmen. ubi ſupra. Et ideo Cōmen. concludit ꝙ continuatio uerè non reperitur niſi in motu locali. Vnde motus, primum dicit̄ de motu locali, ſecūdò de motu alterationis, poſtremò autem inter omnes motus eſt motus augmenti & diminutionis. ℣ Sed tunc eſt difficultas quomodo motus augmenti fiat in tempore: ſi enim motus iſte augmēti fit per acquiſitionem quantitatis factam per minima, cum talis acquiſitio fiat in inſtanti, tunc motus augmenti non menſuraretur à tempore. Hoc autem uidetur eſſe contra Ariſt. in. 4. phyſic. in tex. cōmen. 132. ubi quærit utrum tempus ſit numerus cuiuslibet motus, uel unius tm̄, & ſoluendo dicit ꝙ eſt numerus cuiuslibet motus, inquiens: Eſt nāq; quod gn̄atur & corrūpitur in tempore, & augmentatur & alteratur. Amplius in eodem. 4. phyſic. tex. cōmen. 129. demonſtratur quod omne quod mouetur, mouetur in tempore, quia in omni motu reperitur uelox, & tardum: talia autem tempore menſurantur, & Ariſto. dicit hoc eſſe in motu locali, & ſimiliter dicit etiam eē in alijs motibus. ℣ Et has difficultates euadere uolentes Burl. in. 3. phyſic. & Ioā. Ganda. in ſpeciali quæſtione de motu augmenti, dicunt ꝙ loquendo de motu augmēti dicti, qui ſolum in uiuentibus reperitur, teſte Cōmen. 1. cœli cōmen. 22. ſumitur dupliciter: uno modo pro conuerſione nutrimenti in ſubſtantiam alimenti, & alio modo ꝓ extenſione conſequente materiam ſic conuerſam à calore & ab anima ipſius uiuentis. Et tunc dicunt ꝙ augmentatiō propriè nō eſt motus primo modo, tum quia ſubiectū motus eſt ens in actu, ſed ſubiectū augmentationis primo modo eſt prima materia, quæ eſt ens in pura potētia: tum quia terminus motus eſt accidens, ſed terminus augmētationis primo modo ſumptæ eſt forma ſubſtantialis: tum quia omnis motus eſt continuus: nulla autem talis cōuerſio poteſt eſſe continua quātūcunq; modica, quoniam ſic auctum eſſet infinitum. Sed accipiendo motum ſecūdo modo, ſic motus augmenti eſt uerè motus: quia habet omnes conditiones requiſitas ad motum, ut patet diſcurrenti. ℣ Sed contra iſtam opinionem inſtat Petrus Pōponatius in ſpeciali tractatu de motu augmēti. lib. 1. cap. 9. inquit enim. ꝙ ſermo iſtorum eſt corruptus, quia impoſſibile eſt motum augmēti ſumi in prima ſignificatione, quia impoſſibile eſt ſumere augmentum ſine quantitate, quia in intellectu formali augmenti cadit quantitas, quia motus eſt ad quantitatem. Sed conuerſio illa nutrimenti intelligitur non intellecta quantitate, ut dicit Ariſt. 1. de generatione. quòd nutritio non importat niſi ſolam ſubſtantiam. tex. cōmen. 41. & in. 2. de anima. tex. cōmen. 47. dicit ꝙ cibus & augmentatiuum differunt ratione: nam inquantum eſt potentia caro ſeu ſubſtātia, nutrit: inquantum autē eſt potentia quanta, caro auget. Quòd ſi dicat̄, ut aſſerit, ꝙ illa cōuerſio non importat ſimpliciter ſubſtantiam, ſed ſubſtantiam plurem q̄ ſit deperdita, hoc nihil ꝓficit: quia ſi importat plurem materiam cū quantitas inſeparabiliter inſequatur materiam, ſequitur ſecundum eos (præſertim qui tenent uiam Cōmenta.) quòd quantitas eſt coæterna materiæ, ꝙ ibi ſit etiā plus de quantitate: & tunc nunquit acquiſitio illius quantitatis ſit motus uerus augmenti nec ne. Et patet ꝙ ſic, quia habet omnes conditiones, quia eſt ad quantitatem, & eſt de cōtrario in contrarium, & in ſubiecto in actu: quia quantitas terminata fundatur in ente in actu, & tamen non eſt extenſio, ut ipſi fatentur. Quòd ſi fortè dicatur talem acquiſitionem non eſſe uerum motum, quia deficit ſibi ſucceſſio, ſed eſt ſubita mutatio in quātitate ſicut illuminatio, uel eſt compoſitum quoddam ex multis nutritionibus inquantum inſequūtur generationem ſubſtantiæ: nam ex acquiſitione ſubſtantiæ acquiritur illa quantitas, quapropter non eſt uerus motus. Hoc, inquit, non ſatis facit, quia Ariſt. in primo de generatione agit de illa augmentatione quæ eſt motus, & eſt eadē ſubiecto cum nutritione, & ſola ratione diſtinguitur. Vnde illæ tres conditiones motus augmenti uidelicet, ꝙ fiat aliquo extrinſeco adueniente, & ꝙ ſit idem numero ꝙ auget̄, & ꝙ quælibet pars aucti augeatur, non poſſunt conuenire extenſioni, quia extenſio illa non fit aliquo extrinſeco adueniente. Et ſi concedatur augmentationem, de qua Ariſtote. loquitur in primo de generatione, non eſſe motum. quę igitur augmentatio erit? Dices ꝑ extenſionem? ſed hoc eſt falſum, quia illa eſt communis uiuentibus & non uiuentibus, ut patet. Quòd ſi dicatur quòd extenſio, ut facta ab anima eſt propria uiuentibus: hoc nihil eſt, quia motus non ſpecificantur à cauſis efficientibus, quia efficiens eſt de cauſis extrinſecis motus, ut dicit Cōmenta. 5. phyſi. cōmen. 3. Amplius cùm Ariſtoteles de tali extēſione in primo de generatione non meminerit, uidetur Ariſto. fuiſſe diminutus. Amplius ſequitur ꝙ non erunt tres motus, quia ſi motus augmenti eſt talis extenſio, cùm iſte non terminet̄ ad quantitatem, ſed ad qualitatem: erit igitur alteratio: raritas enim eſt in qualitate. 7. phyſi. cōmen. 15. & 8. phyſi. cōmen. 84. Et ideo finaliter præfatus Doctor concludit ꝙ augmentatio non eſt formaliter extenſio, loquendo de uera augmentatione quæ eſt in uiuente, & de qua Philoſophus loquitur primo de generatione. Vnde illud membrum non dicitur augmentatio propriè, ſed impropriè, quoniā, ut aſſerit, augmentatio propriè poteſt ſumi ſtrictè, & minus ſtrictè. Strictè ſumitur pro acquiſitione maioris quantitatis, quod fieri non poteſt abſq; aduentu quantitatis extrinſecæ, ſecūdum quam fit acquiſitio maioris loci, ut dicit̄ Philoſophus primo de generatione. tex. cōmen. 25. Minus ſtrictè autem, eſt acquiſitio pluris materiæ, quę pluralitas materiæ non dicit propriè quātitatem, quæ maiorem locum occupat, ut manifeſtum eſt. ℣ Et ideo ad argumentum eorum reſpōdetur, ꝙ illa diuiſio non eſt ſufficiens: nam augmentatio propriè nullum illorum duorum eſt, neq; conuerſio neq; extenſio, ſed eſt acquiſitio quantitatis per aduentum nouæ materię. Et ſi dicitur ꝙ hæc acquiſitio non eſt ſucceſſiua, reſpondet̄ concedendo totum, quia motus non dicit̄ uniuocè de omni motu, ſed analogicè: & ideo uera ſucceſſio, & cōtinuitas reperitur in motu locali. Vnde cum ſit coniuncta augmentatio nutritioni quæ fit per minima, ideo non poteſt eſſe cōtinua etiam per modicum tempus: ſed ſi nutritio dicitur cōtinua, eſt quia quādiu uiuimus, anima uel generat uel diſponit ad generationem: & ſic auctio poteſt dici continua, quia eſt coniuncta nutritioni, ſed nutritio nō meruit nomē motus, quia ſubiectum eius eſt in potētia, & terminus eius eſt ſubſtantia, neq; eſt de contrario in contrarium quę ſunt cōditiones motus: ſed has cōditiones habet motus augmēti. iſta ſunt dicta eius. ℣ Sed iſte uir in cōtradicēdo iſtis nō caret reprehenſione, quia etiam ipſe patitur eaſdem anguſtias, nam ipſe dicit ꝙ augmentatio propriè dicta quæ inuenitur in ſolis uiuentibus, ſumitur minus ſtrictè & magis ſtrictè: & minus ſtrictè acquiritur præciſè per acquiſitionē pluris materiæ: & illud plus ſecūdum ipſum qui tenet cōtra Auerroem, ꝙ dimenſio interminata non datur, non eſt per quātitatem. Tunc igitur reflecto argumentum eius cōtra ipſum intellectus augmentationis propriè dictę, nō poteſt abſtrahere à quantitate, ſed in hoc cauſam in augmento minus ſtrictè intellectus abſtrahit à quātitate. Igitur talis tranſmutatio nō ē augmētatio ſed nutritio, qa non terminatur ꝑ ſe ad quātitatē, ſed ad ſub̄am māæ, quod eſt cōtra Philoſophum primo de generatione & corrup. tex. cōmē. 41. & 2. de anima. tex. cōmen. 47. ubi ponit differentiam inter motum augmenti, & ipſam nutritionem, dicēs: Sunt unus motus ſm ſub̄m, & duo ſm rōnē: quia aliqd ut cibus, ut eſt potētia caro, nutrit: ſed ut ē potētia caro quāta, auget. ℣ Dices ꝙ talis modus includit quātitatem in potētia, licet nō includat quātitatē in actu. ℣ Contra qa tunc nō differret nutritio ab augmentatione, quia terminus actualis nutritionis qui eſt caro, eſt in potentia quantus. Amplius demonſtratio fit ab eo quod eſt ſecūdum actum, & non ab eo q̄d eſt ſecundum potentiam. 2. phyſi. tex. cōmen. 11. Amplius illud quod actu includitur in diffinitione augmēti, actu intelligitur in ea, ſed in diffinitione propriè dicta actu includitur magnitudo, quia Ariſtoteles in libro primo de generatione, non loquit̄ niſi de augmētatione propriè dicta, ſicut & iſte concedit, & illam diffinit in tex. cōmen. 30. ubi dicit. ꝙ augmentatio eſt exiſtentis magnitudinis additamentum diminutio uerò minoramentum. Ecce quomodo actu ex- « primitur magnitudo in intellectu eius: & confirmat̄, quia « illud quod augetur propriè eſt actu quantum, & ſub illa ra- « tione eſt ſubiectum augmenti. Confirmat̄ per uerba Philoſophi in tex. cōmē. 30. ubi expreſſe dicit: Manifeſtum eſt ꝙ id quod augmentatio non eſt ex potentia habēte magnitudinem, actu uerò nullam: ſeparatum enim eſſet quod cōmune. Quid clarius? Amplius ſi ſolutio ſua uera eſſet, ꝙ in intellectu augmēti propriè ſumpti debet apparere magnitudo in potentia & non in actu, tunc ſoluit̄ argumentum eius contra Burleum, & Gandauenſem: quia ipſi dicent ꝙ augmentatio propriè dicta in propria ſignificatione ſecundum primum membrum, ſumit̄ pro conuerſione nutrimenti, inquantum eſt in potentia ad quantitatem terminatam. Et ita argumenta eius non magis militant contra iſtos, q̄ contra authorem, ſicut uides. ℣ Et ido dicamus ad argumentum eius, quia adducere ad inconueniens non eſt ſoluere, quòd nutritio & augmentatio dupliciter conſiderari poſſunt: uno modo abſolutè, alio modo comparando unum ad alterum: & tunc dico quòd nutritio & augmentatio, ſunt duæ tranſmutationes realiter & formaliter diſtinctæ. Quòd ſint formaliter diſtinctæ, patet ex uerbis Ariſtote, qui dicit quòd ratione diſtinguuntur. Quòd ſint etiam realiter diſtinctæ, patet, poſſunt adinuicem ſeparari, quia ſemper nutrimur, non autem ſemper augemur. ut dicitur primo de generatione. tex. cōmen. 41. & in ſecundo de anima. Amplius nutritio eſt mutatio, quia fundatur in ſubiecto ente in potentia, & terminatur ad ſubiectum: ſed

augmẽtatio eſt motus, quia fundatur in ente in actu, & eſt
de contrario in contrarium, quia à quantitate imperfecta
ad perfectam. Quòd ſi dicatur ꝙ hoc eſt contra Ariſt. quia
dicit ꝙ ſunt unum ſecundum ſubiectum: igitur ſunt idem
realiter. Soluitur ꝙ dicuntur eſſe unum ſecũdum ſubiectũ,
ſicut album & dulce, quia lac eſt ſubiectum utriuſqꝫ quali
tatis: tamen albedo & dulcedo formaliter & realiter diſtin
guuntur, ſic nutritio & augmentatio circa idem obiectum
materialiter uerſantur, tamen diſtinguuntur re & ratione
inter ſe. Conſiderãdo igitur ſic rationes formales iſtorum,
ſic augmẽtatio ꝓpriè dicta nullo mõ põt ſumi pro illa con
uerſione nutrimenti præciſè, immo ſic formaliter talis eſt
nutritio. Alio modo poteſt conſiderari, ut nutritio ordina-
tur ad augmentationem, quia cum augmẽtatio inter alias
conditiones requirit ꝙ fiat ex aliquo aduenıente ab extrin
ſeco, ſic preſupponit neceſſario nutritionem; & ſic nutritio
illa ſub ratione qua ordinatur ad augmentationem, poteſt
dici augmentatio ꝓpriè in prima ſignificatione, ſicut Ariſt.
dicit in ſimili in. 2. phyſi. in tex. cõmen. 14. ꝙ generatio di-
citur natura, quia eſt uia in naturã. Vnde ſicut ſcribit Cõ-
mentator in. 3. cœli. cõmen. 9. ꝙ comparatio eſt accidens
ſeparabile à re, res autem non ſemper ſeparatur à ſe: ſecun
dum enim ꝙ eſt reſpectiuum habet diſpoſitiones ꝯtrarias
& infinitas, & ſecundum ꝙ eſt eſſentia non habet niſi unũ
& eſt quaſi eſſentia eius; & ita licet conuerſio nutrimenti
abſolutè non includat quantitatem in ſe conſideratam, ta-
men nutritio, ut eſt præparatio ad augmentum, includit in-
cludit quantitatem nõ intrinſecè, ſed terminatiuè & extrin
ſecè. & iſte eſt intellectus Burlei & Ioannis. ¶ Pro ſolutio-
ne aliorum argumentorum eius præſuppono unum, ꝙ du
plex eſt extenſio magnitudinis, una quæ fit ex aliquo ingre
diente, alia uerò quæ nullo ingrediente fit: ut poteſt colli-
gi ex. 4. phyſicæ auſcultationis in textu cõmenti, puta illa
quæ fit ex alteratione: & tunc dico ꝙ eſt, magna dr̃ia inter
iſtas duas extẽſiones, tũ qa illa q̃ fit ex aliquo ingrediẽte, dr̃
ꝓpriè & uerè augmẽtatio, & ẽ in rebus uiuẽtibus, & fit ſm
oẽs ptes. Sed illa q̃ fit ex ſimplici alteratione aut ꝑ accumu-
lationem, eſt in rebus inanimatis: licet nihil prohibeat, ꝙ
etiam talis inanimatis contingere poſſit: & talis ut ſcribit
Cõmentator. in. 4. phyſi. in cõmen. 63. dicitur additio non
augmentatum, & non fit ſecundum omnes partes corpo-
ris. Etiam eſt alia differentia, quia augmẽtum uel extenſio
facta aliquo ingrediente terminatur per ſe, & principaliter
ad quantitatem, ſed ad qualitatem terminatur per accidẽs
ſeu conſecutiuè: ſed extenſio quæ fit per ſimplicem altera-
tionem, principaliter terminatur ad raritatẽ quæ eſt qua-
litas, & ſecundariò ad quantitatem: ſicut expreſſe dicit Cõ-
menta. ꝙ rarum & denſum ſunt contraria in quantitate. i.
conſecutiue. Quod oſtenditur ex uerbis eius, quæ imme-
diatè ſubnectit dicens: Cùm translatio de raritate & denſi
tate ſit trãslatio de maiori magnitudine ad minorẽ. Quod
autem detur extenſio aliqua quæ primò terminatur ad ma
gnitudinem & per accidens, aut ſecundario ad raritatem,
& ꝙ iſta ſit in uiuentibus tantum, apparet expreſſe ex ſen-
tentia Auerrois in primo de generatione & corruptione in
cõmen. 38. ubi expreſſe ponit modum quo fit uera augmẽ-
tatio in uiuentibus, inquit enim: Aut dicemus ꝙ in mem-
bro naturaliter eſt cauſa extenſionis in omnes dimenſio-
nes, quapropter accidit ei raritas; & illa humiditas cibalis
diuidit ſe in omnibus partibus eius. ſ. in minimis forami-
bus quando illa foramina extenduntur, & quando fuerint
impleta illa humiditate, tranſmutatur illa humiditas in par
tes carneas minimas, & applicabit ſe illis, & iterum con-
tingẽt in illis partibus carnoſis nouis foramina minima, &
cùm membrum iterum extendetur, rareſient omnia illa fo
ramina, & implebuntur per humiditatem cibalem per uir
tutem attractiuam, & cum calor coagulauerit illam, reuer
tetur in carnem & os: deinde tertio rareſiet, & ſic erit cre-
mentum membri augmentati. Amplius ꝙ detur extenſio
quæ propriè terminatur, & primò ad quantitatem & non
ad qualitatem, patet ex. 8. phyſico. in textu cõmenti 32. ubi

Ariſtoteles loquitur de ſecunda potentia eſſentiali, & acci-
dentali; & dat exemplum in ſubſtantia de aqua, quæ dici-
tur eſſe in potentia leuis, & de aere; & ſimiliter dat exem-
plum de qualitate, ut de ſcientia: ſimiliter ponit exemplum
in quantitate dicens: Et quantum extenditur, niſi aliquid
prohibeat. ubi ſanctus Thomas dicit quòd ſimiliter eſt in
motu quantitatis, quia ex quo facta eſt additio ad quãtum,
ſtatim ſequitur extenſio in corpore augmentabili, ubi pa-
tet ꝙ loquitur de uero augmento. ¶ Ex quibus uerbis elici-
tur manifeſtè, quòd cauſa extenſionis quę eſt in membris
ſcilicet anima & uirtus animæ principaliter operatur illam
extenſionem ſecundum omnes dimenſiones, ſecundum ui-
delicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem; licet
ut dicit Cõmenta 5. metaphyſi. principaliter reſpicit lon-
gitudinem, ſecundò latitudinem, & poſtremò profundita
tem, ut patet in cõmen. 1. Manifeſtum eſt autem ꝙ iſtæ di-
menſiones, ad quas terminatur iſta extenſio, ſunt magnitu
dines, ut patet in principio primi de cœlo, tex. cõmen. 2. &
in. 5. metaphyſi. cõmen. & tex. 18. in cap. de quanto, & ad
talem extenſionem conſequitur raritas in membro ex ge-
neratione nouorum foraminum. Ex quo patet alia differẽ-
tia adhuc ꝙ iſta extenſio quæ fit ex aliquo extrinſeco, fit ſe
cundum omnem dimenſionem, uidelicet ſecundum longi
tudinem, latitudinem, & profunditatem ſecundum propor
tionem naturæ cognitam: ſed extenſio illa quæ acquiritur
per rarefactionem, non credo ꝙ fiat ſecundum omnem di
mẽſionem, tum quia uidemus quòd ſi corrigia rareſiat, fit
maior extenſio in longitudine, & tunc diminuitur in latitu
dine, ut patet ex experimento: tum quia Cõmẽtator. in. 4.
meteo. in ſumma, quando loquitur Philoſophus de latiſica
bili, dicit ꝙ plumbum ex una uerberatione mouetur ſecun
dum omnem dimenſionem, ſed augetur in longitudine &
latitudine, & diminuitur in profunditate. Et tu uide frater
Ariſt. in. 4. meteo. in tex. cõmen. 30. uſqꝫ ad finem, ubi lo-
quitur de cõmunibus paſſionibus mixtorum, & inuenies
uerum eſſe quod diximus, ꝙ talia mixta non poſſunt ſecun
dum omnem dimenſionem augeri, uel diminui per uiam
condenſationis & rarefactionis, ut patet de impꝑſſibili, de
ſciſſibili, & trũcabili, & de alijs multis; & cum hoc eſt ſen-
tentia Cõmen. 4. phyſi. cõmen. 63. ꝙ additio non fit ſecun
dum omnes partes corporis; Videmus hoc etiam in rare-
factione mixti, ꝙ licet augeatur ſecũdum longitudinem, ui-
detur diminui in profunditate. Amplius dato ꝙ aliquod in
animatum ſecũdum omnes tres dimẽſiones augeri poſſet,
tamen adhuc differt ab augmento animatorum: quia tale
eſt ſecundum proportionalitatem naturalẽ, ut dicit Auicẽ.
in loco præallegato, & ita non eſt in corporibus inanima-
tis. Sed dato ꝙ iſta extenſio per uiã rarefactionis in inani-
matis fieri poſſit ſecundum omnem extenſionem omnium
trium diametrorum, adhuc differt ab illa extẽſione anima
torum, quæ principaliter terminatur ad dimẽſiones termi-
natas ſpecie diſtinctas ab illis, ad quas terminatur rarefa-
ctio in inanimatis corporibus. Vnde mirum eſt per uitam
meam, ꝙ iſte bonus ita manifeſte errat in hoc, ꝙ dicit iſtas
extenſiones terminari ad eoſdem terminos, quaſi dimenſio
inquantum dimenſio abſolutè ſit terminus augmenti natu
ralis; in quo enim differret? Ergo augmentum mathemati-
cum à naturali cum Ariſt. expreſſe reclamat in. 2. phyſi. li-
neas, corpora, & puncta, conſiderari à naturali ut ſunt ter-
mini phyſici corporis, unde augmentatio eſt ad quæſtionẽ
ſenſibilem, ut eſt terminus naturalis corporis. & Cõmen.
1. de genera. cõmen. 38. inquit: Non augetur inquãtum eſt
quantum, ſed inquantum eſt quãtum habens formam. un-
de accidentia terminata cum inſequantur formam, ſunt di
ſtincta ex diſtinctione formarum, ut dicit Cõmen. in libro
de ſubſtantia orbis. & 1. de anima, cõ. 53. inquit: Membra
cerui non differunt à membris leonis, niſi quia anima di-
ſtinguitur ab anima, & hoc non ſolum eſt in ſpeciebus, ue
rũetiam & in indiuiduis ſpẽrum. Dicit enim Ariſt. 12. met.
tex. cõ. 27. ꝙ unũquodqꝫ indiuiduum habet ꝓpriam mãm
& ꝓpriã formã, & per cõſequens habet accñtia indiuidua-
lia ꝓpria



lia propria, quæ ſecundum Porphyrium impoſſibile eſt ꝙ
habeat unus & alter. Et Auicen. dicit in cap. de complexio-
nibus, in primo canone. ꝙ Deus glorioſus dat unicuiqꝫ in
diuiduo complexionem propriam in qua communicare
aliud eſt impoſſibile. Immo iſte uir contradicit ſuæ doctri
næ, quia in fine primi libri dicit, ꝙ ad unitatem numera-
lem compoſiti requiritur unitas formæ, & ad unitatem for
mæ requiritur unitas agentis: unde Socrates ſecundum ip
ſum non potuit generari ab alio quàm à patre ſuo. Vbi pa
tet ꝙ uult ex cauſis extrinſecis poſſe eſſe diſtinctionem in
effectibus, & ideo non conſtat ſibi in ſcribendo, ſed fertur
ſicut nauis agitata à uentis. Quòd ſi dicat ꝙ ſecùs eſt de ef
ficientibus in ſpecie, quia talia non diuerſificant ſpeciem:
contrà ſicut uniuerſalium cauſæ ſunt uniuerſales, ſic par-
ticularium cauſæ ſunt particulares: igitur ſicut efficientia
numero diſtincta cauſant diſtinctionem numeralem, ſic &
quæ ſpecie diſtinguuntur. Amplius licet efficiens in motu
quando non eſt finis non diuerſificat motum: tamen quan
do unum contrariorum eſt efficiens & finis motus, tunc di
uerſa efficientia diuerſificant motum & effectum, ſicut quã
do calidum ex frigido generat calidũ & è contra, talia ſunt
efficientia ſpecie diſtincta, & motus iſti ſunt ſpecie diſtin-
cti. Et quia. 3. phyſic. tex. commen. 17. ſemper exiſtimabi
tur aliqua ſpecies mouens, licet quantitas propriè non ſit
de principijs actiuis, quia tamen quantum generat quan-
tum ſibi ſimile in ſpecie & forma quantitatis terminatæ,
ſic poteſt dici ꝙ extenſiones animatorum ſpecie diſtinguũ
tur, ut fiunt ab anima ab illis quæ fiunt à natura in rebus
inanimatis. ¶ Dicamus ergo ꝙ motus augmenti ſi dicitur
fieri per minima, eſt ratione nutritionis quæ eſt præuia ad
uerum motum, qui formaliter eſt illa extenſio ad omnem
dimenſionem factam ab anima ad quam ſequitur raritas,
ut dixi, & ille motus ſit in tempore: aliter motus augmenti
ſi non fieret formaliter in tempore non eſſet uerus motus;
Vnde Commen. 5. phyſico. commen. 21. uult ꝙ diffinitio
data de motu in. 3. phyſic. non uerificatur de tranſmuta-
tione quæ eſt in ſubſtantia: & reddit cauſam, quia forma
eſt indiuiſibilis & tranſmutatio eſt de nõ eſſe. Ecce igitur
ꝙ de ratione & conditione motus eſt, ut forma ſit diuiſibi-
lis. i. diuiſibiliter acquiſibilis & non per minima, quia ẽt
forma ſubſtantialis quæ eſt uerè ſubſtantia per minima ac
Obiectio. quiritur. ¶ Sed dices, quare Commen. dicit ꝙ continuatio
Solutio. non apparet in motu augmenti, ſicut in motu locali? ¶ Re
ſpondetur ꝙ Commen. ſeipſum declarat, & mirum eſt per
uitam meam quomodo uiri iſti hallucinati ſunt in hac re.
Nam Commen. inquit: In motu enim locali id quod mo-
uetur à principio motus uſqꝫ ad finem, non interponitur
quies; & ideo continuatio eſt manifeſtior in eo, ſed motus
augmẽti de initio motus uſqꝫ ad finem componitur ex plu
ribus motibus, & ex pluribus quietibus: ꝙ ſi augmentatio
ut diſtinguitur formaliter à nutritiõe, fieret per minima
quæ in inſtãti acquiruntur, motus augmenti componere-
tur nõ ex motibus, ſed ex mutatis: & ideo dicamus ꝙ Cõ
men. eſt adeo clarus, ꝙ clarior eſſe nequit. Nam non eſt du
bium ꝙ Commen. loquatur de motu augmenti, qui eſt in
rebus uiuentibus, quia talis fit per nutritionem quæ fit per
minima: patet autem ꝙ talis augmentatio eſt à quantitate
imperfecta ad quantitatem perfectam. Vnde motus au-
gmenti completus in homine perficitur uſqꝫ ad. 25. annos;
patet autem ꝙ cum talis motus neceſſario requirat aduen
tum nouæ materiæ, quę materia transfertur ſubſtantiali-
ter per minima, propter iſtam rationem contingit augmen
to inquantum augmentum eſt motus, ut non poſſit eſſe
unus numero & continuus à principio motus uſqꝫ ad finẽ.
Vnde ſi ꝑ poſſibile fieri poſſet ut augmentatio hominis fie
ret non præſuppoſita nutritione quæ fit per minima, tunc
homo à principio poſtquam natus fuit uſqꝫ ad. 25. annum
continuè augeretur: ſed hoc eſſe non poteſt, propter neceſ
ſariam & eſſentialem connexionem cum nutritione. Et qa
motus localis eſt natura prior omni motu & nutritione, &
non neceſſario præſupponit aliquam mutationem ſecum

coniunctam, quæ fiat in inſtãti propter quam abſcindatur
eius continuatio, ideo poteſt eſſe unus & continuus à prin-
cipio uſqꝫ ad finem, unde ſi graue eſſet in ſumma diſtantia
à centro remoto impedimento continuè ſine interruptio-
ne deſcenderet: Non fuit igitur mens Commen. dicere mo
tum augmenti formaliter diſtinctum à nutritione eſſe in-
ſtantaneum, quia hoc implicat: quia ſucceſſio in motu li-
cet nõ ſit de motus quidditate, eſt tamen de proprietatibus
per ſe inſequentibus motum, ut patet in tractatu de tempo
re. Sed intẽtio eius fuit ꝙ motus augmẽti à principio uſqꝫ
ad finem non poteſt fieri ſine interruptione, ſicut poteſt fie
ri motus localis; & ideo augmentatio completa uiuentiũ
fit in tempore, & talis augmentatio eſt compoſita ex pluri-
bus motibus & pluribus quietibus, ſicut optimè declarãt
uerba Commen in commen. 38. ſupra adducta. Amplius
ꝙ augmentatio ut eſt motus formaliter diſtinctus à nutri-
tione fiat in tempore, alia ratione oſtenditur. Dicit enim
Philoſophus in. 1. de genera. & corrup. tex. com. 25. ubi po
nit differentiam motus augmenti & motus alterationis di-
cens: Quod illud quod alteratur, non de neceſſitate mutat
» locum, ſed illud quod augetur & diminuitur mutat locum,
» aliter tamen q̃ id quod fertur ꝙ uniuerſum mutat locum:
» ſed quod augetur eſt ſicut quod deducitur non quemad-
» modum quæ ſphære, hæ enim in ſimili loco tranſmutan-
tur manente toto, quę autem eius ꝙ augetur ſemper in am
pliorem locum: in minorem eius quod diminuitur. Si igi-
tur partes eius quod augetur ſemper in ampliorem locum
mouentur, hoc autem non poteſt eſſe niſi in tempore, quia
non poteſt aliquid in ampliorem locũm mutari ſine tempo
re, ſed hoc eſt dum augentur: igitur augmentatio eſt in tẽ-
pore per quam per ſe primò acquiritur quantitas in eo ꝙ
augetur, & per accidens amplior locus: & iſta eſt ueritas.
Nec ualet ſi aliquis dicat ꝙ augmentatio eſt in inſtanti, ſed
ſi id quod augetur dicitur augeri in tempore, eſt ratione
motus præcedentis, ſicut etiã ſimiliter dicimus ꝙ id quod
generatur dicitur generari in tempore, & id quod corrum
pitur, corrumpitur in tempore. Hoc non ſoluit, quia licet
generatio & corruptio poſſunt dici fieri in tempore, eſt me
rito quo ſunt termini immediate conſequentes alterationẽ,
quæ eſt uerus motus & ſucceſſiuus, ſed de augmento hoc
non poteſt dici: quia motus augmenti immediatè ſequitur
nutritionem quæ non eſt motus, ſed mutatio. ¶ Dices, erit
ratione alterationis quæ præcedit nutritionem. Sed hoc eſt
nimis abſurdũ, quia pariformiter relatio dici poſſet acqui-
ri per motum in tempore illo modo. unde Commenta. 8.
phyſi. commen. 73. dicit; Motus ſequitur motum per acci-
dens, ſicut illuminatio motum candelæ, aut quia unus eſt
perfectio alterius, & ſic motus augmenti ſequitur nutritio
nem tanquam perfectio eius, licet nutritio non ſit uere mo-
tus. ¶ Et ex his intelligis differentiam inter motum lo-
calem & alios motus in continuatione, quia continuatio
ut dicit Commen. 6. phyſi. commen. 74. eſt manifeſta per
ſe, quia impoſſibile eſt aliquam partem eius fieri ſubitò.
Sed in alijs motibus habet difficultatẽ utrum aliqua pars
eorum fiat ſubitò, uidetur enim quod aliqua pars fieri poſ-
ſit ſubitò, & hoc dicit propter augmentationem, quia cùm
augmentatio ſit motus ad quantitatem per acquiſitionem
nouæ materiæ: acquiſitio nouæ materiæ eſt pars motus au
gmenti ſaltem ex connotato; & quia illa acquiſitio fit per
nutritionem & per minima, & ratio eius eſt ꝙ fiat in inſtã
ti, ſic quo ad illud dicitur fieri ſubito, ſed quo ad ſuum for-
male ꝙ eſt extenſio illius acquiſitæ materiæ, & iam con-
uerſæ in omnem dimenſionem, ſit eſt in tempore: & ita eſt
de illis alterationibus quæ ſunt connexæ cum mutationi-
bus ſubditis. Sed quia motus localis non neceſſario requi
rit aliquam mutationem ſubitam quæ ſit pars eius, ideo
continuatio eius eſt manifeſta à principio uſqꝫ ad finem.
Et animaduerte, ꝙ ut ſupradixi, augmentatio completa ui-
uentis ſit in tempore licet non continuè, ſed cum interru-
ptione modo declarato. Similiter poteſt dici ꝙ id quod ge
neratur, generatur in tempore, loquendo de generatione

completa quæ fit per minima: & ita etiam poteſt dici de corruptione uiuentium, ſi eſt uerum dictum Ariſtot. in. 2. de partibus animalium, & in. 3. ꝙ cor eſt primum quod uiuit, & eſt ultimum quod moritur, & non ſolum ratione alterationis præuiæ, uerum quia talis generatio completa fit ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus, ſicut de augmentatione completa. ¶ Vnde ut bene intelligas ſcire debes, ꝙ quemadmodum generatio diuerſimodè inuenitur diffinita ab Ariſtot. ſic eſt de augmentatione: nam aliter generatio diffinitur in. 1. phyſi. & aliter in. 1. de generatione & corrup. & aliter in. 4. meteororum, & aliter in libro de morte & uita: cum enim ordo doctrinæ ſit ab uniuerſalioribus, & ſermo libri phyſi. eſt prior in ordine, & eſt ſermo uniuerſalis, ibi diffinit generatio in uniuerſali, & reſpicit tã ſubſtantiam quàm accidentia: nam, ut dicit Philoſophus primo phy. tex. commen. 57. intentio eius in libro eſt inueſtigare principia omnis generationis. Vbi Commen. exponit ꝙ per communem generationem intelligit generationem quæ eſt in ſubſtantia & in omnibus prædicamentis, & de ſubſtantia generationem quæ eſt communis quatuor corporibus. ſ. igni, aeri, aquæ, & terræ, & corporibus compoſitis, & uniuerſaliter generatio unius ex uno: ſed generationem unius ex pluribus, perſcrutanda eſt in libro de generatione, & ſic exponit etiam Themi. & ideo ibi diffinitur generatio ꝙ eſt tranſitio ex non eſſe ad eſſe. In lib. autem de generatione & corruptione diffinitur generatio conueniens elementis, quia liber ille dicitur de elementis 2. de anima. tex. commen. 117. & ſic diffinitur in tex. com. 23. & . 24. Generatio eſt tranſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente, ut ſubiecto. Licet etiam in fine primi de generatione & corrup. inueſtigetur modus generationis, quo unum fit ex pluribus: ſed iſta rectius dicitur mixtio q̃ generatio, ut ibidem declaratur. & ſic concordat dictum Commen. in præallegata authoritate primi phyſi. cõmen. 57. Tertio diffinitur generatio, ut eſt communis corporibus mixtis inanimatis & animatis ſub ratione generali: & ſic diffinitur in. 4. meteo. in. tex. commẽ. 2. ubi dicitur: Eſt autem ſimplex generatio & naturalis permutatio ab his uirtutibus, cùm habeant rationem ex ſubiecta materia unicuiq; naturæ: generant autem calidum & frigidum obtinentia materiam. Quarto diffinitur generatio propria uiuentium quatenus uiuentia ſunt, in libro de morte & uita, ubi dicitur generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & uita eſt eius permanſio. Sic ſcire debes ꝙ augmentatio diffinita in. 5. phyſi. ſumitur uniuerſaliori modo quàm in libro de generatione & corruptione, quia ibi ſolum conſideratur, ut eſt motus factus in ſubiecto ente in actu de quantitate imperfecta ad quantitatem perfectam, non conſiderando aliquam aliam rationem: & ita eſt illa diffinitio communis, & uniuerſalis. Vnde etiam in primo cœli, Ariſtoteles iſto modo loquitur de augmẽtatione uniuerſaliter in tex. commen. 21. ubi dicitur: Secundum paſſionem autem quæcunq; tranſmutantur phyſicorum corporum habentia omnia & augmentum & decrementum, puta animalium corporum et partes ipſorum, & plantarum, ſimiliter & elementorum. Vnde Commen. ibidem com. 22. diſtinguit, quòd additio in quantitate, & diminutio ſumitur tribus modis, aut ſecundum augmentum uerum, & diminutionem ueram, & hoc tantum inuenitur in plantis, & animalibus: aut ſecundum alterationem, ut accidit aeri & aquæ cùm inſpiſſantur, quod fiunt minoris quantitatis: aut tertiò ſecundum accumulationem, ut eſt in muro uel in aceruo lapidum, uel ut habet alia litera, ut eſt in mineris. Sed augmentatio in libro de generatione & corrup. diffinitur in propria ſignificatione, & eſt acquiſitio maioris quantitatis per ingreſſum nouæ materiæ. Et quia talis augmentatio connotat in ſuo intellectu, & neceſſario præſupponit talem nouæ materiæ appoſitionẽ, quæ fieri aliter non poteſt niſi per mutationem, ideo eſt neceſſariò motus augmenti merito eius annexus mutationi. i. nutritioni, licet ratione ſui intellectus formalis qui eſt extenſio illa, iã additæ & conuerſæ materiæ in omnem dimenſionem ſit ueræ motus, & in tempore fiat: & ita eſt etiam de alterationibus terminatis ad generationem ueram, & corruptionẽ uerã, quæ ſunt inſtãtaneæ mutationes ꝙ tales non poſſunt cõmutari cũ ſubſequentibus: ſed alteratio ad quam non ſequitur mutatio, nil prohibet ut poſſit eſſe continua à principio uſq; ad finem. Vnde Commen. non dicit uniuerſaliter de omni alteratione eſſe ſimile, ſicut de augmento, ſed dicit de quibuſdam: ſed de augmentatione propriè dicta eſt uniuerſaliter uerum, proptèr cauſam eius aſſignatam, quia talis intellectu eius importat illam acquiſitionem nouæ materiæ, quæ aliter eſſe non poteſt, quam per ueram mutationem quæ per minima fit, & inſtanti, quod non eſt de intellectu alterationis, inquantum alteratio eſt, licet illud contingere poſſit. & ſic intelligis uerba commẽti. 23. octaui phyſi. ubi dicit: Et ex hoc apparet bene illud quod dicit Alpharabius in principio ſui libri de entibus tranſmutabilibus. ſ. ꝙ de diffinitione motus apparet continuatio in motu in uniuerſali, eſt ſermo nõ uerus, ſed nõ apparet hoc niſi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen principaliter. In alijs autem in quibuſdam apparet continuatio, ſcilicet ut partes eorum inueniantur diſtinctè abinuicem, & in quibuſdam non apparet hoc quia partes eorum non inueniuntur ſecundum illum modum. Vnde ſic etiam tollitur contradictio in commen. 23. & in commen. 6. 3. phy. quia dicit in commen. 6. ibi. ꝙ ex diffinitione motus apparet continuatio in motu, & hic commen. 23. dicit ꝙ Alpharabius dicens hoc non dicit uerum. Sed ſoluitur quia Alpharabius dicit ex diffinitione motus apparere in uniuerſali continuationem inueniri in omni motu, ſed Commen. dicit, ꝙ ſolum ex illa diffinitione continuatio eſt manifeſta in motu locali, quod eſt primum analogatum ſub illa diffinitione, quia in illo apparet à principio motus uſq; ad finem eſſe continuationem: ſed in alijs motibus hoc latet, utrum à principio uſq; ad finem poſſint continuari. Nam quando motus quieſcit, tunc motus eſt perfectio eius q̃d eſt in actu, & quia motus annexi mutationibus neceſſariò merito mutationis, quæ fit in inſtanti, quieſcunt, hinc eſt ꝙ omnis augmentatio uiuentis, & omnis alteratio annexa neceſſario mutationi non poteſt eſſe continua à principio uſq; ad finem: & iſta eſt mens Auer. ni fallor. ¶ Quod autem dixit Gaietanus augmentationem fieri per conuerſionem nutrimenti, & ꝙ primum minimum acquiritur in inſtanti, ſed ſubſequens conuerſio nutrimenti cum maiori quantitate ſit ſucceſſiua, & ſit uerus motus continuus, fruſtra eſt, quia Commen. in. 1. de genera. & corrup. com. 38. ubi ponit modum quomodo fiat augmentatio propria uiuentis, uniformiter loquitur de primo, ſecundo, & tertio minimo, ut poteris uidere: & cum hoc contradicit Cõmen. qa ſi augmẽtatio ꝓpriè quæ motus eſt illa ſucceſſiua cõuerſio, & illa per illũ eſt uerè motus cõtinuus à principio uſq; ad finem: Igitur uera augmentatio eſt motus continuus à principio uſq; ad finem, & C mmẽ. dicit oppoſitum, quare contradicit Auer. manifeſte in uia eius. Nec ualet ratio Pomponacij aduerſus iſtam determinationem in. 1. libro cap. 14. ubi dicit, ꝙ illa extenſio non poteſt eſſe uerè augmentatio, quia hoc ſuprà dicit ſe improbaſſe, tum etiam quia dicit hanc opinionem manifeſtè contradicere Ariſt. in. 1. de genera. tex. commen. 41. ubi dicit, ꝙ nutritio & augmentum ſunt idem ſubiecto, ſed differunt ratione: qua enim acquirit̃ ſubſtantia, eſt nutritio, qua quantitas, eſt auctio. Quid expreſſius? Vult igitur Ariſtot. ſimul nutriri & augeri, & dum nutritur acquiritur ſubſtantia, dum augetur quantitas. Vnde ſic ſcribitur in tex. 41. Secundum igitur ꝙ potentia utrunq; uidelicet quãta caro auget, quid eſt enim quantã oportet generari & carnem, ſecundum id enim ꝙ ſolum ſubſtantia caro nutrit, etenim ſic differunt cibus & augmẽtatiuum. Sed in ueritate iſte homo grauiter fallitur: unde enim ualet, nutritio & augmentatio ſunt idem ſubiecto, igitur ſimul aliquid nutritur & auget̃: patet enim hoc in pluribus habere inſtantiam, nam album & dulce ſunt

idem



idem ſubiecto, quia in eodem lacte eſt utraq; qualitas, igitur ſi album actu uidetur in lacte dulce ſimul guſtatur, ualet ne iſta conſequentia: eo magis ꝙ ipſe in cap. 15. immediate poſt. 14. declarat ꝙ Ariſt. iſtomet modo intellexit nutritionem & augmentum eſſe idem ſubiecto, non ꝙ ſint unus motus, aut una tranſmutatio realiter, ſed ſunt duæ trãſmutationes, & re & ratione diſtinctæ, ſed dicuntur unum ſubiecto pro quanto uerſantur in idem materialiter, ſicut inquit dicimus album & dulce eſſe idem ſubiecto, non ꝙ ſint una realiter albedo & dulcedo, ſed quia ſunt in eodem lacte. modo argumentum militat. Amplius quomodo ex hoc habetur ꝙ nutritio & augmẽtum ſimul ſunt, cum Ariſtot. in eodem tex. dicat oppoſitum? quia inquit ꝙ quãdiu ſaluatur aliquid, nutritur, ſed non augetur. Vnde non uidit Auicen. in ſumma de uirtutibus. in cap. de uirtutibus miniſtratis naturalib⁹, ubi dicit ꝙ nutritiua uirtus creſcitiuę uirtuti deſeruit, eo ꝙ nutritiua quandoq; affert nutritiones ei, quod diſſoluitur æquale, quandoq; minus, quãdoq; plus: ſed creſcitiua non erit niſi ꝙ cum ingreditur, plus fuerit eo ꝙ diſſoluitur, & oſtendens non quamlibet additionem eſſe uerum augmentum, ſed ſecundum tres dimenſiones ꝓportionaliter inquit: Non tamen totum ꝙ totaliter exiſtit eſt creſcitiua, impinguari enim poſt macredinem in ætate conſiſtentiæ eſt iſtius ſectæ, non tamen eſt augmentum. Non enim eſt augmentum niſi illud quod ſecundum naturalem proportionalitatem in omnibus exiſtat diametris, quatenus ipſum ad creſcentię ducat complementum, deinceps uerò poſt hoc nullo modo eſt ibi creſcentia. & poſtea parum infrà ponit operationes tres uirtutis nutritiuæ, una quarum eſt permutatio ſubſtantialis quam operatur in nutrimento, & alia eſt adhærentia per quam uiuit, et tertia eſt aſſimilatio in accidentibus: unde iſtæ operationes poſſunt ſeparari abinuicem, ſicut medici ex ſenſatis demonſtrant ex uarijs ægritudinibus. ¶ Ecce igitur ꝙ prius ſunt operationes uirtutis nutritiuæ, & poſtea ſequitur operatio creſcitiuæ: eſt enim ordo inter iſtas operationes. Non igitur fuit mens Ariſt. ꝙ pro illa menſura pro qua aliquid nutritur ꝓ illa augetur, quia cũ nutritio fiat in inſtanti, etiam augmẽtatio eſſet in inſtanti: & hoc nunquam Ariſtot. neq; Cõmen. dixerunt, licet bene Commen. dicat augmentum ratione nutritionis quam præſupponit eſſe in inſtanti, ſed non ratione ſui. & ab Auicenna non diſcrepat Commen. in fine commen. 38. in. 1. de generatione & corruptione, ut ſupra allegaui, & in commen. 91. ſuper primo libro Canticæ Canticorum Auicen.

Motus unus dicitur qui non diuiditur ſecundum tempus. 5. metaphy. tex. commen. 8.

Motus & tempus ſunt quanta per accidens. 5. meta. in cap. de quanto, & eſt in tex. commen. 18. uide in cõcordantijs.

Motus eſt continuus & quantus, non quia id quod mouetur, ſed quia id ſecundum ꝙ eſt cõtinuum & quantum. 5. meta. tex. commen. 18. uide in concordantijs.

Motus eſt ab Ariſtot. 5. meta. enumeratus inter ſpecies quãtitatis, quod tamen non fecit in prædicamẽtis, & uide cauſam huius. 5. metaphy. commen. 18.

Motus & tempus ſunt quantitates per ſe & continuæ. Commen. 5. meta. 18. uide in concordantijs, quia uidetur eſſe authoritas contra ſententiam Ariſt. in tex. & forte iſta authoritas duxit Burleum in. 3. & . 4. phyſi. ad dicendum motum eſſe per ſe quantitatem. Et aduerte ꝙ Gregorius Arimi. in. 2. ſententiarum, diſtin. 2. q. 1. in fine primi arti. dicit locũ iſtum in Auer. eſſe deprauatũ uitio ſcriptoris, & male ſenſit, ut oſtendi in concordantijs, & tu uide ſi placet.

Motus non eſt conſuetum ut menſuretur per ſuam partem, ſed per ſuum ſpatium, aut per tempus. ibidem.

Motus diffinitio quę dicit, ꝙ eſt potentia actiui & paſſiui in quantum huiuſmodi notior eſt. 3. phy. tex. commen. 23. ubi notat Commen. in commen. ꝙ ſunt tres motus diffinitiones. Prima eſt quæ ponitur in tex. commen. 6. Motus eſt actus entis in potentia ſecundum ꝙ in potentia. Secunda eſt Motus eſt actus mobilis inquantum mobile, quæ ponitur in. 3. phyſic. tex. commen. 16. Tertia eſt quæ ponitur in præſenti tex. 23. Et differũt quia iſta ultima eſt notior alijs duabus propter quæſtionem, ut exponit Commen. contingentem, utrum motus ſit in motore, aut in moto ſed ſecunda eſt notior prima, licet prima magis indicat ſubſtantiam motus, ut etiam notauit Commen. in. 3. phyſic. in commẽ. 16. Et licet multi multa dicãt in illo loco, ueritas tamen, ut mihi uidetur, eſt iſta ꝙ ſecũda quæ datur ꝑ mobile inquãtum mobile eſt diffinitio materialis, quia ſubiectũ motus formale eſt mobile inquantum mobile, & non eſt ens in potentia inquantum in potentia, licet mobile ſit ens in potentia. Nam ratio illa eſt magis tranſcendens quàm naturalis, ſi bene conſideras, quia autem ſubiectum comparatur ad accidens, ſicut materia, ut dicit Commen. in com. 2. ſuper. 4. metaphy. ideo illa ſecunda quæ magis explicat ꝓximum & formale motus ſubiectum eſt materialis, & eſt notior quo ad nos. Nam ſcribit Philoſophus in. 4. phyſicæ auſcultationis. in tex. commen. 104. ꝙ mobile eſt notius motu, quia eſt hoc aliquid, & demonſtratum in actu, & eſt permanens. Et idem ſcribit Commen. in. 2. phyſi. com. 32. ubi dicit, ꝙ motum eſt notius motu quo ad nos. Sed diffinitio prima magis demonſtrat eſſentiam ſeu ſubſtantiam motus, quia datur per potentiam inquãtum potentia, quia aũt ratio potentiæ eſt de conſtituentibus motus quidditatem, (nam Ariſt. uenando motus quidditatem à priori per diuiſionem entis per potentiam & actum, & alias diuiſiones, ut patuit in tex. commen. 3. & . 4.) concluditur ꝙ impoſſibile eſt motum in alio genere collocare, quam in genere actus imperfecti qui eſt actus permixtus potentiæ, ut patet in tex. commen. 12. & . 14. Vnde Commen. dicit ꝙ antiquos latuit iſte actus medius. Quia igitur quidditas motus in actu imperfecto conſiſtit, & talis reſultat ex potentia permiſta cum actu, ideo potentia quæ apparet in prima diffinitione magis ꝑtinet ad motus ſubãm, & mobile q̃d apponitur in ſecunda diffinitione magis ꝑtinet ad materiã, & ſic potẽtia dicitur formalis, & ſecũda materialis ꝓpter cauſam p̃dictam: & ſecunda eſt notior quo ad nos ſed prima ẽ notior quo ad naturã: & prima potius metaphyſicalis ſic abſolutè conſiderata, qa oẽs partes eius ſunt termini tranſcendentes: & ſecunda eſt naturalis, quia datur per materiam ſenſibilem, quia per mobile inquantum mobile. Et iſta fuit cauſa quæ coegit Ariſtot. ultra primam ponere ſecundam, quia uidebat illam eſſe altioris ſcientiæ: nam ubi metaphyſicus diffiniens motum, ponit ens in potentia inquantum in potentia, naturalis debet loco eius ponere mobile inquantum mobile. Nam ratio entis in potentia inquantum in potentia, non eſt ratio naturalis, ſed tranſcendens: & ideo uidemus Ariſtot. in. 12. primæ philoſophiæ. in cap. 8. uenari eãdem diffinitionem primam motus præciſe per eaſdem diuiſiones, & uias ſicut fecit hîc in tertio, ſed ſecundam diffinitionem poſitam hîc omiſit, quia uidebat iſtam pertinere ad ſpecialem artificem. Et nota bene hoc, quia nullus ex antiquis expoſitoribus, nec ex modernis, neq; Arabibus, neq; Græcis, neq; Latinis animaduertit ſuper hoc. Sed Deo ſit laus illuſtranti intellectum ad ea, quæ patres noſtri omiſerunt. Tertiam autem diffinitionẽ datam de motu non ſolum propter cauſam allegatam ab Auerroe iudico notiorem ſecũda, uerum etiam eſt alia cauſa, nam motus cum non ſit actus abſciſſus à motore in mobili, ſed eſt dependens in tota ſua ſubſtantia ab ipſo motore, ſicut dicit Commen. 12. meta. commen. 41. propterea ſecunda quæ datur per ſolum mobile, eſt diminuta, quia facit ſuſpicari motum eſſe actum abſciſum à motore, cum in illa non appareat niſi mobile: ſed ſecunda quæ ponit utrunque eſt notior & magis completa. Vnde mirum eſt per uitam meam quomodo Commen. in. 5. phyſi. dicat commẽ. 3. motum in ſua ſubſtantia conſtitui ex tribus cauſis mobili, termino à quo, & termino ad quem, tanquam ex cauſis intrinſecis, quia motor eſt de cauſis extrinſecis, & tempus eſt de accidentibus conſequentibus motum: ſed licet ſubiectum motus ponatur in diffinitione motus incomple-

ta,tamen in diffinitione notiori & completiori apparet etiã motor,ut dicit Philoſophus. Amplius licet motus formaliter ſit in moto,tamen in eſſe & conſeruari plus dependet à motore quàm à moto,ut ipſe tenet. 12.metaphyſi. commẽ. 41.ubi reddit cauſam,quare in ſubſtantijs aliquid poſſibile ex ſe non poteſt perpetuari ab alio:in accidentibus autẽ ſicut eſt motus,ſecùs eſt,quia motus eſt ens poſſibile ex ſe, & non habet neceſſitatem eſſendi niſi à motore & non à mobili,quia in cœlo,ut inquit, nulla alia eſt potentia niſi ad quietem. Cœlum enim inquantum corpus poteſt quieſcere,ut ipſe aſſerit in.7.phy.commen.2.unde mobile non eſt de quidditate motus,ſed cadit tanquam aditum,ut patet communiter de ſubſtantia quæ ponitur in diffinitione accidentis:ut patet.7.meta.tex.commen.17.& ideo non eſt inconueniens etiam ꝙ in motus diffinitione ponatur motor. Et confirmatur ꝙ ipſe in uia ſua habet dicere hoc,quia ipſe tenet in commento magno ſuper.1.poſte. ꝙ in diffinitionibus accidentium in quibus cauſa efficiens coexiſtit,debet poni illa cauſa,ſicut dicit de eclipſi in cuius diffinitione ponitur interpoſitio terræ, quia eſt coexiſtens illi. Igitur cùm motus ſit actus non interciſus, neq; deciſus à motore in mobili,ſed ſit continuus, uidetur etiam ſecundũ ſua fundamenta per uitam meam, ꝙ in diffinitione completa motus nõ ſolũ mobile,ſed motor debet poni,& hoc teneo.

Motus uidetur eſſe de numero contrariorum.3.phyſico.tex. commen.1. ¶ Accidit in hoc maxima controuerſia apud Peripateticos de motus quidditate. Ariſtot.enim in princi.3.phyſi.continuans intentionem ad præcedentia dicit, ꝙ quia in diffinitione naturę poſita in ſecũdo,fuit poſitus motus,ideo oportet diffinire motum ; & quia in ratione motus cum ſit de numero continuorum,(ita etiam dicit Commen.in ſua media,ſuper.3.phyſi.ꝙ in diffinitione motus apparet continuum ) ut uidetur apparet contrarium , & in ratione continui apparet infinitum:ideo oportet conſequẽter pertractare de continuo & infinito. Vbi lucidiſſimus Themiſt.expreſſe dicit,ꝙ in diffinitione motus ſtatim continuitatis mentio habetur. & Commen.in commen.6.expreſſe dicit,ꝙ ex diffinitione motus apparet continuatio in motu. Motus enim,ut dicit Philoſophus , de earum rerum numero uidetur eſſe quæ uidentur eſſe continuæ. Amplius ex communi hominum conſenſu,qui,Alexandro teſte,nõ poteſt eſſe falſus in libro de fato, qa omnes homines imaginantur motum eſſe quantitatem quandam ſucceſſiuam, & ex hoc ſequitur ꝙ primum prædicatum ꝙ eſt de motus quidditate,ex his quæ ſunt proxima ſui intellectui, ſit quãtitas continua. Et confirmatur,quia non eſt maior ratio de motu quam de tempore, ſed tempus eſt per ſe quantitas continua ; ergo & motus. Antecedens probabitur , quia 12.meta. tex.commen.29.tempus aut eſt idem quod motus,aut eſt motus paſſio quędam;& confirmatur,quia Cõmen.in.5.meta.commen.18.expreſſe dicit ꝙ motus & tẽpus ſunt quantitates per ſe. Amplius autem Commen. in. 4.phyſi. in commen. 99. declarans dictum Philoſophi, quomodo prius & poſterius in motu ſunt idem ſubiecto cum motu,ſed differunt ſecũdum eſſe,inquit:Quod prius & poſterius cùm fuerint accepta ſecũdum ꝙ ſunt in ſubiecto,tunc erunt partes motus:cum autem fuerint conſiderata ſecundum quidditatem & diffinitionem , tunc prius & poſterius erunt aliud à motu,quoniam motus eſt in quantitate,& prius & poſterius ſunt in numero. Si igitur prius & poſterius, ut quidditatiuè , & ſecundum diffinitionem conſiderata differunt motu,quia motus eſt in quantitate,et prius & poſterius in numero,igitur motus quidditatiuè eſt quantitas. ¶ Ex aduerſo autem uidetur eſſe ſententia Ariſt. qui inueſtigans à priori quidditatem motus , non diffinit ipſum per quantitatem. Amplius dubitatur contra motus diffinitionem,quia bona diffinitio debet competere omnibus contentis ſub diffinito , ſed cum motus diffinitus in tertio ſit in quatuor prædicamentis,ut patet.3.phyſic. tex. commen. 4. illa autem diffinitio non competit motui in ſubſtantia,quia ibi nõ eſt perfectio diminuta. Motus enim ut dicit Commen.3.phyſic.comm.4.nihil aliud eſt niſi generatio partis poſt partem,donec tota forma perficiatur,& ſit in actu,ſed hoc nõ reperitur in forma ſubſtantiali, quia illa non recipit magis,neq; minus,ut patet ex prædicamẽtis. Amplius illa diffinitio datur per ignotiora , quia ens in potentia inquantum in potentia ſunt ignotiora motu. Si dicatur, ſaltem ſecunda diffinitio eſt melior quæ datur per mobile. Sed contra quia datur per æquè ignotum, forte dices tertia eſt notior. contrà , quia datur per cauſam extrinſecam , ſed in diffinitionibus rerum non debent poni cauſæ extrinſecæ, ut tenet Commenta.in commen. magno ſuper primo poſteriorum.commen.35. Et confirmatur per Commen.5.phyſic.commẽ.3.ubi dicit: Quòd motus in ſua ſubſtantia ex tribus integratur, mobili, termino à quo,& termino ad quem. Motor enim eſt de cauſis extrinſecis,& tempus de conſequentibus motum. Amplius fruſtra ſit per plura quod poteſt fieri per pauciora,ſed prima diffinitio ſufficit,quæ dicit motum eſſe actum entis in potentia inquantum in potentia. Quare igitur poſuit aliã, ꝙ eſt actus mobilis inquantum mobile?ita ꝙ loco potentiæ inquantum in potentia,poſuit mobile inquantum mobile. Vide de hoc Alexan.& Themiſtium ſuper tex.16.& confirmatur,quia unius rei una eſt diffinitio. ¶ Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Primò uideamus an motus ſit per ſe quantitas, ut tangit primum argugmentum. Burleus tenet partem affirmatiuam propter authoritatem Commen. 5. meta.tex.commen.18.unde dicit ꝙ motus ſumitur tripliciter:pro forma fluente,& ſic non eſt per ſe quãtitas , quia ut ſic eſt in quatuor prædicamentis:pro fluxu formæ,& ſic eſt in prædicamento paſſionis: & pro duratione illius fluxus,& ſic eſt quantitas ſucceſſiua diuiſibilis ſecundum longitudinem ad diuiſionem temporis,& diuiſibilis ſecundũ omnem dimenſionem ad diuiſionem mobilis. Sed ut dixi in quæſtione de temporis quidditate, iſta opinio Burlei contradicit Ariſtot.in.5.metaphy.qui dicit motũ eſſe quantum per accidens. Amplius tunc Commen.fuiſſet diminutus ſi iſtam acceptionem motus neglexit. ¶ Gregorius Arimi.in.2.ſententiarum diſtin.2.q.prima. in fine primi arti. dicit authoritatem Commen.in.5.meta. eſſe uitio ſcriptoris deprauatam, & deficit una negatio , quia debetur legi ꝙ motus & tempus non ſunt per ſe quantitates, aliter Cõmen.contradiceret Ariſtot.& confirmat hoc , quia uterq; ponit ꝙ motus eſt diuiſibilis propter ſpatium, & tempus propter motum , & ex conſequenti ſequitur ꝙ utrunq; ſit quantum per accidens:nec poteſt(ut inquit) gloſari dictũ Commen., quod ſumit motum pro tempore, ut quidam gloſant,quia Commen.loquitur in numero plurali,quia dicit ꝙ tempus & motus ſunt quantitates per ſe & continuæ. ¶ Sed tunc remanet maxima difficultas,quia quicquid ſit de motu cum tempus ſit per ſe ſpecies quantitatis continuę, ut patet in prædicamentis , uidetur ꝙ Ariſtote. ſibi contradicat. Amplius , quomodo dicit Gregorius uitium fuiſſe ſcriptoris quum Com. ſeipſum ibi declaret? ¶ Vnde uidetur mihi ſententia Commen. iſta fuiſſe , ꝙ aliqua ſunt quantitates per ſe duobus modis , uno modo ſubſtantialiter,& in primo modo dicendi per ſe , ſicut eſt magnitudo & numerus:alio modo aliqua dicuntur quantitates per ſe, ſecundo modo pro quanto accidunt rebus quæ ſunt quantitates p̄ ſe,& per ſuam ſubãm: unde qa motus cõſequit̃ magnitudinẽ q̃ magnitudo per ſuam ſubſtantiã eſt quantitas quidditatiue,& in primo modo ſic motus eſt quantitas per ſe,pro quanto eſt paſſio ueri quanti, & hoc ſtat cũ tex ꝙ ſit quantum per accidens ipſe motus, ut ly per accidens,diſtinguitur contra per ſe,primo modo,ſed non ut diſtinguitur contrà per ſe,ſecundo modo. ¶ Sed dices , quid de tempore cùm tempus non poſſit dici quantum per ſe illo modo,quia conſequitur motum,et motus non eſt quãtitas per ſuam ſubſtantiam,ſeu quidditatem per ipſum?et ita uidetur eſſe contradictio in paruo ſpatio. Dico quod etiam tempus dicitur quantum per accidens ratione magnitudinis,quia tempus conſequitur maguitudinem mediante



diante motu,quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Vnde uide frater mi uerba commenti quod dicit , ꝙ iſta, ſcilicet motus & tempus ſunt quanta per accidens, quia motus conſequitur per ſe magnitudinem,& diuiditur per diuiſionem eius,& tempus conſequitur motum. Vnde non dicit Commen. eſſe quantum per ſe, quia conſequitur illud quod eſt eſſentialiter quãtitas immediate;ſed hoc eſt mediante motu. Et iſta ſine dubio eſt uia Commen. unde ſi motus & tempus ſunt quantitates per ſe, eſt ſecundo modo,non primo & quidditatiue,& illo modo ſunt quantitates per accidens,ut ly per accidens diſtinguitur contra quidditatem,ſicut etiam notaui in contradictionibus. ¶ Secundum iſtam uiam Commen. dic ad argumentum illud de communi conſenſu ꝙ nõ eſt falſus,quia motus eſt quãtitas per ſe ſecundo modo,& ſic illa imaginatio eſt uera. Sed tunc eſt difficultas,quia uidetur eſſe in primo, quia eſt prædicatio formalis in abſtracto quæ non poteſt eſſe uera niſi in primo modo,ut bene deducit Scotus & formalizãtes:& confirmatur quia eſt prædicatio ſuperioris de inferiori,ut per ſe patet. Reſpondetur primo negando illud dictum Scoti uniuerſaliter. Sed contrà,quia Ariſt.in.4.phyſic.arguit contra antiquos dicẽtes motum eſſe formaliter, ut patet in tex.commen.95.&.96.ſi autem iſta parte:Motus eſt per ſe quantitas & eſt formalis ? & eſt uera , quia eſt paſſio quantitatis per ſe:ſic iſta abſolute poſſet concedi: Tempus motus eſt per ſe,quia eſt per ſe paſſio motus. & hoc Ariſt. concedit.12.metaphy.commẽ.& tex.29. ubi dicit: Quòd tẽpus aut eſt motus,aut eſt motus paſſio quædam. Cum autem diſiunctiua uera detur per membra oppoſita,refert dicere tempus eſſe per ſe motum, & dicere ꝙ ſit motus paſſio quædam : & ita ſi illa poteſt concedi per Commenta.ita ſequeret̃,ꝙ & iſta;& ita nulla eſſet prorſus differentia inter iſtam & illam contra Philoſophum & Cõmen. Vnde Commen.4.phyſic.commen.93.dicit, ꝙ accidentia motus ſunt multa,quorum unum eſt tempus : unde bene iſta conceditur,tempus eſt paſſio motus ; ſed illa abſolutè eſt falſa,tempus eſt motus , quia cum ſit formalis & in abſtracto, ſi eſſet uera non eſſet niſi in primo modo. Confirmat̃ quia Ariſtot.3.phyſi.ex eadem cauſa in tex.cõmen.22.dicit,ꝙ omnino & propriè neq; doctio cum diſciplina idem,neq; actio cum paſſione:& ratio eſt,quia licet poſſit concedi ꝙ actio & paſſio ſunt idem ſubiecto, qa motus, ut ibi dicitur cui inſunt hæc,eſt unus & idem: Vel melius , licet agere & pati ſunt idem ratione motus uel moueri,cui illa inſunt, Actio tamen & paſſio non ſunt eadem, quia talia abſtrahunt à ſubiecto. Vnde identitas ex ſubiecto eſt identitas per accidens,ſicut iſta eſt uera per accidẽs album eſt. ¶ Sed ſecundum Grecos expoſitores,& melius iudicio meo aliter eſt dicendum, uidelicet ꝙ ſecùs eſt de motu,ſecus de tempore , motus enim ſecundum Græcos non eſt per ſe in aliquo prædicamento,ſed eſt tanquã uia, unde quidditas motus nihil aliud eſt quam actus imperfectus,quia in nullo alio genere poteſt ordinari, ut dicit Ariſtot. expreſſe.3.phy.13.quia accidens accidenti non accidit,niſi quia ambo eidem accidunt.5.metaphyſi.in cap.de eodem,& eſt tex.poſt.15.& caret commento. Et ideo quãdo abſtractum de abſtracto uerificatur prædicatione formali dicente , hoc eſt hoc,nulla alia ueritatis cauſa eſſe poteſt,niſi quia conceptus unius includit per ſe , & quidditatiuè conceptum alterius extremi. Et ideo ſine dubio oportet,propter prædictas cauſas dicere iſtam de uirtute ſermonis in uia Commen. eſſe falſam,motus eſt,per ſe quantitas,& tempus eſt per ſe quantitas, ſed debent reduci ad bonum intellectum,uidelicet ꝙ ſunt paſſiones rei quę ſubſtantialiter & quidditatiue & formaliter eſt quantitas,& illa eſt magnitudo,ut diximus. Ad aliud negatur ſecundum Commen.ꝙ eſt prædicatio ſuperioris de inferiori, quia ſi quantitas eſſet genus propinquum motus inquantum motus,Ariſt.poſuiſſet illud in diffinitione motus, & tunc quãtitas quidditatiuè prædicaretur de omni ſpecie motus , & tunc quomodo alteratio eſt per ſe quantitas? Sed eſt prædicatio magis ampli de minus amplo , ſicut quantum eſt magis amplum quàm quale , & tamen iſta non eſt per ſe in primo modo quale eſt quantum. Ad illud quod Ariſt. dicit , motum eſſe de numero continuorum , reſpondetur quod ſecùs eſt uideri,ſecùs eſt eſſe:textus dicit,uidetur autem. Quod propterea dixit ꝙ ſecundum ueritate quidditatiue motus non eſt quantitas continua,licet uideatur propter immediatam cõcomitantiam quam habet ad ſubſtãtiam motus ipſa quãtitas continua,& ut ſcribit Commẽ. in tracta.de tempore.in commen.95.multotiens exiſtimatur,ꝙ illud quod ſequitur rem,ſit uera res , unde Commẽ. dicit.3.phyſic.commen.2.illa, quæ ſequũtur motum quæ ſunt propinqua ſubſtantiæ eius eſt continuum : ubi patet ꝙ continuatio eſt de conſequentibus eſſentiam motus, & non eſt de conſtituentibus motus quidditatẽ. Nam quod eſt propinquũ ſubſtantiæ alicuius,non eſt ſubſtantia eius, licet appareat eſſe: propinquitas enim & ſimilitudo ſunt cauſæ deceptionis,ut dicit Beatus Aug. Vnde ſcias frater mi,ut dicit Commen.4.phyſi.commen.98.accidentia motus ſunt multa,quia habet quãtitatem,& habet qualitatẽ: magnitudo enim & lõgitudo,& breuitas,pertinet ad quãtitatem motus,& uelocitas,& tarditas ad eius qualitatem, ut patet.4.phyſi.commen.75. Et prius natura motus eſt quãtus,quàm ſit qualis:& prius natura accidit motui quãtitas & qualitas quàm tempus,quia tempus accidit motui in ratione menſuræ menſurantis ipſum,& quod ad quantitatem,& quo ad qualitatem,& ratio rei menſurabilis pręſupponit̃ rationi menſuræ. Et ꝙ cõtinuatio ſit de accidentibus motus,apparet etiam ex.4.phyſic. in tex.com.99.ubi Commen. expreſſe dicit continuationem eſſe unum ex accidentibus motui. Ideo ex diffinitione motus apparet continuatio, quia ueræ diffinitiones hoc habent,ut ex eis appareant accidentia conſequentia:unde ex illa diffinitione poteſt apparere quis motus eſt continuus à principio uſq; ad finem , & quis non poteſt eſſe continuus. Nam in motu locali hoc eſt poſſibile, non autem in motu augmenti alicuius aucti de principio motus quo incipit augeri uſq; ad terminum motus completi, & ſic continuatio apparet , in deſcriptione etiam motus quæ datur per proprietates , nõ autem in quidditatiua diffinitione. Ad authoritatem Commen.91.commen.dico ꝙ ratio formalis alicuius poteſt ſumi ex deſcriptione & à poſteriori,& ſic dicimus ꝙ motus ſecundum ꝙ quid erat eſſe ſui differt à priori & poſteriori,quia motus pertinet ad quantitatem , ſed prius & poſterius ad numerum:ſed non loquitur de quod quid erat eſſe motus à priori,& quo ad naturam,quia illud non conſtituitur per quantitatem. Accedit etiam ꝙ Commen. ibi & Philoſophus conſiderant motum , ut eſt menſurabilis per tempus,& quia tempus menſurat quantitatem accidẽtem motui & nõ motus eſſentiam,ut patet in tex. commẽ. 119. Sic motus,ut menſurabilis per tempus habet ſuum eſſe in quanto,& prius & poſterius in numero.

Motus quia eſt continuus, fuit neceſſe ut ſubiectum eius eſſet continuum,& non de natura diſcreti: cauſa enim continuitatis motus eſt ſubiectum eius.8 phy.commen.40.

Motum quodlibet eſt corpus,ſiue ponatur mouere ſe , ſiue moueatur ab alio.8.phy.tex.commen.40. & fuit demonſtratum in.6.phyſi.tex.commen.32.

Mouere ſe aliquid ſecundum ꝙ mouetur,impoſſibile eſt in motis & mouentibus,quæ dicuntur uniuocè.8.phyſi. tex. commen.40. Scotus in.2.ſententiarum. diſtin. ſecunda.q. 9.& Grego. Arimi.iſtum locum perſcrutantes conuenerunt in hoc,ꝙ apud Philoſophum ille motus dicitur uniuocus,quãdo principium effectiuum motus & terminus motus ſunt eiuſdem ſpeciei & rationis,ut eſt in motu alterationis,ubi calefaciens per caliditatem tanquam per principium productum inducit conſimilem caliditatem. Vnde talis motus eſt uniuocus,& in tali impoſſibile eſt quòd aliquid idem moueat ſe ut clarè deducunt ; ſed eſt alter motus æquiuocus, ſicut dum principium efficiens non eſt eiuſdem rationis cum termino motus , ſicut eſt in motu

Digreſſio contra Scotũ & Græ. Ariminen.

locali. Vbi patet quòd terminus motus, & principium nõ ſunt eiuſdem rationis, & aſſerunt ꝙ tali motu æquiuoco aliquid, ut eſt in actu uirtuali, & idem eſt in potentia formali, poteſt localiter mouere ſeipſum, ſicut aſſerunt in uia Auerro. 4. cœli. commen. 22. & 3. cœli. commen. 28. quòd graue exiſtens ſurſum mouet ſe, ut eſt potentia, deorſum. Eſt enim habens actum uirtualem per quem poteſt ſeipſum mouere, & eſt in illo loco in potentia formali reſpectu ubi deorſum, & ſic in motu æquiuoco ſic intellecto non inconuenit, ut idem ſit mouens ſeipſum. ¶ Mirũ eſt quomodo uiri iſti illo modo hallucinentur in iſto loco, nam demonſtratio Ariſt. ibi eſt ad probandum, ꝙ primũ motum ex ſe nõ poteſt ſeipſum mouere, ita ꝙ idem ſit mouens & motum, & eſt de motu locali præcipue illa demonſtratio: & ſic Ariſt. adducit demonſtrationẽ in motu ęquiuoco, in quo ſecundum uos non inconuenit, ut idem moueat ſeipſum, & ſic eſt extra propoſitum, immo eſt contra propoſitum. Sed cauſa quare iſti & ſequaces eorum in plẽriſq; conſimilibus defecerunt in uia Peripateticorum fuerunt cauſæ, quas imponit Auer. Auicen. & prima fuit neglectus textuum, ut patet. 3. de anima. commen. 30. inquit enim: Et cauſa erroris huius uiri in quo etiam nos fuimus longo tempore, fuit quia inſpiciebamus uerba expoſitorũ & non uerba Ariſt. Secunda cauſa fuit quam allegat. 3. cœli. commen. 67. paucitas exercitationis in philoſophia, & bona confidentia in proprio ingenio. Tertia fuit quia miſcent credita cum naturaliter demonſtratis, hanc cauſam allegat Commen. contra Auic. & Philoſophum commen. 22. ubi ſcribit: Sermo eius ſemper inuenitur medius inter Peripateticos & loquentes. ¶ Dicamus igitur cum antiquis expoſitoribus, & cum Auerroe præſertim, ꝙ per motum uniuocum intellexit Philoſophus motum propriè dictum, qui reperitur in rebus corporeis, qui motus fuit diffinitus in. 3. phyſi. unde inquit Commentator: Impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſeipſum moueat ſecundum quod mouetur, & hoc eſt in mouentibus & motis quæ dicuntur uniuocè. & dixit hoc, quia hoc non eſt impoſſibile niſi in motoribus quę ſunt corpora, aut uirtutes in corporibus, & ſubdit: Et ideo exiſtimauit Plato ꝙ mota ex ſe mouentur à motoribus abſtractis, & ꝙ mouens ſe eſt abſtractum, & ꝙ abſtractum eſt mouens ſe. Sed ſi hoc fuit ita, tunc motus, & mouere illic dicentur æquiuocè cum motu qui eſt hîc, quod pro tanto dixit, quia ſi dicamus entia abſtracta mouere ſe, hoc eſt inquantum intelligunt ſe ſed talis intellectio eſt motus æquiuocus, & alterius rationis à motu qui eſt in corporibus, aut in uirtutibus exiſtentibus in corpore. Vnde in illo cõmen. imponit Platoni ꝙ ipſe poſuit tria: primũ ꝙ primus motor non eſt corpus, & hoc eſt uerum: ſecundum fuit ꝙ omnis motor, ſiue fuerit corpus, ſiue non, non mouet niſi moueatur, eodem modo motus uniuocè, ita ꝙ ſi primus motor localiter mouet cœlum, etiam localiter mouetur: tertium quod intulit ex hoc fuit, ꝙ Plato poſuit animam eſſe extra corpus, & eſſe æternã quia mouet ſeipſam. Et Commen. ſoluit ꝙ hoc eſſet uerum, ſi anima moueret ſeipſam eſſentialiter, & moueret ſeipſam motu proprio abſtracto, & declarat quis ſit iſte motus abſtractus proprius dicens, ſcilicet ut intellectus & intellectũ in ea eſſent idem, ut eſt declaratum de primo motore, & de cæteris motoribus abſtractis: ſed iſte motus dicitur æquiuocè cum motu qui eſt à motoribus, qui ſunt corpora, aut uirtutes in corporibus. quid clarius, aut quid manifeſtius dici potuit contra iſtam opinionem iſtorum? ¶ Breuiter colligendo fragmenta ne pereant, dicamus apud Peripateticos nullum ſimplex poſſe ſeipſum mouere motu propriè dicto, ſed motu æquiuoco, ut eſt motus metaphoricus, eſt neceſſarium, quia Deus intelligit ſeipſum, & ibi, idem eſt intelligens & intellectũ, & intellectio omnibus modis & ſimpliciter, & in alijs intelligentijs eodem modo, ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam quàm ſit in primo principio, ut declaratum eſt alibi &c.

NOTA

Motus animæ intelligentiarum eſt æquiuocè dictus cum motu, qui eſt in motoribus, qui ſunt corpora, aut uirtutes in corporibus. 8. phyſi. commen. 40.

Moueri totum à parte eſt per accidens, & magis remotum eſt totum mouere partem eſſentialiter. 8. phy. com. 42.

Motum impoſſibile eſt, ut diuidatur in infinitum in actu. 8. phyſi. tex. com. 44. ubi elicit Commentator dari motum primum ſeu minimum, & illud eſt principium ſuper quo Ariſt. fundauit demonſtrationẽ ſuam in principio. 7. phy. idem. 7. phyſi. commen. 2. & 6. phy. 32. & 91.

Motores primi apud Ariſt. ſunt duobus modis, uidelicet materialis, & iſte conſtituitur per rem motam: & immaterialis, & iſte non dicitur continuus niſi per accidens. Continuitas enim eſſentialiter non eſt poſſibilis in omni motore primo, quia non eſt corpus. 8. phyſic. commen. 44. Non conſtruas autem ly hoc, referendo ad propoſitum antecedens, ut ſit ſenſus, ꝙ motor primus immaterialis ſit continuus per accidẽs, quia oppoſitum ſcribitur in eodem commen. ſed ad remotum, uidelicet ad motorem primum in generalibus, ſicut eſt anima in animalibus, quæ eſt diuiſibilis per accidens.

Motor in motis ex ſe non eſt diuiſibilis, neq; per ſe, neq; per accidens, quia non mouetur neq; eſſentialiter neq; accidentaliter. 8. phyſi. commen. 44.

Motor primus utrum ſit unus aut plures, hoc conſiderandũ eſt in alia ſcientia quam in ſcientia naturali. 8. phyſi. com. 45. & 1. phy. tex. com. ulti. uide. 12. meta. tex. commẽ. 49. idem. 8. phyſi. commen. 48.

Mota generabilia & corruptibilia niſi eſſent determinata, & continuata à motu corporum cœleſtium non eſſent nedum ut continuaretur eſſe in eis. 8. phyſi. commen. 47. & habetur in principio libri meteororum, ubi dicitur: Oportet mundum iſtum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur. idem primo cœli. tex. commen. 100.

Motus ſi continuus eſt, & unus eſt. 8. phy. tex. com. 48.

Motus cõtinuus eſt, qui eſt ab uno mouente, & unius quod mouetur. ibidem.

Motus cõſequenter ſe habẽtes non ſunt continui. ibidem.

Motus æternitate demonſtratur eſſe motoris æterni in. 8. phyſi. & etiam ex æternitate motoris oſtenditur æternitas motus. 8. phy. commen. 50. ¶ Vbi manifeſtè patet dari regreſſum in ſcientia, unde ſubdit ꝙ cum iſtæ duæ uiæ fuerint coniunctæ, tunc eſt firmior ſcientia. Conſimilem ſententiam de regreſſu inuenies in Auer. in. 6. phy. commen. 12. & 15. & 1. de anima. commen. 11. idem. 8. phyſi. commen. 53. Ex quo patet etiam cõtra illos qui aſſerunt regreſſum non poſſe dari in ſcientia, niſi reſpectu diuerſorum hominum, quia impoſſibile eſt ꝙ reſpectu eiuſdem hominis ſit notior cauſa & efficiens. Aliqui autem uolentes hoc euitare, poſuerunt ꝙ habito primo proceſſu qui ex effectu ad cauſam, tunc intellectus negociatur per compoſitionem & diuiſionem, aut per aliam uiam, & ſic acquirit maiorem notitiam de cauſa ita ꝙ notitia cauſæ intenditur, & ſic poteſt fieri regreſſus, & non erit petitio principij, immo tunc procedimus à cauſa magis nota. ¶ Nobis autem uidetur utraq; opinio falſa eſſe. Nam uidemus eundem Ariſtot. in eodem quæſito argumentari utroq; modo, & quia, & propter quid, ut clarum eſt, & quilibet in ſe hoc poteſt experiri. Si autem illa negotiatio eſt neceſſaria, quomodo igitur ommittitur à Philoſopho qui docuit artem demonſtrandi? Vnde in primo poſteriorum, ubi loquitur de demonſtratione quia, & propter quid, dat exemplum de planetis ꝙ non ſcintillant, quia ſunt propè: & oſtendit etiam illos propè eſſe, ex hoc ꝙ non ſcintillant, ex ſola mutatione extremi. Si autem negotiatio illa eſſet neceſſaria, mirum eſt quomodo Ariſtot. non docuerit illam, nec utatur ea: nam nulla negotiatione facta, immediate ꝙ oſtenſum fuit per motum cœli primum motorem eſſe, regreditur, & ita inuenimus obſeruatum ubiq; locorũ. ¶ Dicamus igitur nos dari regreſſum; nec propter hoc erit demonſtratio circularis, nam Ariſt. negat circulum in demonſtrationibus ſimpliciter, in ſenſu quæ ponebant antiqui, unde inquit: Circulo quoque ꝙ impoſſibile ſit demõſtrare ſimpliciter manifeſtum eſt. Sed Ariſt. uult ꝙ primus proceſſus qui eſt ab effectu ad cauſam per demonſtrationem quia, nõ eſt ſimpliciter ſcientificus, nec ſimpliciter demonſtratiuus, quia non generat ſcire ſimpliciter diffinitum in poſterioribus, quod eſt rem per cauſam cognoſcere propter quam res eſt, unde demonſtratio quia, non eſt demonſtratio, licet ſit demonſtratio quia: unde lucidiſſimus Themiſt. in. 2. poſteri. cap. 30. inquit: Nullum inconueniẽs ſequitur, ſi cauſa cum ſua concluſione retorqueri dicatur. Nec enim eadẽ ratio utrinque reciprocandi eſt, ſed cùm ab euẽtis ad cauſam ſubitur, ſyllogiſmus tantum uocatur: cùm è contrario eſt, abſoluta demonſtratio dicitur. Vnde Alexan. & Io. Gramma. & Simplicius, illum primum proceſſum per demonſtrationẽ quia, appellant fieri per ſyllogiſmum coniecturalem. Amplius autem ſcire debes ꝙ ſunt tria demonſtrationum genera, ut ſcribit Commen. in prologo primi phyſi. & 2. cœli clare commen. 35. uidelicet dans cauſam & eſſe, quæ eſt potiſſima demonſtratio, quę ſimul utranq; quæſtionem abſoluit, uidelicet quia eſt, & propter quid eſt: iſtud enim eſt illius demonſtrationis ingeniũ, ut dicit lucidiſſimus Themiſt. Aliud uerò eſt ſigni, & eſt quando ex eſſe effectus q eſt notior quo ad nos, demonſtramus eſſe cauſæ ignotũ quo ad nos. Tertium genus eſt demõſtratio propter quid tantum, quæ dicitur ab antiquis demonſtratio cauſæ tantum, unde per talem demonſtrationem per quam regredimur à cauſa, nõ reuertimur ad idem præciſe, à quo inchoauimus motum. Nam in primo proceſſu ab eſſe effectus cõcludimus eſſe cauſæ, in ſecundo uerò proceſſu per cauſam non demonſtratur eſſe effectus, quia non erigitur demonſtratio ad per ſe nota ad ſenſum: non enim fit demonſtratio niſi ad quæſtionem, quæſtio autem eſt propoſitio naturaliter ignota. Eſſe effectus fuit præcognitum à nobis ſine demonſtratione, quia ſupponitur ꝙ eſt notum apud nos, & ideo in ſecundo proceſſu regredimur demonſtrantes ꝓpter quid illius effectus, quod eſt diuerſum ab eſſe eius. Nam quęſtio quia eſt, & quæſtio ꝓpter quid eſt. ſunt quæſtiones diuerſæ: ſtat enim aliquem effectum quo ad quia eſt, eſſe per ſe notum, ut eſſe eclipſis, qui tamen latet quo ad propter quid eſt: & ideo non eſt motus iſte circularis, ſicut uides, nec ſequitur ꝙ idem reſpectu eiuſdem ſit notũ & ignotum eodem modo, nec eodem proceſſu, & hoc pauci admodum intellexerunt.

Digreſſio contra negantes regreſſum.

Motor quilibet non poteſt euadere ab altera iſtarum trium diſputationũ: nã aut mouet & nõ mouet, aut mouet & mouet ab altero, aut mouet & mouet ex ſe. 8. phy. tex. cõ. 50.

Motor unus eſſentialiter non mouet niſi uno moto. octauo phyſico. commen. 51. & 31.

Mota ex ſe quæ ſunt hîc, ſi motores eorum mouent pluribus motibus, hoc eſt per accidens. 8. phy. tex. com. 51.

Motor primus in aĩalibus, licet ſit indiuiſibilis, mouet tñ accidentaliter, qa conſtituitur per corpus. 8. phy. com. 51.

Motor quilibet in ſubiecto mouetur ꝑ accidens ad motum ſui ſubiecti deferẽtis ipſum. ſ. in loco. 8. phy. tex. com. 51.

Motum quodlibet ex ſe quod quandoq; mouetur, & quandoq; quieſcit, mouetur ab extrinſeco. 8. phy. tex. com. 51.

Motus animæ ad corporis motum, non eſt ſicut motus partis ad motum totius, ſed eſt ſicut motus albedinis ad motum ſui ſubiecti. 8. phyſi. commen. 51.

Mouetur per accidens quodlibet quod mouetur, quia eſt in moto. 8. phy. tex. com. 51. idem quinto phy. in principio.

Motus motui poſſunt fieri à motore non moto mediante moto æterno. 8. phyſico. tex. commen. 53. & com. 15. ibid.

Motus localis eſt cauſa propinquitatis & diſtantiæ. 8. phyſico. tex. commen. 55.

Motus localis alius eſt prior & eſt circularis, alius poſterior & eſt rectus. 8. phy. tex. commen. 55.

Motus continuus eſt dignior motu conſequenter ſe habente. 8. phyſi. tex. commen. 56.

Motus continuus habet æternitatẽ eſſentialiter, ſed in ſucceſſiuo æternitatis eſt accidentaliter. 8. phy. tex. com. 56.

Motus localis eſt primus motuum. 8. phyſico. tex. commẽ. 55. & 12. metaphy. tex. commen. 38.

Motus localis poteſt eſſe ſine alijs motibus, ſed alij non ſine ipſo, ideo eſt natura prior alijs. 8. phyſi. tex. com. 56.

Motus localis in mundo maiori præcedit alios motus, in minori uerò ſequitur. 8. phyſi. tex. commen. 57.

Mutatio loci iam perfectorũ motus eſt. 8. phy. tex. com. 57.

Motus generationis in animalibus præcedit omnes alios motus, ſecundum ꝙ prædicamentum ſubſtantiæ præcedit reliqua ꝓdicamenta, in quibus eſt motus. 8. phy. com. 57.

Motus localis ultimus eſt in his quæ ſunt in generatione. 8. phyſi. tex. commen. 58. Vbi aduerte ꝙ Themiſt. ſoluit apparentem contradictionem ibi, quia ſuperius fuit dictum motum localem eſſe priorem tempore alijs, nunc uerò uidetur dicere oppoſitum: ſed ad hoc ait facilem eſſe defenſionem, nam ſingulatim ortus & generatio prior eſt motu locali, ſed in uniuerſum motus localis prior eſt ortu. Neceſſarium enim eſt rei quæ paritur quod præceſſerit aliquod pariẽs, quod antequam pareret, exercuerit motum localẽ.

Motus localis ſolus non abijcit à ſubã. 8. phy. tex. com. 59.

Motus rei perfectioris perfectior eſt. 8. phy. tex. com. 58.

Motus localis per accidens, quando mouet alio motu ſuum mobile. 8. phyſico. comm. 60. uide. 2. cœli. commen. 42. ubi dicitur ꝙ motus calefacit.

Motum ex ſe eſt principium rerũ motarũ. 8. phy. tex. cõ. 60.

Motus circularis ſolus poteſt eſſe æternus, ut declaratum eſt in. 6. phyſic. Sed Ariſt. ibi non compleuit perſcrutationem de hoc, & ideo iterauit illam declarationem in octauo. Commen. 8. phyſic. c. 61.

Motus localis non habet apparentem contrarietatem, ſicut cæteri motus. 8. phyſi. commen. 62. & commen. 16. & 5. phyſi. commen. 9. 6. phyſi. com. 92. 1. cœli. commen. 86.

Motus oppoſiti non poſſunt inuicem cõtinuari, quia ſemper inter eos cadit quies media. 8. phyſi. tex. commen. 62.

Motus generationis & corruptionis cùm ſint oppoſiti, non habent quietem apparentem, quia illud quod mouetur illis motibus, non eſt aliquod ſubiectum demonſtratum in actu ſub ambobus extremis motuum. 8. phyſi. com. 62.

Motus contrarij habent quietem mediam, uera eſt propoſitio de motibus exiſtentibus in eodem mobili, non in diuerſis habentibus principium & finem, neq; in motibus, quorũ unus eſt ꝑfectio alterius. Com. 8. phyſi. com. 62.

Motus ſecundum alium modum opponitur motui, & ſecundum alium opponitur quieti. 8. phyſi. tex. commen. 62.

Motuum contrarietas in qua communicat corpus circulare & rectum, quomodo ſit intelligendum, uide. 8. phy. com. 64. uide clarius primo cœli. commen. 32.

Motus ad latus, uerbi gratia, ad dextrum & ſiniſtrũ non ſunt contrarij motibus qui ſunt ſecundum longitudinem, uidelicet ad ſuperius uel inferius, quia ex iſtis motibus poteſt componi unus motus: & motus contrarij non componuntur, quia non eſt impoſſibile, ut aliquid moueatur ſuperius & ad dextrum. 8. phyſi. tex. com. 64.

Moueri circulariter, et moueri ſecundum circulum non ſunt idem. 8. phyſi. tex. commen. 65.

Mota quæ mouentur eundo & reuertendo habent duas quietes, & hoc eſt manifeſtũ ſenſui in his quæ mouentur motu uoluntario, & his quę mouent naturaliter. 8. phy. cõ. 65.

Motus continuus nõ habet medium unum numero in actu, ſed in potentia. 8. phyſi. tex. com. 65.

Motus continuus continui eſt. 8. phyſi. tex. com. 68.

Mobile quod continue mouetur per accidẽs, infinita pertrãſit, ſimpliciter uerò nequaquam. ibidem.

Mobile nunquam pertranſit aliquod ſpatiũ in actu, niſi quũ deſcribit aliquod punctum in actu: & ſi poſtquam deſcripſit in actu mouet, utetur illo puncto pro principio & fine, & ſic neceſſario oportet, ut quieſcat inter duos motus. Cõmen. 8. phy. com. 68. & habetur in tex. etiam.

Mobile dũ deſcribit punctũ in actu qeſcit. 8. phy. com. 70.

Mobile quodlibet quod mouetur aliquo motu finito diuer-

ſo ſecundum ſpeciem, neceſſe eſt ut moueatur à quiete oppoſita illi motui. 8. phyſi. tex. commento. 71. & habetur etiam in. 5. phyſi.

Mobile quod mouetur motibus oppoſitis, oportet quòd ſingulariter moueatur eis, cùm impoſſibile ſit ſimul moueri. 8. phyſi. tex. commen. 72.

Motus quilibet qui non eſt pars motus, neq; perpetuus, neceſſe eſt ut incipiat poſt quietem. 8. phyſi. com. 71.

Motus non ſequitur motum niſi quando ſecundus fuerit perfectio primi non oppoſitus illi, aut hoc contingit per accidens, ſicut illuminatio domus per candelam quæ ſequitur motum candelæ. 8. phyſi. commen. 71.

Motus circularis habet principium & finem unum ſubiecto ſed duo ſunt rationem: ſed in motu recto ſunt duo ſecundũ rationem, & ſecundum ſubiectum. 8. phy. tex. com. 73.

Moueri uno motu cõtinuè impoſſibile eſt, excepto motu circulari. 8. phyſi. tex. commen. 74. contra antiquos qui aſſerebant omnia eſſe in continua alteratione & tranſmutatione. Inde collige ꝙ etiam in animatis non eſt unus motus numero, aut una operatio, una continua à principio uitæ uſq; ad ultimum. Si dicatur de nutritione, quia tandiu uiuimus quandiu nutrimur: dic ꝙ anima nutritiua non ſemper eundem actum habet, ut patet exercitatis in philoſophia. Si dicatur de motu cordis, patet etiã ꝙ ibi eſt quies media inter motum ſyſtoles & diaſtoles.

Motus augmenti aut diminutionis, cum ſint oppoſiti, habẽt quietem in medio. 8. phyſi. tex. commen. 74. unde patet dari ſtatum. idem. 8. phy. tex. commen. 23. & 3. de anima. commen. 59. uide in concordantijs.

Motus quilibet ſecundum locum, aut circularis, aut rectus, aut mixtus, qui illis poſterior eſt, cùm ex illis compoſitus ſit. 8. phyſi. tex. commen. 75.

Motus ſimplices ſunt duo, uidelicet rectus, & circularis, ꝗa dimenſiones ſimplices ſunt duę: motus autem mixtus eſt, qui fit ſuper lineam curuam, aut giratiuam, quæ eſt compoſita ex linea recta & circulari. 8. phy. commen. 75. idem. 1. cœli. tex. commen. 5. & ibi uide Auer. & Albertum. quomodo hoc ſit intelligendum, an uidelicet ſimplicitas motus ſumatur prius ex mobili, an ex ſpatio.

Motus circularis eſt perfectus, & motus rectus eſt diminutus. 8. phyſi. tex. commen. 75. idem primo cœli & mundi. tex. commen. 12. & 2. cœli. tex. commen. 23.

Motus finitus eſt diminutus, quia poteſt ſibi additio fieri, ꝗa inuenitur perfectior eo. 8. phyſi. tex. com. 75.

Motus circularis eſt prior ratione. i. diffinitione, motu recto, quia accipitur in diffinitione eius, quia motus rectus eſt qui fit à medio & ad medium, & medium non inuenitur niſi in circulari. 8. phyſi. commen. 75. Ex quo collige quid ſit eſſe prius ratione altero, ſicut & ſubſtantia propter eandem cauſam eſt prior ratione accidente. ſeptimo metaphyſi. tex. commen. 4.

*Quid ſit prius ratione aliquo.*

Motus circularis non habet principium, medium, & finem, determinata, ſicut ſunt in motu recto. octauo phyſico. tex. commen. 76.

Mobile quod mouet circulariter, ſemper eſt in principio, medio, & fine. ibidem.

Motus circularis eſt menſura aliorum motuum, cum ſit prior natura alijs. 8. phyſi. tex. commen. 76.

Mobile quòd circulariter mouetur quodammodo eſt quieſcens, & quodammodo eſt motum. 8. phyſico. tex. commen. 76. idem. 6. phyſico. 85.

Mobile circulariter ſemper æqualiter mouetur circa mediũ, quia ſemper diſtat æqualiter: ſed mobilia motu recto, quãtò magis appropinquant locis, in quibus quieſcunt naturaliter, tantò uelocius mouentur. 8. phyſi. tex. commen. 76. idem. 2. cœli. tex. commen. 35. & 92.

Motus localis eſt prior etiam omnibus motibus, ſecundum ponentes motum fuiſſe factum de nouo. octauo phyſico. tex. commento. 77.

Motor qui eſt potentia in corpore poteſt diuidi. octauo phyſico. commen. 78. ℣ Inde elicitur de mente Philoſophi omnem formam materialem eſſe diuiſibilem per acidẽs, & ſecundum ſubiecti diuiſionem, alioquin demonſtratio illa octaui, qua demonſtratur abſtractio primi motoris, rueret.

*Nota cõtra formã materiali eſſe diuiſibilẽ ſecundum Peripateticos.*

Motiuæ potentiæ poſſunt dici infinitæ duobus modis. 8. phyſico. commen. 79.

Motores ſiue materiales ſiue immateriales fuerint, conueniunt in hoc ꝙ habent potentiam finitam in uigore. 8. phyſico. commen. 79. idem. 2. cœli. commen. 71. & 38.

Motus lapidis aut corporum ſimplicium, neq; naturaliter, neque ſecundum uiolentiam fieri poſſet ſine medio. octauo phyſico. commen. 82. idem tertio cœli. commen. 28. & 4. phyſico. commen. 71.

Mobilia terminabilia, ideſt figuram terminatam habentia, aliter ſe habent in motu quàm ſimplicia corpora, quia in ſimplicibus non oportet, ut idem ſimul ceſſet à mouere & à moueri, ſicut eſt in corporibus terminatis. octauo phyſico. tex. commen. 82.

Motus proiectorum eſt multum ſimilis motui nauis in undis qui exiſtimatur eſſe unus, cùm tamen ſit ſucceſſiuus per undationem quæ fit in aqua, & talis undatio fit in aere & motu ſagittæ proiectę. 8. phy. com. 82. & habẽt ex tex.

Motus proiectorum in aere & aqua non eſt continuus, ſed uidetur. 8. phyſi. tex. commen. 82.

Motus continuus eſt unius motoris & unius moti. ibidem. & tex. 83.

Motores qui dum mouent, mouentur, fatigantur, & hoc prouenit, quia ſunt in materia. 8. phyſi. commen. 83. idem ibidem. tex. commen. 78. & 97. & in. 2. cœli. commen. 3. & 71. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Mouentur citius proxima mouenti. 8. phyſic. tex. commen. 84. ℣ Ex hoc iterum trahi poteſt argumentum contra tenẽtes intelligentiam dare eſſe formaliter orbi, quia cum intelligentia uniatur orbi, non per dimenſiones interminatas, haberet eandem rationẽ, & reſpectu circunferentiæ, & reſpectu aliarum partium: & ita ex illa ratione non deberet motus uelocius apparere in circunferentia quàm in cæteris. Non enim orbis illo modo eſſet magis proximus ꝗ̃ reliquæ partes, ſed ideo dicendum eſt, quia eſt forma dãs operari tantum, & actus agentis fit in paſſo diſpoſito, & ideo circunferentia uel orbis ſecundum illam habet maiorem diſpoſitionem ad recipiendum motum quàm partes centrales, & ſic eſt illa propinquitas: & quod apud me concludit contra iſtam uiam eſt hoc, quia ſi ex intelligentia & orbe fieret unum, ſicut ex forma dãte eſſe, oporteret iſtam compoſitionem cognoſci per Philoſophum naturalem, ꝗa in hoc damnat Auerroes Auicen. opinantem naturalem ſumere à diuino corpora eſſe compoſita, cum quælibet compoſitio in corporibus inuenta non poſſit cognoſci niſi uia alicuius tranſmutationis. Patet autem ꝙ ſm̃ Ariſt. uiam, ut teſtatur Commẽ. in prin. lib. de ſubſtãtia orbis, cõpoſitio ex intelligentia & orbe tanꝗ̃ ex duabus naturis fuit inuenta per motum localem: ſed per motum localẽ naturalis nõ peruenit niſi ad cognitionem primi motoris, inquãtum eſt primum mouens, & ſic oſtendit eſſe ipſum in maximo circulo, quia ibi præcipuè apparet eius operatio, ut etiam exponit Commen. in commen. Non autem naturalis per illam uiam aſcendit ad cognitionem primi principij, ut eſt forma dans eſſe, ut iſti fingunt. Nam ut ſcribit Commen. 12. meta. commen. 5. licet primus motor & prima forma & primus finis ſunt eadem ſubiecto, differunt tamen ratione. Vnde primus motor & prima materia à naturali conſiderantur, ſed prima forma & primus finis à diuino, ut dicit Commen. in prologo primi phyſi. & in. 3. meta. com. 3. ℣ Fortè dices ꝙ poſtquam naturalis aſcẽdit ad cognitionem primi motoris demonſtrando illum eſſe abſtractum à materia, diuinus eſt poſtmodum, qui declarat quod eſt prima forma, & ſic ꝙ ſit forma dans eſſe orbi declaratur in ſcientia diuina. ℣ Sed hoc quidem ſtare non poteſt, quia licet uerum eſt ut aſſeuerat Commen. in commen. 5. duodecimi primę philoſophiæ, ꝙ poſtquam diuinus accepit pro





conſtanti à naturali primum principium eſſe abſtractum ab omni materia & magnitudine, tunc declarat ꝙ ſit forma & finis omnium entium: tamen nullibi in ſcientia diuina declaratum eſt, primum principium eſſe formam informantem cœlum, aut aliquod ens per formalem coniunctionem & inhærentiam: immo oppoſitum inuenitur determinatum, ut eſt aperta ſententia Auer. 12. primæ philoſophiæ. commen. 37. ubi Ariſtot. ibi erat in tali loco, ut oſtenderet quomodo primum mouet in ratione finis & formę, & inquit: Perfectionum ad quas mouetur perfectũ, quædam ſunt in ſubiecto quod perficitur, ut eſt ſanitas in corpore, & quædam ſunt perfectiones extrinſecè ad quas mouetur ipſum quod perficitur, ſicut ſunt omnes actiones ſeruorum erga dominum ſuum: & iſta eſt diſpoſitio primi principij reſpectu omnium entium. Ecce igitur clarè ꝙ diuinus dũ declarat Deum glorioſum in ratione, qua eſt prima forma, nõ declarat ꝙ ſit forma cõiuncta, aut inhærẽs, imo ꝙ eſt forma ſeparata, & extrinſecus ꝑfectius, quia prima informatio derogat ſimplicitati diuinę. Non. n. haberet ꝑfectã ſubam per ſe, ſi cœlũ informaret, ut patet intelligẽtibus, & ineuitabiliter ſequeretur ipſum per accidens moueri ad motum orbis, & iſta demõſtrant in ueritate apud intellectum bene diſpoſitum & habilitatum ad comprehenſionem ueritatis. Neq; naturalis igitur, neq; diuinus agnouit iſtam mirabilem unionem & extraneam, quam iſti imponunt primo principio qui non poſſunt tranſcendere ſenſum.

Motor corporeus non mouet niſi aut expellendo, aut attrahendo, aut utrunque agendo. 8. phyſico. tex. commen. 85. conſimile. 7. phyſi. tex. commen. 10.

Motus quilibet ſecundum locum quem lationem uocamus, aut eſt rectus, aut circularis, aut ex his mixtis primo cœli. tex. commen. 5.

Motus cœli eſt naturalis ex parte ſubiecti ſimplicis ſecundũ primam ſolutionem, uel ex parte formæ abſtractæ ſecundum ſecundam. uide primo cœli. com. 5. ubi eſt digreſſio.

Motuum diuerſitatis cauſa eſt diuerſitas naturarum agentiũ tam ſecundum genus quàm ſecundum ſpeciem. 1. cœli. cõmen. 5. & 81. & 2. cœli. commen. 13.

Motus ſimplex non diuiditur in duo, uidelicet circularem et rectum propter diuiſionem, ſed propter diuiſionem mobilis, ut quia mobile ſimplex, aliud eſt rotundum, aliud rectum: ideo motus etiam ſimplex eſt alter circularis, alter rectus. 1. cœli. commen. 5.

Motus circularis & rectus diffiniuntur in ſcientia naturali, ut ſunt in corporibus naturalibus motis natura, non uiolentia aut arte, & ut ſunt ſenſibiles. 1. cœli. commen. 5. idẽ habet in paraphraſi.

Motus circularis eſt terminatus natura propter terminationem medij, ſed alij motus circulares qui ſentiuntur, nõ ſunt naturales, quia non habent centrum terminatum. 1. cœli. commen. 5. Quod ideo aſſeruit, quia medium quod ponitur in diffinitione motus circularis, eſt medium mundi, ut ſcribit Alexan. referente Simplicio: & tale eſt natura terminatum & unum, ut eſt demonſtratum in. 1. cœli & mundi. Et tale etiam ponitur in diffinitione motus ſimplicis recti, ut aſſerit etiam Auer. in præſenti loco.

Motus mixti eſt ab elemento prædominãte. 1. cœli. tex. commen. 7. & 8. & 2. de anima. 14. & 39.

Motus omnes compoſitorum corporum quæ mouentur ſecundum elementum dominans, aut ſunt recti, aut incuruati, uel ad dextrum, uel ad ſiniſtrum, uel antè uel retro, uel circa medium, ut motus uentorum: & omnes ſunt compoſiti præter illos qui fuerint ad ſuperius, uel ad inferius. primo cœli. commento. 7.

Motus cũ dicitur eſſe actus entis in potentia ſecundum ꝙ in potentia: potentia illa qualis ſit, uide. 9. meta. tex. com. 11.

Motor primus eſt actus in quo non eſt potentia omnino. 9. meta. commen. 17. & 12. meta. com. 41.

Motus cœli diurnus ab aſtronomis ſumitur pro menſura per quem mẽſurant cæteros motus, quia eſt uelociſſimus: & tempus iſtius motus eſt minimum omnium temporũ. 10. metaphyſi. tex. commen. 4.

Motor primus in phyſicis fuit declaratum de eo ꝙ ſit æternus & abſolutus ab omni materia, & pòſt. i. in ſcientia diuina fuit declaratum ꝙ non ſolum eſt principium tanquã motor, ſed tanquam forma & finis. 10. meta. com. 7. idem 12. meta. commẽ. 5. & 6. 36. 38. 41. & 44. & 4. metaphy. commen. 1. & 3. meta. commen. 3.

Motus non eſt præter res in quibus eſt. 11 primæ philoſophiæ. cap. 8. & in. 3. phyſi. tex. commen. 4.

Motus & mutationis tot ſunt ſpecies quot entis. ibidem.

Motus eſt actus poſſibilis inquantũ poſſibile. 11. meta. ca. 8.

Mobilis proportio ad motum eſt proportio materiæ ad formam. 9. metaphy. commen. 11.

Motor mouet tribus modis, aut ſecundum accidens, aut ſecundum partem, aut ſecundum ſe primum. 11. primæ philoſophiæ. cap. 10. in princi. & in. 5. phyſi. tex. commen. 2. De motore habetur eadem diſtinctio, ſed diſtinctio iſta triplex de terminis motus ponitur ibi in tex. commen. 5. Animaduerte tamẽ ꝙ conſimilis diſtinctio fieri poteſt etiam de tp̃e in quo fit motus, ut bene notauit ibi dñs Albertus.

Motus cùm perpetuus ſit & perpetua in tempore non ſint, quomodo motus æternus in tempore erit, uide Themiſt. 4. phyſico. ſuper. 117. & cogita.

Motui contrarium, aut motus eſt, aut quies. 5. phyſico. tex. commen. 8. & 11 primæ philoſophiæ. cap. 10.

Motus eſſe motum dupliciter contingit, uel ut ſubiecti, uel ut termini. 5. phy. tex. com. 11. & 11. primę philoſo. ca. 10.

Motus eſt motus alicuius, & qualitas eſt qualitas alicuius. 12. meta. commen. 3. & elicitur ex tex.

Mobile & immobile non habent idem principium commune, & iſta eſt cauſa in hoc, ꝙ ſcientia de mobilibus eſt alia à ſcientia de immobilibus. 12. meta. tex. commen. 6. ℣ Caueant igitur ponentes unionem entis, ne cogantur dicere ſcientiam naturalem & diuinam eſſe unam & eandem ſcientiam.

*Cõtra Scotum.*

Motus localis non prouenit ab extrinſeco motore. 12. primæ philoſophiæ. commen. 18. parum poſt dimidium. Vide in concordantijs nuper æditis.

Mouens nullam efficit paſſionem, ſed omne agens facit paſſionem & ideo omne agens eſt mouẽs, & non omne mouens eſt agens. 12. meta. com. 23. & habetur in. 1. de genera. & corru. tex. commen. 45.

Mouentis primi forma eſt quodammodo omnes formæ. 12. meta. tex. com. 24. & commen. 18. in calce commen.

Motum & tempus impoſſibile eſt fieri, aut corrumpi. 12. meta. tex commen. 29. & in princi. 8. phyſi.

Motus ſic eſt cõtinuus ut tempus, nam ut motus eſt, aut motus quædam paſſio. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 29. ℣ Ex hoc patet contra dominum Albertum in. 4. phyſicæ auſcultationis. tracta. 3. cap. 6. & eſt in tractatu de tempore, ubi habetur aliter motum eſſe continuum, & aliter tempus, authoritatem Auicen. ſecutus. Inquit enim ꝙ motus eſt continuus per accidens, & tempus eſt continuum eſſentialiter: cùm tamen Ariſtot. hîc & in. 4. phyſi. tex. cõmen. 99. & 5. meta. tex. commen. 18. & 6. phyſi. dicat iſta eſſe eodem modo quanta & continua.

Motus eſt continuus niſi qui ſecundum locum, & huiuſmodi ille qui eſt circulo. 12. meta. tex. commen. 29.

Motum impoſſibile eſt imaginari ſine tempore. 12. meta. commen. 29. Vide in concordantijs.

Motor quilibet cuius ſubſtantiæ admiſcetur potentia poſſibile eſt, ut in aliqua hora non moueat. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 13. idem in. 8. phyſicæ auſcultationis commen. 4. 8. & 15.

Mouens primum immune eſt à potentia, & in nulla exiſtit materia. 12. metaphyſicæ commen. 35. & 41. idem. octauo phyſic. commen. 79.

Motor corporis cœleſtis mouet, quia eſt agens, & quia eſt finis motus. 12. meta. commen. 36. idem primo cap. de ſubſtantia orbis contra Auicennam.

Motor corporeus neceſſario mouetur eodē motu quo mouet. 1. de anima. tex. commen. 41. uide quomodo ſit intelligendum, Themiſt. ibidem cap. 17. ubi defendit Ariſt. ab argumentis Theophraſti. Dicit enim hoc intelligi ſecundũ genus, quia ſi corpus mouet localiter, oportet ꝙ localiter moueatur: ſed fallit in ſpē, quia non ſequitur ſi mouet ſecũdum rectum, ꝙ moueatur ſecundum rectum. Et cogita qa gloſa Themiſt. generaliter non eſt uera niſi in motu locali, quia nō ſequitur in motu alterationis, qa primũ alterans quod eſt corpus cœleſte alterat, ſed non alteratur alteratione paſſiua: ſed Ariſt. ratio eſt de motu locali ibi, ut patet.

Motor ut finis, & motor ut agens, differunt in nobis, & habet duplex eſſe in anima & extra animam: quod autem eſt in anima eſt agens motum, ſecundum uerò quod eſt extra animam, & mouens ſecundum finem. 12. metaphyſicæ, commen. 36, idem primo cap. de ſubſtantia orbis.

Motor corporis cœleſtis cum ſit magis bonus omnibus bonis, ē neceſſe ut ſit magis deſideratus omnibus bonis. 12. meta. commen. 36. Illud enim quod eſt maius bonum, neceſſe eſt ut ſit magis deſiderandum.

Motus cœli principium non eſt ſenſus, neque phantaſia, ſed imaginatio per intellectum & deſiderium. 12. primæ philoſophiæ. tex. comm. 37. idem comm. 36. ibidem, &. 8. meta. commen. 12. & alibi ſæpe.

Motor primus mouet ut amatum & deſideratum primum cœlum, motum ab eo abſque hoc ꝙ moueatur, & primum cœlum mouetur ſecundum deſiderium ut aſſimiletur ei ſecundum ſuum poſſe, ſicut amans mouetur ut aſſimilatur ſuo amato. Alia autem corpora cœleſtia mouentur ſecundum deſiderium ad motum primi corporis. 12. metaphyſi. commen. 37.

Motus cœli ut declaratum eſt, eſt cōpoſitus ex duobus motoribus, quorum unus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtens in eo: alter autem eſt infinitæ motionis, & eſt potentia quæ non eſt in materia. 12. primæ philoſophiæ, commento. 41. uide in Theorematibus noſtris, quomodo ſit intelligendum.

Motor non mouet niſi quia potentia eius eſt maior potentia moti, & quantò magis fuerit maius, tantò potentia eius erit maior, & cùm potentia motoris non ſuperabundauerit, non poterit mouere ipſum. 12. metaphyſi. commento. 41.

Motus impoſſibile eſt ut permaneat per ſuam ſubſtantiam, quia habet contrarium, ſ. quietem. 12. meta. com. 41.

Motus cœli eſt poſſibilis ex ſe, & acquirit neceſſitatem eſſendi ab alio, & hoc ſolum in eo uerum eſt, ſed in ſubſtantijs hoc eſt impoſſibile. 12. metaphyſi. commen. 41. & ibi redditur cauſa huius.

Motum quodlibet accidentaliter aut eſſentialiter poſſibile eſt ut quieſcat ex ſe, & motum eſt ab alio. 12. metaphyſi. commento. 41.

Motus unus eſt ab uno motore. 12. metaphyſi. tex. commē. 43. ubi Commen. dicit ꝙ alioquin motus ille non eſſet cōtinuus, neq; unus. uide. 8. phyſi. tex. commen. 82.

Mobile primum quod mouetur ab anima, quæ non eſt corpus, eſt calor naturalis, & ideo membra quando infrigidātur, motus eorum priuatur. 2. colliget. cap. 18.

Motores plures incitantes ſe ad mouendum ſtellas erraticas, ordinantur ad primum motorem illius ſtellæ, & omnes intendunt motum illius, ſicut eſt diſpoſitio de motoribus omnium orbium cum motore totius. 12. metaphyſi. commento. 44.

Motor qui primò mouet animal eſt uirtus animæ quæ eſt in muſculo; & non eſt corpus de neceſſitate, & uide rationem demonſtratiuam ab Auer. 2. colliget. cap. 18.

Motus ſtellarum erraticarum poſiti ab aſtrologis ſunt tribus modis. 12. metaphy. commen. 44.

Motus eiuſdem ſtellæ impoſſibile eſt ut ſit uelox & tardus, niſi ſit compoſitus ex motibus. 12. primæ philoſophiæ. commen. 47.

Motus uoluntarius eſt duplex, communis & proprius. 2. colliget. cap. 18. & de iuuamentis membrorum, quæ ſunt inſtrumenta motus uoluntarij.

Motus contrarij, qui ſunt ſuper eoſdem polos, ſunt deſtruentes ſeinuicem, ita ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſint duo motus contrarij ſuper eundem polum: ſuper polos autem diuerſos, & ſuper centra diuerſa poſſibile eſt. 12. primæ philoſophiæ. commen. 47: idem primo cœli. commen. 33.

Motus giratiuus eſt uiolentus. 12. primæ philoſophiæ. com. 47. & 7. phyſi. tex. commen. 10.

Mouens primum immobile ens eſt unum, & ratione, & numero. 12. meta. tex. commen. 49.

Motus & reuolutiones cœli ſunt infinitæ, & prior non eſt cauſa per ſe in eſſe ſequentis, ſed per accidens: & Philoſophi non abhorrent infinitum per accidens. ex lib. deſtruc. diſp. 1. in ſolutione. 5. dubij.

Motus nullus poteſt denominari totum, neq; ſumma, uidelicet ꝙ ſit principatus, neq; finitus, niſi prout in anima ſumptus fuerit, ſicut de tempore & motu circulari. ſ. ꝙ non poſſunt denominari à pari & impari niſi ut ſunt in mente. ex libro deſtruc. diſpu. 1. in ſolu. 6. dubij.

Motus reuolutiones præteriti temporis aut futuri, priuatæ à Philoſophis reputantur, quomodo ſit intelligendũ. ibidē.

Motus aliquis ex ſupercœleſtibus ſi deſineret, ordo totius uniuerſi deſtrueretur, uel ſi eſſet etiam deſtrueretur, aut eſſet alius ordo. Nullus enim iſtorum motuum eſt ſine neceſſe eſſe, aut ſine bene eſſe, ibidem in ſolutio. 11. dubij.

Motus in quocunque animali ex diuina prouidentia conſiſtit in ꝓprio loco eius, uidelicet in meliori naturaliter. ibi.

Motus corporum cœleſtium differunt ſpē. ex libro deſtruc. diſpu. prima, in ſolutione. 11. dubij.

Motus corporum cœleſtium omnes ad unum finem reducũtur, & ad unum principiũ, ut uerè ſimile reperitur in pluribus artibus erga unum finem tendentibus. Omnes nãq; illæ artes ad unam & eandem reducuntur, quæ princeps aliarum artium ſine dubio eſt. ex libro deſtruc. diſpu. 3. in ſolutione. 18. dubij. in col. 4. idem. 12. meta. 44. & 2. cœli. 47. & 2. in cap. de ſubſtantia orbis.

Motus diuerſi in genere ſecundum Philoſophos conceduntur eſſe æterni neceſſario, quia eſt unus motus in rerum natura, unus numero ab æterno. Et cauſa etiam ꝙ eſſe corporum generabilium & corruptibilium in partibus & æternorum, ſecundum totum eſt, quia eſt unum corpus, & in partibus, & in toto æternum, & hoc eſt corpus cœleſte. Et infiniti motus ſunt ſempiterni in genere, quia eſt unus motus numero ſempiternus, & eſt motus firmamenti: & ille motus non cōponitur ex pluribus reuolutionibus in actu, ſed tantum in intellectu, ex diſp. 4. in ſolu. ſexti dubij.

Motus qui generat ignem, agens ipſius non eſt motus, at agens utriuſq; illorum eſt idem genere, ſcilicet calor diffuſus in elementa calore ſtellarum, & eſt ipſemet aer uerũtamen ipſe motus præſtat diſpoſitionem qua recipit ſubiectum formam ignis. ex paraphraſi metaphy. tracta. 2. col. 7. ibi, Et dicamus. idem. 7. metaphyſi. 31. & 12. metaphyſi. commen. 18.

Mobile quod mouetur motu circulari non mouetur naturaliter. ex diſputa. 13. in ſolutione prima. Quod intellige ſic capiendo naturam primo principio, quod mouet de loco incompetenti ad locum competentem: qua ſignificatione natura ſumebatur ab Algazele ibidem, ut patet ibidem. in ſolutione. 4. ubi dicit ꝙ principium motus non eſt uirtus naturalis in cœlo, ſicut eſt in elementis. & uide quæ ſequuntur.

Motus orbium non eſt uiolentus, quia eſt principium omnium motuum. ex diſputatione. 13. in ſolutione. 4. & habetur in primo cœli. & 2. diffuſe.

Motus inſpirationis principium habet à corde, & motus uoluntarius eſt coniunctus huic motui, & ideo accidit ꝙ pulſus magnificatur per motum, & minoratur per quietē. 2. colliget. cap. 18. de iuuamētis membrorũ motus uoluntarij.

Motus eſt perfectio cuiuslibet uiuentis inquantum uiuit: & ſi animalia nobis præſentia quandoque quieſcunt, eſt per accidens



accidens ratione materiæ neceſſitatis, & inducentis laborem. ex. 14. dſpu. in ſolutio. primi dubij.

Motuum cœleſtium diuerſitas ꝙ quidam ſint uerſus occidētē, et quidam uerſus orientem, eſt quia cœli habent dextrũ & ſiniſtrum, quia ſunt animati, & quod eſt dextrum uni eſt ſiniſtrum alteri, & tādem in hoc nulla alia ratio eſt niſi ſimplex natura. Ex diſpu. 14. in ſolutione ultimi dubij.

Motor naturalis mouet, ut motor & agēs, ſed motor abſtractus qui mouet anima corporum cœleſtium mouet, ut forma & finis. ex libello de continuatione intellectus abſtracti cum homine, uide in concordantijs nuper æditis.

Motus leuior à uehemētiori expellitur. 5. de generatione animalium. cap. primo. Vbi redditur cauſa propter quid, qui aut ſuum conſpectum à calore ualidiore tranſtulerint, aut de ſole in opacum ſe contulerint, non cernunt.

Motus anhelitus completur per duos motus naturalem, ſcilicet & uoluntariũ. Auer. contra Galenum. 2. colliget. cap. 19. de iuuamentis membrorum anhelitus, ubi dicit ꝙ ſunt duo prima mobilia. ſ. muſculus in motu uoluntario, & cor, & pulmo in motu naturali.

Motor planetarum mouetur per accidens, uide quomodo hoc ſit intelligendum. 8. phyſi. commen. 52.

Motores eorum quæ ſunt hîc mouentur per accidens ratione ſui ſubiecti, quia conſtituuntur per qua ſubiecta, quia motor in talibus eſt forma & motum materia: ſed motores planetarum dicuntur motores per accidens, quia ſubiectum motus ab eis mouetur etiam à motore totius. octauo phyſico. commen. 52.

Motor per accidens æquiuocè dicitur de illo qui mouetur ad motum ſui ſubiecti, & de illo qui dicitur eſſe motor per accidens, quia ſubiectum eius mouetur ab alio motore. octauo phyſico. commen. 52.

Motori cui accidit in corporibus cœleſtibus, ut ſuum motũ moueatur ab alio diminutiori atteſtaē, & ideo perfectior mouentium eſt mouere motu diurno, cum non accidat ſibi hoc. 8. phyſi. commen. 52.

Motus localis eſt primus motuum triplici primitate temporis, naturæ, & perfectionis. 8. phyſi. à tex. commen. 55. uſque ad tex. commen. 66.

Motum augmenti præcedit motus alterationis, & motum alterationis præcedit motus localis. 8. phy. tex. com. 55.

Multitudo abſoluta eſt communior multitudine numerali, ſicut unum abſolutum eſt cōmunis uno numerali. Auer. contra Auic. in tracta. 3. meta. in paraphra. col. 8. ibi obijcit autem Auicen. ubi per multitudinem abſolutam, & unum abſolutum intellige unum & multa, quæ ſunt entis inquantum ens diuiſiua.

Multitudo ſecundum aliquos antiquos erat priuatio unitatis potius quam unitas, ut ſit priuatio multitudinis, quia priuatio eſt ignobilior habitu contra quos uide Auer. in. 3. tracta. metaphy. in paraphraſi in columna. 14. & ibi ſoluitur dicta eorum ratio.

Multitudinem entium eſſe ex materia, & non propter formã prima philoſophia docuit. Commen. 1. cœli in paraphra. ſummma. 8. cap. 5. uide. 7. primæ philoſophiæ. tex. cōm. 28. & 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 49.

Multum eſt diuiſibile poteſtate in non continua, magnitudo autem ꝙ in continua. 5. metaphyſi. tex. commen. 18. in capitulo de quanto.

Multum & magnum differũt, quia multum eſt in diſcretis, magnum uerò in continuis. 5. meta. tex. commen. 18.

Multipliciter dictis & ſi nulla differentia ad ſermonem neceſſe eſt intellectum cōfuſum habere. 1. cœ. tex. com. 110.

Multoties peruertitur intentio rerũ propter translatores, & ſequitur ex hoc mutatio in ſermone. Auer. primo meteororum. in digreſſione de uia lactea.

Mundum qui ponit eſſe infinitum in quantitate, negare habet ipſum habere principium, ſiue æternum, ſiue non æternum: & qui ponit mundos eſſe plures, cogitur ponere plura principia. primo cœli commen. 33. Vide pro ſecundo dicto Philoſophũ in. 12. primę philoſophię. in tex. com. 49.

Mundum eſſe nouum & antiquum maxima eſt differentia. ibidem. commen. 33.

Mundi corruptio ſecundum Platonem poſſibilis eſt ex parte materiæ, ſed eſt impoſſibilis ex parte agentis. Vide quomodo, in primo cœli. commen. 124.

Mundus impoſſibile eſt, ut ſit maior, aut minor. 2. cœli commen. 29. & ibi uide cauſam.

Mundi conſiſtentia nihil eſt niſi exiſtentia partium in proprijs locis. 3. cœli. tex. commen. 21. contra Platonem.

Mundi motus qui natura eminentior & nobilior eſt, qualis qui extimo cœlo debetur uincit: ſed in homine, qui eſt paruus mundus, contingit quandoque, ut quòd natura præſtantius ſit, ab inferiori uincatur. Themiſt. 2. de anima. capitulo. 67. & habetur in tex. commen. 57.

Mundus eſt unus per unum principiũ, aliter eſſet unus per accidens, aut oporteret ipſum non eſſe. ex. paraphraſi metaphyſi. tracta. 4. in col. 8.

Mundi quæſtio utrum ſit unus aut plures, eſt nobilior & difficilior quæſtione, utrum ſit finitus uel infinitus. primo cœli. commen. 76.

Mundi ſi plures eſſent, non eſſent neque ſuperius neque inferius naturaliter, ſed in ſola comparatione. primo cœli commen. 79. idem in paraphraſi, ſumma. 8. cap. 2.

Muſtum coagulatur & epſeſim patitur. 4. meteororum. tex. commen. 40.

Muſtum licet ſit calidius uino, comparatione tamen corporis humani eſt frigidius eo, quia plus uinum calefacit corpus hominis quam muſtum. 5. colliget. cap. 24.

Multotiens exiſtimatur, ꝙ illud quod ſequitur rem, ſit ipſa res. 4. phyſi. commen. 95.

Multitudo aut eſt rerum differentium ſecundum formam, aut ſecundum quantitatem. primo phyſi. commen. 6. & primo metaphyſi. commen. 40.

Multitudo eſt magis ſenſibilis unitate & diuiſibile quam indiuiſibile, quapropter ratione prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum. 10. meta. tex. commen. 9.

Multitudo quælibet eſt numerabilis per unum ſpeciei ſuæ. 10. meta. tex. commen. 20.

Multitudo eſt quaſi genus numeri. 10. metaphyſic. tex. commen. 21.

Multitudo eſt uno menſurabilis. ibidem.

Multitudo entium prouenit, aut ex multitudine materiæ, aut ex multitudine formæ agentis. 12. metaphyſi. com. undecimo ubi Commentator notat pro ſecundo membro, ſi fuerit poſſibile, ut formæ diuerſæ habeant eandem materiam, (in hoc enim cauſa multitudo proueniet ratione agentis) quod ideo appoſuit Commentator quia in naturalibus hoc eſſe non poteſt, ſed in artificialibus tantum. uide pro hoc octauo primæ philoſophiæ commen. 11. in calce commen.

Multitudo entium ſecundum ſequaces Pythagoræ prouenit à materia, ſecundum alios prouenit ab inſtrumentis, ſecundum alios uerò prouenit à mediantibus: et primus hoc opinatus eſt Plato. ex libro deſtruc. diſputatio. 3. in ſolutio. 12. dubij.

Multæ rerum in artibus poſitarum quando improuiſo intellectui adueniunt, ut conſuetum eſt inter uulgares, apparent illi intellectui rectè ſomnia ex libro deſtruc. diſputa. 3. in ſolutione. 18.

Multa comprehenſibilia uiſu fiunt ex rebus incomprehenſibilibus uiſu, ut dum fit ignis ex aere. octauo phyſicorum commen. 4.

Mundus eſt in loco ratione partium. 3. phyſic. com. 54.

Mundi ſecundum aliquos infiniti ſunt, quidam uerò unum eſſe mundum aſſerunt. octauo phyſico. tex. com. primi.

Mundum Plato poſuit generatum, ſed non corruptibilem. 8. phyſi. com. 2. & habetur in primo cœli.

Mundus ſecundum Empedoclem corrumpitur, quando adunatio fit per amicitiam, & corrumpitur quando multiplicatio fit per litem. 8. phyſic. commen. 2. ſecùs autem erat de partibus mundi, ut uidetur Auer. uelle.

Mundus intelligibilis quem per ſe animal uocant Platonici, ex numeris primis tanquam ex elementis componitur, atq; in illo ideæ & principia mundi ſenſibilis ſpectantur. 1. de anima. tex. com. 26. & Themi. ubi clariſſimè authoritate Xenocratis in his quæ de natura commentatus eſt.

Mundus completur per tria, per motorem æternum, & per motum æternum ab eo, & per motum non motorem. 8. phyſico. commem. 48.

Mundi huius exiſtentia his duabus uirtutibus conſiſtit, uidelicet uirtute motus, & uirtute quietis. 8. phy. commen. 84. idem primo cœli. 97. &. 2. cœli. 102.

Mundus perfectus eſt, tum quia corpus eſt, tum quia nihil continet ipſum: partes uerò mundi perfectæ ſunt, ſolum quia corpora ſunt diminutæ uerò quia partes. Auer. in paraphraſi primi de cœlo. ſumma. 3. idem. 1. cœ. commen. 4. ubi addit etiam tertiam perfectionem, quia mundus eſt unus numero, partes uerò ſunt plures: & ideo diminutæ ſunt etiam partes reſpectu totius ex iſta cauſa, quia multitudo indiuiduorum, ut ait, in eadem ſpecie ex diminutione exoritur, & ideo mundus omnibus modis perfectus eſt. Differentia quo ad duo prima membra inter mundum & partes, habetur etiam ibidem in tex.

Mundus ſi finitus eſt, primum Theorema Euclidis uerum eſſe non poteſt, ut uidetur, & uide ſolutionem pulchram à lucidiſſimo Themi. in. 3. phy. ſuper tex. 71.

Mundus finitus eſt ratione corporis ſphærici, quod ex ſua natura finitum eſt, & terminatū ab una ſuperficie, ſed corpora recta non ſunt finita per ſe, quin poſſint diminui & augmentari. ex libro deſtructionum diſpu. prima in ſolutione. 11. dubij.

Mundus neceſſario habet corpus ſphæricum ambiens ipſum, alioquin corpora procederent in infinitum, aut terminarentur ad uacuum, & ambo iſta ſunt falſa. ibidem.

Mundus ſecundum Philoſophos nō poteſt eſſe maior neq; minor. ex libro deſtructionum, diſputatione prima, in ſolutione. 18. dubij.

Mundus ſi eſſet per ſe ens ab æterno, non inquantum mobilis, quia quilibet motus componitur ex partibus nouis, mūdus nullum haberet agens. ex libro deſtruc. diſpu. 3. in ſolutio. 7. dubij. ¶ Facit pro opinione Gregorij Ariminen. & Ioan. de Bacco. in. 2. ſenten. diſp. 1. q. 1. ꝙ æterna quę ſunt, ſupra motum non habent cauſam efficientem. Sed hoc nō conuincit, quia Commen. hîc accipit agens in propria ſua ſignificatione ſumptum, quod ut ipſe Algazel arguebat ſecundum Philoſophos eſt, quod extrahit rem de potētia ad actum, actio enim agentis apud Philoſophos nihil aliud eſt niſi extrahere rem de potentia ad actum, & tale agens eſt uerum & præſupponit potentiam, quia ſi non eſſet potentia, non eſſet agens. 12. meta. commen. 18. & potentia præſupponit materiam, aut ſubiectum, quia in priuatione nulla eſt poſſibilitas, ut dicit. Commen. in diſpu. 1. in ſolu. 15. dubij. Et ideo mundus inquantum mobilis habet agens, quia motus educitur de potentia mobilis ad actum, & eſt ſemper cum aliqua ſui innouatione in ſuis partibus. Sed ſi eſſet ens æternum ſine motu, non haberet tale agens uerū, quia tale ut diximus præſupponit materiam aut ſubiectū, & agit in tempore, & actio uerè ſumpta fundatur in motu ex. 3. phyſi. & motus in mobili & motum neceſſario ſequitur tempus, & ita ante mundum eſſet materia & motus & tempus, & iſta patent intelligentibus, tamen mundus & quodlibet æternum, quo ad ſuam entitatem habet agens ſecundum ſimilitudinem, ſumendo illud quod dat eſſe ſine motu. Sic enim æterna dependent à Deo tanquam à cauſa efficiente dante eſſe illis ſine motu, quia licet res generabiles à prima cauſa non ſortiantur eſſe niſi mediante motu, tamen æterna cum ſint ſupra tempus & motum immediatè cauſantur à ſcientia eius, quia ſcientia eius eſt cauſa entium. 12. metaphyſi. commen. 51. Et iſtud eſt agens ſecundum ſimilitudinem dictum, & hoc teſtantur uerba eius in præſenti ſolutione cūm ſubdit: Philoſophi dicunt mundum eſſe ab æterno, & nominatur ab eis antiquus ad differentiam illius quod innouatur ex re aliqua, & in tempore, & poſt priuationem. & hunc modum generationis, ut dicit Commen. intendebat remouere Ariſtot. à corpore cœleſti in. 1. cœli. ut poteris uidere in commen. 20. ubi dicit ꝙ generabile uerè non tranſumptiuè ſumptum eſt, qđ generatur in tempore, & ab aliquo, quem modum generationis uult excludere Ariſtot. quia talis generatio, ut dicit hîc, fit ex aliqua re tanquam ex ſubiecto ſeu materia, & fit in tempore poſt priuationem.

Mundus eſt innouatus à Deo benedicto ſecundum Philoſophos, & quomodo, uide in libro deſtructionum, diſputatione. 3. in ſolutione ſeptimi dubij.

Mundus ſupremus cum Deo glorioſo ſic ſe habet cum rebus inferioribus, quòd mundus inferior in ſuo eſſe ſemper eſt adiunctus priuationi in ſuo eſſe, & ad hunc adiungitur ei ſicut eſt in eſſe motus, ſcilicet ꝙ ſemper indiget mouente: & in hoc differunt res æternæ à rebus creatis, quia effectæ quando ſunt, non adiungitur eis priuatio, propter quā agente indigeant, & ab eo continuetur ſuum eſſe. ex diſputatione. 3. in ſolutione octaui dubij. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Mundus ſi in tali diſpoſitione eſſet, ꝙ eius ſubſtantia non eſſet in motu, non īdigeret poſt in ſuo eſſe Deo benedicto, ſicut domus poſt ſuum eſſe non indiget domificatore. ex libro. deſtruc. diſpu. 3. in ſolu. 9. dubij.

Mundus ſecundum Auicennam eſt de prædicamento relationis. ibidem.

Mundus, ut opinati ſunt Philoſophi, habet cauſam agentē ab æterno, qui ſemper produxit eum de priuatione ad eſſe. ex libro deſtruc. diſpu. 3. in ſolutio. 10. dubij. Vide in concordantijs nuper æditis.

Mundus eſt unus ſecundum Ariſt. & ab uno ꝓcedit, & unū quodammodo eſt cauſa unitatis & pluralitatis cauſa alio modo. ex libro deſtru. diſp. 3. in ſolu. 12. dubij.

Mundus ex quinq; conſtat corporibus. ſ. ex corpore ſupercœleſti, & ex quatuor alijs corporibus elementalibus, quorum unum eſt graue abſolutè, & eſt terra: aliud leue abſolutè, & eſt ignis: & duo alia media, ſcilicet aer & aqua, & hoc demonſtratiuè à Philoſophis eſt probatum. ex lib. deſtru. diſp. 1. in ſolutio. 11. dubij.

Mundus habet unam uirtutem diffuſam ſpiritualem, ex qua colliguntur omnes uirtutes ſpirituales & corporeæ, & eſt unigenea extenſa in toto uniuerſo: alioquin nullus ordo eſſet in eo. ex diſputa. 3. in ſolutione. 18. prope finem, & eſt Philoſophi ſentētia. 1. cœ. 100. & in principio libri meteo.

Mundus ſecundum Philoſophos uerè ſimilis eſt uni ciuitati, in qua eſt unus princeps ſub quo ſunt multi principatus ſubiecti ei. ex diſpu. 3. in ſolutio. 18. dub. in fine. & habetur ex fine primæ philoſophiæ, & etiam. ibidem. com. 44.

Mundus apud Philoſophos habet cauſam agentem æternā & ratio eorum eſt, quia mundus eſt opus, aut quid conſequens opus, & quodcunq; ſic ſe habens indiget ſine dubio agente eſſendi in ſuo eſſe, quia concluſerunt ex hoc ꝙ mundus habet agens exiſtens in ſuo eſſe. ex diſp. 4. in lib. deſtruc. in ſolutione. 1. dub. ¶ Ecce locum apertum contra Grego. Arimi. & Ioan. de Bacco. uolētium ſolum motum habere cauſam efficientem æternam ſecundum Auer. ſed non cœlum, aut aliquam ſubſtantiam. Patet enim ꝙ ſi cœlum dependet quantum ad motum, dependet etiam quantum ad ſuum eſſe per eandem rationem: nec ualet ſi dicatur ꝙ Commen. loquitur de toto mundo, ſed non de cœlo: ſed contrà, quia Commen. in libro deſtruc. in. 3. diſp. in ſolutio. 10. dubij. facit etiam eandem rationem de cœlo. dicens ꝙ eſſe corporis cœleſtis conſiſtit in motu, & ideo dās motum dat eſſe de neceſſitate. Amplius in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, expreſſe dicit quod cœlum, etſi ſimplex ſit et corrumpi non poſſit, & non indigeat in ſuo eſſe anima ſenſibili, neq; imaginatiua, ſed tantum indigeat anima mouente ipſum in loco ſemper, & uirtute quæ non ſit corpus, neque uirtus in corpore ad largiendum ipſi permanentiam æternam & motum æternum, & qui non habent principiū neq;



neq; finem. Et debes ſcire ꝙ iſtum corpus cœleſte non indiget uirtute mouente ſemper tantum, ſed largiente uirtute in ſe & in ſua ſubſtantia permanentiam ſempiternam. Ecce quomodo expreſſe ſubſtantia cœli dependet in eodem genere cauſæ, ſicut & motus ab ipſa intelligentia, quod cōtinuatur ex caſu quem ſubdit ſtatim cūm inquit: Quoniam & ſi ſimplex ſit, & non habeat potentiam ut corrompatur, tamen eſt finitę actionis neceſſario, quia eſt finitarū dimenſionum & terminatarum ſuperficie cōtinente ipſum, & omne tale cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe neceſſario eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ permanētiæ, ſicut de finitate ſuæ actionis. declarauerat enim iam in. 8. phyſi. cō. 79. &. 12. meta. clarius cō. 41. ꝙ omnis potentia exiſtens in corpore eſt finita neceſſario, & licet cœlum non habet niſi potētiam ad ubi, illa eſt neceſſaria finita etiam, & ꝓpterea non eſt in cœlo potentia niſi ad quietem. Cūm autem cœlum ſuum eſſe habeat in motu conſiſtens, ſi qs poneret cœlum per ſe ſine intelligentia ita eſſet, ſicut eſt de motu eius: unde ſicut motus cœli non eſſet niſi eſſet motor ſeparatus, ita etiam neceſſe cœli: quid clarius & apertius dici potuit? Mirum eſt iſtos uiros illuſtres ita hallucinatos eſſe in re clariſſima, quia Cōmeta. in eodem loco fatetur ſe feciſſe illam digreſſionem propter amorem, quia multi dixerunt ſecundum Ariſt. cœlum non habere cauſam niſi mouētem tantum & non efficientem, aut agētem. Et eſt opinio iſta quā iſti imponunt Auerro. & Ariſto. & tamen Commentator ex ſentētia iſtam opinionem reprobat, & immorari in hoc eſt ſuperfluum.

Mundus neceſſe eſt ut habeat unum efficiens ſagaciſſimum & ſapientiſſimum, à quo entia cuncta ſeriatim miniſtrentur. ex diſputa. 9. in ſolu. 3. dubij, & habetur ex fine. 12. primæ philoſophiæ.

Mundus ſi innouaretur inquantum eſt ens naturale magis eſſet conueniens, quod innouaretur ex principijs naturaliū rerum, ꝙ̄ ex principijs artificialium rerum. ſ. à uoluntate. ex diſpu. 10. in ſolutione primi dubij.

Mundus non poteſt habere aliam diſpoſitionem naturalē ab iſta in qua eſt modò. 8. phyſi. cō. 9. &. 21.

Mulier inuenitur à maſculo & magis. 7. meta. cōmen 31. & elicitur ex tex. ubi Philoſophus dicit ꝙ nō in omnibus diſpoſitionibus generatum dicitur aſſimilari generanti. Non enim, ut inquit, oportet ꝙ ex uiro ſemper uir fiat, etenim ex uiro fœmina etiam fit, & Cōmen. addit, & magis. Vbi collige ꝙ ſunt plures fœminæ ꝙ̄ mares, & huius cauſa naturalis eſſe poteſt, quia maior potentia caloris & uirtutis requiritur ad generationē maris ꝙ̄ fœminæ. Theologi autem aliam huius cauſam aſſignant. etc

Mulier ſpecie non differt à mare. 10. metaphyſi. tex. cōmen. 25. & ibi uide cauſam.

Mulieres molliores, leuiores, & minus piloſæ ſunt ꝙ̄ uiri ꝓpter menſtrua. In uiris autem huiuſmodi excrementū tendit in partes terreſtriores. Auer. 1. de generatione animaliū in com̄. quod correſpōdet cap. 19. in tex. Ariſt. & incipit in Auer. Scrutemur modo de quidditate ſeminis fœminei.

Mulieres concipere poſſunt ſine delectatione in coitu. Ariſt. primo de generatione animalium, cap. 19. ubi Auer. dicit ꝙ uulgus putat, quando ſic imprægantur, parere maſculos, & ipſe interrogauit mulieres, quibus fidem adhibebat & affirmarunt illud.

Mulieres habent humiditatem quam emittūt hora coitus & ex neceſſitate materiæ, & propter delectationē, ſed hoc nō arguit illam habere uim ad generandum effectricem: nam puero in ſomno accidit delectatio, & tamen ſemen eius nō eſt prolificum. ibidem. Vide etiam Ariſto. primo de generatione animalium. cap. 20.

Mulier & equa dum grauida ſunt, coitum patiuntur. Ariſt. in 4. de genera. animalium. cap. 5.

Mulieres quæ ad rem ueneream incontinētes ſunt, libidine ceſſant cū ſæpius generarint. Ariſt. in. 4. de gener. aīa. ca. 5.

Mulieres laborare aſſuetis facilis ē partus, labor enim excrementa conſumit, q̄ in mulieribus ocioſis augentur. cumq; partu rigo laborioſa ſit, labor & exercitatio actæ uitæ facit ut ſpiritum retinere poſſint, in qua re partus facilitas conciliatur. Ariſt. 4. de genera. animalium. cap. 6.

Mulieribus paucis contingit ut pregnantes fœlicius degāt, & corpore melius ualeant, uidelicet his quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ abſumi poſſunt cum alimento quod fœtui miniſtratur. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 6.

Mulieribus pili in mento non prodeunt, niſi interdum cum menſtrui curſus ſubſtiterūt, & ut in Caria ſacerdotibus mulieribus euenire aiunt, quod diuinationis iudicium interpretantur, 3. de natura anima. cap. 11.

Mulierum quibus profluuiū menſtruorū deeſt, magna pars ſterilis eſt: uerum fieri poteſt, ut aliquæ etiam earū ſine eorum profluuio concipiant. 7. de natura aīalium. cap. 1.

Mulieres candidiores & minus corpulentæ plus menſibus abundant fuſcis & carnoſis. ibidem.

Mulierum concepiſſe argumentū eſt cūm ſtatim à coitu locus ſeceſſit, & ſi ſemē intus ſuſceptū in ſeptimū diem ꝑmāſerit, concepiſſe iam certum eſt. 7. de natura aīa. cap. 3.

Mulieres in utero tardius q̄ mares perfectionem quarūcūq; partium recipiunt, ſed cū in lucē prodierint fœminæ ocius ꝙ̄ mares acreſcunt, & ętate florent & ſenectute macerant, & magis quæ pluries pariunt. 7. de natura animaliū. cap. 3. uide cauſam. 4. de generatione animalium. cap. 6.

Mulieribus concipiētibus accidūt purgationes, effluxiones, & abortiones: & uide iſtorum differentiam in. 7. de natura animalium. cap. 3. Purgationes enim accidunt cūm conceperint, utplurimum ad tempus, quoddam. ſ. triginta dierū, maximè ſi concepta eſt fœmina, quadraginta autē ſi mas: à partu etiā purgationes eodem mō conſequi uolunt. Effluxiones uocantur, q̄ intra ſeptimum diem corruptiones incidunt: abortiones aūt quæ intra quadrageſimum.

Mulieres quæ marem conceperunt, minus pallent & facilius exigunt: contrà, quæ fœminam: ſunt enim pallidiores & grauius degunt. 7. de natura aīalum. cap. 4. & eſt ſententia Hippocra. in libro ſeparatorum ſermonum.

Mulieribus pluribus deſinunt menſtrua circa quadrageſimum annum, quod tempus quæ exceſſerint his ad ſexageſimum ſeruantur, etiam nonnullæ eo tempore pepererunt: ſed ultra hoc tempus nulla poteſt protrahere. 7. de natura animalium. cap. 5.

Mulieribus grauidis appetitus uarij prouenire ſolent, citoq; cōmutari, quod piccare quidam à pica aue denominãt. 7. de natura animalium cap. 4.

Mulier quæ fœminam concepit, tardius parit, mas enim ex utero celerius prodit, fœminæ autem partus tardior eſt: dolor etiam continuus ex fœmina ſed obtuſior, ex mare acer & longe moleſtior. ibidem.

Mulier & ſeptimo menſe, & octauo, & nono parere poteſt, & ꝙ plurimum decimo, nōnullæ etiam undecimum tangunt: hoc autem homini proprium eſt: cæteris enim animalibus pariendi ſtatutum eſt tempus. ibidem.

Mulieres in Ægypto, utplurimum geminos pariūt. ibidem.

Mulier quædā quatuor ꝑtibus uiginti ædidit: ſingulis enim partubus quinque enixa eſt. ibidem.

Mulieribus & uiris multis euenit, ut coniuncti inter ſe nequeant generare, ubi diſſociati ſe alijs īmiſcuere, queāt, q̄d idem in maris aut fœminæ procreatione euenire certū eſt. 7. de natura animalium. cap. 6. ¶ Inde collige aliquos ex naturali proprietate eſſe marium generatiuos aut fœminarū: ſcribit enim Ariſt. in eodem loco, ꝙ ſunt quædam fœminę quæ non niſi marem, & quidam uiri qui non niſi fœminā ꝓcreant: ut de Hercule fabulantur, qui inter duos & ſeptuaginta liberos fœminam unam tantūmodo genuit.

Mulier eſt magis miſericors & ad lachrymas propenſior ꝙ̄ uir, inuida itē & magis quærula, & maleuolentior & mordacior, & præterea anxia & magis deſperans ꝙ̄ mas, atq; impudentior & mēdacior, quin etiam facilior decipi memi niſſeq; aptior: ad hæc uigilantior, ſegnior, mobilior: deniq; eſt & minus cibi deſiderans. 9. de natura aīalium. cap. 1.

Mulier pgnans à quarto uſq; ad ſeptimũ menſem, utrũ pharmacari uel phlebotomari debeat exñte neceſſitate, uide. 7. colliget. cap. 4. ubi tenet cõtra Hippocratem pharmaciã nõ ducere ad bonum finem, & uide rationes eius, & de hoc uide Conciliatorem in differentia.

Mulieribus omnium aĩalium inter fœminas maximè purgatio menſium contingit. 7. de natura anima. cap. 1.

Muli generatio nunquid fiat à ſimili, & quomodo. uide. 12. metaphyſi. cõmen. 13.

Muli ſunt ſteriles à toto genere, & uide cauſas ueras ab Ariſto. in. 2. de generatione animalium. cap. 6. contra Empedoclem & Democritum.

Mulam concepiſſe iam conſtat. ex. 2. de gene. aĩa. cap. 6.

Muli genitale fœminarum nõ olfaciunt, ut cætera, ſed excrementum ueſicæ tantum. Vide cauſam ab Ariſt. in. 2. de generatione animaliũ. cap. 6. in fine. ¶ Vbi aduerte Auerroes fortè ex deprauato textu locum illum malè interpretatur, et dicit oppoſitum, uidelicet ꝙ muli non olfaciunt urinam fœminarum ſicut faciunt equi, & alia animalia.

Mula gemellos peperit, quod pro oſtento accipitur. 6. de natura animalium. cap. 82.

Mulæ in Syria terra ſuper Phænicem, & coeunt & pariunt omnes. 6. de natura animalium. cap. 24. ¶ Nota tamẽ quòd iſtud genus eſt diuerſum ab illo mulorum genere, quod ex coitu equæ & aſini generatur, licet ſit ſimile facie: & ipſemet Ariſt. ſeipſum declarat infrà in eodem lib. cap. 36. ubi pertractat de mulis quos terra Syria fert.

Mulabus nulli menſes mouentur. 6. de natura aĩa. cap. 18.

Mulus diu uiuit, nam quidam ad octogeſimum annum potuit agere, ut Athenis. 6. de natura animalium. cap. 24.

Muſciliones gñant ex uino corrupto. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 18. in principio digreſſionis.

Muſculus eſt primũ mobile à calore nãli. 2. colliget. ca. 18.

Muſculorũ numerus ſm Galenum eſt. 529. ibidem.

Mus genitus ex ſemine, & mus genitus ex putredine, propter magnam ſimilitudinem uidẽtur eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed nõ ſunt: ſenſus enim nequit iudicare in quo ſpecies ſit, una autem plures in omnibus locis. Cõmen. primo de generatione animalium. cap. 1.

Muſtela dimicatura cum ſerpẽte rutam comedit: odor enim eius herbæ ſerpentibus moleſtus eſt. 9. de nã aĩa. cap. 6.

Mutatio omnis à natura remotiua eſt. 4. phyſi. tex. cõmen. 128. & uide in commento, limitationem, idem. 8. phyſico. tex. cõmen. 59.

Mutatio quælibet, aut eſt de ſubiecto in ſubiectum, aut de non ſubiecto in ſubiectum, aut de ſubiecto in non ſubiectum. 5. phyſi. tex. cõmen. 7.

Mutationes concretim fieri intelligo non ſolũ illas in qbus partes ſimul oẽs mutantur, ſed etiam illas quo indigent tẽpore. Themiſtius. 6. phyſi. 56. ubi taxat Alexandrum opinãtem omnem mutationem in tempore eſſe.

Mutatio noſtra de exiſtimatione in exiſtimationem eſt trãſmutatio neceſſario. 8. phyſi. tex. cõmen. 26.

Mutatio ſubita eſt quãdo omnes partes ſimul toto corpore, aut alterantur, aut augentur. Them. 6. phyſi. 32. & habetur 1. phyſi. contra Meliſſum. tex. cõmen. 23.

Mutationes momentarias negare, hoĩs eſt ſane ſenſu carentis. idem. Them. 6. phyſi. 32. & Cõmen. ibidem.

Mutatio loci iam pfectorum motus eſt. 8. phy. tex. cõ. 57.

Mutatur autem aliquid tripliciter, ſecundum accidens, ſecũdum partem, & per ſe. 5. phyſic. tex. cõm. 1. & in. 11. primæ philoſophiæ. cap. 10. in principio.

Mutatur omne quod mutatur, aut ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum. 5. phy. tex. cõmen. 6. & in. 11. meta. cap. 10.

Mutationes paruæ cauſam afferunt magnarum mutationũ non ſui ratione, ſed cum euenit ut principiũ unà cum iſtis mutet: principia enim quãuis magnitudine parua ſint, tamen facultate ſunt magna Ariſto. in. 5. de generatione animalium. cap. 7. ideo Poeta dixit:

Principijs obſta ſero medicina paratur,
Cũm mala per longas inualuere moras.

Mutatur quicquid mutatur in tempore. 6. phy. tex. cõ. 50.

Mutatum qdlibet pcedit mutari. ſuprà. tex. cõ. 55. & infrà.

¶De litera N.

NASVS diuiditur in ſimum & non ſimum, ſicut animal in maſculinum & fœmininũ, ſicut quãtum in æquale & inæquale. 7. meta. cõm. 17.

Naſus ſimus eſt unũ eſſentialiter, ſed homo albus eſt unum per accidens. 7. meta. tex. cõ. 41. & uide ibi Auerroem declarantem hoc, quia concauitas in naſo eſt inſeparabilis, ſed albedo ab homine non eſt inſeparabilis: albedo enim inuenitur in pluribus ſpeciebus alijs ab homine.

Natura nihil agit ſuperfluũ. 1. phyſi. cõ. 56. idem. 1. cœ. 32.

Naturalis non debet cõtradicere ei qui negat ſua principia. 1. phyſi. tex. cõmen. 11. idem. 8. phyſi. tex. cõm. 22. ¶ Vnde Themiſt. hĩc adducit pulchram rationem, nam ſi phyſicus poteſt demõſtrare naturam eſſe, aut hoc erit per principiũ nãle: & ſi ſic, tunc eſt petitio principij, aut ex aliquo principio extrinſeco: & ſic non erit demonſtratio, aut ratio naturalis, ſed alterius artificis, quia demõſtrationes ſpecificant à medijs: tangit Cõmen. 8. phyſi. cõm. 22.

Naturalis non accipit à primo Philoſopho corpora componi ex materia & forma. primo phyſico. contra Auicennam. Cõmenta. cõmen. ultimo.

Naturalia differunt ab artificialibus, quia habet principium motus per ſe. 2. phyſi. tex. cõm. 2.

Naturæ diffinitio eſt manifeſta per ſe, & ponitur in ſcientia naturali. 2. phyſi. cõmen. 3.

Naturæ diffinitio non dr̃ uniuocè neq; ęquocè, ſed ſm prius & poſterius. 2. phyſi. cõ. 3. &. 5. meta. cõm. 5.

Naturam eſſe eſt manifeſtum per ſe. 2. phyſico. cõmen. 3. & tex. cõmen. 6.

Natura quæ eſt forma, eſt ſubſtantia, q̃ eſt in ſubiecto quod ſubſtentatur per illam.

Natura quæ eſt materia eſt ſubſtantia, quia eſt ſubiecta. ſecundo phyſic. cõmen. 4.

Naturalis accipit à primo Philoſopho, ꝙ natura quę dicitur de forma eſt ſuba. 2. phy. cõm. 4. &. 5. meta. cõ. 5.

Naturalis conſiderat de ſuperficie, linea, & pũcto, & corpore, ut in materia, & ut ſunt ultima corporis ſenſibilis, ſeu tranſmutabilis. 2. phyſi. tex. cõm. 16. 1. cœli cõmen. 1. 3. cœli. cõmen. 5. 6. metaphyſi. tex. cõm. 2.

Naturam agere propter finẽ eſt ꝓpoſitio maxima, & eſt maximum fundamentum in ſcientia naturali, & in ſcientia diuina: quia ſi naturalis non conceſſerit eam, tunc negat principium finale, & negat materiam eſſe propter formam. Ex quo ſequitur ipſum negare agens, & ſimiliter ſi diuinus negauerit eam, non habet uiam ad probandum ꝙ hoc habet ſolicitudinem de rebus quæ fiunt hĩc. 2. phyſi. cõmen. 75. Et aduerte ꝙ rationes illæ adductæ in. 2. phyſi. ad probandum naturam agere propter finem, nõ ſunt naturales, quia naturam agere propter finem eſt manifeſtum per ſe: & tales rationes uſitantur cum aduerſarijs negãtibus principia naturalia, ſicut notat Cõmenta. in eodem. 2. phy. cõ. 80. & tex. cõmen. 84. & per conſequens ſunt dialecticæ uel primæ philoſophiæ, ut dicit Cnmmentator. ibidem. cõmen. 84. Nam propria per ſe nota non poſſunt demonſtrari, ſed elenchticè poſſunt perſuaderi, ut patet ex. 4. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 9.

Natura complet multa quę ſunt per artem, & ars multa quę ſunt per naturam. 2. phyſi. cõmen. 77. &. 79.

Naturalis magis debet conſiderare de cauſa finali q̃ de cauſa materiali. 2. phyſi. tex. cõm. 91.

Natura cõſtantium nihil inordinatũ. 8. phy. tex. cõ. 15.

Natura eſt cauſa omnis ordinationis. ibidem.

Natura.



Natura conſtantium partes etiam à natura ſunt, non ſic in his quæ arte aut manu fiunt: domus enim per artem fit, lapides non fiunt. Themiſtius in principio. 2. phyſi.

Naturales res non ſunt extra ordinem niſi rarò caſualiter. Cõmen. 8. phyſi. cõmen. 15.

Naturalia uidentur habere eundẽ ordinem terminatum ſcilicet currere eodem mõ, aut ſemper, aut frequenter: illa autẽ quorum principiũ eſt uoluntas, uidẽtur diuerſificari, & nõ ſequi eundem modum actus. ibidem.

Naturæ actiones neceſſe eſt ut habeant continuationem & ęternitatem, aut in agendo alterum contrariorum tantum, ut motus ignis ad ſuperius ſemper, & terrę ad inferius: aut in agendo duo contraria ſucceſſiuè, ſicut de generatione & corruptione conſequentibus motum ſolis, & alijs contrarijs conſequentibus iſtum motum. 8. phyſic. cõmen. 15. & elicitur ex textu. ibidem.

Natura partis & totius eſt eadem. 8. phyſi. cõm. 15.

Naturalis in diffinitionibus utet̃ materia, ſed diffiniet per formam Them. in. 2. phyſi. ſuper tex. 21.

Naturalium quædam ſunt corpus & magnitudo, ut corpora ſimplicia: quędam uerò habent corpus & magnitudinem, ut corpora mixta, & pcipuè animata: & quædam ſunt principia habentium corpus & magnitudinẽ, ut materia & forma. 1. cœli. cõmen. 1.

Natura rerum omnium eſt trina. 1. cœli. tex. cõ. 2.

Natura non patit̃ aliquod torpere aut feriari: ſua enim in ſingulis ingenia continentur, officia quæq; & geſtiones ſuas quæq; agnoſcunt agitantq; & quaſi penſa perſoluunt. Themiſtius primo de anima. tex. cõ. 13. & ſumit̃ ex primo cœli tex. cõmen. 32. & ex. 3. de anima. tex. cõm. 45.

Natura naturata ita fecit, uidelicet ꝙ poſuit numerũ ternariũ in rebus, & nos ſequimur opus eius. 1. cœli. cõ. 2.

Natura de cœlo & alijs corporibus æquiuocè. 1. cœli. cõm. 5. uide pro hoc. 2. phyſi. cõmen. 3.

Natura dicitur de forma abſtracta quæ eſt in cœlo, ſicut dicitur de alijs formis corporum ſimplicium. Cõmenta. 1. cœli. cõmen. 5. uide in concordantijs.

Naturale in aliqua ſpecie, neceſſe eſt ut ſit prius accidente. 1. cœli. cõmen. 14. &. 62. idem. 4. phy. cõmen. 43. &. 67. &. 2. de anima. 133. &. 3. de anima. 28. uide conſimile de quiete. 2. cœli. 14. idem. 17. & tex. cõmen. 83. &. 18. idem. 3. cœli. tex. cõmen. 18. &. 4. cœli. 41. cõmento.

Naturæ rerum dant eis aut ſemper ſint, aut ſemp nõ ſint, aut ut aliquãdo ſint, & aliquando nõ ſint. 1. cœli. cõ. 138.

Natura conſtantia ex eiſdem corrumpuntur ex quibus conſtant. 1. cœli. tex. cõmen. ultimi.

Natura facit de poſſibilibus ſemp quod melius eſt. 2. cœli tex. cõmen. 34. idem. 8. phyſi. tex. cõmen. 56. & in. 2. de partibus animalium. cap. 14. ¶ Aduerte tamen pulchram differentiam quam notat Cõmenta. in cõmẽ. 34. 2. de cœlo, qa melius ex duobus poſſibilibus in animalibus quæ ſunt hĩc eſt contingẽs, ſed melius de duobus poſſibilibus in rebus æternis eſt neceſſarium. Sic igitur licet natura in omnibus efficiat de poſſibilibus quod melius eſt nõ tamẽ eſt eadem ratio corruptibilium & æternorum: quia non ſunt eiuſdem tribus, ut dixit doctiſſimus Hom. in. 4. Ilia. & Philoſophus 10. primæ philoſophiæ. tex. cõm. ultimi.

Natura nihil ut contingit operatur, neq; de animalibus curaſſe quæ ſunt hic, cœleſtia autem quæ ſic pretioſa ſunt, deſpexiſſe putandum eſt. 2. cœli. tex. cõ. 50. ¶ Inde elicitur ꝙ natura de rebus nobilioribus magis ſollicita eſt. conſimile. 2. phyſi. contra antiquos. tex. cõmen. 46. & in primo de partibus animalium. cap. 1.

Natura nihil ocioſum operatur. 2. cœli. cõmen. & tex. 50. & primo cœli. tex. cõmen. 32.

Naturalis & aſtrologus conueniunt in quæſtionibus de ordine & ſitu, & qualitate motuum, ſed in maiori parte aſtrologus dat quia, & naturalis propter quid. 2. cœli. cõ. 57. uide etiam. 1. meta. cõ. 19. &. 12. meta. cõm. 44.

Naturalis & aſtrologus eandem queſtionem abſoluere poſſunt à priori et per cauſam: ſed modus cauſarum eſt diuerſus, quia aſtrologus demonſtrat per cauſas abſtractas ſecundum rationem à materia, ſed naturalis per cauſas quæ ſunt conceptæ cum materia. 2. cœli. commen. 57. idem. 2. phyſi. tex. cõmen. 18. &. 19.

Natura nihil irrationabiliter neq; fruſtra facit. 2. cœli. tex. cõmen. 59. &. 1. cœli. 32.

Natura adæquat & facit ordinem. 2. cœli. tex. cõ. 69. ¶ Idem tangit Cõmen. in prologo phyſicæ auſcultationis, & Græci expoſitores oſtẽdentes naturam iuſtitiæ eſſe in entibus, quæ eſt iuſtitia diſtributiua, quæ attenditur ſecundum geometricam proportionem, tribuens unicuiq; ſecũdum eius dignitatem. Quod & antiquiſſimus Hippocrates etiã aſſeuerauit, inquiens naturam aĩalium eſſe iuſtam, peritã, prꝫuiſiuam: ut allegat Gal. in. 5. de utilitate part. cap. 9.

Naturales ponũt naturam eſſe & naturalia, quaſi hoc ſit notum per ſe. 2. cœli. cõ. 83. idem. 2. phyſi. cõm. 3. & tex. cõm. 6. & primo cœli. cõmen. 5. &. 8. phyſi. 23.

Naturalis ſicut ponit ꝙ corpora naturalia hñt motum naturalem, ſic ponit ꝙ corpora naturalia debent habere quietẽ naturalem in corporibus, q̃ apta nata ſunt moueri & qeſcere. 2. cœli. cõm. 84. idem primo phyſi. cõm. 11.

Naturalis & geometer cõmunicant in tribus magnitudinibus, ſed diuerſis modis, quia naturalis conſiderat ut ſunt in materia: Geometer uerò ut ſunt ſeparata à materia. 3. cœli. cõ. 6. primo cœli. cõ. primo. & ſecundo. phyſi. 18. & 19.

Naturalibus magnitudinibus inconuenientia contingentia in maiori parte non contingunt mathematicis; & ratio eſt, quia conſiderat de illis ut ſunt ultima materiæ, ſed mathematicus ut ſunt abſtracta. 3. cœli. tex. cõm. 6.

Natura ſemper deſiderat quod melius eſt. ex. 2. de generat. & corrup. tex. cõmen. 59.

Naturalis ſimum opus uiuentiũ eſt quæcũq; perfecta & non orbata, aut generationem ſpontateam habeat facere tale alterum quale ipſum. 2. de anima. tex. cõm. 34.

Natura conſtantium oĩum terminus eſt, & ratio magnitudinis & augmenti. ſuprà. tex. cõmen. 41.

Natura nihil fruſtra facit, neq; deficit in neceſſarijs, niſi in orbatis & imperfectis. 3. de anima. tex. cõm. 45. et primo cœli. tex. cõmen. 32. &. 2. cœli. 50. &. 59.

Natura entia quælibet habent aſcenſum & deſcẽſum in ſuo eſſe. 3. de anima. cõmen. 45.

Natura quæ ſurſum ſemper principalior eſt. tertio de anima. tex. cõmen. 57.

Natura dæmonia eſt non diuina. Ariſt. in libro de diuinatione ſecundum quietem.

Naturalia omnia aut ſunt propter aliquid, aut ſunt accidentia neceſſario conſequentia materiam. 3. de anima. tex. cõ. 60. idem. 2. phyſi. tex. cõmen. 88.

Natura ſpecialis nullum habet eſſe niſi in intellectu, primo meta. cõmen. 26. idem primo de anima. cõmen. 8. &. 3. de anima. cõmen. 18. 12. meta. cõmen. 4.

Nulla natura eſt media inter abſtractum & materiale: hæc enim duo contraria, ęternum & corruptibile, manifeſtum eſt ꝙ ſunt imediata. primo metaphyſi. cõmen. 39. idem. 1. phyſi. cõm. ultimo. &. 3. de anima in ſolutione. 3. quæſtionis. cõmen. 5. &. 12. meta. cõmen. 25.

Natura eſt principium quoddam & cauſa quietis & motus eius in quo eſt primò, per ſe, & non ſecũdum accidens. 2. phyſi. tex. cõmen. 3. Notanter dicitur eſſe principium, quia notat cauſam efficiẽtem, quia principium propriè ſumitur pro cauſa agente & mouente. unde Simplicius, & oẽs Græci expoſitores aſſeruerunt principium poſitum in diffinitione naturę, ſtare pro cauſa efficiente. Dicitur autem quoddã quia etiam intellectus practicus eſt de principijs efficientibus, non enim omnia quæ fiunt à natura fiunt natura: fiunt etiã nõnulla ab alijs cauſis, ſicut eſt intellectus & caſus. Dicitur autem & cauſa, quia natura non ſolũ dicitur de forma cuius eſt agere & mouere, uerũ etiam de materia cuius eſt pati & moueri. 2. de gñatione & corruptione. tex. cõm. 53. & quia ſicut dicit Cõmenta. in. 2. phyſi. cõmen. 1. aliqua corpora naturalia reſpectu alicuius motus habent princi-

pium actiuum tantū,ut elemēta in motu locali: non enim habent principium paſſiuum maximè dum mouentur de potentia accīitali,quia non hñt reſiſtentiā intrinſecam: nō enim diuidūtur in partem per ſe mouentem & in partem per ſe motam,ſicut animalia cum ſint ſolum compoſita ex prima materia & forma:& materia nō poteſt eſſe ſubiectū motus.5.phyſi.tex.com.8:& iſta eſt ſententia eius.4.phy. cōmen.71.ubi habetur ꝙ elementa in uacuo non poſſunt moueri,& in.8.phy.cō.30.&.3.cœli.cō.28.& alibi frequēter.In motu autem alterationis habent principium paſſiuū & non actiuum,& ideo principium in deſcriptione naturę ſumitur æquiocē pro principio actiuo & paſſiuo.i.analogicè ſicut dicit,quia in deſcriptionibus non poteſt aliquis facere plus iſto,& ideo cauſa, cum diſtinguatur à principio ſecundum rationem ſtat pro materia. Aut aliter dici poteſt ꝙ principium dicitur propriè & cauſa ꝓpriè, & ſicut principium ſtat pro cauſa efficiente:& ſecundum Cōmen.etiā pro materia poſſumus ſumere cauſam pro cauſa finali,qa finis eſt cauſa cauſarum:& tunc poſſet ſubtiliter dici ꝙ cū motus poſitus in diffinitione naturæ,ſit motus largè ſumptus qui diffinitur in.3.phyſi. Vnde Ariſto.in principio.3. phyſic.oſtendens rationē ordinis dicit,ꝙ quia in diffinitione naturæ ponitur motus,ideo oportet diffinire motum qd ſit,& patet ꝙ motus ibi ſe extendit ad generationem ſubſtantialem:& tunc poteſt dici ꝙ natura eſt principium effectiuum aut materiale,ut uult Cōmenta.in alijs motibus ꝓpriè dictis,in motu uerò generationis qui rectius dicit̃ mutatio natura eſt cauſa.ſ.finalis. Vnde Ariſto.in.2.phyſi.tex. cōmen.14.dicit generationem eſſe aut dici naturam, quia eſt uia in naturam: denominationes enim in nãlibus fiunt à termino ad quem,& à fine,iuxta illud Philoſophi in.2.de anima.tex.cōmen.49.A' fine unumquodq; denominare iuſtum eſt. Aut aliter etiam dici poſſet,& eſt alia ratio,quia ſine dubio diffinitio iſta dicit̃ analogicè de ſuperioribus & inferioribus,& de principio paſſiuo & actiuo: ſimil'r enim de diuerſis motibus non dicitur ſecūdum unam rationem uniuocam,& ſimiliter neq; ſecundum unam & eādem rationem poteſt eē reſpectu motus & quietis. Vnde in habētibus motum & quietē eſt cauſa utriuſq;, & in habentibus motum tantum natura dicitur eſſe proprium motus, & in habentibus quietem tantum dicitur eſſe cauſa quietis:nam ſi quies ſumatur,ut eſt motus priuatio, ſicut dicit Cōment. in ſua media expoſitione ſuper.2.phy.&.9.meta.com.13. & exponit Cōmenta.in.2.meta.com.ultim. ꝙ natura dicitur eſſe principium quietis in rebus quæ quandoq; tranſmutantur & quandoq; non:ita etiam dicit Cōmen.in.2. cœli & mundi in cōmen.84.ubi dicit ꝙ ſicut naturalis ponit naturam eſſe principiū motus naturalis, ita ponit ꝙ ſit principium quietis in his q̃ nata ſunt moueri & quieſcere,ꝓpriè nō dicitur habere cauſam aut principium aut uirtutem agentē:ſicut ſcribit Cōmenta.in ultimo cap.de ſuba.orbis. ꝙ quies eſt priuatio & nō eſt potentia. Vnde dicit Ariſto. ꝙ cū ſtellæ careant cauſis motus,quas habent corpora cœleſtia,de neceſſitate habent quietem infinitam,quæ eſt priuatio motus.Etiam ſimiliter dicit ꝙ terra debet habere qetem infinitam, quæ eſt priuatio motus, quia caret agente motum in ea infinitum:unde dicit ꝙ quies non eſt per uirtutem,ſed per priuationem uirtutis.Vnde.2.cœli.cōmen. 101.medium non eſt cauſa quietis terrę,ſed grauitas eius: & ſi medium eſt cauſa,non eſt inquãtum eſt medium,ſed inquantum eſt medium corporis,quod circulariter mouetur,& ſi eſt cauſa,eſt remota: & melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa ſeruans quietem q̃ cauſa agens: & ideo ly principium poſitum in diffinitione naturæ reſpicit motū,& cauſa reſpicit à proprietate quietem,aut propter aliam rationem:nam corpoca naturalia quæ naturaliter mouētur, & naturaliter quieſcunt,mouentur ut quiſcant. Vnde quies in talibus eſt magis naturalis q̃ motus,quia propter quod unumquodq; tale & illud magis. Vnde elementa dum mouentur ad ſua loca,de potentia accidentali dicuntur moueri de potentia uiolenta,quia illa potentia accidentalis non inuenit̃ in eis, niſi paſſa fuerint uiolentiam:ut dicit Cōment.3.cœli.com. 28.&.8.phyſi.cōmen.32. Nam elementum in ſua naturali diſpoſitione debet eſſe in ſuo loco, & quando eſt in ſuo loco,tunc quieſcit:& ideo ſi eſt extra ſuum locum, naturale eſt ſibi moueri ad ſuum locum:& hoc eſt quia elemento uis illata fuit,ut eſſet extra ſuum locum.Et ideo Cōmenta. 4.cœli & mundi in cōmen.26.&.31.dicit ꝙ diffinitiones grauis & leuis datæ per quietem,magis demonſtrant diſpoſitiones naturales & naturam eorum,q̃ diffinitiones datæ per motum,tunc igitur principium reſpicit motum,& cauſa quæ dicit finem reſpicit quietem: impoſſibile enim eſt,ut dicit Porphyrius,Auicē.& Auer.iſtam diffinitionem intelligere niſi diuiſim,omnia enim iſta contingunt, quia non eſt uera diffinitio,nec uniuocè dicta: ſed deſcriptio, ut inquit Albertus,eſt maioris manifeſtationis q̃ ſit nomen. ¶ Ex quo patet ꝙ principium nō ponitur propter priuationem,ut dicit Albertus qui uoluit formæ inchoationem eſſe in materia,& illa cūm ſit priuatio eſt principium, ſed non eſt cauſa:nā talis aptitudo & forma in eſſe illo imperfecto non eſt ens in actu:omne autem quod agit,agit ſecundum ꝙ eſt in actu:& per conſequens non eſt principiū alicuius motus talis priuatio,ſed ponitur principium uel pro cauſa efficiente tantum,ut uoluit Alexander & Them.qui dixerunt ꝙ elementa nullius motus habēt in ſe principium niſi motus localis,plantæ uerò omnium motuum habent in ſe principium excepto locali, animalia uerò omnium motuū abſolutè. Vel ſumitur ſecundum Cōmenta. pro principio actiuo & paſſiuo,ſed Cōmen.non pōderauit quomodo deinde ſumatur cauſa,& ꝙ oportet ſupplere, ſicut diximus, & ſimiliter teneo ꝙ diffinitio naturæ competit cœlo & inferioribus analogicè:ſecundum enim naturam prius competit cœlo,ſed ſecūdum famoſitatem prius competit iſtis quæ ſunt hic.Diſtinctio habetur ex Auer.2.meta.cōmen. ultimo.& ideo,ut dicit Porphyrius,Auic.& Cōmenta.debet intelligi iſta deſcriptio diuiſim. Vnde ly et,debetur ſumi pro aut;in cœlo enim natura eſt principium ciens ſempiternum motum,in terra ſempiternam quietem,in cæteris motum & quietē. Iſta eſt etiā ſententia Cōmen.in.9. meta.cōmen.13. Alij autem,ut Simplicius,exponūt etiam in cœlo eſſe quietem reſpectu centri polorum & axis, & etiam quia cœlum quieſcit ſecundum totum, quia non mutat locum ſecundum ſe totum,ſaltem ſecundum ſubiectum:& terra etiam mouet,quia ſi poneretur extra ſuū locum moueretur,aut quia mouetur motu alterationis,mouetur etiam ſecundum partes. Poteſt etiam dici in cœlo eſſe quietem reſpectu partium,quia ſtellæ quæ ſunt nobiliores partes orbis non mouentur per ſe, ut demonſtratum eſt in 2.cœli & mundi:prima tamē uia magis placet.Similiter dico ꝙ cum motus analogicè dicatur de locali & alijs motibus,natura principaliori modo dicitur eſſe principium motus localis,& ſecundario aliorum motuum.Motus enim localis,ut demonſtrat Philoſophus in.8.phyſi.à tex.cōmen. 55.uſq; ad.60.eſt prior alijs motibus, natura, tempore,& perfectione;cuius argumento eſt ꝙ Ariſt.in.1.cœli & mūdi,uolēs probare omne corpus phyſicum ſecūdum naturā eſſe mobile ſecundū locum,probat illud ex diffinitionē naturæ quæ eſt principium motus, quod non procederet niſi motus principaliter in diffinitione naturæ ſupponeretur pro motu locali.& confirmatur.Nam tenendo diffinitionē illam eſſe communem analogicè ſuperioribus & inferioribus,oportet partes quaslibet in illa diffinitione eſſe cōmunes utriſq;,aut ſaltem principaliores, ſicut eſt motus: ſed in nullo motu cōmunicant cum inferioribus, niſi in motu locali,ut demonſtratum eſt in primo cœli & mundi, & in lib.de ſubſtantia orbis,quia motus localis apparet principaliter in naturæ diffinitione & alij motus conſecutiue:impoſſibile enim eſt intelligere aliter. Dicitur autem eius in quo eſt primò,ut dicit lucidiſsimus Them. quia principiū motus in ſcãno eſt, ſed nō primò, ſed primò eſt in ligno. Dicitur autem ꝑ ſe, quia licet nauta in naui ſit primò, nā in nullo priori poteſt nauta eſſe quam in naui,nō tamē eſt nauta ꝑ ſe de intellectu nauis,neq; nauis de intellectu nautæ:talia enim ſunt prædicata ,quorum per ſe alterum de altero dicitur,uel quando prædicata ſunt accepta in ratione ſubiectorum,& ſunt cauſæ eorum, aut ē contrà, ſicut ſunt prædicata per ſe primi modi & ſecundi modi. Et ideo ponitur ly per ſe,pro non:ſecundum accidens ponitur ad differentiam Medici,qui licet primò & per ſe habeat artē medicinæ,per quam eſt formaliter Medicus & curatiuus aliorum:tamen per accidens agit in ſeipſum inquantum medicus:hoc enim declaratur ab Ariſto.in litera. Cōmentator autem aliter exponit,ſed melius placet expoſitio iſta Græcorum. ¶ Qui autem ad euitandam nugationē ordināt ꝑpoſtero modo,ut ly non ſecundum accidens præponatur ad ly per ſe,& ly per ſe ad primū,nihil eſt, quia.7.primæ philoſophiæ.tex.cōmen.43.ſiue ſuperius præponatur ſiue inferius, nō propter hoc euitatur nugatio. Et ideo oportet dicere iſtas tres particulas referri ad diuerſa, & ꝙ non habēt iſtum ordinem,ut unum ſit contrahens et aliud contractū, ſicut ē in ueris diffinitionibus in qbus totū refertur ad unā intentionem: hoc enim eſt in uniuocis, ſed in analogis & ambiguis oportet ad diuerſa comparare,ſicut diximus:æquiuocatio enim decipit iſtos. ¶ Quod autem dicit Boe.naturā hīc diffinitam,& Albertus cum eo,non conuenire ſuperioribus,ſed ſolum corporibus quæ ſunt hīc:quia motus cœli non eſt à natura,ſed à uoluntate,& à principio ſeparato: tum etiam quia natura non mouet motum infinitū,nec natura mouet corpus in ſuo loco cuiuſmodi ſunt in cœlo,qa infinitus eſt & ſemper circa eundem locum mouetur. Dicimus cum ſupportatione hoc falſum eſſe. Nam Ariſto.in.1. cœli uenaturus cœli ſubſtantiam quid ſit, & qualis ſit,naturæ ſumit illam propoſitionem pro maximo fundamēto, ut dicunt omnes expoſitores,ꝙ omne corpus phyſicum ē mobile ſecundum locum:ut patet in tex.cōmen.5.& ꝓbat illud ex naturæ diffinitione. Fruſtra autem hoc feciſſet ſi naturæ diffinitio ſuperioribus non competit: & quod dicitur ꝙ natura nō mouet īfinitum motū neq; in ſuo loco.Reſpōdet Cōmenta.in diſpu.13.in ſolu.4.dubij. ꝙ eſt uerum de natura inferiorum:& ideo dicit ꝙ motus cœli non eſt naturalis,ſicut motus elemētorum:& ita etiam dicit in.2.cœli. cōmen.3.Patet autem non obſtante ꝙ motus cœli ſit uolūtarius,poteſt etiam eſſe naturalis,& ex parte orbis qui concurrit,ut materia,ſeu melius ut ſubiectum,& ex parte formæ quę eſt intelligentia ſeparata,ſicut declauit Cōmenta. in.1.cœli.cōmen.5.&.2.cœli. commen.3. Ex parte quidem orbis,quia cum ſit corpus ſimplex,& cuiuslibet corporis ſimplicis ſit aliquis motus ſecundum naturam ſimplex,ſicut motus naturalis leuis ē ſurſum, & motus grauis deorſum:ſic motus orbis cūm ſit neutrum, neq; graue neque leue,habet potentiam naturalem ut moueat̃ motu naturali circulari ab intelligētia cauſante in eo illum motum, & poteſt dici naturalis ex parte formæ,quia ex quo intelligentia licet ſit principium ſeparatū,non dependens in eſſe ab arte,nec conſtitutū in eſſe per ipſum: quia tamen eſt appropriatum principium in mouēdo ipſum,ſicut forma eſt appropriata materiæ ſic dicitur anima eius inquantum influit ſibi motum,ut dicit Cōmenta.in.2.cœli.cōmen.3.& dicitur eſſe in eo,quia intelligentia ibi eſt ubi operatur,& illo modo dicitur eſſe coniūcta ſibi:& ſic cœlum,ut eſt quodāmodo animatum iſto mō dicitur eſſe notum ex ſe:& iſta eſt ſententia Cōmenta.in.3.cap.de ſubſtantia orbis. Vnde etiam dici poteſt motus cœli eē naturalis ex parte animæ, & ex parte corporis:ut habet ipſe in.8.phyſi.com.27.ubi dicit ꝙ motus corporis cœleſtis eſt ſimpliciter nãlis tam ex parte animę q̃ ex parte corporis. Non ꝙ uelit Cōmen. intelligentiam uerè eſſe naturam,imo eſt ſupra animam,& anima ſupra naturam, ſed ꝑ uiam ſimilitudinis & proportionis,quia ſicut forma materialis habet cauſare motum in ſubiecto proprio,ſic proportionabiliter intelligentia in orbe,& motus naturalis in cœlo non eſt alius à uoluntario, ut dicit Cōmenta.2.cœli cōmen.3.& fuit dictum Alexandri. ¶ Quod autem dixit Albertus & Egidius Roma.ly primum poſitum in diffinitione naturæ ſumī pro proximo,ad excludendum uegetabilem & ſenſitiuam quæ mouent per qualitates tanquam per inſtrumēta & organa,hoc quidem ſtare non poteſt:quia tunc ſecundum iſtam rationem animalia,& plantæ non dicerentur eſſe à natura.Cuius oppoſitum dicit Philoſophus in tex.Nec anima aliquo mō poſſet participare iſtam rationem naturæ.quod eſt contra expoſitores Grecos. Amplius ſequeretur ꝙ elementa in motu locali non haberent conterere per formam, tanquā per principium actiuum q̃d eſt natura,quia motus localis licet cauſetur principaliter à forma ſubſtantiali,cauſatur tamen mediante grauitate aut leuitate accidētali. Dicit enim Cōmē. primo cœli com.17.ꝙ grauitas & leuitas ſignificant habitus & formas,quæ ſunt principia mouētia principaliter,& ſignificant etiam qualitates.unde ſicut agens naturale non agit per eſſentiam in motu alterationis,tanquam per principium proximum agendi,ſic in motu locali. Ariſto.enim in libro de ſenſu,dixit ꝙ ignis non agit inquātum ignis,ſed inquātum calidus:ſil'r cum natura ſit principium etiam alterationis & augmenti,ut dicit Cōmen.in plātis & animalibus,& in talibus concurrunt qualitates,ut cōcauſæ, & ut inſtrumenta:nō eſſent igitur iſti motus naturales,cuius oppoſitum habetur in tex.& à Themiſtio & ab Auer.in cō.1. Et ideo melius eſt exponere,ut Græci aut ut Cōmen. Et ꝙ quidam reprehendere uoluerunt iſtam naturę diffinitionē, quia natura uidetur eſſe aliquid abſolutum, & iſta datur ꝑ reſpectum,nihil eſt:quia licet natura ſecundum rem nō ſit niſi materia & forma,quæ ſunt ſubſtantiæ quædam,& entia quædam abſoluta,tamen ut à naturali conſiderantur,in reſpectu conſiſtunt.ut patet.2.phyſi.26.& ideo conſiderātur,ut ſunt principia motus,quorum unum eſt actiuum,& aliud paſſiuum:ſub rationibus autem abſolutis & tranſcendentibus à diuino conſiderātur. Sed ſuus intellectus perfectus in relatione ſeu reſpectu conſiſtit,ut à naturali cōſiderantur:& quia nomen naturæ dicit̃ reſpectu principij,ideo in deſcriptione naturæ ponit̃ principium loco generis: nec obſtat ꝙ ſi principium ſumitur pro cauſa efficiente,ꝙ cūm efficiens & finis ſint extrinſeca. Igitur non debēt eſſe in eo in quo ſunt,quia licet cauſa efficiens ſit extrinſeca à ſuo effectu,tamen poteſt eſſe intrinſeca in ratione qua eſt forma,q̃ eſt pars eſſentialis naturati:& forma licet eſt intrinſeca elemento,tamen eſt principium efficiens motum qui eſt effectus diſtinctus à motore:motor enim eſt de cauſis extrinſecis motus.5.phyſi.cōmen.3.

Natura quælibet forſan materiam habet.2.meta.tex.cōmē. ultimi. Vbi animaduerte ꝙ,ut ſcribit Auerr. in cōmento, ideo dixit forſan ſeu ferè, propter intellectum: intellectus „ enim qui eſt ꝑfectio hominis eſt abſtractus à materia. Cō „ ſimilem modum loquendi habet Philoſophus in.6.primæ „ philoſophiæ. tex.cōmen.1.ubi dicit: Phyſica theorica quæ „ dam eſt,ſed theorica circa tale ens quod eſt poſſibile moueri,& circa ſubſtantiam quæ ſecundum rationem,ut ſecundum magis non ſeparabilem ſolum.ubi etiam Auer. ponderans ly ſecundum magis,inquit: Et dixit in maiori parte propter intellectum. Conſimilem modum loquendi habet Philoſophus in princi.1.de cœlo & mundo.ubi inqt. Scientia de natura ferè plurima uidet̃ circa corpora & magnitudines,& horum exiſtens paſſiones & motus.

Natura ſecundum famoſitatē magis ſeu prius dicitur de corporibus generabilibus & corruptibilibus, quàm de corporibus cœleſtibus.2.metaphy.cōmen.ultim. ¶ Pro quo animaduerte ꝙ natura & naturæ diffinitio poſita in.2.phyſic. dicitur ſecundum antiquos Peripateticos de utriſq;.ſ.corporibus generabilibus, & etiam de æternis,quicquid ſenſerit in hoc Boetius & Albertus,& dicitur ſecūdum prius & poſterius,ubi ſcribit Cōmenta.2.phyſic.cōmen.3.dicens: Tamen animaduerte ꝙ iſta cōparatio poteſt fieri duobus modis,uel ſimpliciter,uel quo ad nos ſeu ſecundum famoſitatem.& tunc ſi comparatio fiat ſimpliciter,& quo ad naturam,dico quòd natura ꝑ prius dicitur de cœleſtibus: eſt enim regula ꝙ quando aliquod nomē dicitur de duobus,

quorum alterum eſt cauſa alterius ſimpliciter,& per prius dicitur de cauſa,& per poſterius ſecundum quid dicitur de cauſato,ſicut eſt uidere in.8.phyſi.ab Auer.in com̄.77.& in.7.meta.& in.8.utrobiq; in cōmen.7. Vt igitur corpora cœleſtia ſunt cauſæ generabilium & corruptibilium,ut dicit Philoſophus in principio libri mete.ſic natura per prius inuenitur & eius ratio ibi,q̄ in corruptibilibus:ſed ſecūdū ſamoſitatem & quo ad noſtram cognitionē ſecùs eſt, quia iſta ſunt nobis ꝓpinquiora, & magis operationes eorum, & proprietates iſtorū innoteſcunt nobis q̄ illorum.& ideo Cōmen.dixit ꝙ iſta ſm ſamoſitatem ſunt magis nālia.

Natura eſt uniuerſaliter principiū tranſmutationis in rebus tranſmutabilibus per ſe, & eſt principiū priuationis trāſmutationis in rebus quæ quandoq; tranſmutantur,& quādoq; non.Illa autem quæ ſemper remanent eodem modo modorum tranſmutationis.ſcilicet in motu locali,æquiuocè dicitur de eis natura & de alijs. Cōmenta.2.meta.com̄.ulti.¶ Vbi clarè potes inde colligere qualiter diffinitio naturæ ſecundum Cōment.non poteſt uniformiter intelligi, nec copulatiuè ſed diuiſiuè:& fuit etiam ſententia Porphyrij & Themiſtij in paraphraſi ſuper principio.2.phyſi.ubi dicit:Cœleſte & diuinum corpus excipio, ī quo natura eſt principium ciens ſempiternum motum,non etiā cauſa aut principium quietis.¶ Eandem ſententiam uide ab Auer. in ſua media expoſitione ſuper libro.2.phyſic.& in.2.cœli.in cōmen.84.& in.9.meta.com̄.13.de hoc tamen ſuprà dixi contra Albertum,& Boetium diffusè.

Qualr diffinitio nāe ſit ītelligēda ſecūdū Auer.

Naturaliter inuentum in aliquo, non inuenitur in quodam eius,& in quodam non,niſi hoc ſit uerbis tantum, non ratione.4.metaphyſi.cōmen.27.idem.2.cœli. cōmen.59.& primo poſter.tex.cōmen.3.

Annotatio pulchra.

Naturalis non diffinit ſine materia neq; ſecundum materiā. ex.2.phyſi.tex.cōmen.21.ubi Ariſto.dicit in textu ꝙ cùm natura dupliciter dicatur,ſicut de ſimo quid ſit intēdimus, ſic conſiderandum eſt:quare neq; ſecundum materiam huiuſmodi,neq; ſine materia.¶ Quem locum S.Thomas interpretans aſſerit duas fieri rationes.Prima eſt, quia cū duplex ſit natura materia & forma,& ſcientia naturalis ſit de natura,igitur de utraq; natura conſiderat.Secunda,ſcientia naturalis ita ſe habet circa naturalem, ſicut eſt de ſimo,ſed uolentes ſcire quid ſit ſimū in diffinitione ſimi ponunt materiam , quæ eſt naſus, & concauitatem quæ eſt forma:ſic etiam naturalis in cognitione naturalium utrunq; cognoſcit materiam & formam:& ideo cognitio naturalis non ē ſine materia,neq; ſecundum materiam tantum,quia oportet etiam cognoſcere formam.¶ Themiſtius autem, Simp. & Auer.uolunt ſolum unam ibi fieri rationem, ſicut ꝓtendit ſeries & contextus uerborum,quod etiam euidētius apparet in Græco idiomate,& Simplicius multum ſubtiliter introducit intentionem Philoſophi ibi; quia enim in tex.20.immediate præcedente dixerat,ꝙ ex mathematicis quędam phyſicam lineam accipiunt,ſed non conſiderant,neq; diffiniunt illam inquantum eſt phyſica,ſed inquātum mathematica,ut geometria:quædam autem aſſumunt mathematicam lineam,ſed non diffiniunt eam inquātum mathematica,ſed inquantum phyſica,conſequens fuit oſtendere quomō phyſicus diffinit etiam phyſica:& aſſerit ꝙ ē ſicut qui diffinit ſimum,in quo ponitur dum diffinitur tam materia quàm forma. Et licet diffinitio naturalium non ſit ſine materia, tamen naturalis non per materiam diffinit,& cognoſcit compoſitum ex materia et forma,ſed per formā. Vnde lucidiſſimus Themiſtius in eodem loco dicit:Quare naturalis in diffinitionibus utetur materia, ſed diffiniet per formam, & Simplicius eandem expoſitionem ſequitur in illo loco.Non enim litera Græca habet notam excluſionis,ut litera Arabica,propter quam Cōmen.cogit̄ exponere,ꝙ naturalis non ſecundum materiā tantum.i.ſine forma cognoſcit & diffinit.Quam expoſitionem etiam Latini ſunt ſecuti. Vnde naturalia cognoſcuntur non per materiam,ſed per formam:nam materia etiam ſubſtantia ſcibilis eſt per analogiam ad formam,forma autē eſt origo cognitionis tam cōpoſiti q̄ materiæ:& eſt expoſitio multum ſubtilis & uera,ni fallor ¶ Ex quo patet de mente Themiſtij & Simplicij,& omnium expoſitorum antiquorum formam eſſe quiditatem,ſed materia non eſt pars quidditatis,licet ſit pars eſſentiæ.Et mirum eſt q̄uo Diuus Tho. & Ioannes Scotus in hoc defecerint à uera & antiqua doctrina Peripateticorum: aſſerunt enim materiam & formam eſſe de quidditate,ſecuti in hoc Auicen.5.ſuæ meta.ſed ſecùs ſe habet res.Nam in conceptis cū materia differt eſſentia à quidditate,ut dicitur in.3.de anima.tex.cōmē.9.&.7. primæ philoſophiæ.tex.cōmen.41. Forma enim eſt ratio & quod quid erat eſſe rei, ut ubiq; locorum Ariſt.formam diffinit.Sicut enim ſcribit Cōmen.primo cœli.cōmen.92. forma eſt ſubiectum uniuerſalitatis,& iſtæ eſt intellectus cuiuslibet formę.Cum autem obiectum intellectus noſtri ſit uniuerſale,forma ſola erit quod quid erat eē, quod eſt intellectus obiectum:materia autem ut dicit Cōmenta.12. meta.cōmen.14.non habet intētionem alicuius cōmunis aut uniuerſalis prædicabilis de pluribus, & ideo Ariſto. 7.meta.tex.cō.35.dixit materiam ſecundum ſe eſſe ignotā. Modò nihil dat quod non habet,& ideo materia inquantū ſecundum ſuam puram naturam conſideratur,non poteſt eſſe cognitionis principium,ſed ſi aliquo modo facit ad cognitionem,hoc eſt,ut eſt ſubiecta formę:& ideo matera ut dicunt præfati uiri,& eſt cum hoc ſentētia Auer.in.7.meta. cōmen.34.ponitur in diffinitionibus rerum naturalium tāquam uehiculum deferens quidditatē, ſed nō quia ſit pars quidditatis.¶ Sed tunc contra iſtam uiam ſunt tres arduæ difficultates:& prima eſt contra Them.quia dicit q̄ naturalis utetur in diffinitionibus materia, ſed diffiniet per formam:ſed hoc contradicit Ariſt.in primo de anima.tex.cō. 16.ubi ponit differentiam inter phyſicum & dialecticum. Dialecticus enim(ut aſſerit)diffinit per formam, ſed phyſicus diffinit per materiam: & Themiſtius dicit ꝙ phyſicus non diffinit per materiam,ſed per formam: contradicit igitur magiſtro,& tunc perit differentia inter dialecticum & phyſicum,ut patet intuenti.Secunda difficultas eſt, quia ſi forma eſt tota rei quidditas, & diffinitio non explicat niſi quidditatem:igitur diffinitio debet dari per ſolam formā, & ita materia nō eſt neceſſaria in diffōnibus. Tertia difficultas eſt,quia tunc diffinitiones ſubſtantiarum naturaliū uidentur eſſe per additamentum. Nam ſi materia quæ ponitur in diffinitione compoſiti non eſt pars quidditatis cōpoſiti,igitur cadit ut additur: & ita diffinitiones naturaliū ſubſtantiarum non erunt diffinitiones ſimpliciter, ſed per additamentum:ſicut ſunt diffinitiones accidentium,contra Philoſophum.7.meta.tex.cōmen.17.¶ Ad primum ſoluit̄ ꝙ ideo Them.dicit naturalem,etſi utitur materia in diffinitionibus,non tamē diffiniet per materiam, ſed per formā: pro quanto compoſitum & diffinitum cognoſcitur per formam,& non per materiam, quia materia ſecundum ſe eſt ignota:quicquid enim intelligitur, intelligitur ſecūdum ꝙ eſt in actu.9.meta.tex.cōmen.20.ubi dicitur: Inueniuntur autem diagrammata actu,forma autem actus eſt,materia autē eſt potentia,& potētia eſt ratio occultationis & ignorantiæ,non cognitionis.Sed Ariſt.uult naturalem diffinire per materiam ſenſibilē, & ideo non eſt contradictio inter Ariſt.& Them. quia non ſunt diſcordes in una & eadem intentione materiæ,ſicut patet.Nec eodem modo utitur ſeu accipit diffinire uterq;:nam Them.dum dicit naturalem non diffinire per materiam,intellexit tanquam ꝑ id quod eſt principium cognitionis, aut tāquam per id quod ſit q̄dditas,aut pars quidditatis:utitur tamen materia in diffinitione tanquam neceſſaria in rōne uehiculi. Quomodo autē dialecticus dicatur per formā diffinire,ſatis in Theorematibus declaratum eſt.¶ Ad ſecundam difficultatem reſpondet Cōmenta.in primo de anima.com̄.6.& inquit: Quòd qui in diffinitionibus rerum accipit materiam & demittit formam,diminutè accipit,qui uerò ponit formā & dimittit materiam,uidetur dimittere aliquid quod non eſt neceſſarium in diffinitione,uerūtamen non eſt ita quia forma in



ma in diffinitione debet ſumi cum diſpoſitionib⁹ ī quibus exiſtit.Pro quo ſcire debes ꝙ,ut ſcribit Cōmen.in.2.phy. cōmen.18.formarum quædam ſunt quæ indiſcriminatim diffiniri poſſunt cum materia & ſine materia,& iſtæ ſunt illæ formæ in quibus conuenit mathematicus & naturalis, ſicut eſt magnitudo & numerus: linea enim ſuperficies, & corpus,& eorum propria:ſimiliter numerus,& accidentia propria numeri indifferenter diffiniri poſſunt & cum materia ſenſibili,& ſine: & ideo talia ab utroq; conſiderantur, uerùm alia & alia ratione,ut ibi dicit̄. Nam naturalis talia diffinit ut ſunt in materia ſenſibili,& ut ſunt termini corporis naturalis,ſed mathematicus diffinit illa abſtrahendo à materia ſenſibili.Eſt etiam aliud genus formarū,quod impoſſibile eſt ſine materia ſenſibili,nec eſſe,nec diffiniri, & iſtud eſt appropriatum ſcientiæ naturali,ſicut dicitur ibi in tex.Eſt caro & os.&.7.meta.tex.cō.37.Impoſſibile eſt hominem diffinire ſine carnibus & oſſibus. & Cōmenta.ibidem cō 39.Impoſſibile eſt quidditates naturales intelligere ſine tranſmutatione & motu.i.ſine materia,quę eſt principium tranſmutationis:In diffinitionibus autem entiū mathematicorum non apparet huiuſmodi materia, q̄ eſt principium tranſmutationis,ut dicit Cōmen.2.phyſi.com̄.19. licet bene in illis appareat materia ītelligibilis:& ideo diffinitiones compoſitorum naturalium indigent materia,non quia materia ſit pars quidditatis:ſed quia compoſitum conſtituitur per formā talem quæ neceſſario habet eſſe in materia,& debet explicari ſicuti eſt.¶ Ad ultimam difficultatem reſpondetur ꝙ licet materia non ſit pars quidditatis,eſt tamen pars eſſentię compoſiti ex materia & forma:& ex materia & forma ſit per ſe unum,ſicut ex potentia & actu.8. meta.tex.cō.15.Sed ex ſubiecto & accidente nō ſit per ſe unum,ſed ſit unum per accidens: & ideo diffinitiones accidentium datæ per ſubiectum dicūtur eſſe diffinitiones per additamentum,non autem diffinitione ſubſtantiarum.Accedit etiam ad hoc ꝙ ſubiectum eſt in diuerſo genere ab illo in quo eſt accidens,ſed materia eſt in illo genere ſaltem reductiuè in quo eſt ipſum cōpoſitum:¶ Solutio igitur omnium rationum apparet uiſa & intellecta differentia inter eſſentiam & quidditatem in iſtis quo cum materia cōcipiūtur:hæc enim uiſa differentia ſoluit omnem ignorantiam. Vnde Cōmenta.7.meta.cō.21.ſcribit:Forma hominis eſt homo uno modo,& forma hominis non eſt homo alio modo,& eſt cōgregatum ex materia & forma.uult dicere ꝙ ſi homo ſumatur pro hominis quidditate,forma hominis ſolum homo eſt illo modo:ſi uerò homo ſumatur ſecundum eſſentiam,quia eſſentia hominis eſt congregatum ex materia & forma,& pars illo modo non eſt totum,ſic forma hominis non eſt homo.

Natura uniuerſalius utitur Philoſophus, quàm naturalis:& etiam Philoſophus diſputat contra negantes naturam,q̊d non facit naturalis.Cōmenta.contra Auic.5.meta.cōmen.5.idem.2.phyſi.cōmen.3.

Natura dicitur primo de forma.5.meta.tex.cō.5.idē.2.phy. tex.cō.12.&.1.cœli.cō.5.&.7.meta.39.

Natura dicitur de generatione.5.meta.tex.commen.5.&.2. phyſi.tex.cōmen.14.

Naturalis habet diffinire per materiam ſenſibilem.6.meta. tex.cō.2.&.1.de anima.tex.com̄.16.

Naturalis habet conſiderare de aliqua forma,uidelicet de illa quæ impoſſibilis eſt reperiri ſine materia.6.metaphyſi. tex.cōmen 2.idem.3.cœli.tex.cō.primi.ubi dicitur. Omnes ſubſtantiæ naturales,aut corpora ſunt,aut cum corporibus generantur & magnitudinibus.

Naturalis ſcientia eſt ſpeculatiua & non operatiua.ibidē.

Naturalis ſcientia conſiderat de rebus mobilibus,mathematica autem de rebus abſtractis ſecundum diffinitionem, ſed non ſecundum eſſe.

Naturalia ſunt in quorū diffinitione apparet natura, & uoluntaria ſunt in quorum diffinitione apparet uoluntas, diuina autem ſunt in quorum diffinitione apparet Deus.6. metaphyſic.cōmen.2.

Naturales formæ, aut plures aut oēs non ſunt ſine materia. Cōmen.7.meta.cō.39. Vide quare dixit,aut plures, in.6. meta.tex.cō.1.ubi Phs habet conſilem modum loquendi, cū inquit:Phyſica theorica quędā eſt,ſed theorica circa tale ens quod eſt poſſe moueri,& circa ſubſtantiam quæ ſecundum rationem ut ſecundum magis non ſeparabile ſolum. ubi Cōmen.ibi ponderat ly ſecundum magis, ad præſeruandum ſe ab intellectu.

Nālis non ſolū de mā,uerūetiam & de forma conſiderat,& magis.7.meta.tex.cō.39.idem.2.phyſi.tex.cō.21.&.26.

Naturales quidditates nō poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu,ſed bene mathematicè.7.metaphyſic.tex. cō.37.&.39. ubi per intelligi, intelligas diffiniri, ut notaui in contradictionibus nuper æditis.

Naturalis conſiderat de ſubſtantijs ſenſibilibus inquantum ſenſibiles ſunt,ſed primus Philoſophus inquātum ſubſtantiæ.7.meta.cō.39.5.&.9.12.meta.1.5.6.&.29.

Naturalis ſcientia eſt philoſophia ſecunda ſecundum naturā, non ſecundum ordinem doctrinæ. Cōmen.7.metaphyſi. cōmen.39.idem.2.meta cōmen.3.

Naturalibus entibus propria eſt materia.7.meta.cōmē.39. & ratio eſt,q̄a naturalis eſt de his quæ ſunt in motu:oportet autem intelligere materiam in re mota,ut dicitur.2. metaphyſi.tex.cōmen.12.

Naturæ nomen multiplex eſt.5.meta.tex.cōmen.5.& uide etiam Themiſtium.2.phyſi.ſuper tex.7.

Natura q̄libet congregata ex duabus naturis cōuenientibus, neceſſe eſt ut ſit de natura cōponentium.7.meta.cō.48.

Nāles ſubæ ſunt ab oībus cōfeſſę.8.meta. tex.cō.1.& t.c.2 ¶ Ex hoc patet ꝙ corpus imobile non pōt demonſtrari in ſcientia naturali,quia ad per ſe nota & cōfeſſa ab oībus nō erigitur demonſtratio,ut patet.2.phyſi.tex.cōmen.6.cuius oppoſitum tenuit Diuus Thomas.

Naturales ſubæ generabiles habent oēs cauſas.8.meta. tex. cōmen.12.idem in.2.phyſi.tex.cō.70.

Natura in diuino cœleſtiq; corpore,eſt ciens ſempiternum motum,non autem eſt cauſa,aut principium quietis.Themiſtius in.2.phyſi.in principio.

Natura eſt in genere potētiæ.9.meta.tex.cō.13.ubi Cōmen. in cōmento dicit ꝓbās hoc,quia natura eſt principiū ratione principij & potentia,& potentia eſt genus eorū,quia cōtinet naturalia & artificialia:potētia enim ut dicit Cōmen. ibi,dicitur de naturalibus & artificialibus.

Natura & ars conueniunt in hoc ꝙ intendunt actum & non potentiam.9.meta.tex.cōmen.16.

Naturalis accidentia & principia ſpeculatur entium inquantum mota,& non inquantū entia.11.primæ phīæ. cap.3. iuxta finem.idem.7.primæ phīæ.cō.9.&.1.phy.Cōmen. in ſuo prologo in principio,ubi intentionem declarat naturalis ſcientię.ex.6.primæ philoſophiæ.tex.cō.2.

Nālis ſcīa,& à practica,& à factiua altera eſt.11.meta. ca.6.

Nālis ſcīa eſt de hn̄tibus in ſeipſis principiū motus ſuprà.

Naturalis ſcīa ſcientiarum prima eſſet, ſi quidem naturales ſubſtantiæ primæ entium forent.11. meta.cap.6.idem.6. meta.tex.cō.3.uide in proprio theoremate de hoc.

Naturalis habet dare cauſas mobilis ſubſtantiæ materiales & mouentes,formales autem & finales non poteſt.12.primæ philoſophiæ.com̄.6.uide in concordantijs.

Natura licet non intelligat aliquid,tamē rememorat ipſa de cauſis nobilioribus ea quæ dicuntur intelligentiæ.12.metaphyſic.cōmen.18.authoritate Themiſtij.& eſt in prima parte digreſſionis,ubi dicit quòd ſecūdum Platonem hoc eſt anima mundi quę ſit ex dijs ſecundis:& ſecundū Ariſt. eſt à ſole & orbe decliui,et ibidem prope finē cōmenti confirmat hoc idem ex ꝓpria ſnīa. Vide pro hoc lucidiſſimum Them.in paraphraſi ſuper.1.phyſi.auſcultationis in expoſitione tex.81.de appetitu māę,ubi inq̄t:Etenim uериſſimū puto,ꝙ dicit̄ prouidentiā fuiſſe q̄ & turpi deſideriū honeſtatis & egenti opulentiæ quātum ſit ſatis iniecerit.

Natura quādoq; utitur organo ꝓpter melius, quandoq; uerò propter neceſſitatem eius cuius gratia factum eſt Gale.

in.4.de utili.parti.cap.17.ubi de inteſtinis loquit̃,& in hoc caſu ſecundo inſtrumẽtum participat uirtutem principalis agentis Vnde inteſtina habent uim digerendi cibum uirtute uentris,& uenæ habent uim tranſmutandi ſanguinẽ uirtute hepatis,licet inteſtina nõ ſint organũ digeſtionis neq; uenæ ſanguificationis,& hoc ibi Gal.apertè dicit. Et nota bene hoc in quo caſu inſtrumentum poteſt attingere formam quæ eſt ab agente.

Natura quod poteſt facere uno inſtrumento non facit duobus.12.meta.cõmen.45.conſimile.1.phyſi.cõmẽ.59.uide exemplum in.2.de anima.tex cõ.88.ubi Philoſophus dicit ꝙ natura utitur aere reſpirato in duo opera,ſicut lingua in guſtu & locutione.idem in ſimili plerũq; inuenies in libris de partibus aĩalium,& à Galeno in libris de utilitate particularum,& de iuuamentis membrorum.

Natura per multiiugam formarum ſucceſſionem tendit ad unum finem Themiſtius.2.phyſi.ſuper.38.idem habetur ab Ariſt.expreſſe in.5.de natura animalium. cap. de inſectis.idem habetur in.2.de generatione animalium.cap.3. Themiſtius autem dat exemplum de herba,ſtipula,ſpica,& gluma, quæ omnia ad unum finem tendunt, quod eſt triticum ipſum.

Naturam omnem & omnem ſubſtantiam impaſſibilẽ ſecũdum ſe optimum ſortitam eſſe finem exiſtimãdum eſt.12.metaphyſi.tex.cõmen.48.

Natura eſſe,in plus eſt ꝙ ſecundum naturam eſſe: nam ſunt quædam res natura quę ſecũdum naturã eſſe non poſſunt, qualia ſunt uitia obleſionesq; ab ipſa natura contractæ. Them.2.phyſi.ſuper.tex.5.

Naturales res in infinitũ non perſeuerant in ſua natura niſi ꝑ accidens,ex libro deſtr.diſp.prima in ſol.2.dubij.

Naturæ opus non eſt à ſcientia.ex libro deſtruc.diſput.3.in ſolutione primi dubij.

Naturæ actio neceſſario eſt in ſua ſubſtantia,ſed non in uolentis ſubſtantia ibidem.

Natura igitur ſic ita ſibi uult, ut ſyderum conuerſionibus & eorum numeris generationes & obitus numeret,ſed exquiſitè id facere nequit propter materiæ indefinitionem, & ꝙ multa principia incidũt quæ gñationes deſtructas ſm materiam & corruptiones impediant. Ariſt.in fine.4.de generatione aĩalium.idem.2.de genera.& corrup.tex.com̃.57. Inde patet non omnia ex neceſſitate prouenire.

Naturæ opera ſi eſſent à ſapiẽtia ſeparata ſeu remota,remoueretur cauſa ab omnibus naturæ effectibus.ex diſputa.9. in ſolutione.3.dubij.idem.12.meta.com̃.18.

Naturæ opera procedunt ſicut opera artis, & ideo concluſerunt Philoſophi ꝙ à primo intellectu uirtutes naturales ꝓcedunt:& ille eſt qui omnibus entibus ordinem dat.ex diſputatione.10.in ſolu.2.dubij.

Naturæ ordo & proceſſus hic eſt,ut reſpectu inferiorũ ſuperioribus uice formarũ utatur,reſpectu ſuperiorũ inferioribus loco materiæ. Them.3.de anima.cap.27.

Naturalis ſcientiæ octo ſunt partes ſecundum Ariſt.ex diſp. prima.in libro phyſicarum diſputationũ contra Algaçelẽ, ut idem tenet in principio libri meteororum.

Naturalis philoſophiæ non eſt ramus medicina, neq; ſciẽtia de iudicijs ſtellarum,neq; phyſionomia.ibidem in phyſicis diſputationibus,ubi ſuprà.

Naturali ſcientiæ non ſufficit uia diuiſiua per ſe,neq; uia ſenſus per ſe,ſed uia compoſita ex utraq; uia.ſ.ex diuiſione & ex teſtimonio ſenſus in enumerandis ſpeciebus ſui ſubiecti in pleriſq; locis,ut in ſciẽtia de animalibus. Cõmenta. in primo de partibus animalium prope finem.

Natura quod aliunde dempſerit,ubiq; reddere ad aliã partẽ ſolet ex.2.de partibus animalium cap.14.

Natura plerũq; utitur unico inſtrumẽto ad plures actiones. 2.de aĩa.tex.cõ.88.& in.2.de partibus aĩalium.cap.16.

Natura rarò aggregat in eand' ſpẽm aĩalium duo diuerſa adiutoria eiuſdem adiumenti pro conſeruatione. Cõmenta. in tertio de partibus animalium, cap.de cornibus, & eorum iuuamentis.

Natura rẽ nobiliorẽ in melioribus locis cõſtituere ſolet,niſi quid maius impediat.ex.3.de partibus aĩalium.cap.4.

Natura interdum excrementis cõmodè utitur.ex.4.de partibus animalium.cap.2.

Natura ab inaĩatis continuè ad aĩalia tranſit per ea q̃ uiuunt quidem,ſed non ſint aĩalia,ita ut parum admodũ alterũ ab altero differre uideant̃ ꝓpter ſuam ꝓpinquitatem.ex.4.de partibus aĩalium.cap.5.idem Auer.ibidem in cap.de duro teſtato.ubi dicit ꝙ natura ſemper mouetur ad medium anteq; transferatur ad ultimũ extremũ, aliter natura egiſſet quid inane.ſ.ꝙ eſſet priuata aliquo genere & nõ perficeret ipſum:laudetur ergo Deus ſapiens cognoſcens.

Natura ubi duobus ad opera uti poteſt nec aliud impeditur, nihil tale natura,facere ſolet,quale per inopiam ars excuſſoria obeliſco lichnum ex ueru lucernaq; cõponit;attamen ſi id fieri non poteſt,tunc uno ad duo opera utitur.4.de partibus animalium.cap.6.

Natura in ꝓfundo quod p̃cipuum eſt ſemper collocat,quod non p̃cipuum uero in ſupficie.Gal.1.de util.parti.cap.17. Intelligitur in uiuentibus quæ ſunt hic,nam in magno mũdo primus motor eſt circũferentia magni orbis.

Natura rem minorem maiori potioriq; addere ſolet,non autem maiorem nobilioremq; minori.ex.4.de parti.anima. cap.9.idem.7.politicæ.ubi ſcribitur ꝙ deterius ſemper eſt nobilioris gratia.

Natura ex his quæ fieri poſſunt,facere ſolet q̃d melius eſt.ex 4.de partibus aĩalium.cap.9.idem.2.cœli.tex.cõ.34.

Natura nihil ſuperuacuum efficit.4.de partibus animalium. cap.10.& 11.

Natura inſtrumenta ad officium,non officia ad inſtrumenta accõmodat.ex.4.de partibus aĩalium cap.11.

Natura quãcũq; rem facit,aut quia eſt neceſſaria,aut ꝓpter melius.Ariſt.in.1.de genera.aĩalium cap.4.

Natura in formatione fœtus quaſi pictoris officio fungitur cum condit & creat:pictor enim ubi lineis primum deſcripſerit aĩantem,mox uario illinit colore ac ꝑficit.etc. Ariſt. in.2.de generatione aĩalium.cap.4.prope finem.

Natura in formatione mẽbrorum procedit ſicut paterfamilias prudens.qui nihil amittere ſolet ex quo facere aliquid cõmodi poſſit,diſpenſatur autem in cura rei familiaris, ita ut cibus optimus detur liberis,deterior ſeruis.etc.Ariſt.in 2.de generatione animalium.cap.4.prope finem.

Nã in maiori parte facit hoc,ꝙ in uno mẽbro ſunt duo iuuamenta aut tria,ſicut nares ꝓpter odoratũ & propter expurgandas ſuperfluitates.2.colliget.cap.19.

Natura attendere uidet̃,ut ſenſum prouiſum curamq; diligẽtem erga prolem parentes habeãt, ſed in genere deteriore hoc facit quouſq; pariant, in alijs quibuſdã etiam quouſq; perficiant,prudẽtioribus uerò plus curæ mandatur, ut etiã enutriant:poſtremò his quæ prudentia iam maximè p̃dita ſunt,conſuetudo,amor,& charitas in prolem etiam adultã ſeruat̃,ut homini,& quadrupedũ nonnullis.3.de gñatione aĩalium.cap.2.Inde ſcire potes quomodo natura de rebus nobilioribus maiorem gerit curam & ſolicitudinem.

Natura nulli fœminę arma ad pugnam,uiresq; exercendas tribuit. Ariſt.in.3.de genera.anima.cap.10.

Natura & ars in rerum concoctione ſemper inutile ab utili ſecernunt. Ariſto.3.de genera.anima.cap.11.

Naturæ effectus aut neceſſitate fiunt, aut iuuamento.3.colliget.cap.30.

Natura & facultatem cuius dat & inſtrumentũ; ſic enim melius eſt. Ariſt.in.4.de genera.aĩalium.cap.1.

Natura unicuiq; excremento receptaculũ dat.ibidem.

Natura quodammodo eſt id quod præter naturã eſt. Ariſt. in.4.de generatione animalium. cap.4.& ideo lucidiſſimus Themiſt.in.2.phyſic.in expoſitione tex.5.dicit quòd à natura eſſe in plus eſt quàm ſecundum naturam. Nam monſtra & priuationes à natura eſſe dicuntur, licet non ſint ſecundum naturam : & ideo animaduerte quòd licet textus dicat ſecundum naturam, hîc tamen debetur iſto modo capi quo diximus.

Natura

Natura non poteſt uti in eadem hora excremẽto eodem pro duabus operationibus diuerſis. Auer.4.de generatione animalium.cap.de lacte.& elicitur ab Ariſt.ibidem.cap.ultimo.ubi inquit: Natura non tam largè profundere poteſt, ut anceps ſit,ſed ſi alterutrã in partem ſecernitur in alterã deſit neceſſe eſt,niſi quid acciderit uiolentum.

Naturam ita ſubiecimus ex his quę cernimus rõne ducta,ut neq; deficiat neq; fruſtra agat quicquã in ſingulis, quo ad eius fieri poteſt. Ariſt.in.5.de generatione aĩa.cap.ulti.

Naturæ nullum opus eſt in quo nõ aliquid mirandum inditum ſit.primo de partibus animaliũ.cap.ultimo.idem pulchre declarat Gal'.3.de utili.parti.cap.10.uerſus finem,ubi pulchre probat etiam in iſtis caducis rebus fulgere ſapientiam,prouidentiam,& potentiam inuictam Dei.

Natura adeo ſenſim paulatimq; de inanimatis ad animata tranſit,ut continuatione ipſa lateat eorum cõfinium,& medium utriusnam ſit extremi. Ariſt.8.de natura animalium cap.1.¶ Et ex hoc collige contemplationem talium mediorum,quæ participant conditiones oppoſitorum extremorum eſſe ualde arduam,ſicut egregiè notauit Simpli.in.1. de anima.in expoſitione.9.tex.

Natura ſæpiculè ſolet ſuos fines tanquam tranſgredi,proinde in aliquibus dubium ſit,animalia ſint an radices, radices an lapides. Themiſtius.2.de anima.cap.5.uide in.3.de natura animalium.cap.1.

Natura magis propriè dicit̃ de formis ſimplicioribus q̃; de organicis,organicæ rectius dicuntur animæ.ex paraphraſi meta.tracta.1.cap.de natura.

Natura apud Medicos dicitur de uirtute regitiua totius quæ eſt nutritiua,quia eſt ſimplicior iter omnes uirtutes:& ideo non poſſunt transferre nomen naturæ ad uirtutem cordis.ibidem.

Nani & pueri multum dormiunt,& habẽtes capita magna. ex libro de ſomno & uigilia.

Neceſſarij entis diſpoſitio eſt,ut non ſit per ſuam actionem, ſed actio eius eſt propter ipſum.2.phyſi.cõ.82.uide.2.cœli. cõmen.17.&.21.&.12.meta.cõmen.36.

Neceſſaria multa ſequunt̃ ꝑ ſe multa poſſibilia. Vnde poſſibile eſt in ſignis,ut propoſitiones eorum ſint compoſitę ex propõnibus poſſibilibus.& neceſſarijs , ſed tamen neceſſe eſt,ut maiores ſint neceſſariæ,quoniam hoc modo contingit ꝙ concluſio ſit neceſſaria.7.phyſi.com̃.2.

Neceſſaria multas habent cauſas.8.phyſi.tex.cõ.15.

Neceſſarium ſm Auic. duplex,ex ſe & ex alio. Cõmentator in paraphraſi primi de cœlo ultimo cap'o.&.8.phy.com̃. 79.&.2.cœli.cõmen.71.

Neceſſarium ens nullam habet poſſibilitatẽ.2.cœli.cõ.53. &.54.&.12.metaphyſi. cõmen.39.&.9.metaphyſic.tex. cõmen.17.uide in concordantijs.

Neceſſarium ẽ duobus modis ſecundũ Auic. uidelicet ex ſe & neceſſarium ex alio,poſſibile tamẽ ex ſe:& reputatur ꝙ iſta ſit opinio Alexandri in quibuſdam ſuis tractatibus.3. cap.de ſubſtantia orbis,& ibi uide impugnationem iſtius dicti,& in primo cap.etiam &.8.phyſic.79.& in.12.primæ philoſophiæ.cõmen.41.

Neceſſarium non cõtingit aliter, & aliter ſe habere.4.meta. tex.cõmen.25.

Neceſſarium pluribus modis dicitur.5.meta.tex.cõmen.6. &.12.meta.tex.cõmen.38.

Neceſſarium pro uiolento.ibidem.

Neceſſarium eſt quod impoſ'e eſt aliter ſe habere.ibidem.

Neceſſarium quoddã eſt in naturalibus, & quoddam eſt in uoluntarijs.5.meta.cõmen.6.

Neceſſarium ſimpliciter eſt duobus modis,quorum unus ẽ, ut aliquid non poſſit alio modo eſſe per ſe:alter uerò quod ſit propter aliud. Primus modus à modernis appellat̃ ineuitabile in eſſe,ſecundus uerò à modernis appellatur debitum & neceſſarium per aliud. Cõmenta.5.meta.cõmen. 6.ubi per modernos intellige Auicennam, & Algaçelem, & ſequaces iſtorum.

Neceſſitas dicitur duobus.12.meta.tex.cõ.38.

Neceſſariorum quoddam eſt neceſſarium per ſe,& quoddã per aliud:iſta diffinitio nõ eſt uera niſi in motu cœli tantũ, non autem in ſubſtantijs.uide cauſam.12.meta.cõ.41.

Neceſſitas eſſendi non eſt additum quid ſupra eſſe extra animam,immo eſt quædam proprietas in ente neceſſario,nullamq; infert additionem ſupra ipſius ſubſtantiam , & non aliud dicit niſi cauſæ remotionem , uidelicet ꝙ illud principium non eſt cauſatum ex aliquo. ex libro deſtructio. diſputatio.3.in ſolutione.14. dubij. uide in contradictionibus nuper æditis.

Neceſſe eſſe quomodo fuit à Saracenis & ab Auic.probatũ, & ꝙ uia Auicẽnæ ſit inſufficiens,& qua ſit uia demonſtratiua ad probandum neceſſe eſſe,require in diſpu.8.in libro deſtruc.in ſolutione primi dubij.

Neceſſarium eſſe nõ eſt denominatio negatiua,ĩmo affirmatiua conſequens naturam rei non habẽtis cauſam. ex diſputatione.8.in ſolutione ultimi dubij.

Neceſſitas in rebus naturaliter eſt duplex,uel ex materia,uel ex fine. ex primo de partibus animalium.cap. primo.ſecũdum tranſlationem Theodori.& ex.2.phy.tex.cõ.87.

Neceſſitas eſt duobus modis , unus eſt ut eſſentia primi ſit neceſſaria eſſentiæ ultimi,alter ut non ſit ex neceſſitate, ſed propter melius,ut melius eſt eſſe duo quàm unum. Commenta.in.ſecundo colliget.cap.8.de iuuamentis membrorum conſimilium.

Neceſſarium dicitur tripliciter,primo pro illo quod impoſſibile eſt,ut ſit ſine eo ratione materiæ:ut animal ſanguineũ impoſſibile eſt,ut non reſpiret. Secundo modo pro uiolento. Tertio modo pro eo quod impoſſibile eſt aliter ſe habere,& iſto modo corpora cœleſtia dicũtur neceſſaria.ex paraphraſi metaphy.tractatu primo..cap.de neceſſario. uide etiam Ariſto.5.meta.cap.de neceſſario.

Negãs principium negat pluralitatem & motum,quia principium eſt cauſa utriuſq;.1.phyſi.cõmen.8.ꝙ ſic intelligitur quia principium relatiuè ad principiatum,relatiua autẽ poſita ſe ponunt,& ideo ſi principium eſt principiatum ẽ, modo principium & principiatum ſunt multa: non enim capit intellectus,ut aliquid ſit ſuimet principium.2.de anima.tex.cõmen.47.& eſt ſententia Diui Auguſtini in primo de Trinitate.cap.primo. nulla oĩno res ẽ quæ ſeipſam gignat,ut ſit. Quomodo autem principium ſit cauſa motus, patet ex deſcriptionibus principij poſitis in.5.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.1.in quibus ſemper apparet motus aut uniuocus, aut æquiuocus , ſicut eſt cognitio, ut patet diſcurrenti.

Negationem unam eſſe duorum impoſſibile eſt, quod non eſt in priuatione.10.meta.com̃.19.

Negationes non inferunt pluralitatem in ſubſtantia negati, neq; relationes inferunt in ſubſtantia relati. ex libro deſtr. diſputatione.5.in dubio ultimo , authoritate Algaçelis & Auerrois,quia non ſibi contradicit in illo dubio niſi de intellectu tantum,quod nõn ſignificat relationẽ in Deo, ſicut ipſe Algaçel Peripateticis impoſuit.

Negationes quæ currunt curſu nominum priuatorum,ſcilicet negationes quæ ſumũtur in diſtinctione entium,abinuicem habent ſine dubio cauſas quę inferunt illis entibus illas negationes. ex diſputatione.7.in ſol.4.dubij.

Negatio & priuatio differunt,qa negatio eſt ablatio alicuius ſimpliciter:priuatio aũt eſt ablatio alicuius in aliqua natura terminata.4.meta.tex.cõmen.4.

Nenufar authoritate Auençoar à proprietate habet cholericos præſeruare à febre.6.colliget.cap.11.uide etiam.7.colliget.cap.11.de cura febris cholericæ,ubi ad corrigendam ſcãmoneã iubet exhiberi cũ ſyrupo de nenufare,& ſyrupo de pomis & maſtice:quia ſyrupus de nenufare frangit q̃litates primas ſcãmoneę.ſ.caliditatẽ,& ſiccitatẽ & cum hoc confortat ſua aromaticitatẽ membra principalia:& idem operatur ſyrupus de pomis, & maſtix confortat & remouet nocumentum membrorum principalium. Et nota bene hoc in actu practico in medicinarum ſolutiuarum exhibitione,contra rudes.

Neotericorum more loqui eſt diſtinctius, & cum maiori indagine rem tractare: priſcorum uerò more loqui eſt cum paucitate inquiſitionis. Auer. in paraphraſi. 4. de cœlo, ſumma. 1. cap. 3. & elicitur ex textu cõ. 11. ibidem. Loquens. n. de antiquis dicit, ꝙ mõ magis nouo intellexerunt. ubi Cõmenta. cõ. 11. colligit ꝙ ſermo poſteriorum debet eſſe acutior & rectior, & cauſa eſt in prõptu, quia poſteriores uiderunt dicta priorum, & non è cõtra. Dicit enim Phs in primo primæ phiæ, ꝙ philoſophia balbutiẽdo incepit: ars. n. quodlibet in ſui exordio ex cruda & ĩmatura, ſed maturatẽ poſtea, deinde paulatim decoratur & perficitur, ſicut teſtatur Auic. in. 7. ſuæ primæ philoſophiæ. cap. 2.

Nerui habent introitum in ſenſum & motum. ſecundo de anima. cõmen. 116.

Nerui à natura triplici intentione ſunt diſtributi, alij ꝓpter ſenſum, alij ꝓpter motum, alij ad percipiendum contriſtãtia. Gal. 5. de utili. parti. cap. 9.

Nerui inter partes exangues cauſam ſentiendi ꝑcipuam obtinent. Them. 1. de aĩa. cap. 14. ſup tex. 32. cum hoc concordat Cõmen. 2. de aĩa. cõ. 116. & Medici omnes.

Neruus cum nõ perueniat ad omnes partes carnis in qbus fit ſenſatio, non poteſt dici ꝙ animal ſentit per neruũ tm̃: patet aĩt de ſe carnẽ ſentire per oẽs ſuas partes. ex. 2. de partibus aĩalium in cap. de carne. Vbi Cõmen. ſubdit ꝙ non debeť dici ꝙ fiat ſenſatio per neruum ſine alijs mẽbris: nã ſimile huius dicit Gal. de uiſu, ꝙ fit ꝑ duos neruos opticos quãuis etiã dicat humiditatẽ glatialem eẽ mẽbrum ꝓpriũ uiſus. Et ſubdit ꝙ hoc erit ſi concedamus neruos inueniri in oĩbus animalibus, ſed non inueniantur, nihil faciunt ad ſenſum niſi melioris notæ gratia.

Neruorum iuuamentum ſecundum Gal. eſt ad deferendum ſenſum & motum uolũtarium oĩbus membris, ſed ſecũdũ Ariſt. nerui non ſunt facti niſi ad temperandum calorem intrinſecum ad hoc, ut det uirtutem ſentiendi. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium, idem dicit ibidem, ubi ponit iuuamenta carnis.

Neruus apparet ꝙ naſcuntur ex cerebro eo quòd non ſunt infixi in ipſo, ſicut dicit Galenus ibidem, uide in concordantijs nuper æditis.

Nerui & cerebrũ nõ ſunt principiũ ſenſus tactus, ſed in aĩalibus habentibus iſta contẽperãt organũ tactus, q̃d eſt caro. in. 2. de ꝑtibus aĩalium. in cap. de carne Cõmen.

Neruus ex humore mucori ſiñi naſcitur, et alitur. Ariſt. 3. de natura aĩaliũ. cap. 5. cogita, qa facit pro opĩone medicorũ.

Neruus ignem non patiť cũ uera patiatur, & inciſus ſolidari non poteſt. Ariſt. 3. de natura animalium. cap. 5.

Neruorum natura non ab eodem initio continua procedit, ſicut natura uenarum. ibidem.

Nihil debet eſſe ocioſum in natura, nec etiam in arte. primo phyſi. cõmen. 50. idem primo cœli. tex. cõmen. 32. &. 3. de anima. tex. cõmen. 45.

Nihil aliud eſt cauſa generationis & corruptionis niſi materia ꝓpter non eſſe. i. priuationẽ, quæ eſt ĩmixta in ſubã eius. Cõmentator. 1. phyſi. cõ. 79. &. 1. &. 3. capl'is de ſubſtãtia orbis. &. 1. cœli. cõmen. 20.

Nihil per accidens prius eſt in his quę ſunt per ſe. 2. phy. tex. cõ. 65. 1. cœli. cõ. 14. 4. phyſi. 43. 4. meta. cõ. 14.

Nihil quod eſt de natura incorporea, habet quantitatem. 4. phyſi. cõmen. 10.

Nihil recipit ſe, neque per ſe, neque per accidens. 4. phyſico. tex. cõmen. 26. &. 27.

Nihil ad numerum nullam habet rationem. quarto phyſic. tex. cõmen. 71.

Nihil dicitur tranſmutatum niſi quod eſt in fine trãſmutationis. 6. phyſi. tex. cõmen. 57.

Nihil corrumpitur in nihil, & nihil ex nihilo generatur. 3. cœli cõ. 52. idem. 1. phyſi. tex. cõm. 34.

Nihili, ſeu non entis nullæ ſunt differẽtiæ. 4. phy. tex. cõ. 67.

Nihil ſimpliciter ĩtelligitur duobus modis; aut ꝙ non eſt ſubſtantia, & eſt aliquod aliorum ꝑdicamentorum: aut ꝙ non eſt ſubſtantia, nec aliquod aliorum prædicamentorũ. 1. de genera. & corrup. tex. cõmen. 11.

Nihil eorum quæ à natura & ſecundum naturam ſunt, inordinatum eſt, natura enim eſt cauſa omnis ordinationis. ex 8. phy. tex. cõmen. 15. ¶ Vbi aduerte ꝙ in plus eſt aliquid eſſe à natura, & eſſe ſecundum naturam: nam non ſolum habitus & diſpoſitiones conuenientes, & formæ à natura ſunt, uerũetiam priuationes & monſtra & corruptiones à natura ſunt, ſicut notat pulchrè Them. in. 2. phy. & Simpl. in expoſitione tex. cõmen. 5. Et ideo Philoſophus animaduertens ad hoc dixit, nihil eorum quæ ſunt à natura & ſecundum naturam, ideſt ſecundum naturalem & cõſuetum ordinem naturæ, eſt inordinatum, quia bene aliquid à naturã genitum poteſt eſſe inordinatum: nam quid generat, nutrit, & auget monſtra niſi natura? Sed talia etſi à natura ſint, non tamen ſunt ſecundum naturam genita impedimẽto naturæ aduenienτe propter materiam: & ideo Cõmentor in cõmento dicit illam propoſitionẽ quæ à natura ſunt eſſe ordinata, habere ueritatem ut in pluribus: ſed rarò illa propoſitio fallit, ſed cum limitatione Philoſophi ſemper uera eſt. ¶ Et ex illo loco patet quid ſit dicendum ad quæſtionem fieri ſolitam in fine. 2. phyſi. à doctoribus quærentibus utrum monſtra ſint à natura uel à caſu: aliqui enim, ut Burleus, diſtinguunt de monſtro, quod poteſt bifariam ſumi, uel pro aggregato ex indiuiduo alicuius ſpeciei & mõſtruoſitate, & ſic dicunt talia non eſſe effectus naturæ: alio modo pro indiuiduo cui accidit illa monſtruoſitas, & ſic ſunt à natura. Nonnulli autem dixerũt eſſe à natura uniuerſali, alij è conuerſo modo quòd ſunt à natura particulari. Nos autem iuxta Peripateticorum doctrinam dicimus iſta à natura fieri, nutriri, & augeri, ſed non ſecundum naturã: etiam monſtra quę non ſecundum naturam fieri dicuntur, poſſunt dici à caſu eſſe facta ſed non à fortuna, ſicut docuit nos Philoſophus in. 2. phyſi. tex. cõmen. 65. ubi ponit differentiam inter aliquid eſſe à fortuna & à caſu, ubi dicit: Maximè autem à fortuna eſſe eſt ſeparatum in his quæ à natura fiant, cùm enim aliquid extra naturam, tunc non à fortuna, ſed magis à caſu factum eſſe dicimus: ſed tamẽ eſt hoc alterum: illius enim cauſa exterius eſt, iſtius autem iterius. ¶ Vbi animaduerte ꝙ monſtra etſi à caſu dici poſſunt facta fuiſſe & nullo modo à fortuna, tamen propriè loquendo talia etiam à caſu non ſunt, quia effectus caſualis ꝓpriè ſumpti cauſa eſt extrà, ſed monſtruoſi effectus cã eſt intra, quia materia eſt ex ſui ſuperabundantia, uel defectu, uel ex ſuis qualitatiuis & quantitatiuis diſpõnibus: cauſa monſtruorum & materia eſt ex cauſis intrinſecis, & ideo largè dicuntur à caſu eſſe, ſed propriè ſunt à natura, ſed non ſecundum naturam facta. Ita notant Græci, & Commentator in uerbis obſcuris ibi, dicens quòd iſte eſt alius modus naturæ. etc.

Nihil patitur ſecundum quod eſt unum. 9. metaphyſic. tex. cõmen. 2. ubi Cõmenta. dicit quòd Ariſto. per hoc intendebat declarare, quòd in re ſimplici non eſt paſſio neq; potentia omnino, & quòd illud in quo eſt potentia eſt compoſitum: & fuit antiqua ſententia diuini Hippocra. in libro de natura humana, ubi ſcribit quòd ſi homo eſſet res una, non utique doleret, neq; pateretur, neque corrumperetur, quia ſicut dicit non inueniretur aliquid quod faceret eum dolere & pati & conuerti. ¶ Hoc etiam conſonat dictis Galeni in principio libri de morbis & accidentibus inueſtigandis numerum morborum, ubi habetur ꝙ quia corpus compoſitum eſt ex contrarijs elementis habentibus poteſtatem commiſceri, & mutari, & ad ſeipſa conuerti, & paſſionibus ſubijci: eſt corpus corruptibile, & mutabile, & paſſibile, non ſolum ex natura compoſitionis, ut aſſerebat Democritus ex atomis indiuiſibilibus faciens compoſitionem, ſed etiam ex natura componentium: & ideo dicit quòd ſi corpus eſſet ſimplex non reciperet magis nec minus, nec melius, nec peius, ſed ſi ex diuerſis partibus fuerit compoſitum, & ad ſeiuicem paſſibilibus multa diuerſa ſibi erunt alijs alia meliora.

Nihil ex non ente fieri, & oẽ ex ente fere oĩum eorum qui de natura, eſt cõmune dogma. 11. primæ philoſophiæ. cap. 5. iuxta principium. idem in. 1. phyſi. tex. cõ. 34.



Nihil eorum q̃ natura fiunt fit ab arte, nec è contra. Cõmen. authoritate Alexandri in. 12. primæ philoſophiæ. cõm. 13. ¶ Ex quo uidetur ꝙ ars alchimiæ non ſit poſſibilis.

Niſi in ſcientia naturali demõſtraretur modus entium ſeparabilium, non eſſent niſi ſcientia doctrinalis et naturalis. 1. phyſi. cõ. ulti. ¶ Quod qũo ſit intelligendũ, uide in Theore.

Niuis & pluuiæ locus eſt unus & materia una, ſed differunt per diuerſitatem agentis, quia frigiditas generans niuẽ eſt intenſior, & frigiditas generans pluuiam eſt remiſſior. primo meteororum. cap. 4.

Nigrum eſt albi priuatio ut lucis tenebrę. 10. meta. t. c. 7.

Nobile modicum nobilius eſt multo ignobili. 2. cœ. cõ. 60. & fuit ſententia Ariſt. in. 1. de partibus animalium. cap. 5. ubi ſcribit: Res enim illas ſuperiores tãetſi leuiter attingerẽ poſſumus, tamen ob eius generis excellentiam cognoſcendi, magis oblectamur, q̃ cum hæc omnia iuncta nobis tenemus: quemadmodũ quãlibet partem minimamq; corporis noſtrarum puellæ delitiarũ uidiſſe gratius & iocundius eſt, q̃ cæterorum hominum mẽbra tota perſpexiſſe & cõtrectaſſe. conſimile eliciẽ ex. 1. de aĩa. tex. cõ. 1.

Nobilitas eſſendi in itellectibus abſtractis, nõ acquiritur ꝑ actionem. 2. cœli. cõ. 62. & habet ibidẽ. tex. cõ. 64.

Nobilitas abſtractorũ cõſiſtit in ſeipſis, ſed nobilitas aliorũ entium conſiſtit in actione eorum. 2. cœli. cõ. 62.

Nobilius ſemper prius eſt uiliori. 3. phyſi. tex. cõ. 11.

Nobilitas non accidit formis niſi ſm ꝙ ſunt finis. 2. phy. cõ. 74. conſimile habetur in. 2. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 8. ubi dicitur, ꝙ facientes infinitum latentes auferunt boni naturam. ubi Cõmenta. in cõ. notat ꝙ bonum in entibus nõ eſt niſi propter cauſas finales. ¶ Vbi animaduerte ſecundũ Phm in eodem loco, uidelicet. 2. phyſic. 74. ꝙ tunc forma habet rationem finis, quãdo res ab ea habet dignitatem & nobilitatem non ſimpliciter, ſed ſm naturam uniuſcuiuſq; rei: dignitas enim ſimpliciter & perfectio & nobilitas ſimpliciter, ut notant ibi expoſitores, & etiam Cõmenta. in. 5. primæ philoſophiæ, in cap. de perfecto, non eſt niſi in primo principio quod Deus eſt. Et aduerte ꝙ licet in naturalibus forma & finis ueniant multotiens in unum ſecũdum ſubiectum, & duo ſecũdum rõnem, alicubi tñ ratio formæ & ratio finis ſeparantur, ſicut eſt in mathematicis, ubi ſolũ eſt ratio formæ & non finis, quia in ĩmobilibus non eſt ratio boni neq; finis. ¶ Sed dices qũo ſciri poteſt per regulã neceſſariam quando iſta ſeparanť, & quando non? Ad hoc autem Alexãder & Them. quos etiam Cõmen. ſub uerbis obſcuris ſequitur, dixerũt, ꝙ hoc patet ex diffinitionibus rerum: nam cum diffinitio exprimat formam & rei quidditatem, quotiens propoſita diffinitione ſtatim apparet rem tali modo melius eſſe q̃ quouis alio modo, tunc forma illa nõ ſolùm forma, uerũetiam finis rationem obtinet: ſed quoties propoſita diffinitione rei, nõ ſtatim apparet rem illam melius hoc modo ſe habere q̃ alio, tunc res illa ſolùm forma eſt, & nullo mõ finis. Et hoc uidere licet in diffinitionibus rerum naturalium, quia poſitis rerum diffinitionibus apparet rei dignitas & nobilitas, ſm quã res totaliter ſe habent q̃ aliter, ut ex hominis diffinitione dicente hoĩem eſſe animal rationale mortale, apparet ꝙ melius eſt hominem habere complexionem maximè temperatam & remotam ab excellentijs contrariorum, ſicut eſt de facto, q̃ alio mõ: molles enim carne ſunt apti mente & ratiocinio, ut patet ex 2. de anima. tex. cõ. 94. Similiter ex diffinitione auis, uidelicet ꝙ eſt animal à ꝑdominio aereum, manifeſtè apparet ꝙ melius eſt aues habere alas q̃ carere alis. Sed ex diffinitionibus rerum mathematicarũ non ſtatim apparet, quare res melius ſit iſto q̃ alio ſe habere mõ, ut poſita circuli diffinitione & quadrati non ſtatim apparet, quare melius ſit circulum hoc q̃ alio ſe habere mõ. unde Them. ibi dicit: Nõ enim quemadmodum ex hominis, equi, plantarum, diffinitione ſtatim oſtẽditur quid ſit in illis ſpeciebus optimum præſtantiſſimumq; ita in mathematicis euenit: quis enim non derideatur ſi pergat ꝓbare melius circulo eſſe ut lineę à centro ꝑfectæ pares ſint, aut quadratæ, ut illæ quæ quadratum obambulant? Quod etiam animaduertens Cõmẽtator inquit ibi in cõ. 74. Forma in rebus naturalibus eſt, ut ens ſit in ſua diſpoſitione nobiliori ſecundum quod eſt illud ens non nobilius ſimpliciter: nobilius enim in eſſe non eſt nobilius ſimpliciter. et dixit hoc ut notificet ꝙ forma nõ ſequitur naturam materiæ neceſſario, ut opinati ſunt antiqui naturalium, ſed natura inuenit eam ꝑꝑ hoc ꝙ ens ſit in ſua natura nobilius: & ideo forma quæ ſequiť naturam entis nõ eſt dicta nobilior, ut forma mathematica: nõ enim dicimus ꝙ ex hoc ꝙ lineæ exeũtes à cẽtro ad circũferentiã ſunt æquales ut circulus ſit nobilior, ſed hoc contigit naturæ circuli, & ideo nobilitas non inuenitur in formis mathematicis: hęc enim. ſ. nobilitas non accidit formis niſi ſecundum ꝙ ſunt finis. hæc Cõmen. ¶ Sed tunc eſt maxima difficultas, quia Ariſt. in. 13. primæ philoſophiæ in fine primi capituli. inquit: Bonum autem & in ĩmobilibus dicẽtes, nihil mathematicas ſcientias dicere de bono aut optimo mẽtiuntur: dicunt enim & demonſtrant maximè, non enim ſi non noĩatum: opera autem & rationes oſtẽdunt etc. Quod animaduertens Auer. in. 3. primæ philoſophiæ. cõ. 3. exponens dictum philoſophi. ibidem aſſerẽtis in mathematicis non eſſe rationem finis neq; boni, inquit ꝙ ipſe dixit ꝙ ordinatio numerorum & magnitudinum inueniť in eis: & indiget hoc perſcrutationem, ubi in eodẽ loco dicit Cõmen. ꝙ in ĩmobilibus nõ inuenitur bonum per ſe, & ponderans hoc Cõmen. dicit: Et dixit per ſe, quia põt contingere ut in rebus mobilibus ſit bonum, ſed non per ſe. Vnde ſecundũ ꝙ mihi uidetur tunc in aliquod obiecto ſcibili inuenitur ratio boni per ſe, quando ex ratione & diffinitione dante rei quidditatem ſtatim apparet rei bonitas, & ꝙ melius ẽ rem illo q̃ alio mõ ſe habere, ſicut apparet ex diffinitionibus rerum naturalium, ut diximus. Sed quando ex diffinitione talis rei nõ ſtatim hoc apparet, tunc ſi in tali obiecto ſit aliqua bonitas, hoc nõ eſt per ſe, ſed accidit: nam nõ eſt dubium ꝙ in figuris mathematicis eſt ordo & nobilitas. Nam in. 2. cœli. tex. cõ. 12. demonſtratur circulum eſſe nobiliorem & perfectiorem oĩum figurarum, quia tamen illa nobilitas non euidenter etiam ĩmediate apparet ex circuli diffinitione, ut dicit Them. & Cõmen. ideo cõtingit naturę eius: Iſta ni fallor eſt Peripateticorum ſentẽtia in hac re, q̃ non niſi maximo labore, & in nõ paruo tempore mihi innotuit. ¶ Et aĩaduerte etiam unum q̃d etiam aliàs in contradictionibus memini me annotaſſe, q̃d refert dicere in entibus mathematicis nõ eſſe rationem boni, & refert dicere ſcĩas mathematicas nõ habere rõnem boni, quia primum uerũ eſt, & ſecundũ eſt falſum: Nam entia mathematica & naturalia non ſunt diuerſa ſecundum ſubiectum, ſed ſecundum rationem: & ideo eadem forma, ut ĩ mathematica ſcĩa cõſideratur, habet præciſe rõnem formæ, & non habet rõnem finis, & ſic abſtrahit à ratione boni. Sed ut in naturali ſcientia conſideratur utroq; mõ conſideratur, & ideo ut eſt finis intentus ab agente, ſic habet rõnem boni: ſed ſcientiæ mathematicæ cum ſint ſm Peripateticos de numero ſcientiarum ſpeculatiuarũ, ſic ſunt de numero bonorũ, & in eis eſt ordo, & ex earum cognitione intell's perficiť, & nõ ſolũ exerceť, ut uoluerunt Platonici, ut notauit Ammonius ſuꝑ Porphyrio. ¶ Amplius dant pluribus artibus ſubalternatis multa principia & conferunt ad multa, ut alibi notauimus. ¶ Sed tunc eſt difficultas qũo poteſt eſſe nobilitas in habitu ſcientifico, ſi nõ inuenitur per ſe nobilitas & ꝑfectio in obiecto? Niſi eſſet ꝙ habitus ſcientificus nõ dependeret ab obiecto tanquã à cauſa totali, & ideo põt aliqua participare ex alĩa ratione q̃ ex ratione obiecti. licet enim habitus ſcientificus in certitudine & abſtractione dependeat ab obiecto, ut patet in. 1. poſterior. in illo capite: Certior autem ſcientia eſt altera, altera tamen in nobilitate non ſemper ab obiecto dependet, licet hoc, plerunque contingat, ut elicitur ex principio libri de anima, & ex. 2. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 2. ſed illud eſt uerum ut frequẽtius, quia

non credo illud ſemper uerum eſſe, ſicut eſt in caſu. Et tu conſidera diligentius, quia non eſt poſteris preclusa uia ad altiores ſpeculationes.

Nobilius non tendit deſiderio in uilius. 12. primæ philoſophiæ. tex. cõmen. 30. & habetur in. 7. politicæ, ubi habetur ꝙ uilius ſemper eſt nobilioris gratia.

Nobilitas rerum compoſitarum ſe inuicem excedentiũ non attẽditur niſi penes paucitatem compoſitionis, & propinquitatem ad primũ ſimplex in illo genere. 12. primæ philoſophiæ. cõ. 51. ubi patet perfectiones rerum attendi penes approximationem ad ſummum, contrà Sophiſtas.

Nobile in omni genere eſt ſimplex, & indiuiſibile, & ſingulare, & per ſe extra cõpoſitum. ſ. ꝙ ſubſtantia eius non ẽ in compoſitione: ſicut calidum ſimpliciter eſt ignis, cui nõ eſt admixtũ aliud corpus per quod fiat modici caloris. 12. primæ philoſophiæ cõmen. 51.

Nobile id eſt quod ex bono ꝓdijt genere, generoſum uerò quod non à ſua natura degenerauit. primo de hiſtorijs animalium. cap. primo.

Noctes plenilunij ſunt tepidiores. ex. 4. de parti. aĩa. cap. 5.

Nomen libri phyſicorum eſt auditus naturalis, uel ſermo naturalis, ut Cõmenta. in prologo. ſed allegat extraneam cauſam: melius Græci, ut Simplicius. Nam ſcriptorum Ariſto. duæ ſunt ſpecies, una earum quæ exteriora nominabat, & de hoc meminit Ariſt. in. 1. cœli & mundi tex. cõ. 100. quales erant hiſtoricæ & rhetoricæ meditationes, & demũ omnia ea quæ minus tum curæ tũ diligentiæ indigebant. Altera eorum q̃ auſcultatoria nuncupabat, in quibus phĩa remotior ſubtiliorq; agitabaẽ, ex quorũ numero ẽ iſte liber. ¶ Aduerte etiam quòd ab Ariſtote. nuncupatur primus ſermo naturalis, ut patet in. 1. cœli. tex. cõmen. 20. dicitur etiã in ſpeciali liber de principijs & de motu.

Nomina ſynonyma non uſitantur in doctrina demonſtratiua. Auer. 1. phyſi. cõmen. 1. & 4. phyſi. cõ. 129. primo cœli. cõ. 1. Huius ratio (ni fallor) eſt, quia nihil debet eſſe ſuperfluum in ſciẽtia, in hoc enim ita eſt de arte ſicut de natura, prout ſcribit Cõmen. 1. phyſi. cõmen. 50. & ideo dixit Lynconienſis ꝙ mos eſt ſapientũ uerba onerare ſententijs. Nota tamen ꝙ ad exponendum licet quãdoq; uti nominibus ſynonymis, uide pro hoc Auer. 4. phy. cõ. 45. Notanter autem appoſuit, in doctrina demonſtratiua, quia in arte poetica aut oratoria hoc non ſolum licet, ĩmo eſt neceſſarium: & Plato aſſeruit quòd nõ eſt habẽda de nominibus cura, quibus magnarum rerum cura proponitur, ut recitat Galenus 2. de differen. feb. cap. 7.

Nominum non eſt magna ſolicitudo habenda. 1. phy. com̃. 1. idem Them. 1. de anima. cap. 19. Platonis etiam ſententia fuit, ſi nomina neglexerimus magis diuites prudentia ad ſenectutem perueniemus. Galenus refert in. 4. de utili. parti. cap. 13. uide quomodo ſit intelligendum in contradictionibus nuper æditis.

Nomen dictum de aliquibus ſimpliciter et ſecundum prius, de alijs uerò dicitur ſecundum quid aut per poſterius: illud de quo dicitur per prius eſt ſemper cauſa poſterioris octauo phyſi. cõmen. 77.

Noĩa ſeptimo die pueris imponunẽ, plures enĩ ante ſeptimũ diem cõuulſione intereunt. 7. de natura aĩa. cap. ultimo.

Nomen cognitionis & ſcientiæ nõ ſunt nomina ſynonyma, quia ſcientia demonſtratiua non utitur nominibus ſynonymis. conſimile primo phyſi. tex. cõ. primi.

Nomen priuatiuum tria ſignificat, aut enim monſtrat priuationem intentionis q̃ demonſtrat nomen habitus, ut cùm dicitur de cæco quod eſt non habens uiſum, aut diminutionem uiſus, ut demonſtrat hoc nomen debilis uiſus, aut malum uiſum, non uideat phãtaſmata. 3. cœli cõ. 25. & eſt ſiĩe diſtinctioni medicorũ de operatione læſa quæ diciẽ tribus modis, aut diminutè, aut corruptè, aut ablatè.

Nominum quædam dicũtur æquiuocè, & q̃dam ſecundum prius & poſterius. 1. de genera. tex. cõmen. 44.

Nomen in rebus naturalibus primo dicitur de forma, & ſecundario de congregato: in artificialibus uerò ẽ cõtrario: quia primò dicitur de materia, & ſecundariò de congregato. 2. de anima. cõmen. 8.

Nominũ expoſitio in ſcĩa diuina eſt pars illius ſcĩæ, è contrario ei quod eſt in alijs ſcientijs: quia in alijs ſcientijs exponuntur nomina apud unamquãq; conſiderationem in unaquaq; quæſtione, ſed in ſcientia diuina exponuntur nomina in uno tractatu, uidelicet in. 5. metaphyſicæ, non ad diſtinguendum nomen æquiuocum, ſed in numerando intẽtiones de q̃bus conſiderat iſta ſcientia. Auer. 5. metaphyſi. cõmen. primo. & idem. 5. metaphyſic. cõmen. 1. contra Nicolaum Peripateticum.

Nomina denominatiua ſignificãt unum compoſitum. tertio metaphyſic. cõmen. 16. uide etiam primo phy. cõmen. 25. uide in concordantijs.

Nomina denominatiua ſignificant ſubſtantiam & accidẽs. 4. meta. cõ. 3. & 5. meta. cõ. 16. uide tamen quid primo ſignificent Auer. 5. meta. com̃. 14. contra Auicennam.

Nominibus non ſignificantibus aufertur adinuicem diſputare, ſecũdum ueritatem autem & ad ſeipſum. 4. metaphy. tex. cõmen. 10.

Nomen quod ſignificat unam intentionem, neceſſe eſt quod imponens illud nomen ad ſignificandum illam intentionẽ intelligat illam intentionem: qui enim non intelligit unam intentionẽ, non poteſt ponere nomen omnino. 4. metaphy. tex. cõmen. 10.

Nomina denominatiua quæ prædicantur de uno non ſignificant unam intentionem. 4. meta. cõmen. 11. & elicitur ex tex. & ſenſus eſt ꝙ nomen non dicitur ſignificare unam intentionem ex hoc ꝙ prædicatur de uno, alioquin ſequereẽ ꝙ album & muſicum & homo unum & idem ſignificarẽt, quod tamen eſt falſum: refert enim unum ſignificare, & de uno, ut dicitur in textu.

Nomina multa quæ ſignificant aliqua quæ ſunt unam diffinitionem habentia, ſunt nomina ſynonyma, ut ueſtis, & tunica. 4. meta. tex. cõmen. 11.

Nomen quando ſignificat aliq̃d in nominato, quod eſt ei neceſſarium, & eſt idem in numero, cum eo ſignificat ſubſtãtiam: & ſi ſignificauerit in nominato aliquod non neceſſarium ei, nec eſt cum eo unum, tunc illud eſt accidens. 4. metaphyſi. tex. cõmen. 12.

Nota

Nominum expoſitio eſt pars ſcientiæ diuinæ, ſecùs in ſcientia naturali, & in alijs ſcientijs particularibus. 5. metaphy. cõmen. 1. ¶ Vbi animaduerte unum pulchrum dicti Alexãdri. 5. meta. in expoſitione textus. 5. in capĩo de natura in fine, ubi dicit: Illud autem intelligeẽ oportet, ſingula quæ ut pluriſariam dicta partitur, non accipi ut æquiuoca ſed ut q̃ ab uno, & ad unum referuntur.

Nomina aliqua de quibus Ariſt. diſtinguit ſignificata eorũ in. 5. meta. ſunt propinqua ſynonymis, & cõmunibus appropriatis. 5. meta. cõmen. 4. quid per nomina ſynonyma Cõment. intelligat clarum eſt. Nam ſunt diuerſa nomina, eandem tamen intentionem ſignificantia, ſicut ueſtis, tunica, & indumentum: & de talibus Cõmen. locutus eſt in primo phyſi. cõmen. 1. & primo cœli cõmen. 1. dicens ꝙ nomina ſynonyma non uſitantur in doctrina demonſtratiua & 4. phy. cõmen. 129. dicit: Diſplicet expoſitoribus ipſum uti nominibus ſynonymis. Vnde in ſimili dicit ꝙ iſta nomina elementum, principium, & cauſa, dum communiter ſumuntur, ſunt nomina ſynonyma, ſed dum ſumuntur propriè, diſtinguũtur: & hoc uoluit ſignificare cum dicit hic in præfata authoritate, ꝙ ſunt propinqua nominibus cõmunibus appropriatis. Appellat enim nomen cõmune quod de multis intentionibus dici poteſt: ſed quãdo appropriatè ſumitur, tunc ſumitur pro una intentione tantum. Nam licet elementum cõmuniter poteſt de omni cauſa dici, propriè tamen de cauſa materiali: & principium cõmuniter licet de omnibus etiam cauſis dici poteſt, appropriatè tamen diciẽ de cauſa mouente, & agente: & cauſa appropriatè dicitur de fine, licet communiter dicatur de omni cauſa. Sic igitur intelligis quæ nomina ſunt propinqua ſynonymis, & communibus appropriatis.

Nomina denominatiua primò ſignificant accidens, ſecundariò ſubiectum, cõtra Auic. Commen. 5. meta. com. 14.

Nomina quæ dicuntur de affirmatione & negatione, dicũtur purè æquiuocè, & uniuerſaliter de oppoſitis. ſeptimo metaphyſi. commen. 15.

Nomen nõ imponitur rei, quàm homo ignorat. 7. metaphy. tex. commen. 54. idem. 4. meta. tex commen. 10.

Nomen utrum ſignificat compoſitum, an formam, quęritur. Iſta quæſtio à Philoſopho in. 8. meta. in textu commen. 7. Et nota ibi Commen. ꝙ iſta quæſtio procedit in omnibus ſignificantibus eſſentias. i. ſubſtantias rerum, & non in accidentali: quod ideo dixit, quia ut ipſe tenet contra Auicẽnam. 5. meta. commen. 14. nomina denominatiua primò ſignificant formam, & ſecundò ſubiectum.

Nomen ſignificans eſſentiam primò ſignificat formam, & ſecundariò compoſitum ex materia & forma. 8. metaphy. tex. commen. 7.

Nomen non ſignificat rem niſi ſecundum ꝙ eſt in actus. 8. metaphy. commen. 7. & eſt authoritas Philoſophi in. 9. primæ philoſophiæ. in tex. commen. 7. & in ſecundo phyſico. tex. commen. 11.

Nominum propriorum inopia cogit nos quandoq; metaphoricis uti. Themiſt. primo de memoria. ca. 11. idem Alexander in paraphraſi de anima. in cap. de phantaſia.

Neceſſariũ ſceptũ in diſputationibus.

Nominum oportet, ſi diſputatio futura eſt, unumquodq; eſſe notum, non facto autem hoc communicatio ſermonis eſſe non poterit: oportet igitur nominum unumquodq; eſſe notum & ſignificare aliquid & non multa, ſolum autem unũ: ſi aũt plura ſignificet, manifeſtum facere ad quod fert nomen eorum. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3.

Nominum inopia facit nos declinare à principali ad communitates. Auic. 5. meta. cap. idem Commen. 7. metaphy. commen. 41. & 8. meta. commen. 5. contra Alexandrum.

Nomina analoga dicuntur modo continentiæ rerum attributarum ad unum, & talium proprietas eſt ꝙ aſcendant ad primum illius generis, quod eſt cauſa aliorum prima appellatorum illo nomine, & ideo talia non communicãt in una natura communi: & probatio huius eſt, quia iſtorũ quoddam eſt cauſa cæterorum, & cauſa præcedit cauſatũ, & impoſſibile eſt, ut natura cauſæ & cauſati ſit una & eadem in genere, niſi in particularibus cauſis: & ideo hæc ſpecies communicationis oppoſita eſt communicationi generali. ex libro deſtru. diſpu. 7. in ſolu. ulti. dubij.

Nomen fuit impoſitum formis quieſcentibus, & uerbum formis mobilibus. Commen. 5. phyſi. commen. 9.

Nomen famoſius uidetur ſignificare aggregatum ex materia & forma, licet, quandoq; dicatur forma: & eſt id cui uerius applicatur nomen. Sed ſi fiat cõparatio inter has duas ſignificationes, tunc ſignificatio de compoſito eſt prior tempore & poſterior ſecundum eſſe: & eius ſignificatio de forma eſt poſterior tempore, & prior ſecundum eſſe, quia nõ eſt moris plebis diſtinguere inter indiuidua ſubſtantiæ tali differentia. ex paraphraſi meta. tracta. 2. col. 14. uide idem in. 8. meta. commen. 7. & in. 2. de anima. commen. 8.

Non inuenitur corpus ſimplex quod altereẽ ex ſe, aut quod genereẽ ex ſe, ſicut inuenitur corpus ſimplex quod transfertur in loco ex ſe. 2. phyſi. commen. primo. 4. phy. commẽ. 71. 8. phyſi. 20. & 60. & 2. de anima. com. 50. & 115.

Non dubitamus ꝙ corpora ſimplicia mouentur ex ſe. 2. phyſic. com. 3. & primo & 4. phy. 71. 3. cœli. 28. 4. 22. 24. 25.

Non debet aliquis dicere ꝙ diffinitio naturæ ſit concluſio demonſtrationis. 2. phy. commen. 3. commen. 6.

Non omnis homo eſt aptus, ut ſit medicus. 3. phy. com. 3.

Non quodlibet generatur, ex quolibet primo phy. tex. commen. 43. & 2. phyſico. tex. commen. 45. & 8. phyſico. 46. & 2. metaphyſi. commen. 15.

Non omne quod eſt à natura eſt propter aliquid. 2. phyſico. commen. 77. uide pro intellectione huius Themiſti. in. 2. phyſi. in expoſitione tex. 5. ubi dicit ꝙ à natura etiam eſſe dicuntur priuationes & peccata naturę, licet talia ſecundũ naturam non ſint. & ita dicit Simplicius in eodem loco.

Non ens non tranſmutatur. 3. phyſi. tex. commen. 12. & 1. phyſi. commen. 71. & tex. commen. 75. & 77.

Non omne de quo dicitur hoc nomen unum, dicitur de eo ſecundum ꝙ quidditas ſit eadem, ut unum dicitur de tunica & ueſte. 3. phy. tex. 21. facit pro ponentibus cum identitate reali ſtare diſtinctionem formalem.

Non entis nulla eſt differentia. 4. phy. 67.

Nõ omne ens ẽ in loco, ſed mobile corpus. 4. phy. te. cõ. 47.

Non eſſe in actu quod eſt eſſe in potentia, eſt proprium primæ materiæ. 5. phyſi. commen. 7. & primo phyſico. 70. & 12. metaphyſi. com. 11.

Non ens dicitur tribus modis. 5. phy. tex. com. 8.

Non quodlibet agit in quolibet, nec quodlibet patitur à quolibet, ſed determinatum à determinato: & ſimiliter non quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum à determinato. 1. phyſi. tex. commen. 43. Inquit Simplicius ꝙ iſtæ ſunt dignitates communes omnibus generationibus & naturalibus & artificialibus, & idem confirmat Commen. ibidẽ commen. 46. Auer. autem addit ꝙ iſtæ dignitates ſunt ueræ uniuerſaliter in omni generatione, quarum actio & paſſio eſt quaſi genus: quod ideo credo additum fuiſſe, quia intentio Ariſtot. ibi eſt probare ꝙ omnia quæcunq; fiunt, fiunt ex primis contrarijs, quia iſta erat una ex tribus conditionibus principiorum, quæ non erat per ſe nota de primis contrarijs, ut dicit Commen. Et ideo Ariſt. altius exorditur ad declarandum illam, ponens iſtas dignitates quòd non quodlibet agit in quolibet, ſed contrarium in ſuum cõtrarium, nec quodlibet patitur à quolibet, ſed contrarium patitur à ſuo contrario. ¶ Et ideo ſcire debes ꝙ eſt differentia inter motum & actionem, quia in plus eſt mouere, q̃ agere. 1. de generatione & corrup. tex. commen. 43. Omne enim agens eſt mouens, ſed non ẽ contra: nam actio & paſſio ſunt merito contrarietatis. In talibus igitur generationibus quarum actio & paſſio eſt quaſi genus. i. quæ fiũt merito contrarietatis, habent locum illæ dignitates. Nam in motu non eſt uerũ uniuerſaliter propter motum cœli, q non eſt de cõtrario in cõtrarium, ſed eſt ab eodem in idẽ, ut patet. 1. cœli. tex. com. 30. & propter motum æquiuocũ repertũ in abſtractis & in intellectu, ut patet. 8. phy. com. 40. Et ſic ceſſat inſtantia Simplicij de anima, quæ uidetur pati dum illuſtratur à Deo, cùm non ſit in ea contrarietas. Soluit enim ꝙ ipſa inquãtum indigens uidetur aliquã habere contrarietatem reſpectu Dei qui eſt perfectus & plenus omni perfectione, & ſic ex non diuina fit diuina. Sed melius eſt dicere cum Auer. ꝙ hîc non quæritur niſi principia generationis & corruptionis in quibus eſt actio & paſſio, talia autem ſunt in quibus eſt contrarietas, unde alterationes & motus illi inuenti in abſtractis ſunt æquiuocè dicti cum iſtis qui inueniuntur in his quæ ſunt corpora, aut uirtutes in corporibus, ſicut bene notauit Commẽ. in. 8. phyſic. commen. 4.

Non ens non dicitur quieſcere neq; tranſmutari, neq; eſſe contrarium, 8. phyſi. commen. 62. idem. 5. phy. tex. com. 7. & 8. & primo phyſic. 51. & 8. phy. commen. 4.

Non iuſtum eſt increpare aliquem non inſpecta cauſa. 2. cœli. tex. commen. 34.

Non ſolùm his dicere gratiam iuſtum eſt, quorum opinionibus aliquis communicauerit, ſed et his qui adhuc ſuperficialius enuntiauerunt: etenim hi conferunt aliquid, nam habitum q̃dem noſtrũ ꝑexercitati ſunt. 2. meta. tex. cõ. 2.

Non ſimiliter mentitus eſt qui dixit quatuor eſſe quinque, et qui mille. 4. meta. tex. commen. 18.

Non entium quædam potentia ſunt. 9. meta. tex. com. 7.

Non ens dicitur tripliciter. 12. metaphy. tex. commen. 11. & 5. phyſi. tex. commen. 8.

Non uidere quædam melius eſt quàm uidere. 12. metaphy. tex. commen. 51.

Nota ſingulis & prima multotiens debiliter nota & parum aut nihil entis habent. 7. metaphy. tex. commen. 10. ubi dicit Commentator, ꝙ illa quæ ſunt cognita cuilibet, ſunt paucæ aut paruæ cognitionis in reſpectu eorum quæ ſunt

cognita apud naturam.

Nota per ſe & euidentiſſima demonſtrari non poſſunt. 2. phyſico. tex. commen. 6. & ibidem commen. tertio & 4. metaphyſi. tex. commen. 9. Themiſtius etiam. 2. de anima ſuper tex. commen. 152. inquit: Euidentiſſima, & quæ ita ſunt ut uidentur, attollunt rapiuntq; etiam repugnantem animum ad acceſſionem ſiue aſcenſionem.

Notum eſt per ſe, ꝙ locus rei eſt aliud à re, & quod nihil ſuſtentatur ſuper ſe. 3. phyſi. commen. 52.

Notum eſt per ſe ꝙ in minori tempore pertranſitur pars q̃ totum. 6. phyſi. commen. 21.

Nota naturaliter & ignota naturaliter inueniuntur in quolibet genere.

Nos ſumus quodammodo finis omnium. ſecundo phyſico. tex. commen. 24. Aduerte tamen quòd loquitur de manu factis ſeu artificialibus.

Nos non credimus ſcire aliquid niſi ſciuerimus illud cum omnibus ſuis cauſis primis, donec perueniamus ad ſuas cauſas propinquas. 2. phyſi. commen. 27. idem primo phyſico. commen. primo.

Nouitas in rebus non procedit à uoluntate tantum, immo etiam à natura & ab euentu. Vnde ſi innouatum ſolum à uoluntate eſſet, ſequeretur ꝙ uoluntas aſſumeretur in diffinitione eius, nũc autem diffinitio innouati eſt illud quod fit poſt priuationem. ex diſpu. 11. in ſolu. primi dubij.

Nouitates non proueniunt niſi in corporibus, & ideo Philoſophi cauent ſibi attribuere nouitates primæ cauſæ. ex diſputatio. 12. in ſolutione. 3. dubij.

Nulla ſcientia ſpeculatiua conſiderat de ente per accidens. Commen. 2. phyſi. commen. 52. pondera quia dixit ſpeculatiua, uide in primo priorum. in com. 18. in calce cõmẽti.

Nullius diuiſibilis finiti unus ē terminus. 4. phy. tex. cõ. 91.

Nulla obliuio maior eſt quàm cùm quis perſcrutatur de cauſa alicuius rei, & dat cauſam deſtruentem intentionem illius rei. 3. cœli. commen. 56.

Nullus poteſt per ſe inuenire artes operatiuas aut conſideratiuas in maiori parte, quia non complentur niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem. 2. metaphy. commen. 2. uide conſimile in fine commen. 36. 3. de anima.

Nullus conabitur aliquid facere ad terminum, niſi futurus uenire. 2. meta. tex. commen. 8.

Nulla ſpecies inuenitur per accidens. 6. meta. tex. commen. 4. idem. 8. phyſi. com. 46. & 7. meta. commen. 21.

Nulla eſt ſubſtantia abſtracta quæ non moueat, quia tunc inueniretur in diſpoſitione diminuta. 12. meta. com. 48.

Numerus quilibet eſt numerabilis, & omne numeratum in potentia cùm fuerit in actu, poſſibile eſt, ut ſit numeratum in actu. 3. phyſi. tex. commen. 41.

Numerus cauſatur ex diuiſione continui. 3. phyſi. tex. commen. 68. Et nota ꝙ intelligitur de numero ſenſibili, quia continuum eſt diuiſibile in infinitum, & per conſequens talis numerus cãtur, ex unitatibus q̃ ſunt res diuiſibiles.

Numerus creſcit in infinitum, & eſt unum de fundamentis quæ ponit arithmeticus. 3. phyſi. commen. 56.

Numerus augetur in infinitum propter materiam, & non diminuitur in infinitum, quia diminutio inducit ad formã unitatis quæ eſt indiuiſibilis. 3. phy. tex. commen. 68.

Numerus eſt coaceruus unitatum compoſitus ex indiuiſibilibus. 3. phyſic. tex. commen. 68.

Numerati reſpectus ad numerum eſt ſicut contenti ad continens. 4. phyſi. commen. 115.

In numero eſſe contingit dupliciter, uel ſicut partes & accidentia, uel ſicut numeratum. ibidem.

Numerus ſecundum Platonem neq; diminuitur in infinitũ neq; augetur in infinitum, quia uſq; ad decem Plato facit numerum. 3. phyſi. tex. com. 61.

Numerus quilibet numerabilis eſt. 3. cœli. tex. commen. 41. ubi aduerte, ꝙ, ut inquit Themiſt. illa propoſitio eſt uera tam de numero ſenſibili quàm de numero mathematico, rationes enim illæ ſunt communes, ut aſſerit.

Numerus eſt augmentabilis in infinitum non diuiſibilis, è contrario aut in magnitudinibus. 3. phyſi. tex. commen. 68. uide quomodo intelligatur. 3. phy. commen. 60. & 3. cœli. commen. 6. idem. 4. meta. commen. 27.

Numerus non habet infinitatem in actu, ſed permixtam potentiæ, ſicut eſt in motu, & tempore. 3. phyſico. tex. com. 68. uide etiam in ſimili. 9. metaphyſi. commen. 11.

Numerus non differt in ſpẽ per res numeratas tanquã per differentias ſubſtantiales. 4. phy. tex. commen. 134.

Numerus non multiplicatur ad numerationem rerum numeratarum. 4. phyſic. commen. 132.

Numerus duplex, numeratus & numerabilis. 4. phyſic. tex. commen. 131. ¶ Vbi aduerte ꝙ litera tranſlationis Arabicæ eſt deprauata ibi, & noſtra quæ communiter inueniebatur, ſed ſic iacet litera Græca, & ita exponit Themiſti. & Simplicius: Differt enim numerus numeratus à numero numerabili, ut dicunt, quia unus dicit actum, & alius aptitudinem: & numerus numeratus refertur ad numerantem, numerus uerò numerabilis refertur ad numeratiuũ, uel ad id quod poteſt numerare.

Numerus eſt notior naturaliter apud nos, & ignotum naturaliter apud nos eſt numeratum. 4. phyſi. commen. 112.

Numerus numerat numeratum eſſentialiter, ſed per accidẽs numeratum numerum. tex. commen. 112. 4. phyſi.

Numerus diuiditur per unitatem, ſed continuatur per unitatem. 4. phyſi. 105.

Numerus excedit omne quod eſt in eo ex duobus extremis. 4. phyſic. tex. commen. 117.

Numeri eſſe in anima non eſt omnibus modis eſſe in anima, quia tunc eſſet ens fictum, ut chimera & hircoceruus: ſed eſſe eius extra animam eſt in potentia. ſ. propter ſubiectum proprium, & eſſe eius in anima eſt in actu. ¶ Ex quo colligitur ꝙ entia, quibus aliquid non correſpondet extra animam, ſunt figmenta. 4. phyſi. commen. 134.

Numerus ſimpliciter non multiplicatur, ſicut multiplicatur numerus non ſimpliciter dictus. 4. phyſi. commen. 134.

Numerare & mẽſurare, ut inquit Boetius, noſtra eſt functio, noſtrum eſt opus, nulla enim menſura à natura conſtituitur. Themiſt. 4. phy. commen. 132. in digreſſione. Et elicitur ex ſententia Ariſtot. in tex. dicentis: Si non eſt anima, numerus non erit.

Numero ternario tenemur magnificare creatorem in orationibus & ſacrificijs, quia omnia iſta non fiunt niſi ad magnificandum creatorem. 1. cœli. commen. 2. & elicitur ex tex.

Numero ternario appellationes aſſignamus. 1. cœ. tex. cõ. 2.

Numerus ternarius eſt perfectus. 1. cœli. tex. com. 2. & 3.

Numerorum principia utrum ſint eadem numero aut ſpecie, dubium eſt. 3. cœli. commen. 55.

Numerus denarius perfectus eſt, & omnem uidetur cõprehendere naturam numerorum. 1. meta. cap. 2.

Numerorum natura ſecundum aliquos & idearum eſt una natura, ſecundum alios autem alia eſt natura numerorum & formarum, ſed eſt natura media inter formas & ſenſibilia, & iſta fuit opinio Platonis. 1. meta. commen. 8.

Numerus numerat ſe aut per unitatem, aut per numerum. 1. meta. tex. commen. 37.

Numeri mathematici ſunt impaſſibiles. primo metaphyſi. tex. commento. 38.

Numerorum tres ſunt ſpecies, eſt enim numerus mathematicus, qui non multiplicatur per multiplicationem rerum numeratarum: & eſt numerus formalis, qui diuerſatur per diuerſitatem entium: & eſt numerus cuius iſte numerus eſt forma, & ſunt ſenſibilia. 1. meta. com. 38. ¶ Nota tamen ꝙ illa diuiſio ſequitur ſecundum mentẽ antiquorum, contra quos arguit Philoſophus & Commen. ibidem. Pro illo uide Themiſt. primo de anima. cap. 12. ſuper. 26. ubi recitat opinionem Themiſt. dicens: Cùm incorpoream naturam à quantitate continua remotiſſimam putarent, utpote quæ nullam molem aut diffuſionem haberet, ſed ſub diſcretam commodè cadere uiderent, numerum illi & multitudinem aſſiſcebant, non omnem, ſed quam ueræ & ſimplices unitates attolleret. Dixi ueras ac ſimplices unitates, quia numerus qui ad incorporea pertinet, non conſtat ex his unitatibus, quæ corporali naturæ mortaliq; tribuũtur: nullum enim corpus perfectè unum eſt, quia in infinitum ſecabile eſt. quamobrem numerum illum tanquã ex ſpeciebus & formis collectum formalem ſeu ſpecificũ appellabant, contraq; eius generis numeros, ut rerum formas & ſpecies prædicabant, atque huic ſententiæ uerſus ille congruit.

Quæq; ſuos retinent numeros, numero omnia conſtat.

Numerus eſt ens exiſtens extra animam. primo metaphy. commen. 36. uide quomodo ſit intelligendum in. 4. phyſi. commen. 131. Dicit enim ibi Commen. Eſſe numeri in anima non eſt omnibus modis, ſed in anima eſt in actu, & extra animam eſt in potentia per ſubiectũ eius propriũ, & eſſe eius in anima eſt in actu, ſcilicet quando anima fecerit illam actionem.

Numerus cognoſcitur & multitudo per priuationem continui. 2. de anima. tex. commen. 132. quod qualiter ſit intelligendum, uide in digreſſione infraſcripta.

Numerus cognoſcitur à ſenſibus negatione continui. Ariſt. ſententia eſt in. 2. de anima tex. commen. 133. Dicit Simplicius in iſto loco ꝙ eſt intelligendum numerum ſentiri per negationem continui. i. tanquam per priuationem, ſicut tenebra à uiſu, & ſicut abſonum ab auditu. Nam numerus per ſe ſenſibilis eſt ſicut & unum, & eſt mouens potentiã ſenſitiuam Iã enim Ariſtot. in hoc tex. enumerans omnia ſenſibilia communia, quorum alterum erat numerus, dixerat ꝙ omnia motu ſentimus: Vnde non eſt dictum Philoſophi intelligendum ꝙ tanquam priuatio ſentiatur, quę non mouet ſenſum, ut tenebra, quæ non mouet uiſum: ſed quoniam opponitur unum multitudini, cùm multitudo conſiſtat in congregatione unius ſimul, quod eſt continuũ ſecundum unumquodque ex quibus multitudo conſtat: et quia in rebus ſenſibilibus unum ut continuum eſt unũ: & cum in multitudine numerali non appareat tale unum continuum, quamuis in numerus unus exiſtens ſecundum diuiſam collectionem, & unus eſt & cognoſcitur, ſed non ut continuus. Et hoc manifeſtat negatio continui, uidelicet non ut ſolum unum cognoſci, hoc enim continuum eſt in omnibus ſenſibilibus, ſed tanquam in collectione multorum talium collectione recuſante continuationem. Et iſtum modum dicendi uel cõſimilem imitatur Paulus Venetus in præſenti loco, inquit enim ꝙ unum & multa ſumuntur dupliciter, uel abſolutè uel immutatiue: abſolute unum eſt priuatio, & multitudo eſt habitus: ſed immutatiuè unum eſt habitus, & multitudo eſt priuatio. Vnde dicit ꝙ non ſumitur priuatio hîc ut tenebra reſpectu lucis, ſed eo modo quo unum contrariorum eſt priuatio perfectionis. Nam certius & euidentius iudicamus de uno quàm de multis. Et ideo quantum ad imitandum ſenſum unum eſt habitus et numerus eſt priuatio. ¶ Sed Commẽ. Albertus, & Diuus Tho. uidentur dicere ꝙ numerus eſt priuatio unitatis continui. Iſte locus in ueritate eſt multum difficilis, quia ſi numerus eſt ens reale, & eſt forma abſoluta cum ſit in prædicamento abſoluta, neq; habet aliquam unitatem & entitatem, & per conſequens poteſt illo modo eſſe ſenſus obiectum, cum Ariſt. dicat omnia ſenſibilia motu ſentiri. Vnde nõ eſt dubium ꝙ ſecluſa omni animæ operatione in manu eſt numerus quinarius digitorũ, & in oculis binarius, & ideo difficile eſt uidere quomodo numeros ſit priuatio unitatis: & quod auget difficultatem, eſt quia Commẽ. tenet in. 10. metaphy. ꝙ unum & multitudo opponuntur priuatiuè, & unum eſt priuatio, & multitudo habitus, & nunc dicit oppoſitum, & per uitam meam quantum eſt locus iſte obſcurus poſt longam perſcrutationem, uidetur mihi in hoc eſſe diſtinguendũ. ¶ Pro quo nota ꝙ formarum ſunt diuerſi gradus, quędam enim ſunt coniunctæ ſecundum eſſe, & diffinitionem in materia ſenſibili: quædam utroque modo abſtractæ: quædam ſunt medio modo, quia ſecundum eſſe coniunguntur, & ſecundum rationẽ abſtrahunt. Primus gradus eſt appropriatus naturali, ſecundus diuino, tertius eſt communis naturali & mathematico. Sed duobus diuerſis modis, quia ſi diffiniãtur cum materia ſenſibili, pertinent ad naturalem, ſi abſq;, pertinent ad mathematicum. Et nota ꝙ iſta ſunt ea quæ à Philoſopho hic dicuntur ſenſibilia communia, ut magnitudo, motus, figura, quies, unum, numerus: & quæ ad iſta reduci poſſunt, ut tempus, locus, ſitus, & id genus. Vbi aduerte ꝙ entia naturalia & mathematica ſunt eadẽ ſubiecto, ſed diſtinguũtur ratione formali, ut linea mathematica & linea naturalis, & id genus: nam ut ſunt naturales res ſic ſunt in materia ſenſibili, & cum ea intelligũtur, ut uerò ſunt mathematica, ſic in abſtractione conſiſtunt. Et nota ꝙ in iſta diuerſa conſideratione de iſtis poſſunt diuerſa & oppoſita uerificari, ſicut aliàs diffusè probaui rationibus, & authoritatibus. Dico igitur ꝙ eſt duplex numerus, naturalis, & mathematicus: & eſt multiplex differẽtia inter hæc, quia numerus naturalis cauſatur ex diuiſione continui, & rectius dicitur multitudo quam numerus: & partes eius ſunt unitates corporales & diuiſibiles, quia continuum nõ diuiditur in res indiuiſibiles, & iſte numerus ſeu multitudo eſt unũ ex ſenſibilibus communibus. Sed numerus mathematicus componitur ex unitatibus indiuiſibilibus, nec talis eſt ſenſibile commune, nec talis ut ſic habet eſſe ſenſibile, ſed habet eſſe in abſtractione conſiſtens. Vnde lucidiſſimus Themiſt. in. 4. phyſic. in expoſitione tex. 102. expreſſe dicit numerum quẽdam eſſe quãtitatem diſcretam, & alium eſſe quantitatem continuam, ut eſt tripedaneum telum: & uult numerum poſitum in diffinitione temporis eſſe continuum non diſcretum, quicquid dixerit ibi Commen. Item alia eſt differentia, quia partes numeri mathematici diuidunt numerum, ſed non continuant nec continuare poſſunt: ſed partes numeri ſenſibilis diuidunt numerum ſenſibilem, & poſſunt ipſum continuare, quia ex decem lineis poteſt fieri una linea continua, ſed ex decẽ unitatibus indiuiſibilibus non poteſt fieri unus numerus quòd ſit quantitas una continua. Iterum eſt alia differentia, quia numerus mathematicus conſtat ex unitatibus, quæ unitates ſunt indiuiſibiles, & per conſequens talis unitas dicit. formaliter indiuiſionem in quantitate, & eſt priuatio: ſed unitas numeri ſenſibilis eſt unitas diuiſibilis. Etenim pars continui continuum eſt, & continuum dicit aliquam formam poſitiuam, quia continuum eſt cuius partes copulantur ad aliquem communem terminum. Dico tunc ꝙ rectè Commen. dicit in commento iſta, ꝙ comprehenſio numeri & multitudinis: ubi credo ly et, teneri expoſitiuè, quia multitudo rectius dicitur quam numerus: & iſte qui eſt ſenſibile commune cõprehenditur per priuationem continui quod eſt magnitudo, quia ſenſibile qđ offertur ſenſui ſemper eſt aliquod continuum, & aliquod ſenſibile, & corpus. ¶ Et nota ꝙ numerus q ex unitatibus conſtat in diuiſibilibus numerum habet. i. binarium, ſed numerus qui componitur ex rebus & non eſt unitatibus abſolutè, utpote ex lineis, equis, bobus. Nã dicimus tres lineas decem equos, talia enim numeros dicere ſolemus, ſed in talibus ſi de multitudine quæras, eſt inuenire minimum, ut minima multitudo linearum ſunt duæ lineæ: ſi de magnitudine uera, non eſt minimum, quia quælibet talis res continua in infinitum ſecari poteſt. Themiſt. 4. phyſi. 108. nullum enim indiuiſibile eſt per ſe obiectum ſenſus, & ideo unitas illa indiuiſibilis quæ eſt principium numeri mathematici, & numerus ex illis reſultans non eſt res extra animam in actu, & per conſequens talis nõ poteſt mouere ſenſum in actu, quia ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens. 3. phyſic. tex. commen. 17. Et ꝙ hoc ſit uerũ oſtenditur authoritate Ariſt. in. 4. phy. in tex. commẽ. 130. ubi dicit ꝙ nihil aliud ē aptũ numerare niſi anima, aut animæ intellectus. Vbi Commen. dicit, ꝙ eſſe numeri eſt in anima in actu, & extra animam in potentia propter ſubiectum eius proprium. Vnde rectè diximus nos ꝙ numerus mathematicus & naturalis ſunt unũ ſubiecto, & duo ſecundum rationem. Pro quo animaduerte ꝙ facta diuiſio

ne continui in plures partes, quarum quælibet eſt una in ſe, anima abſtrahit à qualibet iſtarum partium unitatem indiuiſibilem, & ex illis indiuiſibilibus unitatibus componit numerum qui eſt quãtitas diſcreta, & iſta unitas indiuiſibilis & forma numeri mathematici in actu non eſt in abſtractione animæ. Et ideo dicit Auer. in tract. 3. in paraphraſi meta. ꝙ niſi eſſet aĩa nõ eſſet unitas; neq; numerus in actu: nec ex hoc ſequit̃ ut ſ. ĩa mathematica nõ ſit ſcientia realis, quia ex hoc ꝙ eſt de entibus abſtractis per intellectum, non ſequitur ut ſit de ſecundis intellectis. Non. n. omne ꝙ intellectus intelligit per abſtractionem eſt ex ſecundis intellectis, quia tunc omnis ſcientia illo modo eſſet de ſecundis intellectis, quia eſt de realibus, & talia non habent eſſe niſi in intellectu. Vnde conceptus primò abſtractus à re eſt ex primis intellectis, & de illis eſt ſciẽtia realis: ſed conceptus cauſati ex animæ comparatione obiecti congrui ſunt de ſecundis intellectis, & de talibus ſunt ſcientiæ rationales, modo conceptus entium mathematicorum ſunt ex primo ordine. ¶ Puncta etiam & momenta ꝙ nõ dicant formam poſitiuam extra animam, habetur ex. 3. de anima. tex. commen. 25. ubi Philoſophus dicit ꝙ cognoſcuntur ut priuationes. ſ. puncta per priuationem continui: & ita de momentis, quia nullam habent formam cui intellectus poſſit incumbere, ut notat Themiſt. 3. de anima. cap. 44. Et ideo uidetur mihi ꝙ numerus ſenſibilis ex diuiſione continui cauſatus extra animam, nihil aliud eſt niſi unitates ſuæ, ex quibus conſtat ut numerus decem equorum realiter nihil eſt in actu niſi decem equi, & ſenſus cognoſcit iſtũ numerũ negatiõe cõtinui, inquãtũ apprehendit iſtos decem equos in diuerſis ſitibus & locis exiſtentes, & non in uno ſitu continuo, nec ut ſunt una ſuperficie cõtinua terminati, ut in exẽplo clariori de aqua exiſtente in uno uaſe, apprehendit eam ut eſt unum continuum in uno ſitu & loco, ſed ſi diuidatur in decem uaſa apprehendet numerum iſtarum decem aquarum per negationem continui, inquantum apprehendit illas in diuerſitate continuationis, quam prius habuerunt, quam etiam poſſunt recipere ſi iterum uniantur. De inſtanti eſſe indiuiſibili ꝙ non habet eſſe extra animam, niſi in potentia tãtum, ſed in actu ſit in ſola mente & cognitione, uide. 4. phyſi. tex. commen. 121. & ibi uide clare Themi. & Auer. de hoc idem etiam habetur ibidem, commen. 105. & 106. Et uide etiam Themiſt. in. 6. phyſi. in expoſitione tex. 73. ubi dicit mobile ſortiri æquale ſpatiũ ſibi, dum mouetur momento & poteſtate, ſecundum fictionem noſtram, & non ſecundum actum. Commẽ. etiam. 2. de anima. 146. inquit: Inſtans per ſe ꝙ eſt indiuiſibile, eſt illud quod cõprehenditur per rationem intrinſecam, non illud in quo dicitur, quia tale eſt per accidens eo ꝙ eſt diuiſibile. Commen. etiã. 2. cœli. commen. 14. dicit ꝙ punctus indiuiſibilis & non exiſtens in moto, quod mutat locum ſecundum materiam non mouetur, neq; per ſe, neq; per accidens, & ibidem dicit ꝙ quies polorum eſt ſecundum geometricã imaginationem, & eſt tranſumptiua & non uera. idem. 4. phyſi. commen. 118. Et ſic comprehenſio numeri & multitudinis, ut dicit Commen. eſt per apprehenſionem priuationis continui quod eſt magnitudo, quia non apprehendit plura, ut ſunt unum continuum inter ſe, ſed ut ſunt priuata tali continuatione quam ſunt apta recipere in eo ꝙ magnitudines ſunt. Et per hoc patet ad obiecta ꝙ numerus prædicamentalis, qui eſt quantitas diſcreta reſultans ex uno quod eſt principium eius, dicit unã formam in actu, quia ſex eſt ſemel ſex, non bis tria, neq; ter duo. 5. meta. tex. commen. 19. ſed illa eſt in eſſe abſtractionis apud intellectum: ſed numerus ſenſibilis eſt ſubiectum numeri mathematici extra numerum exiſtens, et cauſatur ex diuiſione cõtinui, & ex unitatibus diuiſibilibus, & in re non correſpõdet ſibi extra animam in actu, niſi ſuæ unitates, quia omne exiſtens extra animam eſt unum in actu, & non poteſt unum accidens numero realiter exiſtere in diuerſis ſubiectis in maxima diſtantia exiſtentibus: ut ſi unus homo ſit in oriente, & alter in occidente: iſte numerus binarius nõ dicit unum accidens numero realiter extra animã in actu exiſtens in iſtis duobus in tam magna diſtantia exiſtentibus, ſed extra animã iſte binarius non habet eſſe niſi in potentia, pro quanto anima à quolibet iſtorum duorum poteſt abſtrahere unitatem indiuiſibilem in actu, et ex illis elicere in actu, & componere binarium in actu. Et hoc eſt dictum Auer. dum dicit ꝙ eſſe numeri extra mentem eſt in potentia propter ſubiectum eius, & iſto modo frater mi intelligas de motu. Quòd ſi conſideretur motus ut cauſatur à mutato per ſui fluxum, ſic eſt imaginatio mathematica: ſed ſi conſideretur ut motus cauſatur à mobili per ſui fluxum ab uno loco ad alium, ſic eſt ens ſenſibile. Vnde Cõmen. 3. phyſi. commen. 60. dicit ꝙ iſtæ propoſitiones punctus motus facit lineam & linea ſuperficiem, et ſuperficies corpus, ſunt propoſitiones geometricæ opinabiles, & non habent eſſe extra animam. ¶ Diſtingue igitur conſiderationes iſtas, ut ſunt ſenſibilia naturalia à ſeipſis, ut ſunt in abſtractione mathematica exiſtentia: quia eſt magna diuerſitas, quia motus ut cauſatur ab indiuiſibili mutato, non eſt ſenſibile, neq; proprium, neq; commune: ſic & numerus ut cauſatur ab unitate indiuiſibili, neq; proprium, neque commune ſenſibile eſt, ſed mathematicum: ſed motus ut eſt in mobili corporeo & magnitudine, ſic eſt ſenſibile commune: & ſic continuum ut cauſatur à puncto non eſt ſenſibile, neq; proprium, neque commune, ſed ut eſt cõpoſitum ex continuis partibus, et iunctum proprijs ſenſibilibus, & ſentiuntur motu & ꝓprijs. i. mediantibus ſenſibilibus ꝓprijs, ſic eſt ſenſibile cõmune. Vnde Com. 4. phy. commen. 102. dicit, ꝙ motus habet duplices partes, quædam ſunt ſimul, & ſunt illæ quas habet ex diuiſione mobilis, & ſic cauſat ſpeciem repreſentatiuã ſui: habet alias ex fluxu imaginario mutati ſecundum prius & poſterius, & ſic motus non eſt congregatus, & mens facit ipſum, ut dicit Commen. 4. phyſi. commẽ. 104. & ut ſic quo ad iſtas partes menſuratur à tempore, nam tempus ſit ab anima, ut dicit Alex. ut recitat Commen. & Themiſt. 3. de anima in expoſitione tex. Sed licet ergo non teneam hoc omnibus modis, ſed in actu, nam extra animam tempus habet eſſe propter ſubiectum eius, ut dicit Commenta. 4. phyſi. commen. 131. et ideo motus bene poteſt regenerare ſpeciem ſui quo ad primas partes ſecundũ quas eſt per ſe ſenſibilis, et à naturali cõſiderat̃: ſed quo ad partes illas ſucceſſinas ex fluxu ipſius mutati, cauſatũ eſt ens imaginariũ, & à mathematico cõſiderat̃, & ſic eſt de tp̃e ut cauſatur ex fluxu inſtantis, ut dixi in tractatu de tempore, quia tẽpus quodammodo eſt mathematicæ conſiderationis, & quomodo naturalis. Vide igitur & conſidera quia ad hoc pauci admodum peruenire potuerunt. Quomodo autem omnia ſenſibilia communia motu ſumuntur, ſatis dixi in contradictionibus in præſenti commento. 133. ſecundi de anima, & ibi uide.

Numerus non habet eſſe niſi in primo numerorum, ſcilicet in dualitate, deinde in alijs ſpeciebus numerorum, & dualitas eſt prima forma formarum numerorum. 3. metaphy. commen. 11. uide. 12. meta. tex. commen. 2.

Numerus eſt coaceruatio unitatum. 3. meta. tex. cõmen. 16. ita dicit etiam Boetius in princi. ſuæ arithmeticæ. cap. 3. Numerus eſt unitatum collectio, uel quantitatis aceruus ex unitatibus profuſus.

Numeri inquantum numerus ſunt propriæ paſſiones, ut imparitas & paritas, commenſuratio, æqualitas, excedentia, & defectus. 4. metaphyſi. tex. commen. 5.

Numerorum compoſitorum quidam aſſimilantur ſuperficiei circulari, & quidam corporali. 5. metaphy. tex. com. 19. ubi dicitur etiam ꝙ talia, aut ſunt qualitates in quantitatibus, aut ſunt quantitates multiplicatę per qualitates.

Numerus non habet actionem neq; paſſionem. 5. metaphy. tex. commen. 20. ubi Commenta. elicit hoc ex tex. Nam Ariſt. ibi poſtquam declarauit primum modum relatiuorum quæ referuntur per modum unius numeri, tranſit ad ſecundum

ſecundum qui eſt eorum quæ dicuntur ſecundum actionẽ & paſſionem, & talia ſunt quæ dicuntur ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam. & Ariſtot. ibi in tex. dicit quòd eorum quæ ſunt ſecundum numerum non ſunt actiones. uide etiam pro hoc. 4. phyſico. commen. 84. ubi dicitur, ꝙ quantitas nõ eſt de principijs actiuis, ideſt alteratiuis. ¶ Ex quo patet error medicorum rudium facientium differentiam in adminiſtrando pillulas in numero pari, uel in numero impari, ac ſi numerus eſſet de principijs actiuis. Nota tamen ꝙ hoc habet locum de actione corruptiua, quia ſenſibilia communia agunt per ſe in ſenſum imprimendo propriam ſpeciem, ut tenet Themiſtius in ſecundo de anima. & Commenta. commen. 133.

Contra medicos.

Numerus eſt immaterialior quantitate continua, & uide cauſam tracta. 3. in paraphraſi metaphyſi. col. 7. ibi: Et dicamus unum materiale. ubi expreſſe ponit cauſam eſſe, quia unum quod eſt principium numeri, & numerus ipſe depẽdet ex operatione animæ, quia ſi anima non eſſet, non eſſet neq; entitas numeralis, neq; numerus: ſecùs eſt de linea. Et huius contrarium tenuit Auicen. & nota hoc.

Numerus reſpectuum qui demonſtrantur per hoc uerbum, habere, eſt ſecundum numerum reſpectuum qui demonſtrantur per hanc præpoſitionem, in, ſed differũt, quia hoc uerbum, habere, dignius dicitur de reſpectu continentis ad contentum, & poſſidentis ad poſſeſſum: ſed iſta præpoſitio, in, dignius dicitur de reſpectu contenti ad continens 5. metaphyſi. 28. commen.

Numerus non dicitur totus ſed omnis. quinto metaphyſi. tex. commen. 31.

Numerus non remanet idem parte ſublata. quinto metaphyſi. tex. commen. 32.

Numerus quomodo poteſt eſſe ſpecies multitudinis, & fuit dubium Auicen. uide ſolutionem ab Auer. in tracta. 3. metaphy. col. 8. ibi: Obijcit tamen Auicenna.

Numerum nonnulli arbitrati ſunt eſſe ſubſtantiam. 7. meta. tex. commen. 5. uide etiam primo meta. tex. commen. 3. uide etiam. 1. metaphy. tex. commen. 35.

Numerus eſt compoſitio unitatum ut dicitur à quibuſdam. 7. metaphy. tex. commen. 49.

Numerus omnis uno cognoſcitur. 10. meta. tex. com. 2.

Numeri principium ſecundum ꝙ numerus, unum eſt ibidẽ.

Numerus eſt pluralitas unitatum. 10. meta. tex. com. 4.

Numerus menſuratur per unitates ſecundum ꝙ eſt compoſitus ex unitatibus, non ſecundum ꝙ eſt numerus, quia numerus inquantũ numerus menſuratur per numerum. 10. metaphyſi. tex. commen. 4. Ratio eſt quia menſura ſemper eſt unigenea menſurato.

Numerus & unum opponuntur aliqualiter, non ut contraria, ſed ut ad aliquid: inquantum enim hoc metrum eſt, illud uerò menſurabile, ſic opponuntur. 10. primæ philoſophię. tex. commen. 21. Vbi collige aliqua abſoluta poſſe induere reſpectum aliquem ſecundum ꝙ relatiuè opponuntur, ſicut in ſimili notaui tibi aliàs de materia & forma.

Numerabile eſt numerus aut numerum habens. 11. primæ philoſophiæ. cap. 9. in. 3. phyſi.

Numeros inquiunt eſſe ideas aſſerentes, & de numeris quãdoq; ſicut de infinitis quandoq;, uſq; ad denarium determinatis loquuntur. 12. meta. tex. commen. 42.

Numerus ſubſtantiarum mouentium eſt ſecundum numerum motuum. 12. primæ philoſophiæ. tex. commento. 43. & commento. 48.

Numerus ternarius perfectus eſt. 1. cœli. tex. com. 3.

Numerum motuum Philoſophi ſumunt pro conſtanti, ſed Aſtrologi ſunt diuerſi in hoc: ſed quomodocunq; ſit, melius eſt ſcire opiniones hominum in hoc quàm nihil. 12. metaphyſi. commen. 45.

Numerus orbium deferentium & reuoluentium, aut ſunt quinquagintaquinque, aut quadragintaſeptem. 12. metaphyſicæ. tex. commen. 47.

Numerus motuum, in quo conueniunt moderni Aſtrologi, in orbibus requiratur. 12. meta. com. 48.

Numero quæcunq; multa ſunt multam materiam habent. 12. metaphy. tex. commen. 49.

Numerus manere poteſt abſq; eo ꝙ numeret, ut ſenſile ſine eo ꝙ ſentit, ut Boetius putat, ſed fallitur quia ea quæ referuntur ad aliquid ſimul habentur, & quę poteſtate ſunt, ad res eiuſdem habitus referuntur. Themiſt. 4. phyſi. 130. Vide in concordantijs nuper æditis.

Numerus eſt principium omnium ſenſibilium & intelligibilium, ſecundum Platonem. 3. phyſico. 25. & Themiſtius ibidem expreſsè.

Numerus non facit cõtinuum, nec ut ſpecies, nec ut mouẽs. 12. metaphy. tex. commen. ultimi.

Numerus infinitus non eſt par neq; impar, quia eſſe eius eſt in potentia, & id cuius eſſe eſt in potentia, de natura priuati reputari poteſt. ex libro deſtruc. diſputa prima, in ſolutione ſexti dubij.

Numerus alius diſcretus, alius continuus. 4. phyſi. tex. com. ulti. & Themiſt. 4. phy. ſuper tex. 102. expreſſe.

Numerus qui eſt in prædicamento quantitatis, non eſt illemet numerus, qui reperitur in unoquoq; genere. Auerro. tracta. 3. in paraphraſi meta. in principio. 7. col.

Numerus generatur per hunc modum, nam quando intellectus denudat ab iſtis particularibus iſtam rem indiuiſibilem in duo particularia, uel plura, illud erit illud unum quod eſt principium numeri. Et quando iterat ipſum cogitans ipſe generatur numerus. ex primo tracta. metaphyſi. in paraphraſi cap. de uno, ubi uide diligenter rationes Auicennæ de uno opinantis, ꝙ unum quod eſt principium numeri ſit conuertibile cum ente. Et cauſa erroris fuit, ut dicit Commen. quia ipſe admiſcuit accidentia inſequentia rem ſm intellectum cum accidentibus inſequentibus ipſam ſecundum eſſe, & putauit unum dici uniuocè de omnibus decem prædicamentis, & non ſecundum prius & poſterius, & ꝙ eſt unum numerale id, ſcilicet quod eſt ſynonymum enti. Vbi collige Auicen. poſuiſſe entis & unius unionem, quam ſecutus eſt Scotus.

Numerus duplex numerans & numeratus. 4. phyſico. tex. commen. 101. & 110.

Numerus motus eſt duplex, alius eſt partium motus ſecundum ꝙ ſunt ſimul, alius eſt partium motus ſecundum ꝙ in eis inuenitur prius & poſterius. 4. phyſi. 102.

Numero differentium unum accidens numero impoſſibile eſt eſſe, impoſſibile enim eſt ut una res numero inſit pluribus, alioquin unum dehiſceret in plura. Themiſt. 4. phyſi. in digreſſione ſuper. 132. contra Herueum qui uult numerũ eſſe formam abſolutam unam numero in diuerſis rebus numeratis ſubiectiuè.

Numerus par ſecundum Pythagoricos eſt principium infinitudinis. 3. phyſico. tex. com. 26.

Nutritio primò attribuitur membris conſimilibus, ut eſt declaratum in naturali philoſophia, & fit per modum mixtionis & mediante calore naturali qui non eſt primus motor, ſed eſt anima nutritiua, propterea quia operationes caloris non ſunt determinatæ nec ordinatæ ad unum finem manifeſtum. 5. colliget. cap. 3.

Nutrimentum in animalibus, quæ ſunt apta dormire, cum aduenit corpori, aſcendet ex eo uapor ad caput & cor, & grauabuntur inſtrumenta motus & dormiet, & quando fuerit digeſtum, alleuiabuntur inſtrumenta motus & expergeſiet. 8. phyſi. tex. commen. 51. De cauſis etiam ſomni & uigiliæ inquire in libro de ſomno & uigilia. Notabiliter autem dixit, in animalibus habentibus aptitudinem ad dormiendum, quia dubium eſt de quodam genere piſcium, ut notauit Alexan. in commento ſuper libro de ſenſu & ſenſato, & uidetur eſſe ſententia Ariſtote. in libris de hiſtorijs animalium.

Nutritiuæ uirtuti membra deſeruientia ſunt os, iſophagus, ſtomachus hepar, chyſtis fellis, ſplen, renes, & ueſica. 2. colliget. cap. 16.

Nutrimentum per quod fit augmentum quodammodo eſt ſimile, & quodammodo contrarium. 8. phy. tex. commẽ. 55.

&.1.de generatione & corruptio.tex.commen.39.&.2. de anima.tex.commen.45.&.1.cœli.tex.com.21.

Nutrimentum debet eſſe homœogeneum cum nutriendo, & æquale in ſpecie,uidelicet ultimum tutrimentum.1.cœli.tex.com.21.idem.2.de anima.tex.com.45.

Nutriendum ſi non fuerit præparatum corruptioni, augetur per nutrimentum adueniens: ſi uerò fuerit præparatū corruptioni,diminuitur per ipſa elementa donec reſoluatur in materiam,uel materias,ex quibus eſt compoſitum. Com.1.cœli.commen.21.uult dicere ꝙ illud quod nutritur,ſi eſt in ſtatu profectus,augetur:ſi in ſtatu declinationis & defectus,tunc diminuitur,iuxta Ariſtot.ſententiam in.2.de generatione & corrup.tex.commen.57.ponentis ſtatum generationis & profectus eſſe æqualem ſtatui corruptionis & defectus.

Nutrimentum augmentationi idem eſt quidem,eſſe uerò alterum eſt.primo de generatione.tex.commen.41.idem.2.de anima tex.commen.47.

Nutriuntur omnia ex iſdem,ex quibus ſunt. ſecundo de generatione.tex.commen.50.

Nutritiuum poteſt eſſe ſine ſenſitiuo,2. de anima.tex.com.15.& tex.commen.31.

Nutricibus non competunt uina neq; pueris,differt enim nihil forſan ipſos bibere uel nutrices.Ariſt.in libro de ſomno & uigilia.Et ideo Auicen.dixit, ꝙ cura infantis eſt cura lactis,quod nota in actu practico diligenter:nam inde prouenit ꝙ degenerant frequenter filij & pſertim nobiliū.

Nutrimentum eſt duplex,indigeſtum, & tale eſt contrariū: & digeſtum,& hoc eſt ſimile.2.de anima.tex.com.45.

Nutritionis organa ſunt triplicia.Galenus.5.de utilita.particu.capitulo.14.

Nutritio fit per digeſtionem & commotionem in animalibus & plantis mediante calore naturali; licet exiſtimetur ꝙ plantè attrahant nutrimentum à terra, & ibi digeratur. Commen.in.2.de partibus animalium.cap.de carne.

Nutrimenti inſtrumentum non eſt de ratione, ut ſit inſtrumentum motus, quia eſt magis conueniens, ut ſit inſtrumentum quietis.2.colliget.cap.18.

Nutrimenti materia & materia eſſentiæ non differunt, niſi quia nutrimentum eſt eſſentia in parte, & generatio eſt eſſentia in toto,& materia totius & partis eadem eſt.2.colliget.cap.10 idem.2.de anima.tex.com.47.

Nutritiua uirtus in animalibus non eſt data niſi propter ſenſum & uirtutem ſenſibilem.2.colliget.cap.11.

Nutritiua uirtus,eſt de uirtutibus actiuis.2.de anima.ca.52.

Nutritiuæ uirtutis operatio fortior eſt dum homo dormit,& partes extrinſecæ tunc ſunt frigidæ, quia calor reuocatur ad cor,& ad partes intrinſecas.2.colliget.cap.11.

Nutritiuæ uirtutis operatio & ſenſitiuæ non perficiuntur eodem calore,& hoc apparet in dormiente oculis apertis, ille enim nutritur,ſed non uidet.2.colliget.cap.11.

Nutriri compoſitum ex ſimplici impoſſibile eſt, quia tunc animal poſſet conſtare uno elemento.2.colliget.cap.19.

## De litera O.

OBIECTIO demonſtratiua requirit duas contradictiones, unam per quam opponimus præmiſſis, aliam per quam opponimus concluſioni. Auer. in primo de generatione animalium.cap.1.ubi ponitur improbatio antiquorum aſſerentium, ſemen ex oībus partib⁹ corporis ꝓuenire.

Obiectum uirtutis nutritiuæ,augmentatiuæ,& generatiuæ, idem eſt.2.de anima.42.&.1.de generatione & corrup.tex.commen.39.&.41.

Obliquū,neq; ſui,neq; recti iudex eſt.1.de aīa.tex.cō.85.

Obteſis eſt digeſtio à caliditate ſicca, & aliena.quarto meteoro.tex.commen.28.

Obſtetricis diligentia & cura,requiratur in ſeptimo de natura animalium.cap.10.

Oculus eſt inſtrumentum uirtutis uiſibilis,& in eo dominatur elementum aquæ.ex libro de ſenſu & ſenſato.

Oculus obſcuratur in locis ubi ē multa nix,aut multa aqua, & ideo apparent ripæ maris turbide,paucæ lucis,& ſimiliter loca niuis. ibidem.

Oculi animalium quadrupedum & uolatilium, & natatiliū in principio maximi uiſuntur,poſtremi uerò omnium perficiuntur.ex.2.de generatione anmialium.cap.4.uerſus finem,& ibi uide cauſam.

Oculorum ſedes maximè ſeminalis eſt omnium locorum capitis, quod patet, cum ſola ipſa per coitum uenereum manifeſtè immutetur.Ariſtot.in.2.de generatione animalium.cap.5.in fine.

Oculus ſignificat forti ſignificatione ſuper complexione cerebri.4.colliget.cap.3.

Oculos nouellarum hirundinum ſi quis præpungat rurſum incolumes reddentur,cum enim fiunt non facti iam corrumpuntur,itaq; denuo oriuntur ac pullulant. Ariſt.in.4.de generatione animalium.cap.6.idem dicit cōuenire oculis ſerpentum.in.2.de natura animalium.cap.ultimo.

Oculorum,alij cæſii,alij flauidi,alij caprinij,alij nigri,& uide cauſam iſtius diſcriminis in.5. de generatione animalium.cap primo.

Oculorum ægritudines ſunt glaucoma & luſcioſitas. ibidē.

Oculi cæterorum animalium in unoquoq; genere, unicolores ſunt,ſed hominis diuerſicolores,& eq inter beſtias.ibi.

Oculorum cæſietas & canicies, ſunt duæ affectiones conſequentes cruditatem humoris,& paucam eius concoctionē. Ariſtot.in.5.de generatione animalium.cap.1.& Auer.ibidem.cap.de uarietate coloris oculorum. ¶Ex hoc patet error illorum, qui aſſerunt ab Homero Palladem Glaucopin appellatam,ea ratione ꝙ oculus glaucus ſit uiſu pollēs, cùm glaucedo ſeu cæſietas oculorum inſequatur cruditatem,& per conſequens nō confert ad præſtantiam uiſus. Immo uerius puto illam ſic appellatam,quia haberet oculos noctuæ, quæ apud Græcos glaux appellatur: noctua enim Palladi dicata eſt,tale enim animal noctu uenatur et uigilat. Vnde monetæ Athenienſium, noctua ſignabantur,quia Mineruæ auis eſt: iuuat enim Mineruam, nocturnis impalleſcere chartis.

Oculi humor ille,quo uidemus,pupilla eſt. primo de natura animalium.cap.9.

Oculi partes.ibidem require.

Oculi album,in ægritudinibus acutis ſi rubeum fuerit,& ipſius uenæ nigræ, aut obſcuræ fuerint, ſignum mortis eſt proculdubio.4.colliget.cap.43.

Oculi partium iuuamenta aſſignata à Galeno, pro maiori parte ſunt arbitratiua,& ſine dubio quodlibet ipſorum habet iuuamentum proprium in ſe & pars dominans in eo, & ſuus finis non eſt,niſi ut colores imprimantur in ipſum 2.colliget.cap.15.de iuuamentis oculi & partium eius.

Oculos omnia animalia quæ animal generant, habent præter talpam, quam modo quodam habere dixerim,cùm tamen omnino habere negem, quippe cùm omnino quidem non uideat,nec perſpicuos habeat oculos. ex primo de natura animalium. cap.9.

Oculi qui conditi ſunt,clariſſimè cernere in genere quoque brutorum animalium poſſunt, modicus autem ſitus nota eſt morum optimorum.1.de natura.cap.10.

Oculi qui mediocriter conniuent, notam morum laudabilium habent.ibidem.

Oculorum rotunditas eſt ſignum maximum portendens lepram.4.colliget.cap.37.

Oculos habentia animalia,quædam humidos,quædam duros habent: & quædam palpebris utuntur, & quædam palpebris carent.ex.2.de partibus animalium.cap.3.

Oceanum & Thetim antiquiores quidam principium generationis fecerunt.ex erratis primi meta.

Odor ſecundum opinionem Ariſtot.non eſt corpus diſſolutum ab odorabili in aere.ſecundo de anima commen.76. & idem infra.commen.97.



Odorum differentiæ non ſunt manifeſtæ, ſicut differentiæ ſaporum.5.colliget.cap.28.&.2.de anima.com.92.

Odor & color habent duplex eſſe naturale,& extraneum.2.de anima.commen.76.&.97.

Odores quia non ſunt multum manifeſti acceperunt nomina à ſaporibus.2.de anima.tex.commen.95.

Odores medij componuntur ex extremis, ſicut ſapores & colores medij componuntur,ex ſaporibus & coloribus extremis.2.de anima.tex.com.95.&.105.

Odoratus inuenitur fortior in multis animalibus quā in homine,ut in aquilis & apibus.3.colliget.cap.36.

Odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi.2.de anima.tex.com.100.

Odor eſt analogus ſapori. Alexāder in paraphraſi de anima. in cap.de olfactu.

Odorem habentia,habent etiam ſaporem,& inſipida odore carent,ut lapides,idem Alexan.ibidem.

Odoratus ſenſus fit per medium aerem, & reperitur etiam in animalibus carentibus ſanguine,ut in apibus & formicis.3.colliget.cap.36.

Odoratus ſenſus attribuitur igni, uiſus aquæ, auditus aeri, & uide cauſam.3.colliget.cap.36.

Odoratus fit in primo pari neruorum quod exit à cerebro in oppoſito duarum caruncularum ſimilium capitibus mammillarum. Auerro.primo colliget. capitulo de anatomia neruorum.

Odoratus inſtrumentum eſt naſus, & in animalibus olfacientibus fit per attractionem, & in non olfacientibus ſine attractione,ut in apibus. ſecundo colliget.cap.17.de iuuamento inſtrumenti olfactus. Olfactus ſenſus ſecundum Ariſtot.fit in duobus meatibus qui ſunt in naſo,& ſecundum Gale. fit in duabus carunculis ſimilibus capitibus mammiliarum.ſecundo colliget.cap.17.De iuuamentis inſtrumenti odoratus. Vide etiam pro hoc Auer. in.3. colliget.cap.38.de ſenſu uiſus & accidentibus ei, ubi narrat quomodo fiat uiſio,& inquit: Et ſcias ꝙ ſenſus uiſus recipit formas rerum in hunc modum, quia aer mediante lumine recipit formas rerum primò, & poſtea mouet ad tunicam inferiorem,& illa dat alijs, quouſq; hic motus perueniat ad poſtremam, poſt quam ſtat ſenſus communis qui apprehendit formas rerum. & uide quæ ſequuntur. Alexander etiam in paraphraſi.cap.de impulſu dicit: Videre ad uiſum, audire ad auditum, & reliqua id genus ad proprium ſenſum ſpectant, ſentire tamen in communi ad ſenſum communem, perinde quaſi ſenſus omnis ab eodē quidem fiat,ſed per aliud atq; aliud.intellige ultimatè iſta uerba Alexan. Veritas tamē eſt ꝙ ſenſus particulares ſunt diſtincti à ſenſu communi, ſed habent colligantiam cum eo.Ariſtot.enim in ſecundo de anima.tex.commen.144. uult ꝙ unuſquiſq; ſenſus eſt reſpectu proprij ſubiecti ſenſibilis, & eſt in ſenſorio proprio:unde iſtis ſenſus quinq; habent propria organa,quorum origo eſt cor à quo depēdent. Vnde Ariſtot.in libro de ſenſu & ſenſato, & in.2. de partibus animalium.cap.10.expreſſe dicit tactū & guſtum à corde manifeſtè dependere, & uult uiſum & auditum eſſe in capite, & olfactum medium tenere, & reddit ibi cauſam, & nota, ut inquit Commen.2.de anima.commen.140.quòd ſenſibilia mouent tantum ſenſus mouent et mouentur.Primum ſentiens eſt motum tantum.i.ſenſus communis,& quia poſt motionem quæ eſt receptio in ſenſu communi ſequitur iudicium quod atteſtatur actui,receptio uerò potentiæ.2.de anima commen.149.inde prouenit,ꝙ ut ſenſus cōmunis eſt iudex,ſic habet motum formæ & principalis agētis,& ſenſus exteriores, ut ſic habēt rationem inſtrumenti,& ſic operatio denotat agens,& nō aſcribitur inſtrumento:& illo modo intelliguntur authoritates Themiſtij & Auer. Et ſic primus ordo ſpiritualitatis incipit in ſenſu cōmuni,quia in ſenſibus exterioribus ē ueluti in uia quæ ordinatur ad terminum,& ut ſic uia nōn diſfert à termino uiæ, ſicut imperfectum à perfecto: & quia unumquodq; à fine unumquoq; denominare fas eſt, ideo primus gradus ſpiritualitatis formæ eſt eſſe quod habet forma in ſenſu communi. Tamen ex hoc nō ſequitur,quia iſta forma in ſenſu proprio habeat eſſe ſpirituale, unde Commen.in.2.de anima,et Ariſt.dicunt ꝙ nec caro eſt ultimum ſenſorium tactus,nec ut ampliat Com.ibidem.cōmen.146.pupilla in uiſu,nec lingua in guſtu,& ſic de alijs quia ultimum ſenſorium eſt,ubi eſt ſenſus cōmunis,& hoc eſt cor:tamen ſenſus iſti proprij habent propria inſtrumēta & operationes actus colligatos, tamen modo prædicto & hoc etiam dicit Ariſt.in lib.de ſomno & uigilia, ꝙ ſenſus uiſus quiſq; habet aliquid proprium,ut uiſus uidere, & auditus audire,& ſic de alijs:omnes tamen habent uirtutē communem, nam non eſt uiſus per quem cernimus nos uidere,nec audit qui ſentit audire, & ideo actio ſenſus cōmunis eſt magis ſpiritualis quam ſenſitiua exteriorum,& in plus quia poteſt in plura.

Odorem habens habet etiam ſaporem. Commen. in libro de ſenſu & ſenſato.

Odorabilium natura eſt fumoſa,& teſtatur hoc, quia multa quæ non habent odorem,dum appropinquant igni,habebunt odorem.ibidem.

Odorabilium indiuidua ſunt notiora nobis, quàm indiuidua ſaporum.3.colliget.cap.36.

Odoratus ſenſus in animalibus quæ odorant ſine attractione,ut in apibus & formicis eſt clarior quàm in illis, quæ odorant per attractionem. ibidem, uide in contradictionibus nuper æditis.

Oleū ex uitellis ouorum eſt ſupremū iuuamentū in mitigando dolorem,ſupra pinguedinem anſeris & gallinæ.

Oleum dulce & nouum oliuę temperatum eſt, & eſt conueniens homini ſecundum totam ſuam ſubſtantiam,licet declinet partim ad caliditatem.5.colliget.cap.36.

Oleum eſt ex rebus in qbus dominatur humiditas & caliditas,eo ꝙ partes aereę in eo ſunt magnifeſtę multū: & ſi aliquis quæreret qūo poteſt eſſe,ut partes aereæ in eo dominent,cum uideamus ꝙ ingroſſatur & cōgelatur & inſpiſſatur à frigore:cum dicat ꝙ non congelātur à frigore niſi res aquoſæ? Debemus reſpondere ꝙ non congelatu propter frigiditatem, niſi propter conuerſionem multam ſuarum partium ad aquam.5.colliget.cap.24.

Oleum citiſſimè iniectos odores ſuſcipit ut in unguentis. Ariſt.in lib.de inſomnijs.idem etiam patitur uinum.

Oleum natat ſuper aquā,qa à pdominio eſt aereū. Com.in 4.meteo.in ſumma prope finē,& ēt in tex.com.40.

Oleum non elixabitur ipſum ſecundum ſeipſum.4.meteororum tex.commen.27

Oleum ab igne & tempore albeſcit & ingroſſatur, albeſcit qdem euaporāte aqua ſiqua inerat,ingroſſat aūt quia marceſcente calido ex aere fit aqua.4.meteo.tex.com.40.

Oleum eſt commune aquæ & aeris,lignū terræ & aeris,lac uerò terræ & aquæ.4.meteo.tex.com.48.

Oleum,cæra,& pix,magis cum alijs quam per ſe inflammabilia ſunt.4.meteo.tex.commen.48.

Oleum non patitur epſeſim,neq; ingroſſatur,quia exhalabile eſt,ſed non uaporabile:aqua autem non eſt exhalabilis, ſed uaporabilis.4.meteororum.tex.com.48.

Oleum oliuæ inſpiſſatur & cōgelatur à frigiditate, ꝓpterea qa partes aereæ quæ ſunt in ipſo conuertuntur ad aquam: & etiā oleum inſpiſſatur à calore, quia reſoluuntur partes aqueæ & remanent aereæ,cū terreſtribus in eo dominantibus. Vnde uniuerſaliter omnes res quæ inſpiſſantur à calore & frigore, æqualiter ſunt aereæ, & aqueæ, & earum partes ſunt conglutinatæ ſimul.5.colliget.cap.26.

Olfactus eſt odorabilis & non odorabilis. Non odorabile aūt eſt triplex.2.de anima tex.com.96.aliud.n.eſt nullum habēs odorē,aliud prauū,aliud uerò paruum odorem.

Olfactibilia curant ab ęgritudinibus capitis,quia caput eſt humidum,& olfactibile in maiori parte eſt calidum & ſiccum.Auer.in fine libri de ſenſu & ſenſato.

Oliua quia eſt auara in fructificando, ideo ſeneſcit. Auerro. in.3.de generatio.animalium.cap.1.& habetur in tex. ꝙ

arbores & plantæ, quæ nimis fœtificant, citò pereunt, ſicut & animalia & datur ibi exemplum de gallinis.

Olorum in more eſt in genere uolucrum, ut alter alterum deuoret. 9. de natura animalium. cap. 1.

Olores aquilam, ſi pugnam ceperit, repugnantes uincunt, ipſi autem nunquam niſi prouocati inferunt pugnam: canere etiã ſoliti ſunt, & præcipuè iamiam morituri. 9. de natura animalium, capitulo. 12. ad hoc alludens Ouidius in epiſtolis dixit:

Sic ubi fata uocant, udis abiectus in herbis,
Ad uada Meandri concinit albus olor.

Optimum ſemper aut proportionale quod primum. 12. metaphyſi. tex. commen. 37.

Homœomera ſunt ueluti quæ metallantur, ut æs, aurum, argentum, ferrum, ſtannum, lapis, & alia huiuſmodi. In animalibus autem & plantis, uelut neruus, caro, oſſa, pellis, uiſcera, pili, crines, uenæ: ex quibus conſtant anomœomera, puta, facies, manus, pes, & talia. In plantis autem lignũ, cortex, radix, folium, & quæcunq; talia. quarto meteoro. tex. commen. 48.

Omnia prædicamenta ſunt diuiſibilia, aut per ſe aut per accidens: per ſe, ut quantitas: per accidens, ut reliqua. 1. phy. commen. 18. Ex quo patet nullum indiuiſibile & immateriale eſſe in p̃dicamento, in uia Auer. uide in concordãtijs.

Omne habens materiam eſt generabile & coruptibile. primo phyſi. commen. 79. primo cœli. cõmen. 20. primo cap. &. 3. de ſubſtantia orbis. primo. phyſi. 63.

Omne ens diligit ſe permanere. primo phyſi. tex. commen. 81. &. 2. de anima. 34.

Omne quod loquitur Ariſt. in libro phy. eſt propter principium mouens. 1. phyſi. com. ulti. &. 8. phyſi. com. 1.

Omnis artifex debet cõſiderare de accidẽtibus ſui ſubiecti. 2. phyſi. tex. com. 17. &. 1. poſteriorum multotiens.

Omne propter quod eſt aliquid, cum illo eſt unius ſcientię. ſecundo phyſico. tex. commen. 23.

Omne in habentibus finem & motum continuum, finis eſt ultimum illius motus. 2. phyſi. tex. com. 23.

Omne quod eſt ante finem, eſt propter finem. ſecundo phyſico. tex. commen. 29.

Omnia quæ ſunt ante finem, ſunt propter finem. 2. phyſico. tex. commen. 81.

Omnes antiqui conueniunt in hoc ꝙ ex nihilo nihil fit. Cõmen. in prologo. 3. phyſi. & habetur primo phyſi. tex. commen. 34. Omnes qui de natura locuti ſunt, in hoc conuenerunt ꝙ ex nihilo nihil fit.

Omne quod eſt, aut eſt principium, aut ex principio. tertio phyſico. tex. commen. 29. ubi Commentator dicit: Omne ens, aut eſt cauſa, aut cauſatum.

Omne exiſtens in ſubiecto eſt minus exiſtens per ſe q̃ ſuum ſubiectum. Commen. 3. phyſi. com. 36. & eſt etiam in tex.

Omne ſenſibile aptum natum eſt alicubi eſſe. tertio phyſi. tex. com. 48. Et uide Commentatorem in commẽ. quomodo ſit propoſitio iſta, & conſimiles ibi poſitæ intelligenda: uult enim ꝙ ſenſibile ſumatur ibi pro tangibili.

Omne quod eſt æquale alicui, eſt finitum. 3. phy. com. 49.

Omne corpus ſimplex eſt finitum. ibidem.

Omnis res eſt unam per ſuam formam. 3. phyſi. commen. 68. & primo de anima. commen. 90.

Omne corpus eſt in loco per ſe, uel per accidens, uel ſecundùm partes. 4. phyſi. commen. 43.

Omne quod mouetur naturaliter ad aliquid, eſt unigeneum cum eo. 4. phyſi. commen. 48.

Omne excedẽs aliquid diuiditur in exceſſum, & in id quod exceditur. 4. phyſi. tex. commen. 71.

Omne quod mouet aliud per actionem, neceſſe eſt ut moueatur ad illum locum ad quẽ attrahit ipſum. 4. phy. com. 79. uide. 7. com. 10. quomodo intelligatur.

Omnis quies eſt in tempore. 4. phyſi. tex. com. 118.

Omne quod eſt in aliquo numero numerus excedit ipſum ex duobus extremis. 4. phyſi. tex. commen. 17.

Omne quod conſumitur à menſuratione finiti, eſt finitum neceſſario. 6. phyſi. commen. 20.

Omne prædicatum in quo inuenitur tranſmutatio, inuenitur in eo diuiſibilitas, uel per ſe, uel per accidens. 6. phyſico. commen. 34. &. 37.

Omne quod mutatur, in tẽpore mutatur. 6. phy. tex. cõ. 50.

Omne moueri præcedit mutatum eſſe. 6. phy. tex. com. 52.

Omne mutatũ præcedit mutari. 6. phy. tex. com. 55. & infrà.

Omne quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit factum eſſe prius neceſſe eſt. 6. phyſi. tex. commen. 59.

Omne de quo uerè dicitur ipſum eſſe motum aut quieſcẽs, eſt illud quod innatum eſt recipere motum & quietem, & eſt in loco in quo innatum eſt recipere motum et quietem, & in diſpoſitione ſecundum quam innatum eſt recipere motum & quietem. 6. phyſi. tex. com. 67. idem. 4. phy. tex. commen. 118. &. 5. phyſi. tex. com. 20. &. 6. phyſi. 30.

Omne quod eſt poſtquam non fuit, neceſſe eſt ipſum prius fuiſſe in potentia quàm in actu. 8. phyſico. tex. commen. 4. idem. 9. metaphyſi. tex. com. 13. &. 3. de anima, tex. com. 20. 27. &. 12. meta. tex. com. 32.

Omnia quieſcere & huius rationem quærere dimittentes ſenſum infirmitas quædam eſt intellectus. octauo phyſico. tex. commen. 22.

Omnis opinio cui contradicit ſenſus, eſt opinio bona. octauo phyſico. tex. commen. 16.

Omne quod mouetur à principio exiſtente in ipſo, mouetur naturaliter. 8. phyſi. commen. 27.

Omne quod eſt in potentia aliquid, exibit aliquãdo in actũ, & ſi non, tunc natura ageret ocioſe. Commen. 8. phy. commen. 64. idem. 1. cœli. commen. 20.

Omnes leges conueniunt in hoc, ꝙ Deus habitat in cœlo. 8. phyſico. commen. 84. & habetur in propria forma in primo de cœlo & mundo, in tex. cõmẽ. 22. &. 96. &. 100. idẽ. 2. cœli. tex. commen. 2. &. 74.

Omnia entia, aut ſunt ſubſtantiæ, aut accidentia, aut ſunt uia ad eſſe iſtorum, & uniuerſaliter ſunt tranſmutatio. 1. cœli. com. 1. Vide in Theorematibus.

Omne totum & perfectum non differunt ſecundum ſpeciẽ, ſed ſiquidem in materia & in his de quibus dicũtur. 1. cœli. tex. com. 3. quam differentiam Auer. in commen. ita declarat. Nam ſi fuerit quantitas continua, tunc eſt totum, in diſcreta eſt omne, in forma uerò & quantitate eſt perfectũ. idem habet in paraphraſi. 1. cœli, in ſumma. 2.

Omnia phyſica corpora ſunt mobilia ſecundum locum. primo cœli. tex. commen. 5.

Omne in quo eſt poſſibilis additio eſt diminutum. 1. cœli. tex. 12. idem ibidem. tex. commen. quarto &. 8. phyſico. tex. commen. 75.

Omnes homines de Dijs habent exiſtimationem, & omnes eum, qui ſurſum eſt, locum Deo attribuunt, & Græci & Barbari quicunque putant Deos. primo cœli. tex. commen. 22. &. 96. &. 100.

Omnia à uim inferente longius facta tardius feruntur. primo. cœli. tex. commen. 89.

Omne quod non exiſtit in materia, impoſſibile eſt ex eo inueniri pluſquam unum in ſua ſpecie. primo cœli. tex. com. 90. idem. 12. primæ philoſophiæ. 49.

Omnia quieſcunt dum ueniunt in proprium locum, eius uerò ꝙ circumfertur idem eſt locus, unde incepit & in quem conſumat. primo cœli. tex. commen. 100.

Omne habens actionem in ſe habet actionem in alio, & quod habet actionem in ſe eſt ſpirituale non corporeum. ſecundo cœli. commen. 17.

Omnes naturales ſubſtantiæ aut corpora ſunt, aut cum corporibus generantur & magnitudinibus. 3. cœ. tex. com. 1.

Omne quod non uerè dicitur de ſingulis, non uerè dicitur de toto, quia unaquæque partium non eſt totum, & congregatio eſt totum. 3. cœli. commen. 8. idem. primo cœli. commen. 17. &. 4. phy. com. 43.

Omne de quo dicitur ſecundum comparationem, nõ eſt neceſſarium ut habeat illud per ſe, niſi ſubſtantialiter diceretur in reſpectu alterius: ſi enim aliquid dicitur de aliquo ſecundum



cundum comparationem, & iſtud exiſtit in eo per ſe neceſſario, iſtud dictum non eſt in eo ſecundum ꝙ eſt comparatum, ſed ſecundum ꝙ comparatio accidit ei. 3. cœli. cõ. 9.

Omne factum prima intentione eſt eſſentialiter, ſecunda autem eſt accidentaliter. 3. cœli. commen. 74.

Omnia appetunt eſſe diuinum & immortale, & illius gratia agunt quæcunque agunt ſecundum naturam. ſecundo de anima. tex. commento. 34. idem. primo phyſic. 81. &. 2. cœli. tex. commen. 64.

Omnia duo quorum ſubiectum eſt unum & alterum eſt perfectius altero, ſemper reſpectus perfectioris ad imperfectius eſt reſpectus formę ad materiã. 3. de anima. com. 36.

Omnes homines natura cognoſcere deſiderant. ex procœmio primæ philoſophiæ, & ita in ueritate debet ſtare. Et mirũ eſt de tot uiris illuſtribus, quomodo uſque ad iſta tempora tranſtulerint, ſcire, cùm litera græca iaceat, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται αἴσθησις autem apud Græcos non ſcientiam, ſed cognitionem ſignificat, quæ eſt tanquam genus reſpectu ſcientiæ: ſcientia enim eſt per demõſtrationem, ſed cognitio ſe extendit etiam ad immediatas propoſitiones, & etiam ad cognitionem ſenſitiuam. Vnde Ariſt. conſuetudo fuit in principijs librorum ab uniuerſalioribus exordiri, iuxta doctrinam traditam in principio libri phyſicæ auſcultationis, & probat principium libri ethicorum, & principium libri poſteriorum analyticorum, & principium libri phyſicorum, & in pleriſq; locis: & confirmatur, nam probatio à ſigno ex dilectione ſenſitiua circa hoc tendit. Nam homines omnes amant ſenſus naturaliter propter cognitionem nedum propter utilitatem: nam & ſi nihil agere deberemus adhuc illos diligimus, & præcipuè uiſus ſenſum, quia hic maximè ad cognitionem proficit. Manifeſtum eſt autem ꝙ omnes homines non amant naturaliter ſenſus propter ſcientiam propriè, quæ per demonſtrationem habetur: nam ſcribit Alexan. in principio libri priorum, ꝙ hominis proprietas eſt cognitio ipſa & contẽplatio ueritatis: ſicut enim quodlibet animal habet aliquid ſibi peculiare, ſic & homo. Vnde pueri etiam natura ferũtur ad cognitionem, & delectantur ex auditu fabularum, nullam inde conſequentes utilitatem præter cognitionem ipſam. Vnde animaduerte quòd etſi cætera animalia nobiſcum communicent in cognitione ſenſitiua, tamen in hoc differimus ab ipſis, quia natura ſenſus animalibus largita eſt propter ſalutem & utilitatem eorum, ut eis mediantibus proſequantur iuuantia & euitent nocẽtia: ſed non dedit eis ſenſus propter cognitionem tantum circa utilitatẽ, unde non appetunt ſenſus propter cognoſcere, ſed propter utile, ſed hoc homini proprium eſt. Nam ut teſtatur Philoſophus in præſenti loco, nõ enim ſolum ut agamus, ſed etiam ſi nihil acturi eſſemus uidere præ cæteris ſanè experimur. Vnde Auer. in. 2. cœli. commen. 77. ſcribit ꝙ brutorum cognitio non deſiderat aliquam cognitionem intellectus. Igitur Ariſtot. ſincerus talis eſt ab uniuerſalibus exordium ſumens inquit: Quòd omnes homines natura cognoſcere appetunt. & hoc oſtenditur perſuaſione ſumpta à ſigno, ex ſenſuum dilectione, quia homines naturaliter appetunt, non ſolum propter actionem, ut leuia, uerum propter ipſam cognitionem, quia cognitio ipſa naturaliter appetitur ab homine. Si autem ſenſus eſſet, ꝙ homines natura appetant ſcire, propriè dictum quod eſt per demonſtrationem, tunc probatio ex dilectione ſenſuum non eſſet ad propoſitum, niſi ſentire eſſet per demonſtrationem intelligere, quod Ariſtot. doctrina abhorret; tum ex libro poſteriorum analyticorum, tum etiam ex ſecundo de anima contra antiquos, qui non diſtinxerunt inter imaginationẽ & intellectum. Licet enim ſenſus ſit adminiculum ad ſciẽdum, aliud tamen eſt ſcire, & aliud ſentire. Nolo tamen propter hoc negare, quinetiam ſcientia & contemplatio ueritatis ſit homini propria, ſed dico intellectum Ariſtot. non de ſcientia, ſed de cognitione quæ eſt genus ſcientiæ fuiſſe: & ex hoc patet ſolutio ad quæſtiones Latinorum in principio primæ philoſophiæ, quia omnes procedunt ex malo intellectu literæ.

Omne compoſitum ex materia & forma eſt diuiſibile. primo metaphyſi. commen. 7.

Omnes principia contraria faciunt. 1. phyſi. tex. com. 41. & in. 4. metaphy. tex. commen. 6.

Omnia autem contraria ſunt, aut compoſita ex contrarijs. quarto metaphyſi. tex. commen. 6. ¶ Animaduerte tamen quòd ut ſcribit Commen. ibi in commen. illa diuiſio eſt ſecundum probabilitatem, & non eſt ſecundum neceſſitatem, quia corpus quintum, neque eſt contrarium, neq; eſt compoſitum ex contrarijs. Conſimile. primo cœli. commen. 20. & in libro de ſubſtãtia orbis ferè per totum, ubi oſtenditur cœlum eſſe æternum &c.

Omnes homines conueniunt in hoc ꝙ indiuidua corporum exiſtentium per ſe ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ in eis eſt principium. Commenta. 7. meta. commen. 5.

Omne quod fit diuiſibile ſemper oportet eſſe, & eſſe hoc quidem hoc, hoc uerò hoc. 7. metaphyſi. commen. & tex. 28. idem primo phyſico. tex. commen. 64. Vbi animaduerte quòd Commenta. exponit hoc habere ueritatem non actu, ſed ſecundum rationem. Vide ſuperius in litera G, ibi generatum omne diuiſibile eſſe oportet, quia latè declaraui ibi hoc.

Omne principium eſſendi eſt principium numeri, & omne principium numeri eſt principium eſſendi. 10. metaphyſi. tex. commen. 7.

Omne ad omne, aut idem, aut aliud. 10. meta. tex. com. 10.

Omne cuius elementum eſt ſubſtantia, eſt ſubſtantia. 12. meta. tex. com. 19. Intelligitur de elemento propinquo, ut gloſat Commen. 12. metaphy. commen. 22.

Omne cuius cauſa eſt generabilis & corruptibilis, eſt generabile & corruptibile. 12. meta. tex. commen. 29. Ibi enim dicit Philoſophus, quòd ſi omnes ſubſtantiæ eſſent corruptibiles, omnia eſſent corruptibilia.

Omnis motor cuius ſubſtantiæ admiſcetur potentia, poſſibile eſt ut in aliqua hora non moueat. 12. metaphyſi. tex. commen. 30. idem. 8. phyſi. com. 4. &. 15.

Omne æternum eſt actio pura, & ꝙ eſt actio pura nõ habet potentiam. 12. meta. com. 30. &. 35. &. 44.

Omne compoſitum ex duobus, quorum alterum poteſt eſſe per ſe, poſſibile eſt alterum eſſe per ſe, niſi ſit compoſitio ſubſtantiæ & accidentis. uerbi gratia, hydromel quia componitur ex aqua & melle, & aqua inuenitur per ſe, neceſſe eſt ut mel inueniatur per ſe. 12. metaphy. commen. 35. idem. in. 8. phyſi. commen. 37.

Omne compoſitum ex duobus oppoſitis ſi inuenitur unum eorum per ſe, & reliquum. 12. meta. commen. 35.

Omnino quorumcũq; ſubſtãtia eſt in ſubiecta materia, horum nihil contingit factum eſſe non exiſtente quadam materia. 1. cœli. tex. commen. 94.

Oppoſitum æquiuocatur in Arabico. primo phyſic. commen. 60. Quod ideo dixit, quia apud Arabes quandoque oppoſitum ſumitur pro termino à quo, & quandoque pro termino ad quem.

Oppoſita quorum potentia eſt potentia contrariorum, non diuidunt uerum & falſum niſi in eo quod innatum eſt recipere illa. tertio phyſico. commento. 24. Idem in prædicamentis in ſermone de oppoſitis, idem. 10. metaphyſi. tex. commen. 15.

Oppoſita duo non poſſe ſimul congregari in eodem, eſt propoſitio communis pluribus una ſcientia. octauo phyſico. commento. 70.

Oppoſitum intelligitur per ſuum oppoſitum. tertio de anima. commen. 21. idem. 1. de anima. tex. commen. 85. 1. cœli. tex. com. 101. &. 2. cœli tex. commen. 40.

Oppoſitio primo & eſſentialiter inuenitur in eis quæ opponuntur in loco. 8. metaphyſi. commen. 4. Conſimile in prædicamentis, in cap. de quantitate, & in. 10. primæ philoſophiæ. in com. 13. uide in concordantijs.

Oppoſita ſola non contingit ſimul exiſtere. 10. metaphyſi. tex. commen. 17.

Oppoſitionis quator modi ſunt. quinto metaphyſi. in cap. de eodem & diuerſo, & in poſtprædictmentis in ſermone de oppoſitis.

Oppoſita & extrema in artibus, & in naturalibus circa idē ſuſceptibile ſemper uidentur fieri. ex libro de ſomno & uigilia, in principio.

Opinio & phantaſia motus quidam uidentur eſſe. octauo phyſico. tex. commen. 26.

Opiniones eaſdem non ſemel, neqꝫ bis, ſed infinities oportet putare perueniſſe ad nos. primo cœli. tex. commen. 22. idem primo meteororum.

Opiniones de mundo ſunt quatuor, aut ꝙ non ſit generabilis & corruptibilis, & eſt opinio Ariſtot. qui fuit primus inter Græcos qui tenuit hoc, & ante ipſum fuit opinio antiqua Chaldeorum. Aut ꝙ ſit generabilis, ſed non corruptibilis, & fuit opinio Platonis, Aut quod ſit generabilis & corruptibilis, & fuit opinio Empedoclis, & Heracliti, Aut quòd non ſit generabilis ſed bene corruptibilis, ut ſunt loquentes in lege Maurorum. Commen. 1. cœli. commen. 102. uide in concordantijs.

Opiniones antiquorum hodiernis temporibus imaginari non poſſumus, neqꝫ perficere eas, quia non ſunt famoſæ. 2. cœli. commen. 72. idem. 1. de anima. com. 26.

Opinio differt à phantaſia. 2. de anima. tex. com. 154.

Opinio Hypolepſis eſt quam ſuſceptionem dicere poſſumus, & circa ea uerſatur quæ aliter ſe habere poſſunt. Alexan. in paraphraſi, cap. de phantaſia.

Opinioni inhæret fides. ſecundo de anima tex. commen. 157. Dicit enim Alexan. in paraphraſi de anima. cap. de phantaſia, quòd opinio nihil aliud eſt quàm aſſenſus cum ratione & iudicio.

Opinionem Plato dixit eſſe copulationem ſenſus & imaginationis, cuius improbatio ponitur in ſecundo de anima. tex. commen. 157.

Opinio uniuerſalis non mouet, ſed opinio particularis. 3. de anima. tex. commen. 58.

Opinio eſt contingentis aliter ſe habere, ſed ſcientia eſt neceſſariorum. 7. metaphyſi. tex. commen. 53. & in ſexto ethicorum. capitulo quarto & in calce primi poſteriorum analyticorum.

Opiniones ſtultas admodum ſcrutari fortaſſe ſtultum eſt. ex tertio de partibus animalium. cap. tertio idem primo topicorum cap. 9.

Opiniones corruptæ de principijs ſubſtantiæ ſenſibilis deſtruuntur in ſcientia naturali, & in ſcientia diuina, ſed diuerſimode: in ſcientia enim naturali tractatur de ſubſtantijs, ut ſunt tranſmutabiles: & de principijs, ut ſunt principia tranſmutationum: & illo modo impugnantur ſibi opiniones corruptæ. Sed in ſcientia diuina ſpeculatur de ipſis ut ſunt principia entium & ſubſtantiæ, & hac ratione deſtruuntur opiniones corruptæ inquantum ſunt principia ſubſtantiæ & entis. ex tractatu. 2. in paraphraſi metaphyſi. in col. 4. Ex hoc patet contra fatuos ſolutio uolentes Ariſtot. fuiſſe uerboſum & ſuperfluum, cùm de eiſdem opinionibus agat in diuerſis ſcientijs.

Opinio ſub exiſtimatione quam Greci hypolepſim uocant, continetur, ut ſpecies ſub genere. Themiſtius ſecundo de anima ſuper ſeptimo.

Oportet diſquiſitores non inimicos eſſe iudicaturis uerum ſufficienter. 1. cœli. tex. commen. 101.

Operationes conſequuntur differentias, quæ ſunt formæ. 3. cœli. commen. ultimo.

Operatio eſt finis ſubſtantiæ compoſitæ, & forma eſt finis materiæ. 2. colliget. cap. 7.

Operationum genera ſunt notiora apud nos, uirtutes uerò ſunt notiores quo ad naturam. ſecundo colliget. cap. 7.

Operationes accipiuntur in diffinitionibus loco formarum ſeu differentiarum, quādo differentiæ rerum latuerint. 4. cœli. commen. 6. & 26. conſimile. 8. phyſi. 32.

Operatio eſt complementum & perfectio operantis. 9. metaphyſi. tex. commen. 16.

Operatio eſt finis potentiæ. Themiſtius. ſecundo de anima. ſuper tex. commento. 33.

Operationibus res diſtinguuntur non figura. Auerro. in. 1. de generatio. animalium. in illo cap. ubi ponitur improbatio antiquorum, in col. 11. contra Gale. & dat inſtantiā de mammis mulierū & marium cum in figura conueniāt, & tamen in mulieribus ſunt propter lac, ut Gale. fatetur, & in maribus ſunt ad tutamen cordis. Ita collum matricis in muliere, licet ſit ſimile peni in mare, tamen in muliere eſt ad extrahendam humiditatem, quæ cauſat delectationem in coitu, ſed penis in mare eſt propter ſemen. Similiter. Gale. retulit in oculo talpæ eſſe omnes tunicas requiſitas ad oculum, præter telam araneā in qua ſit uiſio. Et ideò licet oculus talpæ ſimilis ſit oculis aliorum animalium in figura, non tamen habet oculi operationem. Similiter ouo ſubuentaneo nihil deficit, nec in multitudine, nec paucitate, nec in figura cum ouo coitus, & tamen differunt eſſentiali differentia, quia ex ouo coitus poteſt generari pullus, ſed ex ſubuentaneo nequaquam. Hæc Auer. & hoc etiam facit contra Scotum in. 1. ſententiarum, diſtinctione. 2. de genitis ex putrefactione, qui ex figura, & magnitudine, et colore probat eſſe eiuſdem ſpeciei.

Opera quæ uel non ſunt naturæ communia, uel ſingulorū generum propria, horum nullum alicuius gratia, aut eſt, aut ſit: oculus enim alicuius gratia eſt, ſed cæſius non alicuius gratia eſt, niſi hæc ſit affectio generis propria, ſed ut quæ neceſſario fiant ad materiam & principium quod mouerit, cauſæ eorum referendæ ſunt. Ariſt. in. 5. de generatione animalium. in princi. Inde ſcire poteris differentiam inter ea quæ ſunt ex neceſſitate materiæ, & illa quæ ſunt propter finem. uide etiam in. 2. phyſi. tex. commen. 85.

Opus antiquum ſit ab agente antiquo, & opus nouum ab agente nouo. ex libro deſtructionum diſputatione prima. in ſolutione. 13. dubij.

Opium eſt in fine amaritudinis, & inducit propter frigiditatem ſuam paralyſim, & hoc ſignificat ꝙ amaritudo ſequitur quandoqꝫ frigiditatem, nedum caliditatem. 5. colliget. contra Gale. & medicos. cap. 27. & ibi tollitur reſponſio medicorum ad hoc.

Ordo libri phyſicæ auſcultationis eſt primus inter omnes libros ſcientiæ naturalis. Auerro. in prologo phyſico. & in princi. libri meteororum. idem dicit idem. primo phyſico. tex. commen. quarto.

Ordinata doctrina debet procedere à primis cauſis ſecundum ordinem ad ultimas cauſas. primo phyſi. commen. 1. & ſecundo phyſi. tex. commen. 72.

Ordo in animalibus magis eſt quam in uegetabilibus. ſecū do phyſico. commen. 83.

Ordinis cauſa eſt dignior ordine. 8. phyſi. commen. 15.

Ordinationis cauſa natura eſt, nihil enim inordinatū eſt eorum quæ natura conſtant. 8. phyſi. tex. commen. 15. Vera eſt ut gloſat Commen. in commen. ut in pluribus, quia rarò caſualiter res quædam in natura ſunt extra ordinem.

Ordo completus eſt agere alterum contrariorum continuè. 8. phyſico. commen. 15.

Ordinem impoſſibile eſt recipere illud, quod habet naturam carendi ordine. 3. cœli. commen. 22.

Ordo propria natura ſenſibilium eſt. 3. cœli. tex. com. 24.

Ordo omnium eſt. ſecundo de generatione & corruptione. tex. commen. 57.

Ordines formæ ſenſibilis ſunt quinque. Vide in com. libri de ſenſu, ubi dicit, ꝙ ſunt tres ordines formarum, unus eſt corporalis, ſecundus eſt ſpiritualis, & eſt in ſenſu communi: tertius eſt magis ſpiritualis, & eſt in uirtute imaginatiua. Quorū primus eſt corporalis magni corticis, & eſt forma ſenſibilis extra animam. Secundus eſt eſſe iſtius formę in ſenſu communi, & eſt primus ordinum ſpiritualium. Tertius eſt in uirtute imaginatiua, et eſt magis ſpiritualis. Quartus eſt in uirtute diſtinctiua. Quintus eſt eſſe eius in uirtute rememoratiua, & eſt magis ſpiritualis: recipit. n. medullam eius ꝙ diſtinguunt tres uirtutes à cortice. Auer. in commen. libri de memoria & reminiſcentia. Ex quo patet ſenſationem & iudicium ſenſuum exteriorum non conſtituere aliquem ordinem diſtinctum à iudicio ſenſus cōmunis, quia tunc daretur ſextus ordo: unde uiſio propriè non ſit in oculo, licet fiat mediante oculo: nec auditio ſit in aure, licet fiat mediante aure. Et iſta eſt ſententia etiam lucidiſſimi Themiſt. in. 2. de anima in expoſitione tex. com. 146. ubi ſcribit hæc uerba formaliter: Ex his quæ dicta iā ſunt conſtare arbitror, neqꝫ uiſum in pupilla primum eſſe, neqꝫ auditum in auribus, neqꝫ guſtum in lingua, ſed ſenſus omnes in prima illa ſentiendi ui ſedem habere. Quòd ſi quandoqꝫ diximus quinqꝫ nobis eſſe ſenſus omnes, ex eo accipi uolumus, quinque inſtrumenta haberi, & quinqꝫ canaliculos ſenſibilibus ſpiritibus, quos tanquam à fonte uno per inſtrumenta illa riuatos quinque ſenſibus natura diſtribuit: ſenſum uerò propriè illum primum intelligimus qui inſtrumentis his ceu famulitio utitur. Iam ea quæ extrinſecus deferuntur quinque ſenſibus tanquam diuerſorijs & domicilijs recipi æquum fuit, ac regis ac principis ſedem unam conſtitui oportet: quemadmodum enim quamuis multi magiſtratibus libelliones pragmatici exceptores aſſideant, unus tamen eſt qui ius habeat ſententiæ ferendæ, ita & hîc tametſi multa inſtrumenta machinamētaq́; ſint in quæ rerum ſimulachra recepterítur, una tamen uis arbitra eſt, quæ de omnibus ſciſcat, pronūtiet, iudicet. Hæc illa uis eſt qua nos uiſu uidere, & auditu audire ſentimus, eadem enim potentia percipi actiones ſenſuum neceſſe eſt, quia differentias actionum cognoſcimus. Alexā. etiam in paraphraſi de anima. in cap. de tactu, iſtam etiam ſententiam uidetur tenere, ubi clariſſimè patet Auerroem in hoc à lucidiſſimo Themiſtio non diſſentire, licet cōmunis Latinorum ſententia ſit in oppoſitum, ſed ſi bene conſiderauerint, inuenient iſtam fuiſſe Magiſtri ſententiam: Ariſtot. enim in libro de ſomno & uigilia dixit ſomnum eſſe ligamentum primi ſenſitiui. Vnde Auerro. in commen. dicit: Quòd in ſomno reuocatur ſenſus communis ab inſtrumentis ſenſuum, & ꝙ quidditas ſomni eſt introitus ſenſus communis in corpus, & quòd uigilia eſt motus iſtius uirtutis ad ſua inſtrumenta extra corpus: unde hoc etiam ſignificari poteſt, ut aſſerit etiam, quia uigilanti accidit, ꝙ dum fortiter cognouerit de aliquo quòd nō percipit ſenſibilia tranſeuntia per ipſum, quia tunc contrahuntur inſtrumenta animæ ſenſibilis, & inducunt communem ſenſum ad interius corporis, & ad adiuuandum uirtutem cogitatiuam: uirtus enim cogitatiua uiget apud quietem aliorum ſenſuum: & ideo homo cognoſcit in ſomno futura & non in uigilia. Iſtud igitur eſt potiſſimum ſignum uiſionem non perfici in oculo, ſed per ſenſum communem mediante oculo: ad alia enim fortiter intenti delata ſub oculis non uidemus, quod non contingeret ſi uiſus eſſet in oculo diſtinctus à ſenſu communi ſecundum rem. ¶ Amplius Cōmen. in eodem libro de ſomno & uigilia dicit: Quòd cæci & ſurdi non carent ſenſu communi, ſed inſtrumentis per quæ ſenſus communis uidet & comprehendit ſenſibilia. unde mens Ariſtot. & Themiſt. & Auer. eſt iſta, ꝙ ſenſus communis mediantibus oculis cauſat uiſionem, & dicitur uiſus: & mediantibus auribus cauſat auditionem, & dicitur auditus, & ſic de alijs: non ꝙ ſint uirtutes iſtæ realiter diſtinctæ à ſenſu communi, ut ſunt imaginati Latini. Dicit enim Auer. in ſecundo de anima. in commen. 149. ꝙ Ariſtot. quaſi opinatur ꝙ uirtus primi ſentiētis melius eſt ut dicatur eſſe una forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea per quæ tranſeunt motus ſenſibilium, quouſqꝫ copulentur cum ea, quàm dicere ipſam eſſe unam ſubiecto, & plura ſecundum formam quæ deſcribunt in ea: illud. n. eſſe eſt dignius ei, ut eſt iudicans, iſtud uerò ſecundum ꝙ eſt recipiens. ¶ Amplius Auer. in commen. libri de ſomno & uigilia dicit, ꝙ ſenſus communis uno modo eſt unus, & alio modo multi. Eſt enim unus quia comprehendit omnia quinque ſenſibilia eſt multi quia habet multa inſtrumēta. ſ. oculum, nares, & aures &c.

Ordo librorum & partium totius philoſophiæ naturalis requiratur in. 1. meteo. ab Auer. in princi. primi. cap.

Ordo non eſt niſi aut reſpectu primi poſiti, aut intellecti. 5. metaphyſi. commen. 16. in. cap. de priori, & dicitur ex tex. ubi patet ꝙ prius & poſterius, ſunt etiam ordinis differentiæ. primo phyſi. commen. 41. Vide etiam in prædicamēto quantitatis, ubi probat quantitates non habentes poſitionem habere ordinem, quia habent prius & poſterius. Ex quo patet ꝙ ratio formalis ordinis non poteſt conſiſtere ſine priori & poſteriori Peripateticè loquendo.

Ordinis carentiæ diffinitio eſt exitus à uia naturæ, & rei ordinatæ diffinitio eſt, ut inueniatur ſecundum uiam naturę. Commen. elicit in paraphraſi ſuper. 3. cœli, in ſumma, tertia, contradictione tertia, cap. 2. & hoc ex tex. Philoſophi ibidem, tex. commen. 24.

Ordo non eſt in ſubſtantia. ſeptimo primæ philoſophiæ. tex. commen. 43.

Ordo eſt in omnibus entibus, ſed non eodem modo. 12. metaphy. tex. commen. 52.

Ordo in corporibus cœleſtibus eſt abſqꝫ eo ꝙ admiſceatur eis aliquid per accidens, ſed ordo in his quæ ſunt ſub corporibus cœleſtibus, eſt cum priuatione ordinis quandoqꝫ per accidens. 12. meta. commen. 52. idem. 2. phyſi. tex. commen. 46. & eſt ſententia Ariſtot. expreſſa in primo de partibus animalium. cap. primo. Vide etiam in. 8. phyſico. in commen. 15. & in. 2. phyſi. tex. commen. 82.

Ordo uniuerſi deſtrueretur ſi unus ex cœleſtibus motibus ceſſaret, quia nullus iſtorum motuum eſt ſine neceſſe eſſe, aut ſine bene eſſe. ex libro deſtructio. diſputa. prima in ſolutione. 11. dubij.

Ordo entium ſequitur ordinem intelligentiarum ſeparatarum, ſed ordo noſtri intellectus ſequitur ordinem entium. ex libro deſtruc. diſpu. 3. in ſolu. 18. dubij.

Ordo entium ſenſibilium multos habet gradus, quorum uilior eſt in materia, & nobilior illo eſt in humano intellectu, & nobilior illo eſt eſſe quod habent in ſeparatis intelligentijs. Deinde in ſæparatis intelligentijs dictæ formæ gradus habent differentes adinuicē. ex eodē loco in col. 4.

Ordines entium in nobilitate & pfectione ſunt quatuor. uide. 2. cœli. tex. commen. 64. & 66.

Ordo & forma quæ in primo principio reperiuntur, eſt nobilior ordinum & formarum, & hic ordo eſt principium & cauſa omnium ordinum & formarum, quæ in hoc mundo inueniuntur. ex libro. deſtructio. diſputatio. 3. in ſolutione. 18. dubij.

Orbis non eſt in loco, quia omne quod eſt in loco continentur à loco, ſed extra orbem non eſt locus. primo cœli. commento. 100.

Orbis non eſt in tempore, quia non continetur à tempore. ibidem. uide etiam. 4. phyſi. tex. commen. 118.

Orbis totus eſt quaſi unum animal, & eſt unus orbis in ueritate, cum motus illius ſit unus numero & æqualis in ueritate: & motus ille eſt ſicut motus localis in animalibus, & alij motus qui exiſtunt in orbibus, ſunt ſicut motus particulares qui exiſtunt in membris. ſecundo cœli. commen. 42. idem. 12. metaphyſi. commen. 44. Et in libro deſtru. diſputatio. 3. in ſolutione. 18. dubij.

Orbis nonus ſine ſtellis inueniri apud me eſt remotū, nam orbis eſt ſtellarum gratia, quæ ſunt nobilior pars eius: & propterea quantò plus habet de ſtellis, tantò eſt nobilior cæteris orbibus. Vnde dari orbem ſine ſtellis apud me eſt impoſſibile. in paraphraſi metapphy. trac. 4. in col. 4.

Orbis octauus eſt primus orbis auctoritate omnium antiquorum, Ptolemæus autem poſuit nonum. ſecundo cœli. commento. 67.

Orbis primus excellit in nobilitate & excellentia omnes alios orbes propter tria. 2. cœli. tex. com. 68.

Orbis primus eſt ligatus cum alijs orbibus ſecundum motum & conſequentiam. 2. cœli. com. 70.

Orbis primus mouet alios orbes, ſicut nobilius mouet totum. 2. cœli. commen. 71.

Ordei ptiſana infrigidat & humectat & adiuuat ad expellēdum ſuperfluitates per omnes uias. 7. colliget. cap. 6.

Oris iuuamentum eſt maſticatio cibi, & in ore eſt aliqualis digeſtio. ſecundo colliget cap. 9. de iuuamento membrorū officialium. idem Auicenna cap. de humoribus, in prima primi: Nutriens maſticatione aliquam recipit digeſtionē.

Organizatio latet in plantis. 2. de anima. commen. 6. uide cauſam in. 2. de partibus animalium cap. 10.

Organa triū ſenſuum capiti ſunt demandata, & uide cauſam in. 2. de partibus animalium. cap. 10.

Orizon eſt nobilior centro, quia eſt terminans, & centrum eſt terminatum: & proportio terminantis ad terminatum eſt, ſicut proportio formæ ad materiam. ſecundo cœli. tex. commen. 74. Conſimile ſecundo de generatione & corruptione. tex. commen. 50. & 4. cœli. tex. com. 23. 35.

Orizonti contrarium eſt medium, ſicut contrarietas eſt duorum extremorum lineæ rectæ, quæ quidem maxime aduerſantur. Auerro. in paraphraſi. quarto de cœlo: in ſumma. 1. cap. ſecundo.

Os eſt ſuperius in animalibus, & radices in plantis. ſecundo de anima. tex. commen. 36.

Oſſium magnorum coniunctio requiritur, ut quod ſuſcipit habeat concauitatem, quod ſuſcipitur uerò & ingreditur indiget gibboſitate, quibus natura ligamenta apponit. Gale. 2. de utili. particu. cap. 11.

Oſſa digitorum ſunt ſine medulla, & ſunt dura & ſpiſſa Gale. 1. de utili. particu. cap. 15.

Oſſa leonis exiguam & perobſcuram medullam obtinent. ex ſecundo de partibus animalium. cap. 6. idem tertio de natura animalium. cap. 7.

Oſſa inſtituta ſunt à natura ad ſuſtentandum carnem. 2. de partibus animalium. cap. 9.

Oſſium multitudo in corpore eſt propter multitudinē motuum. 2. colliget. cap. 8.

Oſſa aliquibus membris data ſunt ad cuſtodiam, ut oſſa pectoris. ibidem.

Oſſium & uenarum natura ſimilis eſt, utraque enim ex uno orſa continua eſt, ex. 2. de partibus anima. cap. 9.

Oſſium principium eſt ſpina dorſi. ibidem.

Oſſa leonis ex ſui attritu forti ignem excutiunt. ibidem.

Oſſium maius iuuamentum eſt ad fortificandum & ſtabiliendum corpus, ſunt enim ſicut fundamentum corporis & iuuamentum. Secundum eſt ad tuendum & abſcondēdum, ut os cranei reſpectu cerebri, & oſſa pectoris reſpectu cordis. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium, ubi ponitur etiam tertium iuuamentum, & eſt ut poſſit fieri reſolutio ſuperfluitatum uaporoſarum, ſicut ſunt commiſſuræ quæ ſunt in craneo.

Oſſis & chartilaginis natura eadem eſt, quapropter neutrū præciſum recreſcere poteſt. ibidem.

Oſſa hominis ſunt. 348. abſq; oſſibus paruis quæ replēt ſpatia iuncturarum, & abſq; oſſe epigloris, & abſq; oſſe chartilaginoſo, quod dicunt aliqui anatomici, quod eſt in corde. primo colliget. in cap. de anatomia dentium & oſſium.

Oſſa capitis humani ſunt abſq; dētibus. 23. Auer. 1. colliget. cap. de oſſibus capitis.

Oſſa manus ſunt triginta. ibidem.

Oſſa pedis ſunt. 29. ibidem.

Oſſa ſpōdilium à capite uſq; ad os nominatum, Hagit, ſunt. 24. ſed aliqui ſunt qui habent unum plus, & aliqui habent unum minus. ibidem.

Oſſium omnium ultimum in homine concreſcit quod cerebrum obtegit. 1. de natura animalium. cap. 7.

Os capitis in muliere habet unam ſuturam in orbem, os uiri habet tres. ibidem. licet, ut dicit, uiſum ſit etiam os uiri ſine ſutura.

Oſſa leonis nullam intra ſe continere uidentur medullam, quia ualde exiguam eamq; in paucis continēt. tertio de natura animalium, capitulo ſeptimo. Vide tamen clarius. cap. 10. ubi dicit quòd oſſa leonis partim nullam, partim exiguam admodum habent.

Oſſa non ſemper augentur, ſed pili & his cognata augentur, quandiu inſunt, & magis corpora ægrotant, aut ſeneſcunt, & uide cauſam in ſecundo de generatione animalium, capitulo quarto.

Oſſa præciſa non recreſcunt, nec chartilago rupta reparatur. 3. de natura animalium. cap. 7.

Oſcitantes aut ſpiritum reddente accipientesúe minus audiunt. Ariſtot. in quinto de generatione animalium. cap. 2. & ibi redditur cauſa.

Oſcitatio quid ſit. uide. 3. colliget. cap. 30.

Ouum ſubuentaneum & ouum coitus non differunt in figura, nec in multitudine & paucitate, ſed differunt eſſentiali differentia, quæ eſt forma animata qua pullus eſt pullus. Et ex ouo ſubuentaneo Ariſtot. ſumit argumentum, quòd mas præſtat fœtui ipſam formam, & fœmina materiam, quia in ouo ſubuentaneo nihil defecit niſi receptio formæ animatæ, materia enim in ſe tota reperitur in eo. Auerro. primo de generatione animalium. cap. ubi ponitur improbatio antiquorum. col. 11. Vide Ariſt. etiam ibidem. cap. 195. in primo de generatione animalium.

Oui gallinæ albugo eſt magis omni alia re mitigans in mordicationibus. 5. colliget. 48.

Oui uitello ſine albumine medici noui quare in uulneribus utuntur, uide ibidem.

Oua ſubuentanea ferentes aues ſi coeant, ex ſubuentaneis fœcunda redduntur. primo de generatione animalium. cap. 20. & 6. de natura animalium. cap. 2.

Oua piſcium ouiparorum ubi à fœmina ædita fuerit, mas ſuper ouis ſemen aſpergit. ibidem Ariſt.

Oua & uermis differunt. Alia enim quædam pariunt ouū, quædam uermem, ſed ex ouo una pars eſt materia animalis excogniti, reliqua uerò nutrimentum: ſed uermis in animalibus gignentibus uermem, ut in ſponte naſcentibus, eſt materia generationis animalis tantum, non autem alimentum aliquo modo. Ariſtote. & Auerro. ſententia in principio ſecundi libri de generatione animalium. cap. primo.

Oua ſubuentanea non ſunt reliquiæ partus, quem coitus fecerit. 6. de natura animalium. cap. 2.

Oua aquaticarum auium & terreſtrium differunt, quia oua auium aquaticarum plus lutei continent proportione q̃ albi, & differunt etiam colore. ibidem.

Oua oblonga & faſtigio cacuminata fœminas ædunt, ſed oua rotunda & parte ſui acutiore obtuſa ędunt mares. ibi.

Oua gallina incubante ſi tonuit, pereunt ibidem.

Oua omnia auium ſunt bicolora, & ſimiliter omnium pedeſtrium ſeu quadrupedum, ideſt habent colorem album & citrinum: album uocatur albumen, citrinum uerò uocatur uitellus. ex tertio de generatione animalium. cap. primo in Auerro. & etiam in tex. uide etiam. 6. de natura animalium. cap. ſecundo.

Oua piſcium ſunt unicolora. ibidem. & uide cauſam diuerſitatis, quia oua auium ſunt bicolora, & piſcium unicolora.

Ouum eſt excrementum ſicut menſtruum in fœmina. ibidē.

Oua ſubuentanea ſunt minora & inſuauia propter incoctionem. 3. de generatione animalium. cap. 1.

Oui albumen eſt initium generationis animalis, ex quo animal generatur, uitellus autem ad nutrimentum pertinet. ¶ Et inde etiam colligitur albumen oui eſſe calidius contra medicos, quàm ſit uitellus, qui eſt terreſtrior. ex tertio de generatione animalium. cap. primo & ſecundo. Vide etiam pro hoc Auerro. ibidem. cap. ſecundo ubi adducit rationes euidentiſſimas ad hoc. Et animaduerte bene dicta Auerro. conciliantis dicta Medicorum cum dictis Philoſophorum. Nam Medici concedunt inueniri aliquas res calidiores alijs, quum tamen ſint frigidiores in reſpectu corporis humani: & ideo dicta eorum non contradicunt dictis Ariſtot. Et nota bene hoc, quia in multis deſeruiet tibi.

Oui pars ſuperior eſt magis dura quā inferior, uide cauſam in. 3. de genera. animalium. cap. 2.

Ouorum



Ouorum partus atq; animalium è contrario modo prouenit, animal enim conuerſum in ſuum caput principiumq; exit, at ouum quaſi conuerſum in pedes naſcitur, & uide cauſam. ibidem.

Ouum in utero quomodo augetur. uide ibidem.

Oua tpibus calidis uitiant, ſicut uina fæce ſubuerſa tpibus calidis coaceſcunt. 3. de genera. aïalium. cap. 2.

Ouum à nullo exangui animali generatur. ibidem.

Oui candidum & luteū contrariam nām hñt, luteum enim gelu duratur & coit, calore uerò humeſcit: at candidū gelu non concreſcit, ſed humeſcit potius, & cùm ignitur, ſolideſcit. 3. de generatione animalium. cap. 2. idem. 6. de natura animalium. cap. 2.

Oua plura ſi in patellam conquaſſentur bene, & poſtea decoquantur uſq; ad pepanſim, inuenies ex omnibus luteum in medio, & albumen circūambiens luteum. in. 6. de natura animalium. cap. 2. & uide cauſam ab Auer. in. 3. de generatione animalium. cap. 2.

Oua auium oïa perfecta æduntur, piſcium uerò oua imperfecta æduntur, quapropter ſemine maris aſperſa fœcunda redduntur. ex. 3. de generatione animalium. cap. 5.

Oua gallinarum ſunt meliora cæteris, & decocta cum oleo maximè nutritiua ſunt. 5. colliget. cap. 36.

Oua piſcium nō ſunt bicolora, ut auium, ſed unicolora. 6. de natura animalium. cap. 10.

Oua in cubitu auium aperiri & fœtum excludi naturæ ratio eſt, non tamen ita ſolum oua aperiuntur, ſed etiam ſpōte in terra, ut in Aegypto obruta fimo pulicem procreant, & Syracuſis potator quidā ouis ſub ſcoria in terra poſitis tandiu potabat, donec oua ederent fœtum. Iam uerò & quum in uaſis quibuſdam tepidis eſſent cōcocta, ſponte oua pullos prompſere. 6. de natura animalium. cap. 2.

Oues potu maximè pingueſcunt, quamobrem æſtate ſalem die quinto dare ſoliti ſunt ſingulis centenis ſingulos modios: ſic enim pecus incolume atq; pingue redditur. 8. de natura animalium. cap. 10.

Oues præcipuè ex ſuperabundanti renum pinguedine intereunt, quod ubertate pabuli fit, ut in Sicilia agro Leontino fieri conſtat, quocirca ſerò diei agere oues ad paſcua paſtores loco illius ſolent. Ariſto. 3. de natura aïalium. cap. 17.

¶ De litera P.

PALATVM nōnullis piſcibus uice linguæ datū eſt, uelut iter fluuiales cyprino. Ariſto. in. 4. de natura animalium. cap. 8.

Pallidum nō differt ab albo ſecundū magis & minus, ſed ſecundum qualitatem. 6. phyſi. com̄. 32.

Papilionum generatio ex erucis fit. 5. de natura animalium. cap. 19.

Partuum multitudo & unitas unde proueniat. uide cauſam in. 4. de generatione animalium. cap. 4.

Partus fœminæ tardior eſt, dolor etiam ex fœmina continuus obtuſiorq; eſt, ex mare acer & longè moleſtior. 7. de natura animalium. cap. 4.

Pariundi tempus homini præ cæteris animalibus multiplex eſt, nam & ſeptimo, & octauo, & nono menſe parere poteſt. ibidem.

Partus difficilis eſt mulieribus in ocio degētibus, & quibus non bona latera ſunt, neq; facultas retinendi ſpiritus ſuppetit. 7. de natura animalium. cap. 9.

Panis furfuraceus & fermentatus facilè digerit. & uide cauſam. 5. colliget. cap. 31.

Panis azimus eſt groſſus & uiſcoſus. ibidem.

Panis nimis fermētatus non eſt bonus. uide cām. ibidem.

Parum & multum de neceſſitate ſunt ſub eodem genere. 3. colliget. cap. 31.

Paruum in magno continetur, magnum in paruo haberi nō poteſt. ex. 2. de partibus aïalium. cap. ultimo.

Partes animalium aliæ ſimilares, alię diſſimilares. primo de hiſtorijs animalium. cap. 1.

Partes aïalium diſſimilares aut ſunt eædē ſpecie, aut gñe, aut ꝓportione, aut ſm magis & minus differentes. ibidem.

Partes ſimilares aliæ molles & humidę, aliæ ſiccæ & ſolidæ. ibidem.

Pars ad partem ita ſe habet, ut totum ad totum. 1. de hiſtorijs animalium. cap. primo.

Partes officiales humani corporis ſunt, caput, collū, thorax, brachiū duplex, crus duplex. 1. de hiſtorijs. aïaliū. cap. 7.

Partes interiores hominis ſunt incertæ & incognitæ: quāobrem ad cæterorum aïalium partes, quarum ſimiles ſunt humanæ referentes eas contemplari debemus. Ariſt. 1. de natura aïaliū cap. 16. Nota tamē ꝙ de partibus exterioribus eſt oppoſitum, ut patet in eodem libro cap. 7.

Partes ſimilares quæ ſint, uide in. 3. de natura aïaliū. cap. 2. Vbi animaduerte ꝙ ſanguis īter partes ſimilares ponit, & pituita atraq; bilis, & flaua ponunt inter excrementa ſecūdum Ariſt. & ſunt etiam ex numero ſimilarium.

Parte aliqua corporis opportuna mutata, tota aïalis conſtitutio multò diſcrepat forma, quod ī ſpadonibus eſt cernere. Ariſt. 4. generatione animalium. cap. 1.

Partes exangues nō ſentiunt. ex. 2. de ptibus aïaliū. cap. 10.

Pars ſuperior animalium eſt calidior inferiori, & dextra ſiniſtra, & anterior poſteriori, & mas fœmina. ex. 2. de partibus animalium. cap. 3.

Particulare licet ſit ens in rei ueritate, de eo tñ nō ſit demonſtratio. 12. meta. 28. cō. idem. 7. meta. tex. com̄. 53.

Particulare ſolum eſt ens in ueritate. 12. meta. cō. 27. & 28. & in. 2. de generatione & corrup. tex. cō. 59.

Partes compoſiti ſunt in compoſito in potentia non in actu. Et ideo compoſitum nō eſt in actu unum, in actu & forma per partem dominantem, & ſi non eſſet unum in actu. 10. meta. cōmen. 23. Vbi patet non dari maximum æquale ad pondus, ſed oportet in uero mixto dominari unum elementum, quod habet reſpectu aliorū dominatorū uim formæ, & illud eſt quod largitur mixto motum naturalem, ut dicit Philoſophus, & Cōmen. in. 1. cœli. tex. cō. 7. & 8.

Pars multiplr̃ dicitur. 7. meta. tex. cō. 33. idem. 5. tex. cō. 30.

Pars dicitur duobus modis ſecundum qualitatem, & ſecundum quantitatem. 7. meta. tex. cōmen. 33. & differūt, ut ibi dicitur: Quia diffinitiones partium qualitates ſunt poſteriores diffinitione totius & toto, ſed diffinitiones partiū quantitatis præcedunt diffinitionem totius & tutum. De iſta duplici diuiſione partium, uide etiam in. 1. phy. cō. 5. & 36.

Partes animalium quando anima ſeparatur, dicuntur æquiuocè. 7. meta. tex. cōmen. 35. 37. & 39. idem in. 4. meteo. in fine. idem in. 1. de partibus animalium. cap. 1. habetur, ubi Philoſophus dicit: Ergo ſi animal, uel anima, uel pars animæ, uel non anima eſt: cum primum anima à corpore diſceſſerit, animal eſſe deſinit, neq; membrum ullum niſi figuræ ſuæ ratione idem relinquitur modo eorum, quæ fabulæ tradunt in lapidem trāſiſſe. & ibidem dicit ꝙ homo mortuus quāq; figuræ formam habet eandem, tamen homo non eſt. Adhuc fieri non poteſt, ut manus ſit quocunq; modo conſtans, ut ænea aut lignea, niſi æquiuoca nominis cōmunione, ſicut quę picta, ut q̃ fungi ſuo officio nequeāt: Quomodo nec lapideæ tibiæ ſuū aſſequi munus poſſunt, neq; medicus pictus artem medicabilem exercere poteſt: pari ratione membrorum hominis uita functi nullum id eſſe inſuper poteſt, quod erat cùm uiueret, ut oculus, manus, pes, & reliqua.

Partes rei ſecundum diffinitionem præcedūt rem in eſſe. 1. phyſi. cō. 28. 2. phyſi. 28. 1. de anima. cō. 5.

Partes diffinitionis ꝑcedunt diffinitum. 1. phyſi. cō. 29.

Partium aliæ ſecundum quantitatem, aliæ ſecundum qualitatem. 1. phyſi. cō. 36. & 7. meta. cō. 33.

Partes ſecundum qualitatem ſunt partes eſſentiales, ut materia & forma: quātitatiuæ uerò partes ſunt partes integrales. Vide Alexandrum in paraphraſi de anima. cap. 4. ubi probat animam eſſe inſeparabilem à corpore, de differen-

tia iſta partium contra Stoicos pulchrè, ubi ait non omnes partes corporis eſſe corpora, ſed ſolũ partes quæ pertinent ad quantitatem, non ad qualitatem.
Pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. 2. de anima. cõmen. 2. & primo phyſi. cõmen. 70.
Pars eſt mã totius. 3. phyſi. tex. cõ. 66. & 2. phyſi. tex. cõ. 31.
Pars quando ſeparatur à toto & fit totum, poteſt per ſe moueri. 4. phyſi. cõ. 32. & 5. phyſi. com̃. 1.
Partes mundi mouentur tribus modis, quædam circulariter, quædam ſurſum, quædam uerò deorſum. Cõmenta. 4. phyſi. cõmen. 43. & tex. intelligitur de partibus primariis, ſicut ſunt tria corpora ſimplicia. ſcilicet graue, & leue, & corpus quod neq; graue eſt neq; leue.
Partes conſimilium corporum dum non ſunt diuiſę in actu à toto, ſunt in loco in potentia. 4. phyſi. tex. cõ. 44. & 45.
Pars niſi ſurſum ponatur, non erit in loco, ſed in toto. quarto phyſi. tex. cõmen. 65.
Pars menſurat quid totum, quia totum componitur ex partibus. 4. phyſi. tex. cõmen. 89.
Pars poteſt per ſe moueri quando ſeparatur à toto, & fit totum. 5. phyſi. cõ. 1. & 4. phyſi. cõmen. 32. & 8. phyſi. 27. & primo de anima. 37. & 5. phyſi. 17.
Partes magnitudinis ex quibus generatũ gñatur, ſunt diuerſæ in ſpecie. 6. phyſi. cõ. 59. uide. 4. cœli. com̃. 41.
Partes non mouentur per ſe ad motum totius, neq; mouent per accidens purè ſicut accidentia. 6. phy. cõ. 86. & 5. phy. cõmen. primo. 4. phyſi. 32. 1. de anima. cõ. 37.
Partis natura & totius eadem eſt. 8. phyſi. cõ. 15.
Partes corporis ſimplicis nõ ſimul mouent ſicut mouentur partes corporis figurati, ſicut apparet in circulis qui fiũt in aqua quando lapis cadit in ea. 8. phyſi. cõ. 82.
Partes quantitatiuæ potentia dicuntur eſſe in toto uel potentia pura, & eſt quando ſunt continuè, uel quando ſunt in actu in ipſa re, ſed ſunt illi alligatæ uel inuicem coniunctę, & tunc dicunt eſſe in potentia ſcd̃m poſterius in paraphraſi metaphyſi. tex. 1. cap. de potentia & actu.
Pars mouetur ad totum non ſecũdum q; eſt totum, ſed ſecũdum q; eſt in ſuo eẽ nãli: locus enim ptis & totius unus & idem eſt. 1. cœli cõmẽ. 58. idem Ariſt. in. 4. cœli. tex. cõ. 22. ubi ſcribit q; ſi quis tranſponat terram ubi nunc eſt luna, non mouebitur pars terræ ad totam terram.
Partes animalium aliæ cões, aliæ propriæ. 1. de hiſto. cap. 2.
Partes corporis naturalr ſunt ex natura corporis cuius ſunt partes. 2. cœli. tex. cõmen. 41.
Partium quædam ſunt formales, & quædam materiales. 7. meta. tex. com̃. 35. & 37.
Partes conſimiles quomodo deſcribantur, uide. 5. metaphy. cõmen. 4. & 1. cœli. com̃. 19.
Pars una non operat in actu, ſed in potẽtia, qm̃ unius uir de triginta non mouet nauim ſolus: & cum motio eius coniũgitur cum pparatione & potentia proueniente à uigeſimo, non mouebit nauim neceſſario. 7. phyſi. com̃. 37.
Parmenides mulieres calidiores uiris opinabatur argumẽto copia ſanguinis, quã mẽſtrua fiunt, Empedocles uerò ẽ cõtrario. ex. 2. de partibus animalium. cap. 3.
Parmenides exiſtimabat q; entia ſunt duobus modis uera & exiſtimabilia, & uera ſunt intelligibilia & ſunt unũ, exiſtimabilia uerò ſunt ſenſibilia, & ſunt plura. 1. phy. cõ. 41.
Parmenides aſſeruit primum deorum amorem, dicens; Cunctorum ille Deus primũm produxit amorem ex erratis primi metaphyſi. cap. 2.
Parmenides unum dixit eſſe principium quo ad rationem, Meliſſus uerò quo ad materiam, quia hic quidem finitum, ille uerò infinitum id ait eſſe. ibidem.
Parmenides non ſolùm unam ponit eſſe cauſam, ſed duas aliqualiter. ex erratis primi metaphyſicæ. Quod quomodo ſit intelligendum, uide Alexã. qui adducit uerba Theophraſti in primo libro de rebus naturalibus, & inquit: Parmenides Heleata qui huic. i. Xenophani ſucceſſit, utraq; uia ingreſſus eſt: ſtatuit enim uniuerſum eſſe ſempiternũ, & generationem rerum tueri conatur, non q; ſimilem de utroq; ſententiam habeat, ſed re uera uniuerſum unum eſſe ratus, idemq́; ingenitum & globoſum, ad tuendum generationẽ ex opinione uulgi. rerum apparentium, duo principia facit, ignem et terram: alterum ut materiam, alterum ut cauſam & efficiens. Conſimilem ſententiam ſcribit Cõmenta. in primo phyſicæ auſcultationis.
Parmenides dixit q; ens eſt ſimplex, & q; nulla eſt multitudo omnino. 3. meta. tex. com̃. 16. uide de opinione eius, primo phyſi. tex. cõmen. 23. & com̃. 41.
Parmenides dixit q; intellectus appropriatur hominibus ſecundum complexiones & compõnes eorum, quod etiam Empedocles aſſeruit. 4. meta. tex. com̃. 21.
Paſſiones & motus non ſunt ſine ſubſtantiis. 12. primæ philoſophiæ, tex. cõmen. 25.
Paſſiones nec ratione nec tempore nec generatione poſſibile eſt priores eſſe ſubſtantia, erunt enim ſeparabiles. 7. primæ philoſophiæ tex. cõmen. 47. idem ibidem. tex. cõmen. 4. & primo phyſi. 14.
Patiẽs patitur propter materiam. 9. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 2. uide limitationem ab Auer. in. 3. de anima. cõ. 28. & in cõmen. 5. in principio digreſſionis.
Paſſio aut eſt ad peius, aut ad corruptionẽ. 9. meta. tex. cõ. 2.
Paſſio multis modis dicitur. 5. meta. tex. cõ. 26.
Paſſio quandoq; ſumitur pro omni accidente. 1. phyſi. com̃. 39. quandoq; pro qualitate eſſentiali. primo cœli. cõmen. primo. quandoq; pro tranſmutatione in ſubſtãtia, ut expoſuit ibi Themiſtius.
Patiens quodammõ eſt contrarium, & quodammõ eſt ſimile. 1. phyſi. cõ. 56. idem. 1. de gen. & corrup. tex. cõ. 50.
Paſſio ſemper rei poſterioris eſt. 8. phyſic. tex. cõmen. 69. & eſt ſenſus quòd in permanẽtibus datur primum in quo aliquid eſt genitum, non datur autem ultimum in quo non, et uide cauſam etiam ibi.
Paſſio dicitur dupliciter, cõiter, & proprie. 3. cœli cõ. 1.
Paſſiones omnes ſunt diuiſibiles, aut ſecundum ſpẽm, aut ſecundum accidens. 3. cœli. tex. com̃. 7.
Patiens & faciens neceſſe eſt genere idem eſſe, ſpecie uerò diuerſa. 1. de gene. & corrup. tex. cõmen. 50.
Paſſio eſt merito ſimilitudinis, & actio eſt merito cõtrarietatis. 1. de generatio. & corruptione. tex. cõ. 48. & 49.
Paſſiua & actiua ſunt contraria, & hoc manifeſtum eſt ratione & inductione. 1. de genera. cõmen. 50.
Paſſio ſenſuum eſt diuerſa à paſſione inaĩatorum. 2. de aĩa. tex. cõ. 121. & uide ibi differentias poſitas per lucidiſſimũ Themiſtium. Nam ſenſus non fit mã ſenſibilium, & eius paſſio non terminatur in mutationem, ſed in iudicium.
Paſſio quæ in animantibus & quæ eſt in ſenſibus, non tam paſſio q̃ actus & abſolutio eſt. Them. 2. de anima ſup tex. com̃. 159. & in Themiſtio eſt. 3. de anima. cap. 14.
Paſſio quęlibet facta cum alteratione & tranſmutatione eſt in corpore neceſſario. primo de anima. cõmen. 14. idem. 2. de anima. 57. & 3. de anima. 28.
Paſſiuum & actiuum quodãmodo dicuntur oppoſita. ex. 2. de anima cõmen. 33. idem primo de generatione & corruptione. tex. cõmen. 50.
Pati quodammodo eſt à ſimili, & quodammodo à diſſimili. 2. de anima. tex. cõmen. 54. idem primo de generatione. & corruptione. tex. com̃. 48. & 49.
Pati contrarium eſt ipſi actui. 1. cap. de ſubſtantia orbis.
Paſſio duplex eſt, corruptiua & perfectiuã. 2. de aĩa. tex. cõ. 57. & 58. & 3. de anima tex. cõ. 28. & 7. phy. tex. cõ. 12.
Paſſio ęquiuocè dr̃ de ſenſibus & intellectu. 3. de aĩa. cõ. 18.
Paſſio neceſſaria cõponũtur ex paſſiuis. 1. meta. cõ. 38.
Paſſio eſt in patiente. 3. phyſi. tex. com̃. 19.
Paſſio eſt ſignum materiæ, & operatio eſt ſignum formæ. ex diſputatio. 6. in ſolutione. 6. dubii. & ex diſputatio. 10. in ſolutione. 2. dubii.
Patres caſtigare filios uiriſimile eſt & iuſtum eſt. Ariſtote. in. 3. de generatione animalium. cap. 10. Ita enim probat reges apum eſſe parentes fucorum, quia caſtigantur à regibus fuci.
Pater & mater ſunt tanq̃ cauſæ extrinſecæ remotę: pater tãq̃ agens, & mater tanq̃ materia. 5. meta. cõ. 1.
Pecuniarum exquiſitum ſtudium eſt de deſideriis hominis præter naturam. Auer. in prologo phyſi. Maximè enim res præter naturam eſt, ut dicit Philoſophus uſura, & Apoſtolus eſt idolorum ſeruitus.
Pediculorum generatio requiratur. 5. de natura aĩa. cap. 31.
Pedicularis morbus hominibus gñatur prę nimietate humoris, quo morbo nõnullos periiſſe proditum eſt, ut Alchmanem poetam, & Pherecidem Syrium. ibidem.
Perdices & quæ nondum coierint, & quæ coierint, quarum uſus in aucupiis eſt, quum olfaciunt marem uocemq́; eius audiunt, alteræ implenẽ ouis, alterę ſtatim pariũt: eſt enim genus hoc auium libidinoſum, ut leui indigeat motu cum turget, citoq́; ſecernat. Ariſt. in. 2. de generatione animaliũ cap. 1. & Auer. in cõmen. ibidem. ¶ Ex quo ſcire potes quomodo motus realis põt ex ſpirituali puenire, cõtra illos qui ſunt adeo rudes, qui non poſſunt imaginari intelligentiam poſſę mouere cœlum, niſi realiter inhæreat & informet ipſum cœlum.
Penem immodicum poſſidentes, infœcundiores ſunt his quibus mediocris eſt, & uide cauſam primo de generatione animalium. cap. 6.
Per ſe eſt magis uniuerſale q̃ primum. 2. phyſi. cõmen. 3. & in. 1. poſter. ubi aduerte q; hoc eſt uerum, ut ly primum, ſumitur ibi in. 1. poſter. Sed ſi ſumatur primum ut eſt idem quod ſine medio, ſic aliquid primo ineſt alicui, quod tamẽ non ineſt ei per ſe, nec primo, nec ſecundo modo. dicit enim Themiſt. 2. phyſic. Nauta eſt in naui primo, ſed non per ſe. ſuper tex. 3.
Per ſe dicitur multis modis. 5. meta. tex. cõmen. 23. & in paraphraſi trac. 1. cap. eſſentia.
Per ſyllogiſmos hypotheticos nullum omnino ignotum declaratur, ſed ſolũmodo ea quæ indigent modicula innuitione. Cõmenta. 2. phyſi. cõmen. 3. quod quomodo ſit intelligendum, uide ipſum in. 1. priorum, in digreſſione de ſyllogiſmo hypothetico.
Perfectiones ſeparatas dari à ſubiectis, ut nauta reſpectu nauis, & artifex reſpectu ſui inſtrumenti, non eſt impoſſibile. ex prima diſputa. in lib. deſtruc. in ſolu. ulti. dubii. Et ille eſt locus apertus contra modernos Auerroiſtas, qui de mente Auer. tenent aĩam intellectiuam eſſe uerè formã informantem & non aſſiſtentem, nam de hoc loquitur cõtra Algaçelem, & non recipit gloſam locus iſte, ſicut uides.
Perfectio eſt in principiis magis q̃ in principiatis. 12. meta. tex. cõmen. 40. ubi taxantur antiqui oppoſitum aſſerentes, ut Pythagoras & Leucippus.
Perfectionum propter quas mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur ad ſanitatem: & quædam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ à re, quæ mouetur ad eas ut aſſimiletur eis, ut inueniantur oẽs actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intentionem domini ſui: & iſta eſt diſpoſitio oium entium cum primo principio. 12. meta. cõmen. 37. Vbi ſcire poteris quomodo Deus excelſus eſt perfectio & forma omnium entium. ¶ Hinc patet error modernorum aſſerentium omnem formam formaliter perficere per inhærentiã ſuum formabile, & nullam eſſe formam extrinſecus perficientem, ſicut nauta nauim.
Perfectum eſt maximum in unoquoq; genere. 10. metaphy. tex. cõmen. 13.
Perfectum eſt cuius non eſt poſſibile aliquid extra ſumere, finem enim habet. 10. meta. tex. com̃. 13.
Perfectum non eget aliquo. ibidem.
Perfectius eſt illud, per q̃d acquirit perfectio. 9. meta. cõ. 16.
Perfectum eſt habens finem. 5. meta tex. cõ. 29.
Quod det magnitudo uirtutis
Perfectum unumquodq;, & ſubſtãtia omnis tunc perfecta eſt, quando ſecundum ſpeciem propriæ uirtutis nulla defecerit pars eius q̃ ſecũdum naturam magnitudinis. 5. meta. tex. cõmen. 21. & eſt in cap. de perfecto. Ex quo loco collige dari magnitudinem ſecundum uirtutem, & non ſolũ ſecundum molem. uide in ſimili. 10. meta. tex. cõ. 23.
Perfectio tranſumptiuè dicitur de malis, ut perfectus latro, & perfectus calũniator. ibidem.
Perfectum aliud ſimpliciter, aliud in genere. ibidem.
Perfectum aliud ſecundum quantitatem, & eſt primus modus: aliud ſecundum qualitatem, & eſt ſecundus modus poſitus. ibidem.
Perfectior ſubſtantiæ prouenit ex perfectione in magnitudine & qualitate. Cõmen. ibidem.
Perfectũ eſt cuius finis ẽ ſtudioſus, & ẽ tertius modus. ibi.
Perfectum unumquodque tunc maximè eſt, cùm attingit propriæ uirtuti, & tunc maximè ſecundum naturam eſt. 7. phyſi. tex. cõmen. 18.
Perfectio non eſt diuiſibilis. ibidem. com̃. 18.
Perfecta ſunt quorum nihil inuenitur in eis per quod dicuntur imperfecta in eis, aut extrinſecus, & iſta eſt diſpoſitio primi principii. ſ. Dei. 5. metaphyſi. cõmen. 21. Ex quo patet Deum eſſe ſimpliciter perfectum. idem. 3. de anima. in ſolutione. 3. quæſtionis. in cõmen. 5. & cõmen. 14. & 12. metaphyſi. cõmen. 37.
Perfectio hoĩs eſt per ſcias ſpeculatiuas. Cõmenta. in plogo phyſi. idem Ariſt. in. 10. ethico. cap. 10. Vbi nota q; ſm uiã eius ponentis intellectum adeptum, q; hoc intelligitur tãq̃ in diſpoſitione puia neceſſaria & ultimate diſponẽte ad fœlicitatem, ſic ipſe tenuit. in. 3. de anima. com̃. 36.
Perfectum redditur q̃d imperfectũ eſt in rebus in qbus unũ eſt impfectius, aliud uerò perfectius adiectione perfectionis. Alexander in paraphraſi de anima. cap. ultimo.
Perfectio diuina maxima eſt cui omnia entia appetunt aſſimilari ſecundum q; poſſunt. 1. phy. tex. cõ. 81. & 2. de anima. tex com̃. 34. & 2. cœli tex. cõmen. 64.
Perfectum autem nullum eſt ut ſit finem non habens. tertio phyſic. tex. cõmen. 64.
Perfectio eſt indiuiſibilis, quia eſt finis rei naturalis, & finis eſt indiuiſibilis. 7. phyſi. cõ. 18. idem. 6. phyſi. cõ. 46.
Perfectiones ſunt ſimiles perfectioni circuli, quemadmodũ enim circulus non eſt circulus ante finem, ſimiliter eſt in aliis perfectionibus. 7. phyſi. cõ. 18. & habetur in textu.
Perfectio quælibet neceſſe eſt in re q̃ perficitur. 8. phy. cõ. 4.
Perfectum eſt natura prius & tẽpore, & rõne impfecto, & incorruptibile corruptibili. 8. phyſi. tex. com̃. 75.
Perfecti diffinitio eſt cui additio fieri non põt. 8. phy. cõ. 75. idem. 1. cœ. 4. & 12. & 5. meta. cap. de perfecto.
Perfectum dicitur de formis & qualitatibus. 1. cœli. com̃. 3. idem in paraphraſi in ſum. 2. ubi dicit: Quod dicitur de formis & qualitatibus, & uniuerſaliter de reliquis pdicamentis: totum autem dicitur magis accõmodatè, de quantitate continua, & omne de quantitate diſcreta. Nam talia, omne, totum, & perfectum, ſunt idem ſecũdum formam, ſed differunt ſecundum materiam & ſubiectum de quibus dicuntur, ut dicitur in textu.
Perfectum deficere impoſſibile eſt. 1. cœli. tex. cõ. 4.
Perfectum eſt q̃d non recipit additionẽ, nec fert in aliud eẽ. Cõmen. ibidem. uide idem. 8. phyſi. 75. & 7. phy. 18. & 2.
Perfectum eſt prius natura imperfecto. 1. cœli. tex. cõ. 18.
Perfecti diffinitio eſt cui non poteſt additio fieri. 2. cœli. cõ. 23. idem. 1. cœli. cõmen. 4. & 12.
Perfectio duplex alia eſt generationis, alia rei gñatæ. 4. cœli cõ. 22. idem. 1. phyſi. cõ. 24. & 70. & 8. meta. cõ. 12.
Perfectio de anima rationali & aliis uirtutibus aĩæ dicitur ferè pura æquiuocatione. 2. de anima. cõ. 7. & 30. idem. 3. de anima contra Alexandrum. cõmen. 5.
Perfectio eſt finis & complementum perfecti, & finis nõ ſeparatur à finito. ex. 2. de anima. com̃. 22.
Perfectum tale eſſe dicimus quod poteſt efficere quale ipm̃. 4. meteororum. tex. cõmen. 19.
Perfectum quantò aliqd magis in eſſe fuerit, tantò magis pfectum erit in eſſendo uerum. 2. meta. tex. com̃. 4.
Perfectius eſt natura prius. 8. phyſi. cõ. 59. & tex. cõ. 75.
Perfectioris rei motus pfectior eſt. 8. phyſi. tex. cõ. 58.
Perſpicuum eſt q; aer, & aqua, & quęcũq; etiam tametſi ſo-

Pater

lida ac dura ſunt ꝓprijs coloribus carent. Alexander in paraphraſi de anima. cap. 12. ubi oñdit quæ ſint ſenſibilia per ſe, & q̃ per accñs. Inde ſcias nõ eſſe mixtũ coloratum eſſe, ſic neq; oẽ mixtum ſaporem habet, ut alias notaui.

Perſpicui uberior aut exilior mixtio differentiã colorum efficit. ibidem Alexander.

Perſpectiuus de Iride & alijs apparẽtijs meteorologicis aſſignat cauſas remotas, & naturalis cãs propinquas & ſenſui manifeſtas. Cõmenta in. 3. meteo. cõ. 2. prope finem.

Pes dexter eſt motus eſſentialiter, pes autem ſiniſter eſt motus motu accidentali, quia animal primò mouet pedẽ dextrum, deinde ſiniſtrum ut ſuper illum ſuſtentetur. 2. cœli. cõmen. 8. in paraphra. autem ſuper. 2. cœli ſum. 2. quæſito primo, dicit quòd animal prima intentione mouet pedem dextrum, ſiniſtrũ uerò ac ſi per eius motum repetere uelit motum partis dextræ.

Philoſophia inuenta fuit & deſtructa infinities. 12. meta. tex. com. 50. idem primo cœli. tex. com. 22. & primo meteororum. & in. 3. de anima. com. 5.

Philoſophorum legales reperiuntur inimici. ex procemio libri deſtructionum. Vnde legitur in uia Ariſt. ꝙ fuit accuſatus hæreticæ prauitatis apud ſacerdotem ſummum Athenienſium, qui uocatus noluit accedere: dixit enim non ſinam Athenienſes bis in Philoſopbos peccare: pauloante enim Socra. morte dãnarunt.

Philoſophi non abhorrent cõcedere infinitum per accñs, & ꝙ una reuolutio ſeu motus in infinitũ ſit ante alium per accidens. ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſolutione. 5. dubij.

Philoſophus habet dare cãs formales & finales ſubſtantiæ ſenſibilis. i. diuinus. 12. primæ philoſophię. cõ. 6. Nam prĩma forma & primus finis à metaphyſico conſideratur. 4. primæ philoſophiæ. cõ. 1. &. 3. meta. cõ. 3. & hoc etiam declarat Cõmen. in com. 5. 12. metaphyſi.

Philoſophus. i. diuinus ponit has duas cauſas, mouentem & materialem, principium ꝑſcrutationis de duabus alijs cauſis: & primo cauſam materialem, & declarat illam per propoſitiones illas eaſdem quibus uſus eſt in ſcientia naturali. Et ideo uideť ꝙ hæc conſideratio non eſt propria huic ſciẽtiæ, ſed eſt pars ſcientiæ naturalis: ſed quia uicinæ ſunt hæ duæ conſiderationes, & neceſſe eſt uti una earum in altera quaſi principio: ideo fecit rememorationem de hoc quod declarandum eſt in ſcientia naturali, ſed tamen hoc magis generaliter q̃ in ſcientia naturali. Cõmenta. 12. meta. cõ. 6. conſimile uide in. 2. meta. com. 6. contra illos qui dicunt Ariſto. fuiſſe rudem in prima philoſophia, quia non uideť conſideratio eius alia à conſideratione naturali. Cõmenta. enim reſpondet ad hoc dicens, ꝙ iſtæ duæ ſcientiæ uicinæ ſunt. ſ. ſcientia quæ conſiderat de principijs ſubſtantiæ mobilis in eo ꝙ eſt mobilis, & quæ conſiderat de eis in eo ꝙ ſubſtantiæ: & ideo poſſibile eſt uti his propõnibus magis generalibus q̃ in ſcia naturali, non in eo ꝙ eſt ſubſtantia mobilis, ſed in eo quod eſt ſubſtantia ſimpliciter. *Cõtra Frã. ã Mayro.*

Philoſophi ſcientia eſt entis inquantum ens uniuerſaliter, & non ſecundum partem. 11. primæ philoſophiæ. cap. 3. ubi manifeſtè per totum illud caput oſtenditur ſcientiam diuinam eſſe de quidditatibus rerum ſub rationibus tranſcendentibus & uniuerſalibus, & ꝙ non cõſiderat quidditates rerum in particulari præſertim illarum quę ſecundum eſſe non abſtrahunt à materia ſenſibili & motu.

Philoſophia prima de his duobus cõſiderat. ſ. de ente inquã tum ens, & de principijs & cauſis entis inquantũ ens. Cõmenta. in com. 1. ſuper. 12. metaphyſi. authoritate Alexan. quod non eſt intelligendum cum præciſione, ut notaui in expoſitione mea ſuper illo libro.

Philoſophiæ tres erunt theoricæ, mathematica, phyſica, & theologia. 6. meta. tex. cõmen. 2.

Philoſophiæ diuiſionem ſecundum animi poteſtates, uide à Simplicio primo phyſi. in prologo, & à Ioanne Grammatico in principio de anima.

Philoſophia eſt animæ perfectio, & eſt corporis medicina. Simplicius in prologo primi phyſic. & colligitur ex ſententia Philoſophi. 1. ethicorum. cap. 17. & ex. 4. meta. tex. cõ. 18. ubi inquit: Quòd ita homo dicitur curare de ueritate, ſicut infirmus de ſanitate.

Philoſophia non conſiderat niſi de rebus entibus extra animam. 1. meta. tex. cõmẽ. 44. ¶ Nec intelligitur ut intellexit Ioan. de Iãduno, & Bononienſes, ꝙ ſcientia cõſiderat res & rerum quidditates ut concernunt actualem exiſtẽtiam, unde aſſerũt diffinitiones & demõſtrationes eſſe de actualiter exiſtentibus ſecundum ꝙ exiſtũt. ¶ Sed iſta opinio ſtare non poteſt, quia res exiſtentes ſecũdum ꝙ exñtes apud Peripateticos, ſunt ſingulares: nõ enim dantur uniuerſalia extra animam exiſtẽtia, ſicut poſuit Plato. 3. de anima. cõ. 18. & primo de anima. cõmen. 8. &. 12. meta. cõ. 4. Sed de ſingularibus quatenus ſingularia ſunt, nõ eſt diffinitio neque demonſtratio, ut patet. 1. poſterio. &. 7. primæ philoſophiæ, ubi etiam habetur ꝙ ſingularibus æternis ſub ratione qua ſunt ſingularia, non eſt diffinitio, ut patet ibi in tex. cõmen. 55. & eſt unus ex erroribus contingentibus circa uniuerſale. ¶ Amplius Them. expreſſe dicit in. 1. poſter. in illo capite: Eorum autem quæ ſæpe fiunt ꝙ non demõſtratur eclipſis de hac luna quæ cernitur, neq; hæc eclipſis quę in hoc tempore ſit: ſingularium enim & exiſtẽtium eſt ſenſus & non intellectus, quia intellectus & ſcientia eſt uniuerſalium, ut patet. 2. de anima tex. cõmẽ. 60. Amplius iſta opinio manifeſtè eſt contra ſententiam Auer. in ſua paraphraſi ſuper. 4. cœli & mũdi, in ſum. 3. cap. 1. cõtra Them. expreſſe enim ibi ſcribit hæc uerba: Nos autem dicamus perfectius diffinitiones conſtitui ex genere & differentia, quarum neutra à diffinitio ſeiũgi poteſt, quia pars eſt diffiniti, ut in poſterioribus oſtenditur. Quòd autem ꝓpriè rei actiones conſtituant loco differentiæ in rebus, ubi differẽtiæ non apparent ſecundum ſe totum, uti in palmæ diffinitione dicimus ipſam eſſe arborem dactylum producẽtem, quod & ibidem oſtenſum eſt: quemadmodũ igitur huiuſmodi diffinitiones fieri ſolẽt ubi primum ꝑfectumq; diffinitionum genus haberi non põt, & quando tunc loco differentiæ actio ſumitur, non eſt intentio ꝙ hæc ipſa inuenta ſit in actu: ſiquidem interdum inuẽnta eſt actio, quandoq; minime. Differentiæ autem & ꝙ illarum fungitur officio ſeparari quidem nequeunt, alioquin nõ eſſet palma niſi dum dactylorũ fructũ ꝓducit, ſi intentio eius eẽt in eius diffõne dactyli productio actu, quod falſum eſſe conſtat: ſed ponit loco naturalis differẽtiæ, de cuius more eſt ut talis actio ꝓueniat, ſiue hæc ipſa actio procedat ab ea ſemper, ſiue non ſemper etc. Per ens igitur extra animã, non intellexit Com. rem exñtẽ ſm ꝙ exñs, ſed rẽ hñtẽ eſſentiã, ſeu q̃dditatẽ ad dĩam non entium, ſicut ſunt figmẽta, & uniuerſaliter quæ ſunt impoſſibilia, & non habentem conceptum intelligibilem de eis: & ſic intelligitur dictum Cõmenta. 2. phy. cõ. 71. dum dixit primam philoſophiam eſſe de rebus exiſtentibus inquantum exiſtunt. i. conſiderat entia inquantũ entia ſunt, ut dicit Phs in prin. 4. & ẽt in princi. 6. primæ phiæ. De hoc tamẽ alibi diffuſè ſcripſi in quæſtione quadam ordinaria, de tpis quidditate, ubi late uiam iſtam impugnaui.

Philoſophia prima conſiderat maximè de principijs, q̃ ſunt prima in eſſe & in cognitione. primo metaphyſi. commen. 50. idem in procemio metaphyſi.

Philoſophia prima balbutiens uiſa eſt de omnibus nouũ exiſtens circa principium & primum. 1. meta. tex. cõmen. 51. Conſimilem ſententiam inuenies in. 7. primæ philoſophię cap. 2. apud Auicẽ. ubi inquit: Ars quælibet in ſui exordio eſt cruda & imatura, ſed maturatur poſtea, & deinde paulatim decoratſ & perficitur: talis fuit antiquitus philoſophia apud Græcos, primum quidem perſuaſibilis ſcilicet rhetorica, deinde quia incidit deceptio in ea, fuit dialectica in una ex partibus eius ſcilicet naturali, quæ apud plures eorum fuit uſitata.

Philoſophiæ natura eſt quęrere maximam perſcrutationem. 2. metaphyſi. cõmen. 1. tex. 15.

Philoſophia prima propriè cõſiderat de prima forma & primo fine. 3. metaphyſi. cõmen. 3. & cõmẽ. 4. idem in ꝓlogo ſuo ſuper. 1. phyſic. & . 4. meta. cõmen. 1. & . 7. metaphyſic. cõmen. 5. & . 9. & . 12. meta. cõmen. 6.

Philoſophus eſt ille qui ſcit principia & cauſas ſubſtãtiæ. 4. meta. cõ. 2. ubi ꝑ Philoſophũ intelligas diuinum: ſcia enim diuina per antonomaſiam dicit philoſophia prima, uia naturæ & nobilitatis, licet uia doctrinæ ſit poſtrema.

Philoſophia uera differt à logica per modum ſcientiæ: philoſophia enim conſiderat de ente conſideratione demõſtratiua, logica autem cõſideratione probabili, ſophiſta uerò diuiditur ab eis per intẽtionem intentã in uita: ſophiſta enim intendit ſe uideri Philoſophũ, ut acquirat gloriam aut aliud gratiarum humanarum, Philoſophus uerò tantum intendit ſcire ueritatem. 4. meta. tex. cõmen. 5.

Philoſophus debet conſiderare de priuatione, quia priuatio eſt una diuiſionum oppoſitorum, & Philoſophus debet cõſiderare de oppoſitis. 4. meta. tex. com. 6.

Phyſicæ & ſecundæ philoſophiæ modo quodã opus eſt circa ſubſtantia ſenſibiles ſpeculatio. 7. meta. tex. cõ. 39. Pondera quia dixit, quodam modo, & ꝓ hoc uide in. 7. primæ philoſophiæ. cõmen. 5. &. 9. &. 39. &. 12. meta. primo. 5. & 6. &. 29. cõmen. & alibi infinities. Facit pro opinione tenẽtium ſubſtãtiam ſenſibilem ſeu naturalem eſſe ſubiectum philoſophiæ naturalis, quæ dicitur ſecunda philoſophia ſecundum ordinem naturæ, non ſecundum ordinem doctrinæ, ut bene notat Cõmen. ibi in cõmen. 39. & etiam in. 2. primæ philoſophiæ. cõ. 3. & Auicẽ. in principio ſuæ meta. unde in. 7. meta. cõmen. 39. dicit ꝙ Philoſophus naturalis conſiderat de ſubſtantijs ſenſibilibus inquãtum ſenſibiles ſunt, ſed primus Philoſophus inquantum ſubſtantiæ ſunt, & ita dicit in omnibus præinductis authoritatibus. Ad primum enim Philoſophum ſpectat omnia cognoſcere ſub rationibus tranſcendentibus & uniuerſalibus, quia ſapientis eſt omnia cognoſcere, ut contingit, ut dicitur in procemio primæ philoſophiæ.

Phyſici eſt de anima quadam ſpeculari quæcunq; non ſine materia eſt. 6. meta. tex. cõmen. 2. uide ample in primo de partibus aĩalium. cap. 1. ubi animaduerte ꝙ tãetſi Cõmen. in. 2. phyſic. cõmen. 26. & in. 3. de anima, cõmen. 17. teneat conſiderationem quidditatiuam naturalis ſe extẽdere uſq; ad intellectiuam, quæ eſt immaterialis & abſtracta apud Ariſtote. ſecundum eius ſententiam, Ariſtote. tamen in illo loco tenet oppoſitum, ſicut uidere poteris in concordantijs nuper æditis.

Phyſica eſt ſophia quædam, ſed non prima. 4. meta. tex. c. 7.

Phyſici quidam putantur de tota natura dicere & de ente. 4. meta. tex. cõmen. 7.

Phyſici eſt cõſiderare de omni anima, aut tali. primo de anima. tex. cõmen. 15.

Phyſicus diffinit per materiam, & dialecticus per formam. 1. de anima. tex. cõmẽ. 16. idem. 2. phyſi. 18. 19. &. 92. &. 7. metaphyſi. 34. 35. 39. 37. 55. &. 8. phyſi. 52.

Phyſicus tenetur conſiderare quæcunq; mota mouent, quæcunq; autem non, non ſunt amplius phyſicæ conſiderationis. 2. phyſi. com. 71. uide. 1. phyſi. com. 11.

Phantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum ſecundo de anima. tex. cõmen. 161.

Phantaſma ſeu uiſio differt ab inſomnio. ex lib. de ſomno. uide Them. in lib. de inſomnijs. cap. 3.

Phantaſia omnis aut rationabilis aut ſenſibilis eſt. tertio de anima. tex. commen. 56.

Phantaſia cùm mouet non mouet ſine appetitu. tertio de anima. tex. commen. 50.

Phantaſia deliberatiua in ſolis rationabilibus eſt. tertio de anima. tex. cõmen. 56.

Phãtaſma Socratis, & notio Socratis non ſunt idem. Them. 3. de anima. cap. 55. Inde collige contra illos qui tenẽt ſenſationem realiter non diſtingui à ſpecie ſenſibili.

Phantaſia nõ eſt idem cum ſenſu. 4. meta. tex. com. 24. idem 2. de anima. tex. com. 153.

Phantaſia eſt diſtincta à ſenſu. 2. de anima. tex. cõ. 156.

Phantaſia non eſt in omnibus animalibus. ibidem.

Phantaſia & opinio motus quidam eſſe uidentur. 8. phyſic. tex. commen. 26.

Philomythes aliqualiter Phs eſt fabula enim ex miris conſtituitur. ex procemio primæ philoſophiæ.

Philoſophantium plurimi ſolas eas quæ in materiæ ſpecie cauſas putauerunt eſſe principia. ibidem.

Pica uoces plurimas cõmutat: ſingulis enim ferè diebus diuerſam emĩtit uocem. 9. de natu. anima. cap. 13.

Piſces parui magis laudabiles ſunt, quia in animalibus quæ naſcuntur in aqua magnitudo corporis ſignificat multã humiditatem: & propterea multæ ſquamæ & ſpinæ laudantur in eis, quia ſignificant rem contrariam ſuæ complexioni. 5. colliget. cap. 30. & 33.

Piſces fluuiatiles & lacuſtres optimi ſunt poſt partum & ſeminis genitalis emisſionem, ut plurimum. 8. de natura animalium. cap. ultimo.

Piſcium generatio ex ouo differt à generatione auium, eo ꝙ alterum caret umbilico qui ad membranam teſte ſubditã tendat, alterum autem qui auibus ad uitellum fertur, habet meatum. 6. de natura animaliũ cap. 10. Vide pro iſta differentia ibidem cap. 3. ubi oſtendit quomodo in prima auiũ generatione duo uenales meatus à corde exoriũtur. Et ex illo loco experimento ſenſato ſcire potes cor eſſe uenarum principium, contra Galenum.

Piſcium guloſus omnium maximè mugilis eſt atq; inſatiabilis, quãobrem uentre diſtento graueſcit, & niſi ieiunus ſit, hæret iners. 8. de natura animalium. cap. 2.

Piſcibus cum hominibus annus bene cedit, tunc & piſcibus feliciter degere contingit. 8. de natura aĩalium. cap. 19.

Piſcibus cõmodiora ſunt loca q̃ algarũ copia ſcatent. ſuprà.

Piſcibus uniuerſis morbus peſtilens nullis incidere uideť, ut hominibus, & quadrupedum generi, equis, & bobus, & reliquis tum feris tum urbanis. ibidem.

Piſces habent olfactum & auditum, & probatur experimentis multis in. 4. de natura animalium. cap. 8.

Piſces dormire multis experimentis oſtenditur. 4. de natura animalium. cap. 10.

Piſcium fœminæ ſunt uiuaciores maribus, ut conſtat, eo ꝙ fœminæ uetuſtiores quam mares capiuntur. 4. de natura animalium. cap. 11.

Piſcibus anni ſicci morboſi, auibus uerò anni pluuioſi ſunt. 8. de natura animalium. cap. 18.

Piſces qui non bronchias, ſed fiſtulam hñt, ut delphini, balenæ, & reliqua cete, aĩal generãt, & ſpirant, & aerẽ recipiũt, habent enim pulmonẽ: uiſus eſt enim delphinus dormire ac roſtro emerſo ſternere. 6. de natura aĩalium. cap. 12.

Piſces licet non habeant pulmonẽ per quẽ reſpirẽt, natura tñ loco eius poſuit nares in genis eorũ, in q̃bus ſunt parua foramina per quæ ingreditur uapor aquæ, & nõ aqua. Auer. in. 3. de partibus animalium. in cap. de pulmone.

Piſcium nullus teſtes nec intus nec extra habere cõpertũ eſt, nec ſerpentes, nec ex his aliq̃d q̃ pedibus carent, ſed eius uice meatũ excremento gñationiq; accõmodatum eundem habent. ex. 4. de partibus aĩalium, cap. 11. prope finem.

Piſcium quoddam genus non eſt neq; mas neq; fœmina, ut anguilla, & genus mugilum quoddam in fluuijs lutulentis. Ariſt. in. 2. de gñatione aĩalium. cap. 4. iuxta dimidiũ capĩi.

Piſces littorales præſtantiores ſunt pelagicis, quippe qui & copioſiore & meliore cibo nutriantur. 8. de natura animalium. cap. 13. & ibidem require qui littorales, & qui Pelagici ſunt, & qui ancipitis naturæ.

Piſces in thorace non habent niſi cor, & ideo carent uoce cũ pulmonem non habeant. 6. de utili. parti. cap. 2.

Piſces odorant ſine anhelitu. 2. de anima. cõ. 76.

Piſces in Acheloo fluuio uociferant per bronchas, & illa uociferatio eſt æquiuoca. 2. de aĩa. tex. com. 87.

Piſces non habent ueram uocem propter tres cauſas. 2. de anima, tex. cõmen. 91.

Piſces ouipari uigent uere donec pariant, uiuipari autem autumno. 9. de natura animalium. cap. 37.

Piſcis cẽtipeda cum hamum deuorarit, euomit foras ſua in

teriora donec hamũ eijciat, tum recipit intro, & ualet eadẽ qua ante ſalubritate. 9. de natura aĩalium. cap. 37.
Pingue omne exangue eſt. 3 de natura aĩalium. cap. 19.
Pingueſcunt omnia aĩalia, quibus uenter calidus eſt, quiete & ĩmotione. 8. de natura animalium. cap. 6.
Pinguedines ſunt mitigatiuæ dolorum, & pinguedo anſeris ſecundum Galen. in hoc eſt fortior pinguedine gallinæ. 5. colliget. cap. 13.
Pingue omne calidum eſt. 3. de partibus animalium. cap. 9. uide etiam pro hoc Gal. in. 4. de utili parti. cap. 9. ubi adducit duas rationes ad probandum ꝙ pinguedo ſit calida, primò ex ſenſu, quia utimur illa pro oleo: tum quia citò inflãmatur, nullum autem frigidum citò inflãmatur. uide etiam Ariſt. 2. de partibus animalium. cap. 5. ubi dicit ꝙ pingue ĩnter humida cõmune ignis & aeris eſt. & tamen Medici dicunt ꝙ generatur cum frigido, cogita.
Pinguia aĩalia minus ſeminis hñt quã macilenta, & ſunt magis infœcunda. 1. de generatione aĩalium. cap. 18. & 19.
Pilorum ſignificatio ex colore pro maiori parte non uerificatur niſi in climatibus tẽperatis. 4. colliget. cap. 8. & eſt ſententia Galeni in. 2. paruæ artis.
Pili quandiu inſunt augentur, & alia his cognata, ut ungues, & magis cum corpora ægrotant aut ſeneſcũt: oſſa uerò nõ ſemper augentur. & uide cauſam in. 1. de generatione animalium. cap. 4. prope finem.
Pili in defunctis augent̃, ſed naſci nequeũt. ibidẽ, ꝓpe finẽ.
Pilus ẽ ſiccius oĩbus mẽbris, & poſt ipſum os, & poſt illud chartilago, & poſt illã ligamẽtum, & poſt illud pãniculus, & poſt uenæ pulſatiles, poſtea neruus. 2. colliget. cap. de cõplexionibus membrorum conſimilium.
Pili criſpi duriores ſunt ꝗ̃ recti. 5. de generatione aĩa. cap. 3.
Pili Scytharum & Thracũ ſunt prolixi & ſimplices, Aethiopum uerò criſpi. ibidem.
Pilorum materia eſt excrementum aereum cutis, cuius indicium eſt ꝙ ſi cutis incidatur, non naſcuntur ibi pili. Auer. 5. de generatione animalium. cap. de uarietate pilorum, & ĩbi dicit ꝙ ex cute duo excrementa deciduntur ſicut ex reliquis membris, unum eſt humidum, ſed humidum diſſipat̃, ſiccum uerò pilorum eſt materia.
Pilus ſm Galenum generat̃ ab uno uapore fumoſo aduſto. contra quem uide. 2. colliget. cap. 8.
Pili materia eſt uapor, quem natura attrahit & conuertit in pilum, ut corpus mundificetur à mala materia ex corpore. ibidem Auer.
Pili pileo uel alio tegmine intecti celerius caneſcunt. 5. de generatione aĩal. cap. 5. & ibi uide cauſam.
Pili ruffi celerius caneſcunt ꝗ̃ nigri: imbecilla enim queq; celerius caneſcunt, atqui ruffitas eſt quaſi imbecillitas pili. 5. de generatione animalium cap. 6.
Pilorum craſſitudinis ac tenuitatis cauſa eſt cutis potiſſimũ, alijs enim craſſa, alijs tenuis eſt, & alijs & rara, alijs denſa eſt. Ariſt. 5. de generatione animalium. cap. 5. Et inde collige ꝙ ex cutis tenuitate & pilorum et unguium poſſumus ĩudicare de ingenij bonitate.
Pilorum longitudinis & breuitatis cã eſt multitudo, aut paucitas humoris. 5. de genera. anima. cap. 3.
Pilorum diuerſus color in cæteris aĩalibus cauſatur à cuti ꝑterꝗ̃ in homine. 5. de genera. animal. cap. 5.
Pili inueniuntur ob neceſſitatem excrementi calidi eleuatĩ ad cutim, uerũtamen quãdo natura poteſt huiuſmodi excremento uti pro aliqua utilitate id facit: ſin autem, ponit ipm̃ in loco, ubi non noceat operationibus animalium, ut ſunt pili pectoris, & qui prope pudenda exuberant, & ꝓpterea lex non prohibet abradere huiuſmodi pilos. Auer. in. 2. de partibus animalium, caplo de membris uiſus.
Platonis maior ratio, qua fuit motus ad ponendum Ideas, fuit ex generatione animalium ſine ſemine & plantarum, ĩn quibus uidetur ꝙ generatio talium ſit à ſuo ſimili ſecundum formam. Auer. ſententia in. 7. primæ philoſophiæ. cõ. 31. & 22. primæ philoſophiæ. commen. 13. & 18. uide pro hoc etiam lucidiſſimum Themiſtium in ſua paraphraſi ſuper primo de anima, cap. 24.
Plato duo conſtituit infinita, magnum & paruum, ſed Pythagoras ſolum numerum parem dicit eſſe infinitum. 3. phyſi. 26. & 27. Et nota ꝙ Porphyrius dixit ꝙ Ariſto. etiã ſequit̃ opinionem Platonis in hoc, ut dicit Cõmen. diſputa. 3. in ſolutione ultimi. ſed ipſe nõ approbat, ſed dicit ꝙ iſta opinio Platonis eſt magis propinqua ueritati.
Plato poſuit multitudinem in entibus prouenire à mediatoribus, Pythagoras uerò à materia, alij uerò ab inſtrumentis. ex libro deſtru diſpu. 3. in ſolutione. 12. dubij.
Plato per magnum & paruum mãm ſignificabat, per unum uerò cauſam efficientem & formam. 1. phyſic. tex. 32. uide Themiſtium primo de anima. cap. 12. in fine.
Plato poſuit numeros eſſe principia, & numerus non eſt infinitus, nec in diuiſione neq; ĩ augmẽto: (ſm Platonem) nõ in diuiſione, quia terminat̃ ad unitatẽ: neq; in augmẽto qa uſq; ad decem Plato facit numerum. 3. phyſi. 61.
Platonis dictum ꝙ Deus creauit Angelos manu, deinde ꝑcepit eis creare alia mortalia & ipſe remanſit in quiete, nõ eſt intelligendum ad literam. 12. meta. cõmen. 44. require iſtud Platonis dictum in Thimæo.
Plato poſuit in homine intellectum alium mortalem, alium immortalem: & non diſcordat Ariſto. in hoc ab eo. Them. 3. de anima, cap. 37. & 38. ubi dicit: Neq; enim intellectus ĩ corpore collocari aliter & habitare poſſet, niſi affectibus medijs necteret̃: obligareturq;: alioquin, ut Diuinus Plato inquit tex. cõmen. 61. impurum cum puro ſociari & conciliari non poſſet: Dij, inquit, quum aĩam ĩmortali origine ꝑditam acceperunt, obduxere ei corpus mortale, q̃d ut fieri poſſet, utq; ĩmortalis forma in corpore mortali claudere, texuerunt genus animæ alterum fragile ac mortale.
Plato ab unius idea intellectum, ab idea dualitatis ſcientiã, ab idea trinitatis opinionem, ab idea quaternionis ſenſum præberi exiſtimabat. uide. 1. de anima. tex. cõmen. 27. & uide ibi Them. & Auer.
Plato in. 10. libro de legibus diffiniuit animã eſſe rem ipſam ſeipſam mouentem cuius impugnatio ponit̃ primo de anima. tex. cõmen. 36. & infrà.
Plato ultra hoc corpus, aliud etiam latentius animæ coaptauit. Themiſtius. 1. de anima ſuper tex. 13. idẽ aſſerit Proclus ſuper Timæum, & Simplicius. 1. de aĩa. Volunt enim Platonem triplex corpus ſeu uehiculum animæ poſuiſſe, æthereum, elementale, & hoc quod ſub ſenſu cadit.
Plato, Leucippus, & Democritus poſuerunt motũ ante mũdi generationem. 12. meta. tex. com̃. 30.
Plato poſuit motum æternum ante mundi generationem, poſuit enim motum inordinatum quem Deus deduxit ad ordinem. 12. meta. cõmẽ. 30 uide de hoc etiam. 3. cœli & mundi. cõmen. & tex. 25.
Plato poſuit ſubſtantiam immobilem duplicis naturæ. ſ. formas & mathematica, quæ poſuit eſſe media inter formas abſtractas & ſubſtantias ſenſibiles. 12. meta. cõmen. 5. in fine com̃. authoritate Alexan.
Plato duo infinita poſuit magnum & paruum tanquam per enigma, nobis ſignificans infinitum in adiectione, & infinitum in diuiſione. 3. phyſi. tex. com̃. 61.
Plato opinabatur ꝙ uniuerſalia ſunt ſubæ, & principia ſubſtantiæ ſenſibilis: opinabatur enim ꝙ genera ſunt naturæ abſtractæ, & non ſunt exiſtentia in particularibus, ita ꝙ cõiungantur in eis. 12. meta. cõmen. 4. idem primo de anima. cõmen. 4. & 3. de anima. com̃. 18.
Plato opinabatur uniuerſalia eſſe ſubſtantias & priora particularibus, propter diffinitiones & ſcientias quæ ſunt de uniuerſalibus. 12. meta. commen. 4.
Platoni ſæpe accidit dicere extranea & remota à natura rei, quia uniuerſaliter inuenitur ſermo eius ſemper in diſputatione. 12. meta. cõmen. 4. ¶ Ex quo loco ſumunt quidam licere in diſputatione dicere falſum, ſed iſte non eſt intellectus Ariſto. neq; Cõmenta. ut declaraui in expoſitione. 12. Amplius diſputatio doctrinalis & ſcientifica non admittit falſum. primo cœli. 111.
Plato opinabatur ꝙ quidditates primarum ſubſtantiarum ſunt aliæ à primis ſubſtantijs. 7. meta. cõ. 2.
Plato non malè ſophiſticã circa nõ ens ordinauit: ſunt enim ſophiſtarum rationes circa accidens, ut eſt dicere maximè omnium. 6. metaphyſi. tex. com̃. 4.
Plato aſſeruit ſpecies & mathematica duas ſubſtantias, tertiam uerò ſenſibilium corporum. 7. meta. tex. cõ. 5.
Plato extra cœlum neq; corpus neq; incorporeũ ullum eſſe exiſtimauit, nam neque ideas ſuas extra cœlum locauit. 3. phyſi. 25. & Themiſtius. ibidem.
Plato uerè & maximè ens uidelicet ideã, appellabat ens ipſiſſimum. Themiſtius. 1. phyſi. 26. tex.
Plato non diſtinxit inter materiam & priuationem. primo phyſi. cõmen. 66. & 80.
Plato ſolus fuit propinquus uidere ueritatem in natura materiæ, ſed non bene diſtinxit eam. 1. phyſi. cõ. 79.
Plato opinabatur ꝙ aliquid moueat ſe. 2. phyſi. cõmen. 3. & 7. phyſi. cõmen. 2. & 8. phyſi. cõ. 40.
Plato opinatus eſt ꝙ uniuerſalia ſunt cauſæ particularium. 2. phyſic. tex. cõmen. 38.
Plato exiſtimauit aliquod ſimplex & nõ compoſitum ex potentia & actu, poſſe moueri. 3. phyſi. cõ. 8. idem. 8. phyſic. cõmen. 40. & 7. phyſi. cõ. 2. & 3. cœli. cõ. 28.
Plato infinitum eſſe principium rerum ſenſibilium & intelligibiliũ opinatus eſt, quia numerũ eſſe principium & ſenſibilium & intelligibilium poſuit excogitata rõne, ut ideę numeris cõtinerentur. 3. phy. c. 25. & Them. ibidem.
Plato poſuit infinitum principium ſenſibiliũ, quia poſuit infinitum in cauſa materiali quę apud ipm̃ eſt magnum & paruum, & magnum apud ipm̃ creſcit in ĩfinitum, & paruum diminuitur in ĩfinitum. 3. phyſi. tex. cõ. 25.
Plato poſuit formas. i. ideas nõ eſſe intra mundum, nec extra mundum, quia nõ ſunt in loco. 3. phyſi. tex. cõ. 35.
Plato fuit primus qui principia materialia rerum ſenſibiliũ elementa appellauit, ut author eſt Eudemus, & Simplic. in prologo phyſi. ſic potes intelligere illud. 1. phy. tex. cõmẽ. 48. ubi dicitur: Omnes quidem elementa & ab ipſis uocata principia, & uerè & ſine ratione ponentes, tamen cõtraria dicunt tanquam ab ipſa ueritate coacti ponentes & uſr numerum indiuiſibile qualitatem habet: quĩ enim punctus qualitatem habere poterit, cùm nulla affectio neque figura puncto poteſt ineſſe: primo phyſico. Themiſtius in tex. 18. & inde elicitur.
Plato poſuit duo pati & unum agere, antiqui uerò quòd duo principia agunt & unum patitur. 1. phyſic. tex. cõ. 55. Nam Themiſtius & Cõmentator per poſteriores intelligit Platonem & ſequaces.
Plato uſq; ad decem facit numerum. 3. phyſi. tex. cõ. 61.
Plato poſuit materiam eſſe locũ. 4. phyſi. cõ. 14. 15. & 59.
Plato putauit infinitum eſſe principiũ ſenſibilium & intelligibilium, quia principiũ rerum tam ſenſibilium ꝗ̃ intelligibilium numerum putauit. 3. phyſi. tex. cõ. 25.
Plato in Timæo materiam locum eſſe dixit, in his uerò quæ ſine titulo, per numerum. i. per magnum & paruum eam ſignificauit. 4. phyſi. tex. cõ. 15. & Themiſtius ibidem.
Plato dixit motum proiectorum fieri ab aere ſcđm ſucceſſionem. 4. phyſi. cõ. 68. idem. 8. phyſi. cõ. 82.
Plato ſolus generat tempus. 8. phyſico. tex. cõmen. 10. & 4. phyſic. commen. 88.
Plato dixit tempus eſſe motum totius cœli. quarto phyſico. tex. cõmen. 93.
Plato aſſimilauit puerum dormienti, ebrio, & infirmo, quia ſcientia in puero non eſt in actu, ſed accidentia & humores impediunt ipſum. 2. phyſi. tex. cõ. 20.
Plato poſuit mundum generatum, ſed non corruptibilem. 8. phyſi. cõmen. 2. & tex. cõmen. 10.
Plato inquit: Cognitio q̃ habetur de materia, notha & extranea eſt, actus autem tam in ſenſu ꝗ̃ in intellectu nothus eſt & extraneus, qui non de uultu & facie eius rei quam contemplamur elicitur, ſed de forma illa qua priuatur. Themiſtius. 3. de anima. cõmen. 44.
Platonem dubitari non poteſt, ex his dialogis quos ſcriptos reliquit, animam eſſe corpus putaſſe, alioquin nec Ariſto. contra Platonem, ſed cõtra Timæum inuenitur, & Them. primo de anima. cap. 20.
Plato ſimul poſuit tempus factum fuiſſe cum cœlo, cœlum autem factum dicit. 8. phyſic. tex. cõmen. 10. Ille eſt locus apertus, quo uolunt Ariſtotelem imponere Platoni mundum incepiſſe de nouo, quia factio non eſt niſi cum nouitate, ut patet in primo de generatione & corruptione, in capite de facere & pati: & ita tenuit Alexan. quicquid ſenſerit Simplicius, & alij qui dicunt Ariſt. in hoc ſolum in uerbis fuiſſe diſcordem à Platone. Cõtra Simpli. et alios cõcordantes Pla cũ Ariſto.
Plato dicit ꝙ niſi hominibus cõmunia eſſent multa, ſed proprium quid aut impromiſcuũ contineretur in ſingulis, non eſſet admodum facile oſtendere & ſignificare alteri uoluntatem ſuam. Them. 3. de anima. cap. 32.
Plato ſecundum ſuam poſitionem credidit ꝙ omnis motor de neceſſitate mouetur. 8. phyſi. cõ. 39.
Platoni uidebatur ꝙ motum ex ſe cõponitur ex moto & motore qui mouet ſe. 8. phyſi. tex. com̃. 40.
Platonici dicunt corpora diuidi in indiuiſibilia, quod eſt impoſſibile. 8 phyſic. cõmen. 4.
Plato opinatus eſt ꝙ omne mouens ſe eſt æternum. 8. phyſi. cõmen. 46. idem ibidem. cõmen. 40. ideo opinabatur animam æternam eſſe.
Plato opinatus eſt animam eſſe principium oĩum motuum. 8. phyſi. tex. cõmen. 73.
Platonis opinio fuit aliquod corruptibile ex poſſe perpetuari ab alio, & Alexã. in quibuſdam ſuis tractatibus idem dicit de corpore cœleſti, quod uult ſortitum fuiſſe æternitatẽ à ſuo motore. Auer. 8 phyſi. cõ. 79.
Plato nominabat illud quod fuit ante tempus, ſæculum, quia tempus eſt factum apud ipſum: & intendit per ſæculum eſſe terminans omnia entia quæ fuerint ante tempus. primo cœli. cõmen. 100.
Plato poſuit mundum fuiſſe generatum, ſed non corruptibilem. 1. cœli. tex. com̃. 102.
Plato dum dixit mundum eſſe generatum, intellexit ꝙ non ſit in tempore generatus, ſed ſemper fuit, ut dicunt defendentes ipſum: ſed quia ſuæ partes natura præcedunt ipſum, tunc Ariſto. non diſcrepat ab eo in hoc, tamen male fecit inducendo mundum eſſe generabilem ſed non corruptibilem. Hoc enim non intelligitur ex generatione. niſi cum difficultate, & maximè cùm dixit ꝙ efficitur ex non ordine in ordinem. primo cœli. cõ. 105. & 106.
Plato in Timæo animam propter duas rationes ex numeris harmoniacis conſtare opinatus eſt. Themiſt. primo de anima. cap. 20.
Plato opinatus eſt ꝙ corruptio mundi poſſibilis eſt ex parte materiæ, ſed impoſſibilis eſt ex parte agẽtis, aut quia agẽs aliquod non eſt innatum corrumpere illum, aut quia agẽs ſapiens nõ eſt innatum corrumpere ſuum factum, aut quia corrumpẽs eſt contrarium generato, aut quia non corrumpetur omnino. 1. cœli. com̃. 124.
Plato opinatus eſt ꝙ corpora componũtur ex ſuperficiebus & diſſoluuntur in eas. 3. cœli. tex. cõ. 3.
Platonis opinio eſt magis remota à ueritate, qui poſuit corpora componi ex ſuperficiebus, quàm opinio Democriti ponentis corpora indiuiſibilia: & ideo Ariſto. magis laudat ponentes partes indiuiſibiles, licet in ueritate uterque nihil dicat. 3. cœli. cõmen. 17.
Plato nihil ſciuit de prima materia. 3. cœli. cõ. 17. & 25.
Plato poſuit motum inaturalem eſſe priorem naturali, & in hoc conuenit cum Leucippo & Democrito, ſed differt ab quia ſecundum Platonem motus innaturalis fuit in præterito, ſed modò non eſt: ſed ſecundum iſtos eſt modo, ſicut fuit in præterito. 3. cœli. tex. cõ. 20.
Plato tenuit in Timæo ante factum mundũ, ꝙ elemẽta mouebantur motu inordinato. 3. cœli. tex. cõ. 21.
Plato exiſtimauit ꝙ primus motor mouet ſe eſſentialr. 3. cœ. cõ. 28. idem. 8. phyſi. cõ. 40. & 7. phyſi. cõ. 2.

Plato peccauit opinãdo principia rerum ſenſibilium eſſe ſuperficies & res mathematicas, ꝓpter amorem magiſtri, & ꝓpter amorem geometriæ: an geometria tempore ſuo magnificabatur. 3. cœli. cõmen. 61.

Plato ſolum diffiniuit graue & leue quod dicitur ſcdm comparationem. 4. cœli. cõ. 2. & tex. cõ. 8.

Plato exiſtimauit ꝙ cauſa grauitatis & leuitatis eſt multitudo & paucitas triãgulorum. 4. cœli. tex. cõ. 8. & cõ. 11.

Plato opinabatur ꝙ quædam entium mouent ſe. 4. cœli. cõ. 22. idem. 7. phyſi. cõ. 2. & 8. phyſi. cõ. 28.

Plato opinatus eſt corpora ſimplicia eſſe eiuſdem naturæ, & ꝙ non diuerſantur niſi ſecũdum magis & minus. Cõmentator in paraphraſi. 4. de cœlo, ſumma. 3. cap. 4.

Plato ſolus de generatione ſcrutatus eſt & corruptione quo modo exiſtit in rebus, & de generatione non omni, ſed de ea quæ elementorum. primo de generatione & corruptione. tex. cõmen. 5.

Plato poſuit materiam priorem elementis, ſed non dixit manifeſtè an eſſet actu aut nõ. ſecundo de generatione & corruptione. tex. cõmen. 4.

Plato in tribus diſſenſit à Leucippo, quorum primum eſt ꝙ indiuiſibilia apud Platonem ſunt ſuperficies, idiuiſibilia uerò apud Leucippum ſunt corpora: ſecundum eſt ꝙ figuræ apud Platonem ſunt finitę, apud Leucippum uerò infinitę: tertium eſt ꝙ Plato nõ poſuit uacuum, Leucippus uero poſuit. 1. de genera. & corrup. tex. cõ. 53.

Plato poſuit tria principia, magnum, & paruum, & unum. 2. de generatione & corruptione. cõmen. & tex. 18. idem primo phyſi. tex. cõmen. 80.

Plato dicebat ꝙ uirtus intelligibilis eſt in cerebro, & concupiſcibilis in corde, & naturalis, ſcilicet nutritiua in hepate; ſed Ariſt. opinabatur eas unum ſubiecto, & plures ſecundum uirtutes. 1. de anima. cõ. 7. idem in cõ. 73. & 74. ſuper primo canticæ cãticorum Auic. de opinione etiam Ariſt. require in. 1. de anima. cõ. 89. 90. 92. & 93.

Platonis opinio, ut cõiter dicitur, fuit ꝙ aĩa eſt natura media inter formas abſtractas indiuiſibiles, & inter formas ſenſibiles diuiſibiles ſcdm materiam: Themiſtius uerò dixit ꝙ Plato intendebat per iſtam naturam mediam intellectum inter omnes partes animæ. 1. de anima. cõ. 26.

Plato opinabatur ꝙ diſciplina & rememoratio idem ſunt. ſecundo de anima, cõmen. 58. & 3. de anima. cõmen. 20. idem. 7. phyſic. tex. cõmen. 20. idem. 1. metaphy. 48. & 49 idem. 7. meta. cõmen. 58.

Plato ex hoc ꝙ idem eſt ſcitum in magiſtro & diſcipulo, credidit quòd diſciplina eſſet rememoratio. 3. de anima. com. 5. iuxta finem cõmenti.

Platonis opinio, & Themiſtij, & antiquorum expoſitorum, fuit ꝙ intellecta exiſtentia in nobis ſunt æterna, & ꝙ addiſcere ſit rememorari. 3. de anima. cõ. 20. Iſta authoritas fecit multos credere etiam iſtam fuiſſe Auer. opinionem & etiam Ariſt. uerum hoc non eſt de intentione eius, ut eſt uidere in ſua media expõne, in. 1. poſterio. in. cõ. 2. & 7. met. com. 58. & 1. meta. cõ. 48. & 49. & 6. phyſi. cõ. 59. Amplius ipſe diſcrepat à Themiſtio de itellectu in habitu, qa ſecundum Them. eſt æternus abſolutè, cum ſit cõſtans ex intellectu agente & materiali ſecundum Them, ſed Commenta. tenet ꝙ etiam ultra hæc cõcurrunt intentiones imaginatæ, & ideo eſt corruptibilis ſecundum iudicium, licet ſecundum ſpeciem ſit æternus.

Cõtra ponẽtes nr̃m ſcire eẽ reminiſci ſecũdũ Ariſ. & Cõmẽ.

Platonis negocium poſt Italorum philoſophiam ſucceſſit. primo metaphyſi. tex. cõmen. 5.

Plato in maiori parte ſequebatur eos qui poſuerunt mathematica eſſe principia rerum ſenſibilium, quia Plato dicebat naturam formarum & numerorum eſſe eãdem naturam. 1. meta. cõ. 5. & 8. meta. tex. com. 10.

Plato conſentiebat Cratyli & Heraclyti opiõibus aſſerentibus ſenſibilibus oĩbus ſemper de fluẽtibus: ipſorũ ſciam haberi non poſſe. 1. meta. tex. cõ. 5.

Plato ideas appellauit formas & exẽplaria: formas quidem, quia ſunt formæ ſenſibilium rerum: exemplaria autem, qa aſpicit natura, ſicut artifex inſpicit formas artificiati. Quod ſi non cõcederetur, tunc q̊dlibet fieret ex quolibet. 1. meta. cõ. 6. ¶ Vbi ſcire debes ꝙ Ariſto. naturam quæ eſt forma, etiam exemplar alia ratione appellat ꝗ̃ fecerit Plato, ut notat lucidiſſimus Them. in. 2. phyſic. in expoſitione. tex. 28. " Vbi Ariſto. de cauſis loquens inquit: Alio uerò modo ſpecies & exemplar, inquit ipſe: Voco autem exemplar nõ eodem modo quo hi qui ideas poſuere, ſeparatas quaſdã ſpecies atq; ipſas per ſe nullo innexu materiæ ſubſiſtentes, ſed ꝓpterea quia definita præſcriptaq́; eſt eorum omnium forma, quę à natura proueniunt, hominis, equi, bouis, fici, olei, platani: etiam illud principium, unde hęc oriuntur, eatenus pergit mouendo & exercendo materiam, donec forma illa & ſpecies materiæ coaptetur & congruat plenæ atq; perfectæ. Huic etiam ſententiæ aſtipulatur Cõmenta. 12. primæ " philoſophiæ. cõ. 18. in calce cõmenti. ubi inquit: Ergo calores generati ex caloribus ſtellarum generãtes qualibet ſpeciem ſpẽrum animalium, habent menſuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum ſtellarum, & diſpoſitionibus earum adinuicem in propinquitate & remotione, & iſta menſura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ eſt ſimilis uni formæ unius artis principalis ſub qua ſunt artes plures. Secundum hoc igitur eſt intelligendum ꝙ natura facit aliquid perfectè & ordinatè: quãuis non intelligat quaſi eſſet rememorata ex uirtutibus agentibus nobilioribus ea quæ dicuntur intelligentię. Iſtæ autem proportiones & uirtutes quæ fiunt in el'ntis ex motibus ſolis & aliarum ſtellarum, ſunt hę quas reputat Plato eẽ formas, & eas intendit: ſed longe inſpiciebat eas, quapp dicit formas eſſe etc.

Plato poſuit unitatem ex parte formæ, & multitudinem ex parte materiæ: ſicut enim unus mas implet multas fœminas; ſic ab una idea poſſunt induci uariæ formæ in materijs. 1. metaphyſi. tex. cõmen. 9.

Plato diffiniuit ꝙ principia ſunt ſecundum formas & ſecundum agens. ibidem.

Plato ſpẽm aſſerebat eſſe rei formam tm̃, ſed non congregatum ex materia & forma. ibidem uide in concordantijs.

Plato opinabatur opĩonem eſſe copulationẽ ex ſenſu & imaginatione, & improbatur in ſecũdo de aĩa. tex. cõ. 157.

Plato magnum & paruum principium uelut materiam aſſeruit, Italici infinitum, Empedocles ignem, aerẽ, aquam, & terrã. Anaxagoras partes ſimilares infinitas. 1. meta. poſt textum cõ. 9. eſt enim textus non habens cõmentum.

Plato poſuit numeros quoſdam eſſe intelligibiles, quoſdam uerò ſenſibiles. 1. meta. tex. cõ. 24.

Plato opinabatur ꝙ unitas eſt principium puncti, & dualitas eſt forma lineæ, & trinitas eſt forma ſuperficiei, & quaternitas eſt forma corporis: & opinabat̃ cum hoc ꝙ corpus eſſet compoſitum ex ſupficiebus, & ſuperficies ex lineis, & lineæ ex punctis. 1. meta. tex. cõ. 43.

Plato aſſerebat quòd linea eſſet compoſita ex lineis indiuiſibilibus. ibidem.

Plato opinatus eſt quòd in primo moto ex ſe, idem eſt motor & motum omnino; Ariſtote. autem opinatur quod eſt compoſitum ex motore, non motor ex ipſo moto. 12. metaphyſic. cõmen. 6. idem. 7. phyſi. cõmen. 2. idem. 2. phyſi. cõmen. 3. & 8. phyſi. cõmen. 40.

Plato & Pythagoras dixerunt ens & unum ſignificare ſubſtantiam rerum. 3. meta. cõ. 2.

Plato & Pythagorici opinati ſunt ꝙ ens & unũ nõ ſignificãt de entibus naturas compoſitas, ſed fingunt quòd unumquodque earum ſignificat unam intentionem ſimplicem: & naturales & Empedocles cõueniunt in eis in hoc quòd non ſignificant ens & unum naturas compoſitas ſed ſimplices, ſed tamen differunt naturales ab eis, quia dicunt ſermonem manifeſtiorem in hoc quàm Pythagorici, quia ens & unum quòd ſignificant ſubſtantiam entium, eſt ipſe numerus. Plato autem dicit quòd ſunt ipſæ formæ numerales. Naturales autem poſuerunt unum & ens eſſe elementum rerum ſenſibilium, ut ignem, aut aerem, aut aquam. 3. metaphyſi. tex. cõmen. 16.

Plato



Plato poſuit ens & unũ ſicut genera uniuocè dicta de oĩbus 3. meta. tex. com. 10. & fuit notatum per Alexã. & Diuum Thomam. Hoc idem eſt ex mente Auer. 12. meta. com. 2. ut expoſui late in cõmentarijs meis ſuper illo loco.

Plato poſuit animam mundi eſſe illud quod rememorat naturam in eis actionibus dirigẽdo illam ad finem intentũ, quæ fuit Plato. ſententia à Dijs ſecũdis: ſed ſecũdum Ariſt. & à ſole, & ab orbe decliui. Cõmen. 12. meta. cõ. 18. authoritate Them. in prima parte digreſſionis, ubi recitat opĩonẽ Them. Nota tñ ꝙ Cõmen. non uult ꝙ in orbe decliui & à ſole ſit, ut anima inuenta in actu, ex ſnĩa Ariſt.

Plãtarum nullum aliud munus eſſe uidetur, niſi ꝙ ſimilem quæq; ſibi faciant alteram, uidelicet quæ ſemine oriãtur. ex 8. de natura aĩalium. cap. 1. idem. 2. de anima. tex. com. 34. Nota ergo ꝙ generatio ſimilis, eſt ꝓprietas uiuẽtium ex ſemine genitorum & non ſponte naſcentium. Facit pro opinione Auer. quæ (ni fallor) eſt Ariſt. de genitis ex materia putri, quicquid Latini dixerint in hoc.

Plantarum generatio, aut ſemine, aut auulſione, aut ſobole ꝑficitur. Ariſt. 3. de genera. animal. cap. 11.

Plãtæ aliquæ ſeu ſtirpes reperiuntur creſcẽtes ſuper aquam, ut lẽtigo aquæ & aliæ. Cõmen. 4. de parti. aĩalium. in cap. de aĩali teſtato & duro, & colligitur ex textu Ariſt. ibidem. cap. 5. ubi dicit etiam ꝙ aliquæ plantæ euulſæ diu poſſunt uiuere, ut epipetrum ꝙ diu ſuſpenſum uiuit.

Plantæ terra eiusq́; calore ueluti uentre utuntur, indeq́; confectum alimentum attrahunt: quapropter nullum excremẽtum contrahi in ſtirpibus ſolet. ex. 2. de partibus animalium. cap. 3. & 10.

Plantarum ſeu ſtirpium natura, quia ſtabilis eſt, non ex multis ac diſſimilaribus partibus conſtat. 2. de partibus animalium. cap. 10. & 2. de anima. tex. com. 6. Et pondera in iſto tex. ſeu capitulo. 10. 2. de partibus, ex intentione Philoſophi fuiſſe ſcientiam de animalibus ordine doctrinæ eſſe præponendam ſcientiæ libri de plantis, propter multiformem partium diſſimilarium ſpeciem ſortitam fuiſſe animalium genus, & in his alia alijs magis, & eo amplius quo non uiuendi ſolum, ſed etiam bene uiuendi gratia rationem natura eorum obtinuit, quale hominum genus. Vnde pp iſtam cauſam in ſcientia illa de animalibus, primum de homine diſſerẽdum eſſe decernit, cõtra Arabes expoſitores, & Latinos noſtros oppoſitum ſentientes. Vide quæ ſcripſi in Theorematibus in. 14. Theoremate.

Nota contra Arabes expoſitores, & contra latinos de ordine ſciẽ de aĩa lib' & plãtis.

Plãtas ſecũdum Ariſt. qui mediam rationem ſecutus eſt, nõ animalia, ſed animatas nũcupat: Plato autem iſta cõfundit, Stoici uerò neq; animata neq; animalia faterentur. Them. 2. de anima. cap. 8. ſuper tex. 18.

Plantæ non ſentiunt pp nõ habere medietatem, neq; huiuſmodi principium poſſibile recipere ſpẽs ſenſibilium. 2. de aĩa. tex. cõ. 124. Vide Them. in illo loco melius exponentem ꝗ̃ expoſuerit Auer. & uide rationem Them. ubi arguit Quòd ſi natura dediſſet ſenſum in plantis, fruſtra dediſſet: & nota ꝙ (ut refert) in plantis non eſt ſpẽs uitalis ꝑpenetrabilis, qui tamen omnibus ſenſibus cõmunis eſt.

Plantarum nutrimentum in potentia eſt in pluribus rebus, & ideo non indigent ſenſu quo diſtinguãt cibum, ſicut animalia indigent in diſtinguendo conueniens ab inconuenienti. 2. de anima. cõmen. 28.

Plantæ quæ pingues ſunt, fronde perpetua uirent. 5. de generatione animalium. cap. 3.

Plantæ nõ hñt niſi ſurſum & deorſum, tñ habẽt dextrum & ſiniſtrum, ſed ſola aĩalia in quibus eſt ſurſum & deorſum, habent dextrum & ſiniſtrum. 2. cœli. com. 12.

Planeta quælibet habet plures motus, & eius motores neceſſariò ſunt cauſati à motore planetæ, & tandem ipſi motores ſeptem planetarum ſunt cauſati à motore magni orbis. in paraphraſi meta. tracta. 4. col. 8.

Pluuia piſcium generi & his quæ in terra naſcuntur, maxime confert: ita enim non modo plus cibi naſcitur, uerum etiam pluuio humore iuuãtur, ut in his quę terra gignũtur. Olera enim quãuis rigentur, tamen non tantum proficiũt quãtum hymbre, ut harũdinibus etiam lacu prognatis euenit: nihil enim ferè accreſcunt, niſi aquæ pluuiæ accedant. 8. de natura animalium. cap. 19.

Pluuia ſi conceſſum ſit quòd non ſit propter meſſes eſt propter aliquid, quia eſt propter æqualitatem elementorum. ſecundo phyſi. commen. 77.

Pluuia non fit in intenſo frigore, neq; in intẽſo calore & ſiccitate. 1. meteo. commen. 4.

Pluuiæ & niuis eſt locus unus, & una materia ẽ utriuſq;, ſed non diuerſificãtur niſi ꝓpter diuerſitatem agẽtis, uidelicet frigiditatis: nam frigiditas quę gñat niuem eſt intenſior frigiditate generante pluuiam. ibidem.

Pluuia opponitur uento, & hoc apparet ex hoc quia uenti quieſcunt dum dominantur pluuiæ, & ſimiliter pluuiæ minorantur quãdo uenti dominantur. 2. meteo. cap. 2.

Pluuia multiplicatur in fine mẽſium ꝓpter paucitatem luminis Lunæ, & accidit aeri in illa hora intenſior frigiditas: & ideo dicitur ꝙ luna eſt frigida & humida. 1. meteo. cõ. 4.

Pluuiæ paucitas authoritate Hippocratis eſt ſalubrior corporibus: & huius cauſa eſt, quia calor naturalis ſuperfluuis humiditatibus nõ bene dominatur. 4. colliget. cap. 14. etiã uide ibi quomodo ſit intelligendum, propter contradictionem inuentam in dictis cauſis.

Pluris & minoris ratio ad exceſſum defectum ꝑtinet. Ariſt. in. 1. de hiſtorijs animalium. cap. 1. ubi patet ꝙ differentia talis non eſt ſecũdum ſpeciem, ut ibi colligitur.

Pluralitas ab uno prouenire poteſt, nõ enim ſequitur ex extenſione unius uirtutis in pluribus rebus, ꝙ ſit in ipſa uirtute pluralitas, ſicut opinati ſunt multi, uidelicet quòd ab uno primo principio influit unum, & ab uno influit pluralitas. ex diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij in fine, ubi ſoluitur argumentum Algaçelis, & Auicẽ. de proceſſu intelligentiarum adinuicem. uide etiam. 12. meta. com. 44.

Pluralitatis cauſa intelligentijs quę ſit ſecundum Auerroem, uide ibidem.

Pluralitatis cauſa in orbibus. ibidem.

Pluratatis cauſa in elementis. ibidem.

Pluralitatis & diuerſitatis motuũ gñationis & corru. ibidẽ.

Pluralitas intelligitur in ſubiectis quinque modis. Primus ex diuiſione actuali ſeu intellectuali, & ſic corpus cum ſit diuiſibile, in infinitum non poteſt dici ꝙ ſit unum abſolute. Secundus eſt ut res diuidantur ad duas res in intellectu non realiter, licet una iſtarum naturarum non poſſit per ſe ſubſtentari ſine alia. Tertius eſt pluralitas denominationum. Quartus eſt intellectualis pluralitas ſequens compoſitionem generis & differentiæ. Quintus eſt ſequens compoſitionem quidditatis cum eſſe. ex libro deſtruc. diſputa. 5. in dubio. 3. & ſolutione. 19.

Pluralitas intellectualis ſequẽs compoſitionem gñis & differentiæ, eſt quaſi pluralitas à materia & forma procedens: diffinitiones nãque accidunt compoſitis à parte formæ & materiæ. ibidem in ſolu. 3.

Pluralitas apud Philoſophos eſt duobus modis. ſ. ſimplicium idest intelligentiarum quæ ſunt cauſæ adinuicem, donec ad unam cauſam ſui generis reducantur, & pluralitas orbium quæ ꝓuenit à multitudine illa cauſarũ, & pluralitas rerum iferiorum ꝓcedit à materia & forma & corporibus cœleſtibus. ex diſputa. 3. in ſolutione. 12. dubij.

Pluralitas indiuiduorum in eadem ſpecie ex diminutione exoritur. Auerro. primo cœli. commen. 4. & 98. conſimile. 2. de anima. cõmen. 34.

Plumbum eſt grauius ferro, licet ſit rarius illo. 4. phyſic. tex. commen. 85. Vide conſimile quomodo iſtæ qualitates ſeparentur in. 3. cœli. commen. 10. & in. 2. de generatione & corruptione. com 15. Dicit etiam Them. in præſenti loco, uidelicet. 4. phy. 85. ꝙ denſum ſpectat ut graue & durum ſit, rarum uerò ut leue & molle ſit. Non tamen hoc perpetuum eſt, nec ut quicq; durius eſt, ita etiam grauius fuerit: diſſonat enim hæc ratio in ferro & plumbo.

Plumbum eſt diſſolutiuum nerui groſſi torti, dũ ſubtiliter laminatum ſuppoñitur, & hoc quod habet uirtutẽ diſſolue-

re,ſignificat q̃d habet uirtutẽ diſſolutiuã reſpectu carnis hominis,licet in eius cõplexione dominetur frigiditas.

Plumbum ex una uerberatione ꝑ malleum mouetur ſecundum tres dimenſiones,recipit enim augmentum in longitudine & latitudine,& diminuitur ſecũdum profunditatẽ. Cõmẽta.in ſumma.4.meteo.ubi tractat de latificabili.

Plumbum eſt grauius terra.3.cœli.com̃.9.

Plumbum in laminas diuiſum ſupernatat,ſecũdum uerò lõgitudinem ſubmergitur.uide cauſam.4.phyſi.tex.com̃.74.&.4.cœli.tex.com̃.42.uſq; in finem.

Potabile eſt cõmune guſtui & tactui:nam ſecundum humiditatem pertinet ad tactum,ſecũdum ſaporem uerò ad guſtum.2.de anima,tex.com̃.103.

Polypus fatuus quidem eſt cum ad manum demiſſam hominis accedit,ſed prudens rei familiaris cum omnia colligat,& in ſuo recondat domicilio,& ſui mutatione coloris uenatur piſces:trahit enim ſibi colorẽ ſimilem his quibus appropinquauerit ſaxis.9.de natura animalium.cap.37.hoc etiam Theognis poeta uidit.

Polypum ſeipſum edere falſum eſt,ſed aliqui brachia corroſa habent à congris.8.de natura anima.cap.1.

Polypus natat obliquus.4.de natura aı̃alium.cap.1.

Polyporum multa ſunt genera.ibidem.

Poli mũdi ſunt ſignati nãliter,ita ꝙ impoſ'e eſt ꝙ ſint alibi,ex libro deſtru.diſpu.1.in ſolu.11.dubij.

Poli animati ſphæricæ figuræ ſunt ſimiles membris noſtrorum corporum & nulla eſt alia differentia in hoc,niſi quia membra in aı̃alibus noſtris,quæ non ſunt ſphęricæ figurę,differunt in figura & potentia,ſed in animalibus ſphæricis differunt ſolũ potentia tantum,ibidem.

Polus dicitur quieſcere geometricè,& non uerè:nulla enim ſubſtantia eſt actu in orbe quæ nõ moueatur,2.cœli.com̃,14.idem.4.phyſi.com̃.118.

Poli dicuntur quieſcere tranſumptiuè.4.phyſic.cõmen.118,idem.2.cœli.commen.14.

Polorum quies quomodo intelligatur.uide ibidem.

Ponentes formas.i.ideas,ponunt ꝙ homo qui eſt in illis ſubſtãtijs abſtractis,eſt idem in nomine & diffinitiõe cum homine qui eſt hic ſine aliqua differentia,& idẽ concedit lex Mahumeti.3.metaphyſi.com̃.7.& textu.

.porphirig. Porphyrius qui compilauit introductoriũ logicæ,ſolus dixit id quod Algaçel dixit noı̃e Pħorum.ſ.ꝙ pluralitas in entibus prouenit à medijs,ſed nõ inuenit hoc ab aliquo excellentiori antiquo:ipſe autem non ualde fuit notus inter pħ'ig Principes.ex diſpu.3.in ſolutione ultimi dubij.

Poſſibile eẽ eſt nouum.ex libro deſtru.diſp.3.in ſol'.19.

Poſſibile ex ſe & neceſſarium ꝑ aliud ponere,|ſequitur maxima|redargutio:natura enim poſſibilitatis differt à natura neceſſitatis,quam ſumpſit à neceſſario ente: poſſibilitatis enim natura non poteſt cõuerti in naturam neceſſitatis,unde in natura neceſſariorum nulla eſt poſſibilitas. ex libro deſtruc.diſpu.3.in ſolutione.24.dubij.

Poſſibilitas exigit rem in qua ſubſtentetur, ſcilicet ſubiectum recipiens.

Poſſibilitas recipiẽtis differt à poſſibilitate agentis, & ideo non poteſt perfectè retribui poſſibilitas agenti, niſi conueniat cum recipiente.ex libro deſtruct.diſputatio.prima,in ſolutio.21.dubij.

Poſſibilitas ſine dubio reali materia indiget,omnia enim intelligibilia uera exigunt ſine dubio ens reale extra animã: ueritas nanq; eſt æquare rem ad intellectum.ſ.ꝙ reperiatur in anima ſicut eſt extra animam.ex libro deſtruc.diſputa,prima,in ſolutione.22.dubij.

Poſſibilitas agentis ſecundum Philoſophos non eſt quid intellectuale,imo eſt quid reale extra animam ex lib. deſtru.diſputa.1.in ſolutio.ultimi dubij.

Poſſibile ex ſe fieri neceſſariũ,ab alijs impoſ'e eſt in ſubſtantijs,ſed ſolũ in motu cœli ueritatem habet. & uide cauſam huius.12.primæ philoſophiæ.com̃.41.

Poſſibile in rebus æternis eſt neceſſarium.3.phyſic.tex.cõ,32.&.2.cœli.com̃.33.&.34.&.12.meta.cõ.30.

Poſſe ſanari,& poſſe ægrotare non ſunt idem,quia ſanitas & ægritudo eſſet eadem.3.phyſi.tex.com̃.11.

Poſſibilia à neceſſarijs in hoc diſtinguunt̃,quia in poſſibilibus eadem exiſtimatio erit quãdoq; uera,& quãdoq; falſa,ſecũs aũt eſt in neceſſarijs.9.meta.tex.cõ.21.&.22.

Poſſibile non intelligitur niſi in reſpectu actus.9.meta.cõ.11.& ibidẽ dicit̃ ꝙ unaquæq; potẽtia non intelligit̃ niſi in reſpectu actus,idem ibidẽ.cõ.20.&.12.meta.cõ.37.

Poſſibile impꝰfectum eſt.3.phyſi.tex.com̃.15.

Poſſibilitates in rebus q̃ augent̃ in iñnitum,ſicut numerus,motus,tempus:ſunt diuerſarum diſpõnum, & nõ ſunt partes unius poſſibilitatis:& ideo non ſequitur ꝙ quantus eſt numerus in potentia,tantus poſſit eſſe in actu.

Poſſibilitates autẽ in rebus quę non creſcunt in infinitum,ſicut eſt in magnitudinibus,omnes ſunt partes unius poſſibilitatis;& ideo quanta poteſt eſſe magnitudo in potentia,tanta poteſt eſſe in actu , & huius ratio, quia magnitudo eſt quantitas continua,non autem numerus Cõmenta,3.phyſi.commen.69.

Poſſibile non exit in actum niſi ab aliquo agente in actu.8.phyſi.com̃.62.9.meta.tex.com̃.13.

Poſſibile eſt omne illud,ex quo non accidit impoſſibile.8,phyſi.commen.73.

Poſſibile,poſſibile ex extrinſeco ẽ poſſibile ex ſe.1 cœli.cõ.124.ubi dicit Cõmen.ꝙ etiam conuerſa eſt uera ſecũdum Ariſt.ꝙ oẽ poſſibile poſſibile ex ſe eſt poſſibile ab extrinſeco,ſed iſta conuerſio latet.

Poſſibile non eſt niſi reſpectu agentis & patiẽtis, & impoſ'e eſt imaginari poſſibile aliq̃d ex parte patientis,quum illud etiam ſit poſſibile ex parte agentis.1.cœli.124.

Poſſibile in æternis eſt neceſſarium,2.cœli.cõ.33.&.34.

Poſſe præcedit eſſe in utroq; modo factionis, quod enim eſt impoſſibile,non fit.1.cap.de ſubſtantia orbis.idem.9.primæ philoſophiæ.tex.com̃.13.

Poſſe quo ſubſtantiatur materia differt à materia,quia poſſe dicitur reſpectu formæ;materia autem eſt unum entium ꝑ ſe.primo cap.de ſubſtantia orbis.

Poſſibile ſi poſitum fuerit in eẽ,nullum impoſſibile accidet,falſum autem fortaſſis.8.phyſi.com̃.36.

Poſt,præpoſitio notat tempus præteritum.3.phyſi,cõmen.56.&.8.phyſic.tex.com̃.10.

Poſt,dicitur multis modis,7.meta.tex.com̃.36.

Poſt,præpoſitio quandoq; dicit ordinem tẽporis quandoq; ordinem ſecundum eſſe ſeu naturæ.colligitur ex.1.cap.de ſubſtantia orbis,ubi dicit Cõmenta.ꝙ quãtitas aduenit orbi poſt ſuam formam.& inquit Cõmentator: Et intelligo poſt,ſecundum eſſe & non ſecundum tempus.Conſimile habetur ab eodem de ly prius,in.2.cap.de ſubſtãtia orbis.ubi habetur ꝙ agẽtium quoddam eſt prius tempore acto,quoddam uero eſt prius natura.

Poſteriora ſemper præcedentia ſequuntur.5.metaphyſi.tex.cõmẽ.12.Inde colligitur quòd ſemper unitas maior infert minorem,& non conuertitur.

Poſterius non eſt poſterius niſi prioris,2.meta.tex.cõ.10.

Potionibus utentes in ſeptimanis annorum,aut in eorum medietatibus melius faciunt, quam illi qui omni anno purgationes exercent , quia utplurimum ægritudines hominibus non accidunt niſi circuitibus terminis aut circa ipſos.6.colliget.cap.14.

Potentia propius & remotius idem à ſeipſo eſſe poteſt , ut geometra dormiens remotius q̃ uigilans eſt, isq; remotius q̃ qui iam contemplatur.2.de generatione animalium cap.1.iuxta finem,

Potentia à potentia ſolo officio & actione diſtinguitur , ſed pars à parte diſpeſcitur.Themiſtius primo de anima ſuper tex.7.& fundatur opinio hæc ſuper ſecundo de anima.tex.commen.33.ubi Ariſtoteles dicit potentias diſtingui per actus,& actus per obiecta.

Potentia expoliatum & purũ quodlibet apud Peripateticos intellectus eſt.ex diſpu.6.in ſolu.6.dubij.

Potẽtia in quocũq; exiſtit,aut illud eſt corpus, aut eſt uirtus in corpore:& ideo in quo non eſt potentia,illud neq; corpus eſt,neq; uirtus in corpore.12.meta.cõmen.41.authoritate Them.uerſus finem cõmen.

Potentiæ mouentes exiſtentes in corporibus ſunt duobus modis,quædam ſunt in corporibus generabilibus & corruptibilibus, & iſtæ non poſſunt ſemper mouere: potentiæ aliæ ſunt in corporibus æternis, & iſtas poſſibile eſt dicere quoquo modo quòd non poſſunt ſemper mouere, & alio modo poſſibile eſt dicere quòd ſemper mouent.12.metaphyſi.cõmen.41.

Potentia eſſe de natura priuati exiſtimari poteſt.ex lib.deſt.diſpu.1.in ſolutio.dub.6.idem.9 primæ philoſophiæ.cõ.3.ubi habet dicere aliquid in potentia eſt dicere aliquẽ modum priuationis:potentia enim(ut inquit Themiſtius)eſt annexa priuationi.in digreſſione de priuatione & potẽtia materiæ in primo phyſicæ auſcultationis.

Potentiæ corporales ſunt diuiſibiles ſecundum corporis diuiſionem,12.meta.tex.cõ.41.&.8.phyſi.tex.cõ.78.&.79.

Potentia multipl'r dicitur,eſt enim potentia in alteratione,in ſuba,& ubi.12.meta.cõ.41.idem.1.phyſi.com̃.63.&.8.metaphyſic.4.&.12.cõmen.&.12.meta.tex.cõ.10.&.2.& ultimo cap.libri de ſubſtantia orbis.

Potentias omnes in corpore exiſtentes eſſe finitas eſt uerũ,ſed non conſequitur omne corpus habere omnem potentiam,quia corpus cœleſte non habet potentiam niſi in ubi tantum.12.meta.cõmen.41.

Potentia quælibet exiſtens in corpore,mouetur accidentaliter & non eſſentialiter.ibidem.

Potentia quę eſt in corporibus ad ubi tm̃ poſſibilis eſt ex ſe,ſed eſt neceſſaria ab alio:ſed potentia quæ eſt in corporibus ad eẽ,impoſſibile eſt ut acquirat neceſſitatem ab alio.12,meta.cõmen.41.&.8.phyſi.com̃.79.

Potentiam exiſtentem in corpore finitam eſſe,exiſtimatum eſt hoc ſolum ueritatem habere in corporibus generabilibus & corruptibilibus,non autem de potentia exiſtẽte in corpore æterno,& in hoc errauerunt Zabij & ſapientes eorum. Vnde ſecundum Peripateticos omnis potentia exiſtens in corpore uel æterno, uel non æterno, eſt finita neceſſario.12.metaphyſi.com̃.41.

Potentia & actus ſunt principia omnium decem prędicamẽtorum,quia quodlibet quandoq; eſt in potẽtia,& quãdoq; in actu.12.meta.tex.cõ.26.Inde ſcire poteris nullum æternum reponi in prædicamento,cùm nullum ſempiternum ſit in potentia quandoq;,& quandoq; in actu.ut dicitur in 9.primæ philoſophiæ.tex.cõmen.17.

Potentia reducitur ad materiam.12.meta.tex.cõmẽ.26.ubi Cõmentator dicit,ꝙ potẽtia quæ eſt in materia,eſt ſuper indiuiduum compoſitum ex ea & ex forma.

Potentia exiſtimatur eſſe ante actum, quia omne agens fuit in potentia,& non omne quod eſt in potentia aget:ideo uidetur potentia eſſe prior actu.12.metaphy.tex.cõmen.30.& ibi ſoluitur.

Potentia per aliud intelligitur,actus autem per ſe.12.meta.com̃.37.uide in concordantijs nuper æditis.

Potentiam eſſe non indiget demonſtratione, & ideo Ariſt.in.9.tracta.in quo loquitur de potentia & actu, ubi oſtendit potentiam præcedere actum,& dixit impoſſibilia contingentia ad negantes potentiam eſſe,& ponentes eam cũ actu illud non faciunt niſi ad confirmandum.Cõmenta.12.metaphyſic.cõmen.9.& elicitur ꝙ licet ad per ſe nota non ſit demonſtratio,in ſcientia tamen ad hominem negãtem poſſunt adduci rationes ad confirmandum.Conſimile de loco uide in.4.phyſi.com̃.1.

Potentiarum numerus eſt ſecundũ numerũ ſpꝰrum gñabiliũ 11.meta.cõ.11.idem.4.phyſi.cõ.120.&.phy.8.cõ.46.

Potentia ſi non eſſet ens non eſſet agens omnino,& ſi agens non eſſet,nihil eſſet hîc omnino in actu.12.metaphyſi.cõ.18.in calce commenti.

Potentia dicitur bona uel mala ratione actus.in paraphraſi meta.tracta.3.col.5.

Potentia eſt cã priuationis,q̃ eſt ip̃m malũ, & ideo in rebus in quibus non eſt potentia,non eſt malum aliq̃d.ibidem.

Potentia res exiſtentes ſunt ſimiles rebus.10.meta.cõmen.2.uide.9.meta.tex.cõmen.7.

Potentiæ quædam exiſtunt per naturam,q̃dam conſuetudine,& q̃dam ꝑ diſciplinam.9.meta.tex.com̃.10.

Potentiæ ſine ratione quando agens appropinquat paſſo,& non fuerit illic aliquod extrinſecum impediens,neceſſe eſt ut agens agat,& patiatur patiẽs, ſed potentiæ rationales ſecũs ſe habẽt.9.primæ philoſophiæ.tex.com̃.10.& ibi uide cauſam.Nam quæ agunt ſine ratione, agunt alterum contrariorum tantum:quæ autem ſunt cum ratione, agũt duo contraria.Scientia enim eſt ſcientia contrariorum,& quia non poſſunt agere utrũq; contrariorum ꝑ ſe,quia tunc duo contraria ſimul fierent,quod eſt impoſſibile: ideo oportet eſſe aliquod principium prius potentijs mouentibus, ꝙ ſit cauſa in hoc ꝙ agat alterum cõtrariorum quãdoq;,& alterum quandoq;,& hoc eſt uerum principium: tale autẽ eſt appetitus & uoluntas quæ eſt ab intellectu.

Potentia propinqua non aduenit ſubiecto quomodocũq; diſpoſito,ſed eo mõ quo poſſit exire in actũ:ut ſi dicamus genituram eſſe in potẽtia primò propinqua hominem,quæ eſt proiecta in uulua tali modo, quo non offendat eam aer extrinſecus,ita ꝙ alteretur,& ita eſt in rebus artificialibus in tracta.3.meta.col.4.

Potentia propinqua differt à potentia remota , quia indiget uno ſolo mouẽte præſertim in naturalibus rebus ad hoc ut exeat in actum,ſed remota pluribus.Amplius autem denominatio fit in forma à ſubiecto ꝓpinquo, ut arca ẽlignea,ſed non à remota,quia nõ dicitur arca terrea.ex paraphraſi meta.trac.3.col.4.Item aliquid ꝓpriè dicit̃ eẽ in potẽtia à potẽtia ꝓpinqua,ſed remota dicit̃ largo mõ.ibidem.

Potentia quæ dicitur eſſe in infinito,non intelligitur de potentia quæ dicitur reſpectu actus,iſta enim eſt finita,ſed intelligitur cum dicitur eẽ infinitum in potentia.ideſt ꝙ ſemper potẽtia aſſociatur ei.9.meta.com̃.11.

Potentia quæ dicitur reſpectu actus,eſt finita.ibidem.

Potentiæ quæ dicũtur in rei ueritate poſſunt quãdoq; exire in actum,ita ꝙ in eis nõ remaneat potentia aliquo modo,& tunc erit uerum eas dicere exire in actum ſimpliciter,nõ in actum incompletum.9.meta.tex.com̃.11.

Potentia accepta in diffinitione motus eſt de genere potẽtiarum,quæ non exeunt in actum ſimpliciter,quia ſi talis potentia exiret in actum ſimpliciter,tũc deſtrueretur motus.9.metaphyſic.com̃.11.¶ Ex quo intelligis dictum Auer.in 3.phyſic.com̃.6.ubi dicit,ꝙ ex diffinitione motus apparet continuatio in motu:motus enim quando quieſcit erit perfectio eius quod eſt in actu.

Potentia quæ eſt in infinito,& potẽtia quæ eſt in materia ad infinitas formas,& potẽtia quę ponitur in diffinitione motus,ſunt de eodem genere:uidelicet ſunt de gñe potentiarum quæ non exeunt in actum ſimpliciter,ſed ſunt potentiæ quæ nuuquam ſeparantur ab illo quod poteſt,9.metaphyſi.com̃.2.tex.11.Ex quo patet potẽtiam eẽ duobus modis.uide &.3.phyſico.tex.com̃.57.ubi dicitur quòd aliter infinitum dicitur eẽ in potẽtia,quàm æs dicatur eſſe in potentia ſtatua.& uide Themiſtium ibi.

Potẽtia quæ ponitur in diffinitione motus, & iuenitur in tẽpore,& in diuiſione quãtitatum.nõ poteſt eẽ ſeparata niſi in cognitione.9.meta.tex.com̃.11.Inde collige itellectum aliqua poſſe ſeparare,quæ natura ſeparare nõ poteſt, ſicut bene notauit Cõmẽta.12.meta.com̃.39. Vid. in cõcordantiis nuꝑ æditis.

Potẽtia quæ nũquam ſeparatur à re quæ dicitur ĩ potẽtia,nõ põt ſeparari niſi in cognitione & nõ in eẽ,quia illud quod eſt ſeparatum de ea,eſt illud quod intellectus actu intelligit de ea.9.meta.tex.com̃.11.

Potẽtia dr̃ de nãlibus & artificialibus.9.meta.tex.cõ.11.

Potẽtia eſt ꝑꝑ actum & nõ è cõtra:nõ enim alia uidẽt ut uiſum habeant,ſed uiſum habẽt ut uideant.

Potentia non inuenitur in aliquo ſempiterno.9.metaphyſi.tex com̃.17.& Cõmmẽtator in commẽto dicit,quòd potẽtia non eſt niſi in generabilibus.

Potentia omnis ſimul contradictionis eſt. 9. meta. tex. c. 17.
Potentia fatigationis eſt maior, & potentia corruptionis eſt minor. 9. metaphyſi. com̄. 17.
Potentia p̄cedit actum tempore ſecundum iudicium, nō autem ſimpliciter. 9. meta. tex. cō. 13. & . 12. meta. tex. cō. 32. ubi dicitur, potētiam exiſtimare priorem actu, eſt quidem ut bene, eſt autem ut non bene.
Potentia & actus in plus ſunt horum quæ dicuntur ſecundū motum ſolum. 9. primæ philoſophiæ. tex. cō. 1.
Potentiæ q̄dam ſunt ſcd̄m ſimilitudinē, ut in mathematicis. 9. primæ philoſophiæ. tex. cō. 2. q̄dam ſecundum rei ueritatem, ut ſunt potentiæ in rebus tranſmutabilibus.
Potentia paſſiua eſt principium tranſmutationis ab alio inquantum aliud, potentia uerò actiua eſt principium tranſmutationis in aliud inquantum aliud. 9. meta. tex. cō. 2. Vbi Cōmenta. notat ꝙ ideo in diffinitione paſſiuæ potētiæ ponitur ab alio inquantum aliud, quia eſt manifeſtum quòd nihil patitur à ſeipſo, & ideo in diffinitione actiuę potentię ponitur in aliud inquantum aliud, quia eſt manifeſtum ꝙ nihil agit in ſeipſum. Vide in ſimili Auer. in libro deſtruct. dicto in diſputa. 1. in ſolu. 1. dub. ubi ſcribit: Principium cōceſſum ab omnibus eſt ꝙ nulla res ſeipſam permutare poteſt. idem. 3. de anima. commen. 4. ¶ Ex quo poteris uidere quantum deuiauerit à uia Peripateticorum Scotus ille ſubtilis in. 9. primæ philoſophiæ. q. 14. ubi quærit an aliquid poteſt moueri à ſeipſo. & in. 2. ſententiarum. diſtinct. 2. q. 10. & diſtinct. 25. q. unica. Verum illi accidit plerūq; dum de ſenſibilibus tractat, quod accidit Platoni, aduerſus quē Ariſt. ita ſcribit in primo de generatio. & corruptione. tex. cōmen. 7. Cauſa autem quare non potuerunt confeſſa uidere inexperientia fuit. Ideo quicunq; magis inſudauerunt naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus multa poſſunt complicare: qui autem ex multis ſermonibus indocti exiſtentium entis intuentes & ad pauca reſpicientes de facili enunciant.
Cōtra Sco.
de Scoto qd aint uide
Potentiæ cuiuslibet paſſiuæ diffinitio recipit diffinitionem potentiæ primæ materiæ. 5. meta. tex. cō. 12.
Potentiæ cuiuslibet actiuæ diffinitio recipit diffinitionem actionis primæ formæ, quę eſt abſoluta ab omni materia. ibidem. & hoc rationabiliter, quia dicit Cōmenta. 12. metaphyſi. cōmen. 18. in calce cōmenti, quòd omnes propoſitiones & formæ ſunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore, & ibidē. cō. 14. habet q̄d forma primi mouentis quodāmodo eſt omnes formæ.
Potentiæ aliæ irrationales, aliæ rōnem habētes. ibidem.
Potentiæ rationales agunt duo contraria ſimul, ut medicatiua ſanitatis, & ægritudinis. factiua potētia eſt. 9. metaphy. tex. cōmen. 3. & ibi redditur cauſa, quia ſcientia contrariorum eſt eadem. Ratio autem eadem oſtendit rem & priuationem, non tamen ſimiliter.
Potentiæ irrationales ſunt alterius cōtrariorum tantum. ibidem. & tex. cōmen. 13.
Potentia exiſtere ſignificat aliquem modū priuationis, & dicere aliquid habere potentiam, ad hoc eſt ſecundum ꝙ caret illo ad quod poteſt. 9. meta. com̄. 3.
Potentia, qua aliqua tranſmutanť adinuicem, diciť potentia paſſiua, iſta eſt materia paſſiui. 5. meta. com̄. 26.
Potentia & actu ſimiliter ſunt in ſubſtantia & in forma: dicimus enim ꝙ in lapide eſt forma Mercurij, & in potētia & in actu: potentia, quia habet naturam recipiēdi eam: actu uerò, quia recipit illā. Cōmen. 5. meta. cō. 14. ¶ Ex quo patet quō res anteq̄ fiat, dicatur eſſe potentia, contra ponētes potentiā obiectiuam diſtinctam à ſubiectiua.
Nota contra Scotū & Henri. d Gan, ponētes potētiā obiectiuā diſtinctam apud Peri. a potentia ſubiectiua.
Potentiæ nōnullæ aliquas magnitudinis partes quaſi tranſcurſu p̄tereunt non diuidendo neq; ſecando, ſed p̄parando atq; ita afficiendo ut ſecari & diuidi aliquando poſſint: nō enim ſemper ad diſcretionem potentiarū ſubiectæ magnitudines diſſecantur, ut eſt in ſtillicidijs cauātibus lapidem, ubi non oportet ut ſingulis ſtillicidijs ſua ramenta reſpondeant. Them. 7. phyſi. 38.
Potentia opponitur actui relatiuè. 9. meta. tex. cōmen. 11. & cōmen. 5. & . 1. de anima. com̄. 6.
Potētiam aliā eſſe ab actu manifeſtū eſt. 9. meta. cō. & te. 6.
Potentiam negantes deſtruunt motum. tex. cōmen. 6. & Cōmenta. reddit cauſam, quia motus eſt perfectio entis in potentia ſecundum ꝙ in potentia, & ideo cum potentia non fuerit, non erit motus.
Potentia multis modis dicitur. 5. meta. cap. de poteſtate. & eſt tex. cōmen. 17. uide etiam ſecundo phyſi. cōmen. 15. & 10. metaphyſi. tex. cōmen. 15.
Potentia ſecundum metaphoram eſt in geometria. ibidem. ubi Cōmentator dicit, ꝙ in rebus mobilibus reperitur potentia uerè, ſed in geometricis tranſumptiuè.
Potentia non eſt de ſubſtantia materiæ. 1. phyſi. cōmen. 70. uide in concordantijs.
Potentia non eſt corruptibilis per ſe, ſed priuatio eſt per ſe corruptibilis. 1. phyſi. cōmen. 82.
Potentiæ paſſiuæ ſunt duplices, quædam ſunt paratæ recipere duo contraria æqualiter, & quædam ſunt paratæ dignius recipere alterum: in primis eſt cōtingens æqualiter, non in ſecundis. 2. phyſi. cōmen. 48. uide. 4. cœli. cōmē. 35. in fine. & ſecundo cœli. tex. com̄. 38.
Potentiæ rerum contrariarum ſunt contrariæ. 3. phyſi. cō. 11. & primo cœli. 119. & . 121.
Potentia qua aliquid eſt diuiſibile in infinitum, alia eſt à potentia qua æs eſt in potentia ſtatua, quia iſta reducitur ad actum. 3. phyſi. tex. cōmen. 57. & . 58. ¶ Ex quo eliciť non omnem potentiam eſſe reducibilem ad actum, ſed ubi potentia poteſt ſeparari ab actu: ſunt autē res quarum differentiæ ſubſtantiales conſeruant ſuum eſſe in coniunctione potentiæ cum eis, ut in rebus quarū eſſe eſt in motu. Rerum enim quædā ſunt in actu ut homo, & q̄dam ſunt quarum eſſe ita ſe habet, ꝙ potentia admiſcetur cum actu, & ſi potentia non fuerit, non erit actus, ut dies.
Potentia naturalis & innaturalis ſecundum Alexādrum nō eſt qualitas. 7. phyſi. cōmen. 20.
Potentia naturalis & innaturalis ſecundum Auerroem non eſt qualitas alterabilis. ibidem.
Potentię cœleſtes ſecundū ꝙ mouent tempore infinito non habent proportionem, ſed ſm̄, ꝙ unaquæq; mouet corpus proprium propria uelocitate, ſm̄ hoc habent ꝓportionem ad motum, uel cum moto. 7. phyſi. com̄. 35.
Potentiarum cœleſtium diuerſitas in uelocitate mouendi, ꝓuenit fortè ex diuerſitate naturarum mouentium in nobilitate ſecundum magis & minus, & diuerſitate naturarū corporum quæ mouentur ab eis.
Potentia non ſolum tempore p̄cedit paſſionem exiſtentem in paſſo, uerūetiam p̄cedit ſecundum tempus uirtutem agētem in agente; quod enim comburit, innatum erat ante cōburere. 8. phyſi. tex. cōmen. 4.
Potentiam eſſe ante actū in motu non cōpetit motui inquātum motus eſt, ſed inquātum nouus. 8. phyſi. cō. 4.
Potentia ad motū eſt duplex, eſſentialis ſeu naturalis, & potentia accidentalis ſiue uiolenta. 8. phyſi. tex. cō. 32.
Potentia eſſentialis non exit in actum niſi à motore eſſentialiter, potentia autem accidētalis exit in actum à motore accidentaliter. 8. phyſi. tex. cōmen. 32.
Potētia eſſentialis eſt in ſubiecto, ex quo aliquid generatur, potentia accn̄talis eſt in ipſamet re g̃nata. 8. phy. cō. 32.
Potentia eſt cauſa compoſitionis alicuius, ex duabus ſubſtantijs, ſi illa uel aliqua ſubſtantia ſit una in actu, & potentia illa erit ſimplex. 8. phyſi. 78. cōmen. & idem habetur. 8. metaphy. tex. com. 15. Caueant ergo qui ponunt in uia Ariſt. & Auer. intelligentiam dare eſſe formaliter orbi, & facere per ſe unū, ſicut ex potentia & actu, quia tūc in cœlo eſſet alia potentia à potentia, quæ eſt in ubi: ſed uideant pauperes ꝙ illa compoſitio eſt g̃nabilibus & corruptibilibus ꝓpria, ſicut patet ex fine octaui primæ philoſophiæ.
Cōtra ponentes inchoationē formalem.
Potentia actiua infinita non poteſt eſſe in materia, non autē ueritatem habet de potentia paſſiua. Auer. limitatio eſt. 8. phy. cō. 79. Caueant ergo ponentes inchoationē formę ab æterno in materia, quæ coagit ad generationem.
Cōtra Alexā. achi. & Pet. Pōpo.

Potentia



Potentia materialis actiua ſi minori tempore agit actionem maiorem quàm ſit actio minoris potentiæ, neceſſe eſt ꝙ in æquali t̄pore agat maiorem actionem quàm minor. 8. phyſi. tex. commen. 79.
Potentiæ nomen conuenientius eſt & manifeſtius apud Philoſophos, præſertim eſt quando dicitur id quod eſt aptum inueniri in actu poſt hoc, & talis eſt potentia quæ dicitur de materia. ex tracta. primo, in paraphraſi metaphyſi. cap. de potentia & actu.
Potentia exiſtens in corpore compoſito ex materia & forma, ſi poſſet habere motionem infinitam, tunc infinitum eſſet maius infinito. 8. phyſi. com. 79.
Potentiæ motiuæ poſſunt dici infinitæ duobus modis, in duratione uidelicet, & in uigore. 8. phyſico. com. 79. idem. 1. cap. de ſubſtantia orbis, & . 12. meta. commen. 41. & . 2. cœli. commen. 71.
Potentia motiua in uigore dari non poteſt, niſi motus poſſet fieri in inſtanti. ibidem.
Potentiæ incorporeæ non habent proportionem, quia proportio eſt ſolius quantitatis ad quātitatem, uel eorum quæ inſunt quantitatibus. 8. phyſi. com. 79.
Potentiæ mouentis cuiuslibet finitæ, neceſſe eſt & tempus finitum eſſe. 8. phyſi. tex. commen. 80.
Potentiæ corporum ſequuntur magnitudines eorum. primo cœli. 33. commen. & . 46. & . 48.
Potentia eſt aliquo modo priuatio, ſed eſt de ſpeciebus priuationis quum id quod priuatur ſolet habere in paraphraſi meta. tracta. 1. cap. de potentia & actu.
Potentiæ defectus diffinitur per minimum, licet potentia ipſa ex fine ſui actus terminetur. 1. cœli. 116. idem in paraphraſi primi de cœlo, ſumma. 10. parte ſecunda.
Potentia actiua terminatur per ultimum finem eius quod agit, ſed potentia paſſiua per minimum eius à quo patitur. primo cœli. tex. commen. 117.
Potentiæ oppoſitorum non ſimul congregantur in eadem materia, quemadmodum nec ipſa oppoſita. 1. cœli. com. 119. & . 121. ubi aduerte ꝙ Commen. in commen. 121. limitat ipſam ad contraria immediata, & in ſua paraphraſi in ſumma. 10. parte ſecunda dicit, ꝙ potentiæ ad oppoſita cōſideratæ, in ſubiectis propinquis, ſunt diuerſæ & in diuerſis temporibus.
Potentia ad aliquid eſſe non eſt infinita cum fuerit accepta in materia propinqua, ſed cum fuerit accepta in prima materia, ſed tunc non eſt illius indiuidui niſi per accidens. Commen. 1. cœli. commen. 120. idem. 4. phyſi. commen. 120. contra Ioan. Ganda. qui poſuit infinitas potentias ſimul in materia ab æterno.
Potentiam infinitam ad corruptionem impoſſibile eſt inuenire, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter, ſed ad generationem infinitam eſſe potentiam accidentaliter, non autem eſſentialiter non inconuenit. 1. cœli. commen. 120.
Potentiæ oppoſitæ quæ ſunt ad duo oppoſita imediata, impoſſibile eſt ꝙ ambæ ſimul ſeparatæ inueniantur à ſuis actibus. Commē. in paraphraſi ſuper primo cœli. ſumma. 10. parte. 3. & . 1. cœli. commen. 121.
Potentia dicuntur partes eſſe in toto, & hoc dupliciter, uel de partibus ſecundum qualitatem, uel de partibus ſecundum quantitatem. ex tracta. primo metaphyſi. in paraphraſi, cap. de potentia & actu.
Potentia nulla eſt media inter finitum & infinitum, cum potentia infinita eſt tantum una potentia. 1. cœli. com. 134.
Potentia non intelligitur niſi reſpectu futuri, & ideo qui dicit ꝙ eſt potentia reſpectu præteriti, facit de præterito futurum, aut præſens. primo cœli. com. 138.
Potentiæ illæ ſecundum quas cœlum dicitur habere dextrū & ſiniſtrum non ſunt materiales. 2. cœli. com. 15.
Potentia quieſcentis addit ſupra potentiam mouentis, niſi quieſcens moueatur à mouente, ut declaratum eſt in libris de animalibus. 2. cœli. commen. 17.
Potentiæ motorum ſaparatorum à materia ſunt finitę uno modo, & ſunt infinitę alio mō: ſunt enim in uigore, & ſunt infinitæ, quia mouent æterno tempore. 2. cœli. commen. 38. & . 39. & . 8. phyſi. commen. 79. & in paraphraſi. 1. de cœlo in fine, & in. 3. cap. lib. de ſubſtantia orbis, & . 12. meta. commen. 41. & . 2. cœli. commen. 71.
Potentia diuiditur ſecundum corporis diuiſionem. 2. cœli. commen. 42. idem. 8. phyſi. commen. 79.
Potentias motori cœli non eſt infinita niſi in æternitate motus, non in uelocitate, neq; in multitudine motuum. 2. cœli. commen. 63. & . 71. & . 8. phyſi. 79. & alibi.
Potentia & actus ſunt differentiæ ualde oppoſitæ, & contingunt omnibus prædicamentis. primo de anima. commen. 6. idem. 12. metaphyſi. tex. commen. 26.
Potentijs priores ſunt actus ſecundum rationem & obiecta actibus. 2. de anima. tex. commen. 33. ideſt, quo ad noſtrā cognitionem, ſecundum rationem autem quo ad doctrinam: uel ſecundum Alexandrum. i. ſecūdum perfectionē, quia potentia eſt prior tempore actu, actus uerò prior perfectione. 9. metaphy. tex. commen. 15. Priora genere ſunt imperfectiora. Aut ſecundum rationem. i. diffinitionem, quia potētia diffinitur per actum, & actus per obiectum, & non è contra.
Potentia duplex, remota & propinqua. ſecundo de anima. tex. commen. 61.
Potentiæ animæ non locis & habitaculis, ſed ratione cogitationeq; inuicem abſoluuntur: quorum enim euenta exitusq; diuerſos eſſe conſpicimus, ipſa quoq; inter ſe diuerſa eſſe neceſſe eſt. Themiſt. 2. de anima. cap. 9. & habetur ex mente Ariſtot. tex. commen. 20. Vide etiam Alexan. pulchrè de hac materia in paraphraſi de anima. in cap. penultimo, & in paraphraſi, cap. ultimo.
Potentia eſt quoddam conſequens ipſius materię eiusq; umbra, licet datur ſecundum prius & poſterius. Itidē & actus eſt conſequens ipſius formæ, & umbra inſequens ipſam, licet dicatur ſecundum prius & poſterius. Auer. in. 3. tractatu paraphraſi metaphyſi. col. 5.
Potentia, receptio, & perfectio, æquiuoco modo dicuntur de intellectu, & de rebus materialibus. tertio de anima. commento. 14.
Potentia propinqua actui uocatur diſpoſitio media inter potentiam remotam & poſtremam perfectionem. tertio de anima. commen. 14.
Potentiæ actiuæ diuerſæ differunt in qualitate actionis, & paſſiuæ in qualitate paſſionis, aut in utroque, ſi utrunque fuerint. 3. de anima. commen. primo.
Potentia ens eſt priuatio eius quod eſt in actu. ex principio commen. ſuper libro de ſomno & uigilia. idem. 9. primæ philoſophiæ. commen. 3.
Potentiæ naturales ſunt diuiduæ circa corpora, ſed qualitates primæ ſunt diuiduæ circa materiam, & non circa corpora. Themiſt. 1. de anima. cap. 12. ſuper tex. 26.
Potentia totius in formis diuiſibilibus eſt maior potentia partis primo cap. de ſubſtantia orbis. & . octauo phyſico. tex. commen. 78. 79.
Potentiæ debent diffiniri per ſuos fines, & non per illud quod eſt ante finem, & per eos diſtinguitur quælibet potentiarum rerum habentium potentias diuerſas. 1. cœli. tex. commen. 116. ubi dicit Simplicius ꝙ ſicut minor grauitas eſt in maiori, ſic minor potentia continetur in maiori, & maius eſt maioris principium, & minus minoris. Diuus Thomas autem dicit, ꝙ diffinitio debet dari per ultimum quod dat ſpeciem & complemētum, quia illud unum eſt, & indiuiſibili conſiſtit, teſte Porphyrio, cap. de differentia. Vide conſimilem ſententiam in. 10. ethicorum. cap. 9.
Poteſtate ens eſt indefinitum. 4. meta. tex. com. 15.
Prandium differt à cœna ſecundum diuerſitatem temporis tantum. 8. metaphy. tex. com. 5.
Prædicamenta accidentium habent ordinē inter ſe, ut ſunt in ſubſtantia, quia hoc manifeſtum eſt. Quantitas enim eſt in prima inter cætera, cum non reperiatur quantitas niſi in corpore, nec locus niſi in aliquo corpore inquantum eſt corpus, nec ſitus niſi in locato, agere autem & pati non niſi

mediante ubi & ſitu, & habere non ineſt niſi mediante ſitu & ubi: non tamen eſt impoſſibile, ut duo prædicamenta habeant in hoc eundem gradum, ut qualitas & ubi, quia non uidetur unum iſtorum precedere aliud ſecundum ſuũ eſſe in ſubſtãtia. ex paraphraſi meta. tracta. 2. in principio.

Prædicatio alia eſt naturalis, alia non naturalis, ſeptimo metaphyſi. commen. 59.

Cõtra Io. de Gãda.

Prædicata eſſentialia ſunt illa quę adunantur cum ſubiecto, & adunantur adinuicem: è contrario autem ſunt prædicata accidentalia. 7. metaphyſi. tex. commen. 11. Contra Ioãnem de Gandauo ponentem formam generatam eſſe realiter diſtinctam à forma ſpecifica.

Cõtra formalizãtes.

Prædicata eſſentialia primi modi ſunt tria, genus, & differẽtia, & diffinitio. 7. metaphy. commen. 11. Contra formalizantes ponentes quartum membrum, & eſt quando idem prædicatur de ſeipſo, cum tamen illa prædicatio non ſolũ non eſt per ſe ſecundum Peripateticos in primo modo, immo neq; eſt naturalis prædicatio, ſed eſt nugatoria, ut dicit Commen. 4. metaphy. commen. 3. & nos prolixe probauimus hoc in noſtris Theorematibus, in illo Theoremate: Subſtantia prima de nullo prædicatur.

Prædicabilia accidentalia quædam prædicantur per ſe, & quædam per accidens. 7. meta. tex. commen. 1.

Prædicata accidentalia per ſe prædicata de ſubſtantijs nõ indicant rei quidditatem. ibidem.

Prædicata per ſe dicuntur tribus modis, primo tractatu cap. de eſſentia in paraphraſi metaphy. idem Themi. primo poſte. cap. de per ſe. uide in contradictionibus nuꝑ æditis.

Prædicamenta quæ habent compoſitionem, communiter exiſtimantur ꝙ non eſſent, ſi anima non eſſet. Commenta. in. 6. metaphyſi. commen. 8. ubi per talia prædicamenta intelligas illa quæ important aliquam comparationem & reſpectum. Vnde de prædicamento relationis ſcribit Com. 12. meta. com. 19. quod eſt minimę entitatis, & ꝙ quidam exiſtimauerunt illud eſſe de ſecundis intellectis.

Prædicabilia quæ declarant quidditatem indiuidui ſubſtantiæ ſunt digniora hoc nomine ens quàm prædicabilia aliorum accidentium. 7. meta. tex. com. 2.

Prædicatio hominis de homine perfecto per ſcientias ſpeculatiuas, & de non perfecto, aut non habente aptitudinẽ, ut perficiatur eſt æquiuoca. Auer. in prologo primi phyſic. ubi pondera ꝙ non quilibet habet aptitudinem, ut perfici poſſit. Vide pro hoc in. 2. primæ philoſophiæ. tex. commẽ. 15. de habentibus naturæ impedimentum, uide etiam. 2. phyſi. commen. 6. & 2. cœli. comm. 22.

Prædicatum quod dicitur conuertibiliter de duobus, oportet ꝙ illa duo inuicem conuertantur. primo cœli. com. 125. & habetur ex primo priorum analyticorum.

Prædicamentorum diſtantia eſt diuerſa à diſtantia contrariorum, etenim non eſt merito contrarietatis, ſed ideo dicuntur diſtare adinuicem, quia non generantur mutuo inuicem, neq; aggregãtur in eodem ſubiecto. in paraphra. metaphy. tracta. 3. col. 12. ibi: Et dicamus ꝙ unum opponitur multitudini multis modis.

Prædicatum quod competit alicui per ſe ſimul, eidem per accidens competere non poteſt. primo de anima. tex. com. 42. & habetur primo poſte. in cap. de per ſe.

Prædicata eſſentialia inueniuntur in genere eorum quæ dicuntur multipliciter, ſicut inueniuntur in genere eorum quę dicuntur uniuocè, ſed non inueniuntur in eis quæ dicuntur æquiuocè, licet in eis inueniatur quoddã uerum, tñ nõ eſt eſſentialiter: poſſibile enim eſt, ut aliquod prædicabile prædicetur uerè de aliquo nomine æquiuocè, uerbi gratia, omnis canis eſt pulcher, ſed non inuenitur in eis prædicabile eſſentiale omnino. 4. meta. commen. 2. Vbi per prædicata eſſentialiter dicta, intelligas prædicata per ſe primi modi & ſecundi modi dicendi per ſe, quia ſola illa ingrediuntur in ſimpliciter ſcibilibus ſecundum Ariſt. in primo poſte. Nam quæcunq; neutraliter inſunt, accidẽtia ſunt. In analogis igitur inueniuntur prædicata primi modi dicendi per ſe, quia talium ſunt diffinitiones, ut patet de diffinitione naturæ, ut patet. 2. phyſi. tex. commen. 3. ſicut eſt diffinitio motus. 3. phyſi. commen. 4. & tex. commen. 6. ſicut eſt diffinitio de anima, ut patet. 2. de anima. commen. 7. & 30. & 3. de anima. commen. 5. contra Alexan. In talibus etiã prædicata ſecundi modi per ſe, quia ex ſecundo poſte. ſi ſubiectum eſt analogum, & paſſio etiam eſt analoga & è cõtra: ſed in purè æquiuocis bene poteſt cõtingere ut aliquod prædicatum uerificetur de omnibus modis ſeu ſignificatis, ſed non eſſentialiter, ſed accidentaliter, ut iſta: Omnis canis eſt pulcher. Sunt enim tres ꝓpoſitiones & omnes ſunt ueræ, ſed pulchritudo non uerificatur de eis, nec in primo, nec in ſecundo modo dicendi per ſe: in plus enim eſt propoſitio uera quam ſit propoſitio per ſe.

Prædicatio eiuſdem de ſeipſo eſt nugatoria, elicitur ex. quarto metaphy. in commen. 3. & ex. 10. metaphſi. commen. 8. in calce commen.

Prædicationes de generibus & differentijs in lingua Arabum fiunt ab abſtracto. Dicunt enim ꝙ homo eſt animalitas & rationalitas, & apud eos non fit prædicatio denominatiua de prædicato ſubſtantiali, quia non dicunt hominem eſſe intellectiuum in paraphraſi metaphyſi. tracta. 3. in col. 4. Sic intelligas dictum eius in. 7. metaphyſi. com. ubi dicit ꝙ Socrates eſt animalitas & rationalitas.

Præparationes indiuiduales ſunt infinitæ, & cognoſci non poſſunt à nobis per ſigna, & reddunt artem medicinæ imperfectam. 6. colliget. cap. primo.

Pręparatio eſt priuatio aliqua, & nullam habet naturam niſi propter naturam ſubiecti, & illo modo fuit poſſibile, ut præparationes diuerſentur in unoquoque ente. tertio de anima. commen. 14.

Præparatio quælibet in eo ꝙ præparatio uerè nihil dicitur eſſe in actu, ex illis quæ recipit. ibidem.

Præcordia ictu traiecta in prælijs riſum attuliſſe proditum eſt, et uide cauſam in. 3. de partibus animalium ca. 10. ubi agitur de ſepto tranſuerſo, Græci phrenes appellant.

Præcordium ſiue pericordium eſt membrana in qua cor inuoluitur ſecundum Alexan. in paraphraſi. de anima. cap. ultimo, notatur ꝙ, ut ait Gale. antiqui præcordium os ſtomachi etiam appellare conſueuerunt, ſed hoc eſt large. Vide in litera D, de diaphragmate.

Præceſſio entis non temporalis non eſt reſpectu temporalis neq; cauſalis, ut umbræ reſpectu ipſum corpus, neque temporalibus, ut eſt in natura entium mobilium, ſed eſt ꝓceſſio eſſe impermutabilis & non in tempore reſpectu eſſe permutabilis & in tempore. ex lib. deſtru. diſpu. 1. in ſolutione dub. 14. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Præmiſſe dicuntur principia concluſionis, uel quia ſunt ſicut efficientes, uel quia ſunt ſicut materia, unde eſt ſecundum uiam ſimilitudinis. ex paraphraſi metaphyſi. tracta. primo cap. de principio.

Priuatio quanquam nullibi ſubſiſtat, ſed ſola ratione, neceſſaria tamen eſt ceu altera quædam natura, quæ alteri naturæ accidat. Themiſtius in digreſſione primi phyſi.

Priuatio efficit ut materia ſit poteſtate non actu. Themiſti. primo phyſi. ſuper tex. 78.

Priuatio ita ſe habet ꝙ in ea nulla eſt poſſibilitas, ſi enim in priuatione eſſet poſſibilitas, poſſibile eſſet ꝙ priuatio reduceretur ad eſſe. ex. lib. deſtruc. diſpu. prima, in ſolutio. 15. dub. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Priuatione exiſtente rerum oportet eſſentiam rerum corrũpi, ſi uerò non fuerit, oriri omnia atque naſci neceſſe eſt. Nihil enim omnino fieri poteſt, niſi corruptio alicuius diſſolutioq; præcederet, alioquin omnia fuiſſent ſempiterna & immortalia Malum igitur & interitus ex priuatione ꝑficiſcitur atq; contingit. Themiſt. 1. phy. ſuper. 80. tex.

Priuatio non intelligitur per ſe, ſed in reſpectu ſui habitus. 12. meta. com. 37. & 3. de anima. tex. com. 25.

Priuatio eſt contradictio quædam. 10. meta. tex. com. 15. aut in potentia determinata, aut concepta cum ſuſceptiuo. 10. metaphy. tex. commen. 15.

Priuationis alicuius medium eſt. ibidem.

Priuatio



Priuatio & habitus non diuidunt uerum & falſum, quando ſubiectum eorum fuerit ens aut terminatum, ſecus autem eſt de contradictione. 10. meta. tex. com. 15. idẽ meta. tex. commen. 27. & in poſtprædicamentis, & 5. metaphyſi. commen. 27. & primo cœli. 129. & 3. phy. commen. 24. & 4. phyſico. commen. 109.

Priuatio forſan nõ omni cõtrarietas. 10. meta. tex. com. 16.

Priuatio dicitur multipliciter. 9. metaphy. tex. com. 3.

Priuatio eſt poſterior habitu. 10. metaphy. 16.

Priuatio ubi latuerit & fuerit innominabilis, ut in ære figuræ cuiuslibet, aut in lateribus & lignis domus, ex his uidetur fieri. 7. metaphy. tex. commen. 25. Vbi collige cauſam propter quid contingit iſta diuerſitas in ſermone, quod quandoque aliquid dicitur fieri ex aliquo, ut ex materia: interdum loquimur in obliquo, ut ex ære fit ſtatua: interdũ in recto, ut homo fit muſicus, & regula eſt: Vbi priuatio fuerit ignota, & ſine nomine, tunc denominatio fit materia in obliquo, ut ex ære ſtatuam fieri dicimus, & ex lignis nauim: ſed quando priuatio nota eſt, tunc fit ſermo in recto, ut homo fit muſicus, & non ex homine fit muſicus. Hoc etiã pulchrè notauit luciſſimus Themiſtius in. 1. phy. in expoſitione tex. commen. 61. ſicut poteris clarè uidere.

Priuatio toties dicitur quoties à priuatiua particula negationes dicuntur ibidem, ubi Commen. in commen. dicit ꝙ numerus modorum priuationis inuenitur ſecũdum numerum intentionũ quæ ſignificanẽ per noĩa priuatiua infinita.

Priuatio aliqua eſt ſecundum genus, ut talpæ cæcitas, alia ſecundum ſe. 5. metaphyſi. tex. commen. 27. & eſt in cap. de priuatione.

Priuatio formæ aptè haberi naturaliter dicitur tribus modis, aut enim eſt priuatio pura, ut in eo qui non habet pedes omnino: aut prauè, ut qui habet pedem claudum: aut debiliter, ſicut qui habet pedem debilem. 5. metaphyſi. tex. commen. 27. & eſt diuiſio conſimilis apud medicos de actione læſa. Conſimile habetur in ſecundo de anima. 103. & 120. & 3. phyſico. 34.

Priuatio & habitus non diuidunt uerum & falſum in omnibus rebus, fallit enim in medijs. 5. meta. tex. commen. 27. idem in prædicamentis in ſermone de oppoſitis.

Priuatio & habitus diuidunt uerum & falſum in ſubiecto proprio. 5. mttaphy. 27. idem. 10. meta. 16. & 3. phyſi. 24. & 4. phy. 109. & primo cœli. 129.

Priuatio eſt habitus aliquo modo. 5. meta. tex. com. 17.

Priuatio efficit ut materia ſit in potentia. Themiſtius, primo phyſico. ſuper tex. 78.

Priuatio licet ſit grandis rebus principium per accidens, nõ tamen illo modo quo album et muſicum reſpectu eius qui ſanatur: tales enim cauſæ per accidens nihil conferunt generationi, ſed priuatio confert, quia materia eſt in potentia per ipſam. Themiſtius. 1. phyſi. ſuper. 78.

Priuatio eſt principium generationis per accidens, q̃a accidit animæ quæ eſt principiũ generationis per ſe, & ſic ex priuatione omnia generantur per accidens. Themiſti. primo phyſico. ſuper. 66.

Priuationem & formam eſſe contraria pingui minerua dictũ eſt, quum in ſe inuicem agere non poſſint, neq; pati. Themiſtius primo phyſico. 67.

Priuatio eſt non ens per ſe. 1. phyſico. com. 79. & 75.

Priuatio non eſt ſubſtantia neq; accidens. ibidem.

Priuatio non eſt natura, neq; forma, ſed formæ uelut mera abſentia. Themiſt. 1. phyſi. ſuper. 69.

Priuatio ſemper machinatur ad maleficium, primo phyſico. tex. commen. 80.

Cõtra Egidii Roma.

Priuatio accidit materiæ de neceſſitate. 1. phy. commen. 81. Caueat Egidius Romanus in cœlo ponens primam materiam eiuſdem rationis cum iſta ſine priuatione, materiã enim confeſtim ſequitur contrarietas. ex libro. 2. de morte & uita, & per conſequens priuatio.

Priuatio eſt cauſa ꝙ deſiderium naturale eſt in materia. 1. phyſico. commen. 81. Vide in concordantijs.

Priuatio non eſt potentia. ultimo cap. de ſubſtantia orbis.

Priuatio pluribus modis ſumitur in ſcientia diuina quam in logica, in qua tantum tres modi ſunt poſiti in paraphraſi metaphyſi. Commen. trac. 1. cap. de oppoſitis.

Priuatio exiſtens in prima materia non eſt priuatio ſimpliciter, immo eſt ſicut forma materiæ. 2. phyſic. commen. 15. & habetur etiam in tex. quod quomodo ſit intelligendum, uide in concordantijs contra ponentes inchoationem formarum, qui ſuper hoc fundant præcipuè ſuam opinionẽ.

Priuatio quando non habet nomẽ, tunc locutio de ſubiecto fit in obliquo, quia in tali denotatur priuatio importari, & non fit in recto, ut dicimus ex ære fit ſtatua, & non æs fit ſtatua: ſed ubi priuatio habet nomen, fit de ſubiecto in recto ut homo fit muſicus, q̃a priuatio nota eſt, ſcilicet immediata. Inflexio. n. de recto uidetur abiẽs quoddã & recedens ſignificare, rectus uerò caſus ſubſiſtens & remanẽs.

Priuationes quodammodo habent diffinitiones. tertio phyſico. commento. 13.

Priuatio non habet in ſe diuerſitatem, quia eſt non ens. quarto phyſico. tex. commen. 67.

Priuationes terminantur & menſurantur in reſpectu habituum. 4. phyſi. commen. 118. uide idem. 3. de anima. tex. com. 25. & 1. de anima. tex. com. 85. & 4. phy. 120.

Priuatio duplex, quædam pręcedit eſſe & cum ea coniungitur poſſibilitas eſſendi: & quædam ſequitur poſt eſſe, & cum ea non eſt poſſibilitas rem eſſendi. 2. phy. com. 120.

Cõtra Ioã. de Gãda.

Priuatio Socratis quæ præcedit ſuum eſſe terminatur per tẽpus, quando accipitur in ſubiecto propinquo, uerbi gratia, in ſanguine menſtruo: ſed cum accipitur reſpectu poſſibilitatis quæ eſt prima materia, inuenietur infinita in præterito. 4. phyſico. commen. 120. & 1. cœli. commen. 120. cõtra Ioan. de Ganda. qui tenuit infinitas eſſe potentias particulares in prima materia.

Priuatio non propriè dicitur contraria formæ, ſed data quadam rudiuſcula nominis ratione: nam ſi exactè loqui uoluerimus, priuatio abſentia quędam eſt formæ. Themiſti. quinto phyſico. 9.

Priuatio qualitas quædam eſſe uidetur. Themiſti. in digreſſione. 1. phy. Vide in concordantijs nuper æditis.

Priuatio non tranſmutatur, ſed ſubiectũ priuationis. 1. phy. 51. & 5. phy. com. 8. 8. phyſi. 4. & 62.

Priuationes in quibuſdam ſuis nominibus proferuntur, quibuſdam uerò non ipſe priuationes, ſed aliorum ſolę negationes habentur: nam communia omnibus compoſitis nomina facile eſt inuenire, ut conuenientia inconuenientia ſed particularibus compoſitis nomina in communi loquendi conſuetudine non inueniuntur. Themiſti. primo phyſico. ſuper tex. 45.

Priuatio quandoque ſignificatur per affirmationem, quinto phyſi. tex. commen. 9.

Priuationes cognoſcuntur per habitus. 3. de. ani. tex. cõ. 25.

Priuationes aliquæ ſunt pefectiores ſeu nobiliores quibuſdam entibus imperfectis, & ideo nonnunquam melius eſt non uidere quam uidere. in paraphraſi meta. tracta. 3. col. 14. Contra illos qui opinabantur potius multitudinem eſſe priuationem unitatis quã è contra, quia priuatio eſt ignobilior habitu, & multitudo eſt ignobilior unitate.

Priuationes nonnullæ ſunt differentiæ. 4. phy. tex. com. 67.

Priuatio & negatio differunt, quia negatio eſt ablatio alicuius negati ſimpliciter, ſed priuatio eſt ablatio alicuius in aliqua natura terminata. 4. metaphy. tex. com. 4.

Priuatio ad eas res pertinet quæ paratam habent naturam ut poſſint id capere, quod nondum ceperunt, atq; id agere, eoq; modo ꝙ & quo non agunt. Themiſt. 5. phy. 22.

Priuationis inquantum priuatio eſt, nulla eſt differentia. ex 1. de partibus animalium. cap. 3.

Priuationes non ſunt generationes ſecundum primam intẽtionem, ſed ſecundum errorem ex accidentibus poſitis, & hoc eſt commune naturæ & arti. 12. meta. commen. 13.

Priuationum generationes tam in naturalibus q̃ in artificialibus, non eſt uerum generationis appellari. ibidem.

Priuatio eſt contradictio quædam. 10. meta. tex. commen.

15.aut in potentia determinata, aut concepta confuſceptiuo. 10.metaphyſi.tex.commen.15.

Priuatio eſt ſpecies quodammodo.2.phy.tex.commen.15. idem.5.metaphy.commen.& tex.17.

Priuatio eſt non ens.4.metaphyſi.tex.commen.6. idem primo phyſico.commen.79.

Princeps inquantum eſt princeps, oportet quod habeat aliquam operationem propriam. Commen. in libro de partibus animalium.3.cap.de corde.

Primum principium non eſt conueniens ſecundum modũ quo eſt principium proprium, ſed debet eſſe cõueniens aliquo modo uniuerſali. 12.metaphy.com.24.

Primus Philoſophus habet loqui de modis priuationis, & ẽ proprium loqui de priuatione, ubi fit ſermo de potentia. 9. metaphy.commen.3. Ex quo patet ꝙ ſemper potentię eſt annexa priuatio, idem lucidiſſimus Themiſt.in.1.phyſi.in digreſſione de potentia & priuatione materiæ.

Primus Philoſophus debet diſputare contra negantes potẽtiam eſſe.9.metaphyſi.commen.5.

Primus Philoſophus conſiderat de diffinitione ut ſignificat naturas rerum, ſed logicus conſiderat ut eſt inſtrumentum ducens intellectum ad intelligendum quidditates rerum. ſeptimo metaphy.commen.42.

Prima philoſophia eſt circa ſeparabilia & immobilia.6.metaphyſi.tex.commen.2.

Primus modus per ſe eſt quando prædicatum eſt in ſubſtãtia ſubiecti, & hoc ſiue ſit genus, ſiue differentia, ſiue tota diffinitio.5.meta.commen.23. Idem habet Commen.7. metaphyſi.commen.11. ubi dicit, ꝙ primus modus prædicabilium eſſentialium cõtinet tria. ſ. genus, & differẽtiam, & diffinitionem, quæ componitur ex eis. ¶ Ex quo patet error formalizantium ponentium quartum modum, & eſt quando idem prædicatur de ſeipſo. Volunt enim habens prædicationem eſſe in primo modo dicendi per ſe in quarto ordine, ſed hoc quidem ſtare non poteſt, ut dixi in annotationibus contra ipſos. tum quia prædicatio primi modi, cum ſit deſeruiens ſimpliciter ſcibilibus eſt prædicatio quę eſt ſecundum naturam, ſed iſta eſt præter naturam, & in fine abominationis, ut dicit Commen.in.1.priorum. in digreſſione de quarta figura: tum quia talis propoſitio non poteſt ingredi in demonſtratione, quia ſolum ingreditur in ſyllogiſmo ex oppoſitis qui eſt obliquitas & prædicatum contra ſyllogiſmum, ut patet in.2.priorum. & patet ex diffinitione ſyllogiſmi: tum quia eſt nugatoria, ut dicit Cõmen.4.metaphy.commen.3. Cõtra formalizãtes.

Primum principium in genere, uidelicet cauſæ formalis non potuit ſciri in ſcientia naturali. Commen. primo phyſico. commen.69.& tex.commen.ultimi. & in prologo ſuper 1.phyſico.&.3.meta.commen.3.

Primus Philoſophus declarat perfectè ſubſtãtiam materię, quæ fit per comparationem eius ad omnes differentias entium inquantum ſunt entia.1.phyſi.commen.ultimo. idẽ 7.metaphy.commen.5.&.9.&.12.metaphy. commen.1. 5.&.6. Ex quo patet ꝙ prima & abſoluta notio materiæ ꝑtinet ad diuinum, ut dixit etiam lucidiſſimus Themiſtius in digreſſione de potentia & priuatione materiæ in.1. phyſi.

Primus Philoſophus non poteſt declarare naturam. ſecundo phyſico.commen.3.

Primus Philoſophus poteſt contradicere negantibus naturam eſſe.ibidem.

Primus Philoſophus contradicit opinionibus inductis de primis principijs, ibidem.

Primi motoris duæ ſunt proprietates, & ꝙ in mouendo nõ mouetur, & ꝙ ſit primum omnium rerum.2.phy.commẽ. & tex.74. Inde patet Deum mouere ut efficiens, & non ſolum ut finis, contra multos.

Primum principium materiale potuit declarari ante diffinitionem motus & accidentia motus, ſed non primus motor.3.phyſi.commen.1. Vide in concordantijs.

Primum quandoq; ſumitur prout eſt ſynonymum ei quod eſt per ſe, & quandoq; ſumitur magis propriè, uidelicet ut diſtinguitur contra per ſe, quia in plus eſt per ſe quam primum, ut dicit Commen.in.2.phy.com.3. diſtinctio habetur. quinto phyſico.commen.3.

Primum in trãslatione eſt locus qui ſequitur locum, ex quo mouetur res mota 6 phyſi.commen.32.

Primum in generatione & corrup. eſt minima pars quę poteſt inueniri de generato.6.phy.commen.32.

Prima magnitudo rei generatæ ex partibus diuerſis bene datur, ſed non datur prima magnitudo, ex generato, ex magnitudine in qua incepit generatio, nec datur prima magnitudo, quia non datur magnitudo quæ ſit prima à qua incepit generatio.6.phyſi.commẽ.59.

Primum principium ſophiſtarum eſt aſſimilare ſenſibilia uera ſenſibilibus falſis.8.phyſi.commen.24.

Primum principium non conſtituitur per ſubiectum quod mouetur ab ipſo, ſed è conuerſo ſubiectum cõſtituitur per ipſum.8.phyſi.commen.52.idem.1.&.2.cap. de ſubſtantia orbis, &.1.phyſi.com.63.2.cœli.com.3. Non intelligitur corpus cœleſte conſtitui per primum principium tanq̃ formam formaliter perficientem ipſum, ut intellexerunt quidã, qa, ut ſcribit Com.in.3.cap.lib.de ſubſtantia orbis, orbis non indiget in ſuo eſſe forma, ſed dicitur conſtitui in diſpoſitionibus neceſſarijs, ſicut in corpe hoīs, & in corpore facto ꝓpter finem. Indiget.n. anima mouente ipſum in loco ſemper & largiẽte ſibi permanentiã æternã, ſicut largitur ſibi motum æternum. Vnde bene dependet ab ipſo ſicut à fine, & ab efficiente natura non tempore præcedente ipſum, unde in libro deſtru.diſpu.4.in ſolu. ſecundi dubij. expreſſe dicit ꝙ corpus cœleſte non indiget in ſuo eſſe anima nec in ſua conſeruatione perpetua, ſicut indigent animalium corpora, ſed indiget ut ſit animatum, quia id quod eſt nobilius, oportet ꝙ habeat nobiliorem gradum, ſed animatum eſt nobilius inanimatis. Et fuit iſta etiam ratio Alexan. & ante ipſos fuit ratio Ariſt.in.2.cœli.in tex. commen.61. inquit: Sed nos ut de corporibus ipſis ſolum & unitatum ordinem quidem habentibus, inanimatis autem omnino perquirimus: oportet autem tanquam participantibus exiſtimare actione & uita. ubi clarè Ariſt. teſtatur corpora cœleſtia animata eſſe, ſed ibi non eſt alia anima quàm illa quæ eſt principiũ praxis.i. actionis & uitæ. Praxis enim non eſt niſi in habentibus intellectum, intellectus autem nullius corporis actus eſt: unde mirum eſt per uitam meam quomodo iſti poſſunt imaginari intelligentiam informare & actuare corpus, cum hoc repugnet intellectui, quatenus intellectus eſt: ſed cauſa erroris fuit, quia aſſerunt nullam eſſe formam quæ formaliter nõ informet. Vnde ſic etiam tenent de intellectu hominis in uia Auer. & Ariſt. dicunt enim non inueniri formam ſeparatam, quę extrinſecè perficiat ſolum dando operationem & motum. Sed hoc fundamentum eſt falſum apud Ariſtot. & apud Auer. nam tũc fruſtra Ariſt. inquiſiuit in.2.de anima, utrũ aliqua anima, aut pars animæ eſſet actus, ſicut nauta nauis. ¶ Amplius Commen. illam diſtinctionem manifeſtè ponit in.12.primæ philoſophiæ, in commen.37. inquit enim ꝙ perfectionum propter quas mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus ꝑficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, ut illud quod mouetur propter ſanitatem: & quædam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ à re quæ mouetur ad eas, ut aſſimiletur eis, ut ſunt omnes actiones ſeruorum, quoniam ſunt erga genera intentionum domini ſui. ¶ Amplius Commen. in prima diſpu. contra Algazelem in ſolutione ultimi dubij, inquit: Dicimus nos ꝙ ad hoc reſpondendum eſt, uidelicet ꝙ nõ eſt impoſſibile reperiri perfectiones ſeparatas ſimiles diſpoſitionibus quæ ſeparantur à ſubiecto, ut nauta à naui, & artifex cum ſuo inſtrumento. & loquitur ibi aperte de intellectu hominis, & immorari amplius in hoc eſt ſuperfluum, quia latè alibi ſcripſimus. ¶ Dicamus igitur ꝙ cùm intelligentia prius natura uniatur orbi quàm accidentia eius, omnia accidentia ſunt terminata ibi, & ſic intelligentia conſtituit ſuum ſubiectum in diſpoſitionibus neceſſarijs quantum ad motum, & indiget orbe, ut ex ipſa fiat unũ animatum quantum ad appetitum & motum, ut dicit Cõmenta. in fine primi cap. de ſubſtantia orbis. Neutra autẽ operatio indiget formali inhærentia & actuatione, quia intelligẽtia appetit per eſſentiam & mouet per ſuum intelligere & uelle, & non mouet manu aut pede, nec indiget uillis aut ligamentis, ut ſuum mobile moueat, ſicut eſt de anima corruptibilium, & hoc iſti non attingunt.

Primus Philoſophus debet deſtruere uerba omnium ſophiſtarum, quorum ſapientia eſt negare prima principia & deſtruere ſapientiam.1.cœli.commen.78. conſimile.1. phy. commen.8.& tertio.cœli.commen.4.

Primæ contrarietates quæ ſunt ſecundum tactũ ſolum elementum conſtituunt.2.de genera.& corrup.tex.com.7.

Prima cognita à nobis naturaliter in quolibet genere entiũ ſunt ſicut locus ianuæ in domo quem nullus ignorat.2.metaphyſi.commen.1.& tex. ¶ Aduerte tamen ꝙ Alex. locũ illum aliter interpretatur iuxta prouerbium antiquitus celebratũ: In foribus quis delinquet? & tu uide ſi placet. Sat mihi fuerit te reddere cautum circa hoc. Commen. autem exponit hoc de principijs, & etiam ſatis ſuſtentari poteſt expoſitio eius, ſed Alexander de tota ſcientia.

Prima philoſophia conſiderat de dignitatibus & propoſitionibus communibus omnium ſcientiarum.4. metaphy. tex.commen.7.& comm.8.

Prima philoſophia conſiderat de prima ſubſtantia.4.metaphy.tex.commen.7. ubi Commen. per primam ſubſtantiã exponit principium ſubſtantiarum, & eſt Deus: & ſcientia naturalis non eſt iſta ſcientia, quia non cõſiderat de primo ente. Primum autem hîc eſt illud quod eſt prius nobilitate & cauſalitate, quod quomodo ſit intelligendum, uide Auer. in commen. ultimo ſuper primo phyſi.& in com. 26.& in.ſecundo phyſi.& in commen.3.8. phyſico. Hoc enim locum habet quo ad quid eſt, ſed quo ad ſi eſt, pertinet ad naturalem.

Prima philoſophia habet poſſe in cognoſcendo principia cognitionis & ordines eorum inquantum cognitio eſt, & non inquantum ſunt principia alicuius cognitionis. quarto metaphyſi.tex.commen.8.

Prima principia elenchicè probari poſſunt, non demonſtratiuè 4.meta.tex.commen.9.

Primum principium eſt ꝙ oppoſita non poſſunt eſſe ſimul; & ſine hoc principio impoſſibile eſt philoſophari, & ita eſt de alij principijs cognitionis ſimilibus huic, ut ꝙ dictiones habent ſignificationes terminatas, & ꝙ diffinitiones ſunt neceſſariæ.4.metaphy.tex.commen.9. & ibidem Commen. dicit, ꝙ iſta dignitas eſt prior omnibus dignitatibus, & communis naturaliter omnibus, & impoſſibile eſt ut ratiocinatio aut diſpoſitio ſit ſine illa.

Prima philoſophia primo & principaliter cõſiderat de principijs entis inquantum ens.5.meta.com.primo.

Primo non exiſtente poſterius non erit nec è contra.1.metaphyſi.tex.commen.10.

Primus motor impoſſibile eſt, ut declaretur niſi per ſignũ naturale.2.phy.com.22.& primo phyſi.com.ulti.

Prius naturaliter eſt quod poteſt eſſe ſine alijs, & alia non ſine eo.5.meta.in cap.de priori &.4.phy.com.7.

Prius ſubſtantia neceſſe eſt ſubſtantiam eſſe.12.metaphyſi. tex.commen.43.

Prius & poſterius nõ poſſunt eſſe, ſi tempus non ſit.12.metaphy.tex.com.29.&.8.phyſi.tex.com.10.

Nota. Prioritas totius ad partes eſt prioritas formę ad materiam, & prioritas partium reſpectu totius eſt prioritas materiæ ad formam, & ideo totum magis præcedit partes quam parte totum. ſeptimo metaphyſi.commen.35. ¶ Collige ex hoc ꝙ licet materia pręcedat formam uia generationis, & forma materiam uia perfectionis, ut patet in.9. primæ philoſophiæ, tex.cõmen.15. Simpliciter tamen forma magis præcedit materiam quam materia formam.

Prioritas qualitatis eſt prioritas formæ, & prioritas partiũ quantitatis eſt prioritas materiæ, & totum eſt prius parte prioritate formæ.7.metaphyſi.commen.35.

Prioritas poteſt eſſe in eodem genere.12.metaphyſi. contra Alexan.commen 2.

Prioritas in dignitate in his quæ ſunt in eadem ſpecie, ſemper eſt cum cauſalitate unius ad alterum. in paraphraſi metaphy.trac.4.col.7. Vbi oſtẽdit quomodo primus motor q̃ mouet motu diurno, p̄cedit in nobilitate alios motores.

Prioritas duplex, alia ſecundum potentiam, ut dimidium toto, & pars toto, & materia forma: alia ſecundum actum, ut totum dimidio, & totum partibus, & forma materia.5. metaphy.in cap.de priori, & eſt in tex.com.16.

Priora ſecundum naturam atq; ſubſtantiam ſunt quæcunque ſine alia eſſe contingit, & illa non ſine illis.5. meta. in cap.de priori. uide in Theorematibus quõo ſit intelligẽdũ.

Prioritas ſecundum uirtutem & poteſtatem, ut dominus eſt prior ſeruo.5.meta.ibidem.

Prioritas ordinis eſt in his quæcunq; ad unum aliquid determinatum diſtant ſecundum rationem, ibidem.

Priora ſunt priorum paſſiones. ibidem.

Prius tempore aliter eſt reſpectu pręteriti, & aliter reſpectu futuri. quinto metaphy.tex.commen.16. idem quarto phy. tex.commen.126.

Prius cognitum apud intellectum eſt illud quod eſt magis uniuerſale.1.phy.com.48.&.49. ſicut prius cognitũ apud ſenſum eſt particulare. idem.1.phyſi.tex.com 4.

Prius & poſterius prius ſunt in magnitudine, & ideo ſunt in motu, & quia ſunt prius in motu, ideo reperiuntur in tẽpore.4.phyſi.commen.99.

Prius & poſterius quæ ſunt in motu habent aliam quidditatem à quidditate motus, licet ſint unum in ſubiecto.4. phyſi.commen.99.&.110.

Prius & poſterius in motu ſi ſumantur, ut ſunt unum ſubiecto cum motu, ſic ſunt partes motus, ſi uerò ſumantur, ut differunt ſecundum diffinitionem, ſic prius & poſterius erunt aliud à motu.4.phy.commen.99.

Prius & poſterius ſunt accidentia tempori ſicut par & impar in numero. Themi.4.phy.115.& habet ibi tex.115.

Prius & poſterius in magnitudine ſeu loco, differunt à priori & poſteriori in motu: quia in magnitudine habent ſitũ & permanent, in motu nequaquam.4.phyſi. commẽ.99. & Themiſt. ibidem ſuper tex.102.

Prius & poſterius prius ſunt in magnitudine & ſpatio quã in motu, & prius in motu quam in tempore: quomodo intelligatur uide in.4. phyſico. digreſſionem Themiſtij, in tex.132. ꝙ intelligitur in motu locali.

Prioris naturaliter diſpoſitio eſt, ꝙ cum fuerit aliud ipſum eſſe & non è contra.8.phyſi.commen.33.& in.5. metaphy. in cap.de priore, & in prædicamentis.

Priores res in eſſe ſunt ſimul tempore, & ſunt æternæ. primo cœli.commen.14.&.16. idem in.2.cap. de ſubſtantia orbis. Et aduerte ꝙ Auerro. in commen. iſto.104. primi de cœlo, aſſeruit non dari tertium modum prioritatis. Vide in concordantijs.

Prius ſecundum ſubſtantiam debet eſſe prius ſecundum accidentia conſequentia ſubſtantiam.2.cœli.com.22.

Prioritas ſecũdum unitatem & ſimplicitatem eſt alia à prioritate ſecundum diffinitionem & numerũ.2.cœ. com.25.

Prioritas perfectionis eſt magis propria omni alia prioritate.2.cœli.commen.25.

Prioritas ſecundum naturam eodem modo reperitur in rebus æternis, ſicut & in generabilibus, præter quam ꝙ in generabilibus quæ ſunt priora naturaliter, ultra in eis reperitur prioritas temporis.2.cœli.com.104. idem in.2.cap. de ſubſtantia orbis, &.1.cœli.com.105.&.106. contra negantes Deum eſſe cauſam in triplici genere cauſæ. Vnde in eodem commen.104. clarius ſubdit, ꝙ cauſata eodem modo neceſſitatis ſequũtur ſuas cauſas in rebus generabilibus, & in rebus æternis: præterquam ꝙ in ęternis iſta neceſſitas ſemper fuit & ſemper erit, ſed in generabilibus illa neceſſitas eſt ligata cum tempore eſſentiæ cauſę tantum,

ſcilicet cùm cauſa fuerit ut ſit cauſatum, & hoc ligamentũ quod eſt inter cauſas & cauſata, eſt manifeſtius in generabilibus apud nos quam in rebus æternis. Et ideo fortè utitur in æternis ad inducendum certitudinem neceſſitatis, quæ eſt inter cauſas & cauſata, ſcilicet ponendo eas generatas, cũ hæc neceſſitas ſit manifeſtior inter cauſas & cauſata in generabilibus. ¶ Exeat nunc Ioan. ille de Bacco. & Grego. Ariminen. & dicãt Ariſto. & Commen. non uidiſſe alium modum productionis in genere cauſæ efficientis, niſi illum qui fit in tempore: patet enim quod iſta authoritas non recipit gloſam, quia Commen. defendit Ariſt. ab argumento Themiſtij in hoc caſu, ſicut ſciunt qui intelligunt. Vnde in eodem commen. clarius Commentator ad confuſionem iſtius opinionis, ſubdit ꝙ generatum & non generatum non differunt in neceſſitate, quæ eſt inter cauſam & cauſatum, uerbi gratia, ꝙ ſi domus eſſet æterna, neceſſario cauſæ eius eſſent æternæ, uidelicet lapides & lateres eſſent æterna Manifeſtum eſt autem ꝙ ſi cauſæ materiales domus eſſent æternæ, multò magis cauſæ efficientes, quia non poteſt intellectus imaginari domum eſſe ab æterno lateribus exiſtentibus ab æterno, ſi cauſa efficiens domus non fuerit ab æterno, quia ut dicit Ariſt. in. 12. primæ philoſophiæ. in tex. commen. 30. Non enim materia ipſa ſeipſam mouebit, ſed tectonica. & in. 2. phyſi. tex. commen. 70. Materia non coincidit cum alijs cauſis. Et confirmatur quia. 2. phyſi. tex. commen. 72. &. 1. de gene. & corrup. tex. commen. 14. cauſæ generationis præcipue ſunt materia & motor. Si igitur domus generatio ab æterno p̃ſupponeret materiam æternam, igitur & agens æternum, immo magis agens, quia. 3. de anima tex. comm. 17. Vbi eſt dare paſſum, ibi eſt dare agens. etiam hoc patet, ex. 9. meta. tex. commen. 2. ubi potentia actiua diffinitur per paſſiuam & è contra. Vnde Commen. contra Auicen. & Alexan. in. 8. phyſi. 79. & in. 2. cœli. commẽ. 71. & in. 12. meta. commen. 41. habet ꝙ nihil eſt poſſibile ex parte paſſi, quin ſit poſſibile ex parte agentis & è contra, immo magis uidetur domus generatio dependere à cauſa efficiente quam à cauſa materiali, quia. 3. de anima. tex. commen. 19. ſcribit Ariſt. ꝙ ſemper honorabilius eſt agens patiente, & principium materia: ubi principium ſupponit pro cauſa efficiente in propria ſignificatione, ut gloſant Alexan. & Commẽ. 1. phyſi. ſuper tex. 1. Sic igitur habes locum clarum præcipuè in uia Auer. ꝙ eterna ſine implicatione contradictionis poſſunt habere cauſam efficientem ab æterno, cuius oppoſitum iſti tenent. Prætereo multas eius alias authoritates in libris deſtructionum contra Algaze. q̃ ad idẽ faciũt.

Prioritas ſecundum ſubiectum & materiam eſt prioritas ſecundum naturam. 2. de generatio. & corrup. commen. 7. Vbi animaduerte ꝙ prioritas eſt duplex, una ſecundum formam ſeu finem, alia ſecundum ſubiectum ſeu materiã, & utraq; eſt prioritas nature in ſuo genere, licet ſimpliciter loquendo prioritas naturæ quæ eſt ſecundum formam & finem ſit abſolutè prior, ut patet. 9. primæ philoſophiæ. tex. commen. 13. Vbi probatur ꝙ actus ſimpliciter eſt natura prior potentia, materia autem eſt radix potentiæ & forma actualitatis. 12. metaphyſi. commen. 26. potentiã reducitur ad materiam, & actus ad formam.

Prius natura eſt ꝙ cum aufertur, aufertur aliud & non ẽ cõtra. 1. metaphy. commen. 4. &. 5. metaphyſi. commen. 4. &. 5. metaphy. cap. de priori.

Prius ſecundum diffinitionem non debet eſſe prius natura ſecundum eſſe. 1. metaphy. commen. 4.

Principium temporale aliud eſt à principio magnitudinis. 2. cœli. commen. 13. idem. 1. phyſi. tex. commen. 23.

Principium prioris prius eſt. 2. cœli. tex. commen. 112.

Principia quamuis magnitudine parua ſint, tamen facultate ſunt magna: hoc eſt enim principium eſſe, ut ipſum quidẽ ſit cauſa multorum, ſed ipſius nulla ſit ſuperior cauſa. Ariſtot. in. 5. de generatio. animalium cap. 7. uide Auer. in. 3. de anima. commen. 4.

Principium in rebus immobilibus quiddites eſt. Ariſtot. in. 2. de generatione animalium. cap. 4. ultra dimidium capituli. Idem habet Commen. primo. phyſi. commen. 1. ubi dicit, ꝙ ſcientiæ mathematicæ demonſtrant ſolum per genus cauſæ formalis.

Principio exiguo immutato multa ex his quæ à principio ſunt, immutari ſolent. ex primo de genera. animaliũ. cap. 2.

Principium habens habet & finem, & dicere aliquod principiatum ſine fine falſum eſt. ex libro deſtruc. diſputatione ſecunda, in ſolutione primi dubij.

Principium naturaliter mouens duplex eſt, ſed alterum tantum naturale eſt, alterum quum non habeat intra ſe principium motus, neq; naturam: hoc autem eſt cauſa rerum inducens immobilis ipſa & prima rerum omnium. Themi. 2. phyſi. 72. & habetur in tex.

Principium quidem & primum entium eſt immobile & ſecundum ſe & ſecundum accidens. 12. primæ philoſophiæ tex. commento. 43.

Principia omnium entium non ſunt contraria, quia principia corporum cœleſtium contraria non ſunt. 12. metaphy. tex. commen. 53. contra antiquos.

Principale & ſumptum .i. abſtractum & concretum differunt; quia ſumptum ſignificat illud quod ſignificat principale & magis, uita enim ſignificat aliquid non in ſubiecto. Vnum autem ſignificat aliquid in ſubiecto. ſ. formam in materia, & habitum in ſubiecto. 12. meta. commen. 39.

Principium generationis eorum quæ non generantur à ſibi ſimili eſt ſol & orbis decliuis, ſed principium generationis eorum quæ à ſimili generantur, eſt non tantum principium ſimile in ſpecie, ſed cum ſole & orbe decliui. Et ideo Ariſtot. dicit, ꝙ ſol & homo generant hominem. 12. meta. commen. 40. &. 13. &. 18. idem. 7. meta. com. 31.

Principium eſt perfectius principiato. 12. meta. commen. & tex. 40. Vide in Theorematibus, quia fallit in principio materiali, & ſecundum aliquos etiam fallit in forma, fallit in agente uniuoco.

Principia omnium decem prædicamentorum ſunt eadem ſecundum proportionem. 12. meta. tex. commen. 22.

Principium & elementum differunt inter ſe. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 23. ubi Commen. notat in com. ꝙ principium dignius eſt, ut dicatur de cauſis extrinſecis, elementum autem de cauſis intrinſecis, idem primo phyſico. commen. 1. &. 5. metaphy. commen. 4.

Principium eſt aliud ab eo cuius eſt principium, & mouẽs eſt aliud ab eo quod mouetur ab eo. 12. meta. tex. com. 23.

Principia ſubiecti ſcientiæ non poſſunt in ſcientia demonſtrari demonſtratione propter quid, ſed bene demonſtratione ſigni. 12. metaphyſi. commen. quinto & in ſecundo phyſi. commen. 22. contra Auicennam.

Principia propinqua decem prædicamentorum neceſſe eſt diuerſa. 12. primæ philoſophiæ. tex. com. 21.

Principia propinqua in omnibus ſubſtantijs non ſunt eadem, ſed formæ ſimplicium ſunt aliæ à formis compoſitorum, & materiæ eorum propinquæ ſunt aliæ à materijs iſtorum. 12. metaphy. commen. 22.

Principium quodlibet eſſendi eſt principio numeri eſt principium eſſendi. 10. metaphy. com. 7.

Principium dicitur de exiſtenti in re, & de exiſtenti extra rẽ: cauſa uerò dicitur maximè de cauſa agente & fine, & quandoq; dicitur de cauſis quatuor: elementa uerò nõ dicuntur niſi de cauſis exiſtentibus in re. 8. metaphyſi. commen. 2. Vide in concordantijs nuper æditis.

Principia ſubſtantiæ naturalis. i. mobilis aliter conſiderantur in ſcientia naturali, & aliter in ſcientia diuina. Commen. 7. metaphyſi. commen. 5. uide ibidem commen. 9. & 12. metaphyſi. com. 1. 5. & 6.

Principium operationis eſt finis cognitionis & è contra. 7. primæ philoſophiæ. commen. 23. idem. 2. phy. com. 29.

Principium omne terminus eſt, ſed nõ omnis terminus eſt principium. 5. meta. tex. commen. 12. in cap. de termino.

Principium cauſa & elementum ſumuntur communiter & propriè. primo phyſi. commen. 1.





Principium propriè ſumitur pro cauſa agente & mouente. ibidem. ratiò eſt, quia de ratione principij eſt primum eſſe. 5. meta. & quia ſecundum eſſe reale præcedit agens formam & finem. Similiter agẽs ſecundum naturam & perfectionem eſt prius materia. 3. de anima. tex. commen. 19. Ideo principiũ in propria ſignificatione ſupponit pro cauſa agente & mouente. Quæ autem ſit differentia inter agẽs & mouens, requiratur in primo de generatione & corrup. in tex. commen. 43. ¶ Nota tamen unum ex ſententia Eudemi referente Simplicio, ꝙ omnes antiqui uſq; ad tempora Platonis nomine principij intelligebãt materialia principia, & hoc teſtatur ante ipſum Ariſt. in. 1. phyſic. in tex. cõmen. 48. omnes enim elementa & ab ipſis uocata principia. Nã Plato fuit primus q̃ talia elemẽta nuncupauerit.

Principium aliud tẽporis, aliud magnitudinis. primo phyſico. tex. commen. 23.

Principiorum tres ſunt cõditiones. primo phy. tex. com. 43.

Principia oportet ſemper manere. 1. phyſi. tex. commen. 50. & pondera ibi expoſitionem. Auer. contra ponentes formam corporeitatis ſubſtantialem, coæternam in materia, & inchoationem formarum.

Principium ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. primo phyſi. commẽ. 52. idem. 12. meta. commen. 22.

Principium doctrinæ in libro phyſicorum, eſt à ſecundo tractatu. 1. phyſi. commen. ultimo.

Principium motus in corporibus cœleſtibus & alijs dicitur ferè equiuocè. 2. phyſi. commen. primo. &. 3. primo cœli. commen. 5. &. 2. cœli. commen. 3.

Principium tranſmutationis in ſimplicibus eſt aliud à principio in compoſitis reſpectu alterationis & augmenti. ſecũdo phyſi. commen. primo. Quia in ſimplicibus reſpectu alterationis & generationis eſt ſecundum materiam in compoſitis ſecundum formam.

Principiũ in cogitatione eſt finis in operatione, & finis in cogitatione eſt principium in operatione. 2. phyſi. commen. 89. idem. 7. meta. tex. commen. 23. Vbi nota ꝙ iſta diſtinctio de duplici principio habet locum in artibus ſeu ſentẽtijs operatiuis, non autem in ſpeculatiuis, ut dicit Ariſtot. in. 2. phyſi. in tex. commen. 89. ibi enim actiones nõ ſunt.

Principium perſcrutationis naturalis eſt præponere ſermones dialecticos ſermonibus demonſtratiuis. 4. phy. cõ. 51.

Principia ſcientiarum particularium probantur à duabus artibus uniuerſalibus, ſcilet à topica & à diuina, ſed topica remouet errores contingentes circa ipſa per dicta famoſa: quare non erimus tuti quin accidat in eis falſum. Diuina uerò per dicta uera, & ſi accidat etiam ꝙ illa dicta ſint apparentia ſeu famoſa ex paraphraſi metaphy. Auerro. tractatu primo, cap. primo.

Principium perſcrutationis utrum aliquod ſimplex ſit, aut non ſit, eſt quærere quid ſignificet nomen eius. 4. phyſico. tex. commen. 57. idem ibidem commen. 50. & in principio ſecundi poſteriorum.

Principia ſcientiæ naturalis ſunt, alia cognitionis, alia cognitionis & eſſe. Principia cognitionis ſunt, ut plura entia eſſe, & mobilia: principia cognitionis & eſſe ſunt, ut plura entia habere in ſe cauſas motus & quietis. Diſtinctio iſta eſt Auer. in. 1. phyſi. commen. 8. &. 3. meta. commẽ. 2. Vnde iſta diuiſio datur per membra oppoſita, & debet intelligi cum præciſione, ut ſit ſenſus ꝙ principiorum quædam ſunt cognitionis tantum, quædam autem ſunt cognitionis & eſſe ſimul. Vnde Io. de Gandauo quem ſequuntur moderni in quæſtione. 7. ſuper primo phyſic. grauiter errauerunt, uolentes ex mente Auer. in illo loco colligi tria principia, uidelicet cognoſcendi tantum, & talia ſunt qualitates ſenſibiles quæ ſunt principia cognoſcendi ſubſtantias naturales: principium eſſendi tantum, ut eſt prima materia, & primus motor, quę licet ſint principia eſſendi in ſuo genere, non tamen ſunt principia cognoſcendi: & tertium eſt principium cognitionis & eſſe ſimul, ut eſt forma. Nã Auer. & Ariſt. ut patet ibi, non loquuntur de principijs incomplexis, ſed de complexis, quales ſunt dignitates & diffinitiones & ſuppoſitiones, quibus utuntur ſcientiæ, unde de talibus habet locum dictum Ariſt. & Commen. ¶ Amplius autem dicere materiam primam eſſe principium eſſendi rerum naturalium, falſum eſt apud ueros Peripateticos: licet enim materia prima ſit pars eſſentialis compoſiti, quia partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, ut dicitur in. 2. de anima. non tamen dicimus ꝙ materia eſt principium eſſendi compoſiti, immo forma, quia forma eſt per quam eſt hoc aliquid, ut dicitur ibidem. Vnde lucidiſſimus Themiſt. in ſecundo de anima. iuxta principium, iſtum locum diligenter perſcrutatus dixit, ꝙ tametſi materia & forma ſint ſubſtantiæ & partes compoſiti: illud tamen diſcrimẽ debere intelligi aſſeruit inter materiam & formam, quia res à materia habuerunt, ut fierent, à forma ut eſſent, & hoc ſatis rationabiliter & Peripateticè dixit: nam materia eſt ex quo ſit aliquid, ut inexiſtente. 1. phyſi. tex. commen. 81. Forma autem eſt per quã eſt hoc aliquid. 2. de anima. tex. comen. 2. & infra: Ens & unum cùm multipliciter dicantur, quod uerè eſt, actus eſt. tex. commen. 7. & hoc etiam doctiſſimus Commẽ. aſſeruit. 7. primæ philoſophiæ. com. 35. inquit enim: Materia eſt, quæ cùm fuerit, non erit res: forma autem cùm fuerit, erit res. Vnde ſicut non ualet in artificialibus, eſt materia lectuli puta lignum, igitur lectulus eſt: ſed bene ualet è contra, eſt forma lectuli, igitur eſt lectulus: ita eſt de materia rerum naturalium & forma. Hoc etiam confirmat præcipuus Latinorũ Seuerinus Boetius in libro de unitate & uno, ubi dicit ꝙ omne eſſe eſt à forma Nec ualet gloſa Scoti & ſequacium, ꝙ hoc ſit uerũ ſolum de eſſe ſpecifico, quia immediatè ſubnectit, ꝙ etiam Peripatetici deſcribentes dixerunt: Eſſe eſt exiſtentia formæ in compoſito. & ideo qui dicunt materiã habere actũ exiſtentiæ alium ab illo per quem eſt in effectu. i. in actu ratione formæ, multiplicãt entia ſine neceſſitate, quod eſt contra præcipuum ex fundamentis poſitis ab Ariſtot. Nã ubiq; reclamat ꝙ ubi fieri poteſt, unitas eſt præferenda multitudini, & finitas infinitudini, ut patet. 1. phyſi. 41. Et in libro de partibus, & de generatione animalium frequenter. Aliud igitur eſt materiam eſſe partem eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ compoſiti, aliud ꝙ ſit eſſendi principium. Si inſtetur, ſi materia eſt pars eſſentiæ, igitur materia eſt eſſentia, igitur cùm eſſentia ſit, qua aliquid eſt per Beatum Auguſtinum in libro de Trini. ſicut ſapientiæ ſapere, & iuſtitiæ eſt iuſtum eſſe, ſic eſſentiæ eſt ipſum eſſe. Dicerent ueri Peripatetici ꝙ illud eſt uerũ de eſſentia in actu, qualis eſt forma, fallit de eſſentia diminuta, & in potentia ſicut eſt eſſentia materiæ. Vnde Commen. in. 2. phyſi. commen. 12. ſcribit: Quòd ſi materia eſſet ſecluſa omni forma, tunc quod non eſt in actu, eſſet in actu. ubi patet ꝙ illa conſequentia nullo modo deduci poteſt, ſi materia de ſe haberet proprium actum exiſtendi: ſi igitur de ſe non exiſtit, non poteſt eſſe principium exiſtendi alteri. ¶ Paulus etiam Venetus hallucinatur ibidem, dicit enim ꝙ principia cognitionis eſſe dignitates quæ uirtualiter ingrediuntur demonſtrationem, ſed principia cognitionis & eſſe ſunt quæ formaliter ingrediuntur, ut motum eſſe eſt principium cognitionis tantum. Sed nec hoc uerum, quia principia cognitionis poſſunt ingredi, ſaltem demonſtrationem ſigni: ſicut hoc principium ꝙ quædam quæ natura conſtant, mouẽtur, eſt principium cognitionis: & tamen ex hoc Philoſophus demonſtrat primum motorem eſſe abſtractum à magnitudine, ut patet in. 8. phyſi. ¶ Dicamus igitur nos quòd principia cognitionis tantum, & principia cognitionis & eſſe, ambo ſunt complexa, & ſunt propoſitiones immediatæ & per ſe notæ in ſcientia naturali: ſed in hoc eſt differentia, quia illæ propoſitiones ſunt principia cognitionis tantum, quæ ſunt ex effectibus rerum naturalium, & ſunt euidentes per ſe quo ad noſtram primam cognitionem naturalem, ut motum eſſe, ut pluralitatem entium eſſe & mobilia eſſe. Sed principia cognitionis & eſſe ſunt propoſitiones per ſe notæ ex cauſis formatæ, quæ ſunt euidẽtes quo ad naturam: ſicut eſt iſta de qua Commen. exemplum ap

ponit, plura entia habere in ſe cauſas motus & quietis. Nã quid eſt habere in ſe cauſam motus, niſi naturam quæ eſt principium motus & quietis. Natura autem eſt principium eſſendi & cognoſcendi rerum naturalium, ut clarum eſt, nam ſicut quidditas artificiati eſt ab arte & forma artis, ſic quidditas naturati eſt à materia. 2. phyſico. commẽ. 13. Similiter natura eſt principium à priori cognoſcendi res naturales, ut patet, ſed plura entia eſſe aut motum eſſe. Iſtę ſunt propoſitiones immediatæ & per ſe notę de effectibus rerum naturalium, multitudo enim & motus ſunt effectus principiorum naturalium, ut clarum eſt, & iſtæ ſunt notæ ad ſenſum, & ideo Ariſt. illas inductionæ declarauit, ut patet in primo phyſi. tex. commen. 11. inquit enim: Subijciatur autem nobis aut omnia, aut quædam moueri eorum q̃ natura conſtant: manifeſtum autem ex inductione, quia autem effectus eſt principiũ cognoſcendi & inferendi ſuã cauſam tantum, ideo propoſitiones per ſe notæ de effectibus quo ad nos, dicuntur principia cognitionis tantum, quia per illas demonſtratione ſigni poſſumus ſuas cauſas demonſtrare, ſi illæ latuerint. Et iſte eſt uerus intellectus, quem nullus uſq; ad mea tempora uidit, ſit laus Deo. Si inſtetur contra illud ꝙ materia ſit principium eſſendi per Philoſophũ. 7. metaphyſic. 22. & 53. quia materia eſt per quam res poteſt eſſe & non eſſe, dic ꝙ illa authoritas facit pro nobis, quia aliud eſt materiam aliquid eſſe, aliud eſt per materiam aliquid poſſe eſſe, quia poſſe eſſe pertinet ad fieri. Et ideo lucidiſſimus Themiſt. in aurea digreſſione de potentia & priuatione materiæ, dicit ꝙ nomen materiæ reſpicit futura, nomen ſubiecti reſpicit præſentia: nam lignum ex quo ſtatua fieri poteſt, rectè materia ſtatuæ dici poteſt, ſed lignum iam figuratum & habens formam ſtatuæ dicitur ſubiectum. Materia igitur eſt ſubiectum potẽs recipere eſſe à forma, & eadem eſt ponens recipere non eſſe à priuatione: & ſic dicit cã cõtingẽtiæ & cõtradictionis.

Principiorum non eſt altera cauſa, ſed perpetua ſunt. octauo phyſi. tex. commeo. 15.

Principia æterna ſi haberẽt actiones nouas, digniora ſunt, ut habeant principia quàm actiones principiorum non æternorum. 8. phyſi. commen. 15.

Principium ſi remanſerit unum, neceſſario remanebit illud cuius eſt principium. 8. phyſi. tex. com. 52.

Principium uirtute maius quàm magnitudine, quapropter quod in principio modicum, in fine fit multum, magnum. 1. cœli. tex. commen. 33. Ideo authoritate Platonis maximus ſermo haberi debet in principijs, ut refert Commen. in. 3. de anima. com. 4. ex eodem tex. allegari ſolet ſub alijs uerbis, ꝙ paruus error in principio maximus fit in fine.

Principiorum ſermo eſt ſermo de omnibus in potentia. primo cœli. commen. 33. & ideo principiorum maxima ſolicitudo haberi debet.

Principium eſt ꝙ ab eodem agente patitur minus patiens in minori tempore, nedum ꝙ alterum ſit finitum, alterum infinitum. primo cœli. commen. 66.

Principia quæ ſunt in orbibus ſunt uiua, & ſunt principia uitæ, quæ eſt hîc. 2. cœli. 68. commen. idem. 8. phyſi. tex. com. 1. & in principio libri meteororum.

Principia ſenſibilium oportet fortè ſenſibilia eſſe, & corruptibilium corruptibilia, ſempiternorum autem ſempiterna. 3. cœli. tex. com. 61. Vbi aduerte limitationẽ Commẽ. aſſerentis illam propoſitionem habere ueritatem de principijs rerum ſenſibilium propinquis, & non de remotis, qa remota principia rerum ſenſibilium non ſunt ſenſibilia, ſicut eſt prima materia & prima forma. Vbi per primã formam non intelligas formam corporeitatis de prædicamento ſubſtantiæ, ut expoſuerunt Groſſipedales, quia illa non eſt prima forma quæ eſt in prima materia, ex formis ſubſtantialibus, ſed eſt forma elementalis, ſicut ſcribit Com. 12. primæ philoſophiæ. com. 11. ubi habet ꝙ prima habilitas quæ eſt in prima materia eſt reſpectu formarũ corporũ ſimpliciũ, & idẽ tenet. 3. cœli. cõ. 67. Vnde nõ animaduerterunt iſti ꝙ Ariſt. in. 3. cœli. tex. com. 54. arguens cõtra antiquos ponẽtes ſubiectũ generationis eſſe corpus, deducit ad hoc ꝙ tunc duo corpora penetrabunt ſe adinuicẽ, ita ꝙ occupent unum & eundẽ locum qa ſubiectũ ex quo aliqd generat̃ eſt pars rei generatę, & ex cõſequenti eſſent in eodẽ loco, & ibidem tex. com 55. Addunt aliud inconueniẽs, ꝙ ſi ſubiectũ generatiõis eſſet corpus, ſequeret̃ aliquod corpus prius eſſe elementis. Ecce ꝙ ꝓ impoſſibili reputat Phs dari aliquam formã ſubãlem priorẽ formis elementalibus. Nunc aũt ſi Ariſt. & Com. tenẽt illã, neceſſe eſt ut eaſdem patiant̃ anguſtias quas in antiquos deduxerunt. Per primã igit̃ formã intelligas Deum glorioſum, iſta. n. ſunt principia remota ſenſibilium, nam oĩa ſenſibilia ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore. Primus aũt motor, prima forma, & primus finis ſunt eadẽ ſubiecto, & diſtinguunt̃ rõne formali, ut patet. 12. meta. com. 5. & com. 6. & iſte eſt mos loquendi Ariſt. & Com. ut per primam formã Deum glorioſum intelligãt. Vt de. 1. phy. tex. com. ulti. De primo aũt principio ſm ſpẽm, utrum unũ aut plura, aut quot, aut quæ ſunt ꝑ certitudinẽ primæ phĩę opus eſt determinare: tuñ quia nihil melius eſt q̃ exponere Auer. per Auerroẽ, Com. in ꝓlogo. 1. phyſi. declarans quõ ſcientia naturalis conſiderat quatuor genera cauſarũ. ſ. materiam, formã, agens, & finem. Deinde dicit ꝙ de primis cauſis ſolum conſiderat primam materiã & primum mouens, forma aũt prima & primus finis à mathematico conſiderantur. ita dicit in com. 3. in. 3. cœli, & in ſua media expoſitione ſuper. 1. phyſi. De hoc tamen alibi diffusè dixi.

Contra ponentes formã corporeitatis.

Principiũ primum eſt qđ eſt potentia ſenſibile corpus, ſm aũt principiũ ſunt primę cõtrarietates, tertiũ uerò eſt aqua & ignis, & alia ſimilia. 2. de genera. & corrup. tex. com. 6.

Principia ſempiternorum ſunt eadẽ genere & numero ęqualia & generabilium corporum. 2. de generatione & corruptione. tex. commen. 51. Vide in concordantijs.

Principia rerũ diuerſarũ ſunt diuerſa. 1. de anima. tex. cõ. 5.

Principia non ſubſtantiæ ſunt non ſubſtantiæ, impoſſibile enim eſt ſubſtantiam elementum eſſe aliorum prædicamẽtorum. 1. de anima. 78. uide in concordantijs.

Principia oportet ſemper manere. 1. phyſicę auſcultationis. tex. com. 50. Ponderans aũt Alexan. locũ iſtum ut recitat Simplicius dixit, ꝙ hoc eſt neceſſarium, principia ſemper manere: Si. n. fierent principia corrumperent̃ utiq;. Demõſtratum eſt. n. in. 1. cœli, ꝙ omne quod fit corrumpit̃, quare corruptis principijs corrumperentur ẽt ea quæ ex principijs conſtant, & ita deſineret generatio, ſi aũt hoc eſt inconueniens, oportet igitur principia ſempiterna manere. Vnde ẽt ſuper hoc Platonis demonſtrationem adduxit de principiis, ſi. n. principia fierent ex principiis utiq;, neceſſe eſſet fieri, & ita nõ erãt principia quæ poſita fuere eſſe principia. unde inqt. Dulcia ſunt principia, quædã. n. ſunt ueluti ꝓexiſtentia & ſempiterna ſm numerum, ſicut efficiens & materia, quædam aũt ſm quæ generatio & corruptio fit, quemadmodum ſunt principia contraria quæ non ſunt ingenerabilia, neq; ſempiterna ſm numerum. ¶ Amplius aũt inqt ꝙ pluribus exiſtentibus principiis non oĩa principia ſempiterna ſunt, ſed principaliſſima, nã principia ꝓxima non ſunt ſempiterna; quare non omne principium ſempiternum eſt. ¶ Amplius autem ſubdit ꝙ contrariorum cum quædam uniuerſalia ſint, quædam uerò particularia, uniuerſalia autem ſunt illa ſub quibus ſunt cætera, quemadmodum ſunt generaliſſima contratria, ut ſunt habitus & priuatio, talia autem non corrumpuntur, uniuerſalia enim incorruptibilia ſunt: & hanc opinionem etiam recitat Albertus ex intentione Auicen. & dicit eſſe ueriorem prima quam recitauit, uide ipſum. Veruntamen iſta opinio habet manifeſtam inſtantiam, quia in hoc primo phyſicorum non quæruntur principia extrinſeca, ſicut eſt efficiens, ſed principia materialia: & ideo dicere quòd dictum Philoſophi intelligatur de primo efficiente & de prima materia locum non habet, ſaltem quantum ad efficiens. ¶ Amplius autem reſtat dubitatio aduerſus Ariſtote. & aduerſus Alexan. quomodo cum ſuperius dixerit omnia conſtare ex primis contrarijs, quia omnis tranſitio eſt de contrario in contrarium, uel ex medio, uel in medium inter contraria, ſequitur neceſſario talia contraria permutari. Vnde uidetur ꝙ unum contrarium deſtruatur per reliquum, & ideo hoc continet maximam difficultatem dicere talia ſemper manere, ut dicit Simplicius, & etiam dominus Albertus in præſenti loco idem dicit. Vnde ſpecialiter contra Alexan. reſtat dubitatio, quia ipſe tenet ꝙ contraria quæ ſunt particularia, non ſunt numero ſempiterna: & tamen Arſt. de talibus contrarijs, ſecundum quæ fit generatio & corruptio, propoſuit eſſe oportere ſemper manere. Et quod auget difficultatem eſt, quia adhuc non oſtenſum eſt principium tertium materiale, ſed ſermo Philoſophi ſolum eſt de principijs contrarijs. ¶ Amplius autem ſermo Alexan. non eſt ſufficiens, quia dicit principia contraria eſſe ſempiterna quæ ſunt generaliſſima, ut eſt uniuerſalis priuatio & forma uniuerſalis, quia uniuerſalia ſunt ingenerabilia & incorruptibilia: ſed quare etiã eadem ratione album uniuerſale & magnum uniuerſale quod eſt albi priuatio, nõ erunt etiam talia ſempiterna, cùm & talia uniuerſalia ſint? ¶ Lincoñ. dicit, quem etia ſequitur Albertus in præſenti loco, & fuit opinio antiqua Auicennæ: quod duo prima principia ſunt prima forma corporis, & eius priuatio. Ponit enim formam corporeitatis uniuerſalem inſeparabilem à prima materia, & illa ſemper manet, & priuatio eius etiam ſemper manet, & de iſtis intelligit Philoſophus ꝙ ſemper manent, ſed tunc eſt inſtantia contra ipſum, quia nullum corpus inuenitur uacuum à prima forma. ſ. corporeitatis, & ꝑ conſequens impoſſibile eſt priuationem talis formæ eſſe in aliquo corpore, quia tunc ſimul & ſemel, idem haberet formam & eius priuationem. Reſpondet ad hoc ꝙ bene uerum eſt, ꝙ nullum corpus ſimpliciter poteſt habere talem priuationem, ſed bene ſecundum quid. Vnde imaginatur ꝙ forma illa generalis dicit aliquam actualitatem, & aliquam priuationem annexam habet, talis autem priuatio eſt ſua impuritas & defectus ab eſſe completo & perfectiſſimo, & inclinatio illius ad ſuam originem. i. in nihil: quoniam ex ſe omnis res in nihil tendit. Quia igitur talis forma generalis eſt, habet actus & aliquid potentiæ, & ſicut habitus eius eſt prima radix omniũ aliorum actuum, ſeu habituum ſequentium, ſic ſua priuatio eſt prima radix omnium aliarum priuationum ſpecialium, & ita patet quomodo in eodem ſtare poteſt priuatio cum forma, uidelicet in eſſe incõpleto, & ſecundũ quid, unde ẽ ineſſe actus permixti cum potentia. Sed iſta uia non eſt uia Ariſtot. nec Commentatoris, quia ipſi non ponunt aliquam formã ſubſtantialem, neq; uniuerſalem, neq; particularem coæternã in prima materia, ut latè demonſtratum fuit à nobis in ſpetiali quæſtione de hoc prolixe. Vnde in principio ſecundi de generatione & corruptione, reprehẽdit antiquos ponentes ſubiectum generationis ſubſtantialis aliquod corpus non habens formam determinatam & ſpecificam. & in. 3. cœli & mundi. in tex. commen. 54. & 55. contra antiquos arguit, ꝙ ſi elementa fierent ex aliquo corpore, tunc igitur eſſet aliquod corpus prius elementis. Vbi manifeſtè colligitur ex intentione Philoſophi, nullam formã realiter diſtinctam à forma elementi præcedere ſecundũ rem formas elemẽtarias in materia, & Auer. ubiq; clamat primas formas quæ recipiuntur in prima materia eſſe formas elementarias, cum hoc ꝙ ipſe ſubſtantialem digreſſionem fecit in. 1. phy. commen. 63. contra Auicen. ponentem huiuſmodi formam. Hãmonius uerò aliter interpretatus eſt iſtum locum, aſſerit enim non eſſe intẽtionem Philoſophi, dum dixit principia ſemper manere, ita ꝙ uelit ea eſſe ſempiterna; ſed intentio eius eſt ꝙ in unaquaque generatione oportet inuenire priuationem & formam, ſecundum quæ fit quælibet tranſmutatio. Nam unumquodque quod tranſmutatur priuationẽ habet abſentiam formæ illius ad quã dicitur tranſmutari, nam album corpus habet albedinem, primò formam, priuationem uerò nigri, in quod aptũ natum eſt tranſmutari, & erit hoc principaliſſimæ contrarietatis dictę proprium. Ideo Philoſophus intulit hoc tanquã cauſam, alias contrarietates non eſſe principia, quoniam non per omnia incedunt: non enim inuenies aliquam ſpecialem contrarietatem per omnia phyſica corpora diffuſam. Nõ enim omnia nigra, neq; alba, neq; dulcia omnia, neq; amara, in omnibus autem eſt forma & priuatio exceptis ſempiternis: in generabilibus autem & corruptibilibus, una eſt communis contrarietas quæ eſt ſecũdum priuationẽ & habitum non eiuſdem formæ, ſed illius in quã aptum natum eſt tranſmutari. Sic igitur principalis contrarietas permanere dicitur ſemper. Aliæ autem iſto modo ꝑmanere non dicuntur. Dicit etiam ꝙ hoc ſimile eſt, ſicut dicamus primam materiam ſemper manere in omni generatione, materias uerò particulares ſicut eſt lignum, aut æs, aut aurum, non eſſe in qualibet tranſitione: & ita breuiter concludit, ꝙ ly ſemper, non importat temporis uniuerſalitatem, ut ſit ſenſus principia eſſe ſempiterno tempore, ſed dicit uniuerſalitatem rerum. i. in omnibus tranſmutabilibus requiri principia contraria in eorum tranſmutatione. Auer. autem, in commen. 50. dicit principia ſemper manere intranſmutabilia in quælibet tranſmutatione, uidelicet ꝙ non fiunt, neq; tranſmutantur ex alijs, nec ex alterutris. Iſtæ enim erant conditiones principiorum, & ideo nõ omnia contraria ſunt principia, quia poſteriora contraria non manent, quia ex prioribus fiunt: & ſic Ariſt. habet intẽtũ ſuũ ꝙ principia nõ ſunt infinita. Nam cùm ſuperius fuerit demonſtratum contraria eſſe principia, & nunc ſit oſtẽſum, non omnia contraria eſſe principia, multò minus igitur eſſe poterunt infinita: contraria enim poſteriorum non poſſunt eſſe principia, quia principia debẽt permanere, ſed illa non permanent, igitur non ſunt principia. Vbi permanentiam intellexit permanentiam in conditionibus primorum principiorum, & eſt opinio multum ſubtilis, ſicut uides, & ideo utraq; iſtarũ magis eſt de intẽtione Philoſophi q̃ ꝓcedentes, ſicut diligẽs Peripateticus poterit dijudicare.

Digreſſio de permanẽtia ſempiterna pꝛincipio.

Principium ſubſtantiæ debet eſſe ſubſtantia. 1. metaphyſi. commen. 3. idem. 2. de anima. com 2.

Principiorũ quęrendorũ conditio eſt, ut ſint cõuenientia omnibus apparẽtibus inexiſtẽtibus, qm̃ tunc uident̃ eſſe uera.

Principia rerum quę ſemper ſunt, neceſſe eſt ut ſint ſemper: iſta enim entia quia non ſunt in uno tempore ſine alio, ſed ſunt in omnibus temporibus, ideo cauſæ eorum non ſunt cauſæ in eis in uno tempore ſine alio, & iſta eſt diſpoſitio principiorum corporum cœleſtium cum corporibus cœleſtibus. 2. meta. commen. 4. Ex quo patet in uia Auer. ſempiterna habere cauſam efficientem ſempiternam, contra Grego. de Arimi. & Ioan. de Bacco.

Principium non intelligitur niſi in re quæ habet finem. 2. meta. com. 7. & quod habet finem neceſſario habet principium. Idem. 1. cœli. uerſus finem.

Principium & cauſa aliud eſt à rebus, quarum eſt principium aut cauſa. 3. meta. tex. com. 11.

Principium non dicitur de ſeparatis intelligentijs uniuocè, neq; æquiuocè, ſed ſecundum prius & poſterius; & uide cauſam in paraphraſi meta. tracta. 4. col. 8.

Principium firmiſſimum omnium eſt circa quod impoſſibile eſt mentiri. 4. metaphy. tex. com. 8. & 2. meta. com. 1.

Principij demonſtrationis non eſt demõſtratio. 4. metaphy. tex. commen. 26. idem. 1. poſte. tex. commen. 6.

Principium multis modis dicitur. 5. meta. tex. commen. 1.

Principium quandoque non eſt rei, ſed unde quis facillimè addiſcet. ibidem.

Principiorum omnium cõmune eſt primum eſſe. ibidem.

Principiorum quædam ſunt intra rem, quædam uerò extra rem. ibidem.

Principium doctrinæ in ſcientijs plerunq; eſt aliud ab eo, quod eſt principium in rei ueritate, ſicut Ariſtot. fecit in multis libris. 5. metaphyſi. commen. 1.

Principium agens non eſt extrinſecũ in rebus naturalibus, ſicut eſt in artificialibus. 5. metaphy. commen. 1. Vbi aduerte & pondera quomodo illud ſit intelligendum, nam li

tera tranſlationis Arabicæ in textu eſt falſa,& debet ſtare negatiuè,ꝙ uidelicet non eſt in re. Sed quia uoluit defendere illam literam affirmatiuam tunc cogitur dicere illud propter animalia, quæ ex ſemine generãtur:in ſeminibus enim talium ſunt uirtutes informatiuæ quæ operantur: & ſic talium animalium generatio habet cauſam agentem intra,ſecus eſt in artificialibus,quorũ principiũ eſt ab extrà.

Principiorum quædam ſunt in arte,& quædam ſunt in eſſe: & accidit in quibuſdam artibus, ut principium eſſendi ſit idem cum principio doctrinæ,& in quibuſdam nõ. 5. metaphyſi.commen. 1.uide.primo phyſico.commen.8.uide etiam.1.phyſio.commen.2.

Principiorum aliorum comparatio ad primum principium eſt modis diuerſis,ſicut eſt ens de entibus. 4.meta. cõ. 1.

Principiorum quædam ſunt in re ut materia & forma, quædam extra rem ut agẽs & finis.5.meta.tex.com. 1.

Principium eſt uniuerſalius cauſa , quia principium dicitur de principijs tranſmutationis,& dicitur de quatuor cauſis. 5.meta.com.4.Inde ſumitur uulgata propoſitio,ꝙ omnis cauſa principium eſt,ut patet.5.meta.tex.com. 1. ſed non omne principium eſt cauſa,quia ibidem principium inter alias ſignificationes ſumitur pro principio trãſmutationis & motus. Vnde priuatio principium eſt , ſed nõ eſt cauſa: aliter eſſent quinque cauſarum genera.Ita etiã Blemideus Nicephorus exorditur in ſua abbreuiatione naturalis abbreuiationis:Omnis cauſa(inquit)principium eſt,ſed non omne principium eſt cauſa . Latini autem noſtri dant aliã

Opinio latinorum,

rationem,quare principium ſit in plus quam cauſa , quia 5.metaphy.tex.commen.1.omnis principij commune eſſe uidetur primum eſſe,& ideo ratio principij conſiſtit in ordine:ſed de ratione cauſæ eſt ꝙ ad eius eſſe ſequitur aliud, & quia priuatio adueniens entibus priuat entia entitate. Multotiens enim protendenti ipſius intellectũ uidetur machinari maleficium neq; eſſe penitus,ut dicitur in.1.phyſi.

Impugnatio.

in tex.commen.80.& ibidem tex.com .68. Sufficiens eſt alterum contrarium ſui præſentia & abſentia facere mutationem , priuatio enim nihil aliud eſt niſi abſentia formæ in ſubiecto apto nato.Sed ſi illa eſt ratio cauſæ ut dicunt, tunc materia non erit cauſa. Inquit enim Commen.in . 7. primæ philoſophiæ.in com.37.Forma eſt pars,quæ cum fuerit,erit res:materia uerò cum fuerit,non erit res . Et eſt differentia quam Commen.accepit à lucidiſſimo Themi. in paraphraſi ſuper.2.de anima cap.1.ubi dicit hoc eſſe diſcrimen inter materiam & formam,quia res à materia habent ut fierent,à forma ut eſſent:& ratio primi,ut mihi datur cernere,eſt,quia materia eſt ex quo ſit aliquid ut in exiſtente:ratio uerò ſecundi eſt,quia forma deſcribitur.2. de anima.tex.com.2.Forma eſt per quam eſt hoc aliquid.Eſſe igitur appropriatur formæ,& fieri materiæ. Themi.etiã in ſecundo.phyſi.ſuper tex.11. dicit quamlibet rẽ id quod eſt,habere ex forma non ex ſubiecto.

Principium doctrinæ in multis artibus non eſt neceſſariũ, ut ſit principium ſecundum naturam. Commen. cõtra Gale.aſſerẽtem ꝙ quia hepar apud anatomiſtas ponitur principium doctrinæ ramificationis uenarum , concluſit propterea hepar eſſe principium uenarum. idem quinto meta phyſi.tex.commen.primi.

Principiorum ultimorum ſcire quidditates difficile eſt. 4. phy.commen.16.ubi lucidiſſimus Themiſt. cauſam reddit,quia conantur ſeparatim ea cognoſcere quæ ſeorſum cognoſci non poſſunt.& Commen. in commen. idem dicit,quòd ſcire formam ſine materia, & materiam abſque forma impoſſibile eſt.

Proloquium & enuntiatio communis & maxima eſſe uidetur,nihil originem & progreſſionem eſſe, nihilq; eſſe pro principio et pro eo cuius eſt principiũ. Them.6.phy.48.

Principia quæ ponit naturalis , ſunt naturalia plura eſſe, & mobilia & habentia principia , ſcilicet compoſita . primo phyſico.commen.8.

Aliud principium,ex nihilo nihil fieri. 1.phyſi.tex.com. 34. Omnes qui de natura locuti ſunt in hoc conuenerũt , ꝙ ex nihilo nihil fit.idẽ com.in ꝓlogo.3.phy.&.2.meta.cõ. 15.

Proloquium præclarum & indubitabile eſt in quo dicitur, nihil à natura ſine uſu aliquo fieri . Themiſtius . primo de anima.13.& habetur primo cœli.32.

Propter famoſitatem iſtius diuiſionis.ſ. quoniam omnes intentiones diuiduntur in habitus quieſcentes & mobiles cõueniunt omnes gentes in hoc,ꝙ poſuerunt principia nominationum,nomen & uerbum,& poſuerunt indeclinabile inter illa ad collationem,& poſuerunt nomen cuilibet formæ quieſcenti,& uerbum cuilibet formæ mobili. quinto phyſi.com.9.Inde patet dictum grammaticæ ſpeculatiuæ,ꝙ nomen ſignificat per modum habitus, & per ſe ſtantis,& uerbũ per modũ actus,& ꝑ modũ fluxus et fieri etc.

Proceſſus in infinitum eſt in potentia non in actu . ſexto phyſico.58.commen.

Proprietas quia ſequitur proportionem menſurarum entiũ, poſſibile fuit inueniri in una re proprietates quaſi infinitas & res quæ eſt propinqua infinito non poteſt ſciri perfectè per arbitrium.5.colliget.cap.24.ubi loquitur de proprietatibus medicinarum.

Prouerbiũ,Semper aliquid noui affert Africa.unde emanuerit uide in. 8.de natura anima.cap.28.

Prouerbium:Qua cerui amittunt cornua.unde emanauerit uide in.9.de natura animalium.cap.5.

Probabilia impoſſibile eſt,ut ſint falſa ſecundum totum . 3. de anima.commen 5.in ſolutione ſecundæ quæſtionis, iuxta finem.idem in commen.libri de ſenſu & ſenſato.

Probabilia ſunt magis dilecta communiter quàm demonſtrabilia.ex lib.deſtru.diſpu.3.in ſolutio.13.dubij.

Probabile eſt ꝙ qui cõſiderat de natura alicuius, debet perſcrutari de accidentibus illius,& cum hoc ꝙ eſt probabile, eſt uerum.2.phyſi.tex.com.17.

Prouidentia proculdubio uidetur eſſe de particularibus , ex parte ſomniorum ueridicorum & ſimilium, ex prognoſticis futurorum , quæ quidem in ueritate eſt prouidentia in ſpecie.ex diſpu.16.in ſolutione.3.conſimile in commen.ſuper libro de diuinatione quæ eſt ſecundum quietem.

Propheta quilibet eſt ſapiens, ſed non quilibet ſapiens eſt propheta,& eſt ueriſſima propoſitionum.ex phyſicis diſputationibus,diſputa.4.

Prophetia ut tradunt antiqui,ſit ab ipſo Deo glorioſo mediãte aliquo ente ſpirituali,quod nõ eſt corpus,& eſt tribuẽs intellectum humanum apud eos,& eſt id quod appellant moderni intellectum agentem , & appellatur in lege Angelus.ex diſputationibus phyſicis in diſp.1.in ſolu.2.dub.

Prophetia uenit in diſpoſitione ſimili epilepſiæ . Commen. in commen. libri de diuinatione ſecundum quietem , & ibi uide cauſam.

Propoſitiones categoricæ ſubſtantiales quas format intellectus de rebus compoſitis,differũt ab illis quas format intellectus de rebus abſtractis : qa diſpoſitio & diſpoſitũ in rebus compoſitis, licet ſint unum in actu, ſunt tamen duo in potentia quando intellectus diuiſit unum ab altero. Sed in rebus abſtractis reducuntur ad unam intentionem omnibus modis,& nullus modus erit quo prædicatum diſtinguatur à ſubiecto & diſpoſito extra intellectum.ſ. in eſſentia rei,ſed tamen intellectus in talibus non intelligit nomina ſynonyma,ſed ea intelligit eſſe differentia ſecundum aſſimilationem.12.primæ philoſophiæ.commen.39.ubi ex mente Commen . diſtinctio attributorum in diuinis non eſt ex natura rei,ſed ſecundum modum intelligendi. Quã uiam etiam multi ex noſtris Theologis ſunt ſecuti.

Propoſitio illa dicens conueniens fieri à conueniente, tribus conditionibus uerificatur , uidelicet in cauſa agente. & non in inſtrumento, & in propinqua non remota,& in eſſentialiter & non per accidens agentibus. 12. metaphy. commen.24.authoritate Alexandri.

Propoſitio dicens ꝙ omne quod eſt in actu prius fuit in potentia,non eſt uera:nam ſi ita eſſet,potentia ſimpliciter pręcederet actum:& ſi ita eſſet,res mouerentur ex ſe , ſine motore.12.metaphyſi.commen.32.uide.9.meta.tex.commẽ.13.&.3.de anima.tex.commen.19.&.27.

Propoſitione minori infinita exiſtente in prima figura, hoc eſt,de prædicato infinito,erit concludens,non autem ſi fuerit negatiua. 1.phy.com.10.&.1.priorum.tex.com.7.

Propoſitio cuius ſubiectum eſt æquiuocum, non habet ſubiectum eſſentiale.ex paraphraſi metaphy . tracta.2.in principio.idem.4.metaphyſi.commen.2.

Propoſitiones aſſimilantur materiæ , quia ſunt in potentia concluſio,& concluſio in eis eſt quaſi forma ſecundo phyſico.commen.31.&.74.

Propoſitio uniuerſalis mouet quieſcendo , ſed propoſitio particularis mouet imminendo inſtandoq; actioni . tertio de anima.tex.commen.58.

Propoſitio aliqua eſt uera per ſe , quæ tamen eſt falſa per accidens.Commen.6.phyſi.commen.15.de motu, qui in quantum motus,eſt uelocitabilis in infinitum,ſed pro quãto accidit motui ꝙ fuit in motis naturalibus . ſic eſt falſa ꝑ accidens,conſimile de diuiſione lineæ in. 71 . quarto phyſico.inuenies ab eodem.

Propoſitio dicens ꝙ duo oppoſita non poſſunt eſſe ſimul in eodem,eſt cõmunis pluribus ſcientijs : & propoſitio dicẽs ꝙ illud ex quo aliquid tranſmutaẽ, & illud ad qđ tranſmutatur ſunt oppoſita, eſt ꝓpoſitio cõmunis , ſm ſubiectũ et ſecundũ prædicatum.8.phy.com.70. Collige ibi cõmunitatẽ propoſitionis,ex quot cauſis colligi poſſit.

Propoſitiones aliquæ ſunt de quibus dixit Albumaſar, quę non inducunt ad primæ certitudinis ordinem , ſed tamen nullus ſenſus contradicit eis , neque ratio . ex primo cœli. commento.15.&.22.

Propoſitiones naturales ſunt dubitabiles propter duas cauſas,aut ratione aliarum propoſitionum probabilium quæ ſunt contrariæ illis, aut propter exiſtimationem ꝙ principia ſcientiæ naturalis debẽt eſſe in fide, ſicut principia geometriæ.1.cœli.com.90. Vide in.2.meta.tex.com.16.

Propoſitiones eſſentiales,logicales,& diſputabiles,differũt. Commen.in paraphraſi. 1.de cœlo & mundo.in ſum.7.in fine. Vide & pondera,quia multum tibi deſeruiet illa doctrina in quam plurimis locis.

Propoſitionibus ambiguis in demõſtrationibus utimur quãdoq;,præſertim ubi ſecus fieri non poteſt nulla præ manibus habentes principia niſi id genus . Commen . in paraphraſi.2.de cœlo.ſum.2.quæſito. 1.Intelligit autem per ambiguas,in quibus prædicata non dicuntur uniuocè,ſed analogicè. Conſimile in ſecundo deſtruc.diſputa. 1. in ſolutione tertij dubij.

Propoſitiones quas habemus præ manibus de corporibus cœleſtibus paucæ ſunt,& dicuntur ferè æquiuocè, quia extractè ſunt ab animatis,quæ ſunt hîc , & de iſtis & de illis animatum dicitur ferè æquiuocè.2.cœli.com.60.

Propoſitiones famoſæ alicuius artis ſunt illæ,in quibus nulla eſt diſceptatio inter eius profeſſores.ex paraphraſi metaphyſi.tracta.4.col.4.

Propoſitiones hypotheticæ continuatiuæ in quibus eſt conſequens poſſibile eſſe cum antecedẽte , neceſſe eſt ſemper, ut deſtruamus antecedens & concludamus oppoſitum cõſequentis.1.de anima.commen.13.authoritate Themiſt.

Propoſitiones primi modi dicendi per ſe habent prædicata quæ ſunt cauſæ ſubiectorum, ſed propoſitionum ſecundi modi dicendi per ſe ſubiecta ſunt cauſæ prædicatorum.ſecundo de anima.commen.67.

Proportiones in eo ꝙ proportiones non ſunt agentes,ſed in eo ꝙ qualitates.2.de anima.commen.143. Et ratio eſt qa ſunt relationes, & relatio non eſt de principijs actiuis : & ratio eſt,quia omne quod agit,agit ſecũdum ꝙ eſt in actu: relatio autem extra animam non eſt in actu, ſed in potentia. Vnde quidam reputauerũt prædicatum relationis eſſe de ſecundis intellectis,quia eſt debilis entitatis. 12. metaphy commen.19.Et ſic etiam numerus non eſt de principijs actiuis , quia eſſe eius in actu eſt in anima & extra animam in potentia.4.phyſi.commen.231.

Proportiones & uirtutes quæ fiunt in elementis à motibus ſolis & aliarum ſtellarum,ſunt illæ quas reputat Plato eſſe formas & eas intendit , ſed longè inſpiciebat eas , quapropter dixit formas eſſe.12.meta.com.18 . prope finem.

Proportiones omnes & formæ ſunt in potẽtia in prima materia,& ſunt in actu in primo motore. 12 . primæ philoſophiæ.commen . 18 . in calce com . Vide in concordantijs nuper æditis.

Proportio quæ eſt in mobili ad motum, eſt proportio materiæ.ad formam.9.metaphy.commen.11.

Proportio diffinitionis ad diffinitionem eſt ſicut proportio quidditatis ad quidditatem.7.meta.tex.com.14.&.15.

Proportio uitæ hominis ad motum continuum eſt ſicut pũcti ad lineam , & ſicut finiti ad infinitum . Commentator in prologo primi phyſi.

Proportio totius ad totum eſt ſicut proportio partis ad partem,uera eſt quando ambæ ſunt finitæ:ſed ſi fuerint infinitæ ambæ,aut altera,uera non eſt propoſitio, quia infinitas non eſt magis neq; minus nec æquale. ex libro deſtru. diſputatio.1.in ſolutione quinti dubij.

Proportiones in eo ꝙ proportiones non ſunt agentes,ſed in eo ꝙ qualitates.2.de anima.commen.143. ex quo patet ꝙ relatio non eſt de principijs actiuis.

Proportio quæſtionum ad animam ſimilis eſt proportioni ligamenti ad membra,& proportio ſciẽtiæ acquiſitæ poſt illas quæſtiones,eſt ſimilis proportioni motus quæſiti poſt diſſolutionem ligamenti.3.metaphy.com.1.

Proportio impedientis ad impediens eſt ſicut proportio motus ad motum , & hoc in motibus uiolentis , quando motor fuerit idem,ſiue impedimentum ſit ex medio,ſiue ex ipſo moto.4.phyſi.commen.71.

Proportio eius quod congregatur ex duabus potentijs ſupra duo pondera,nõ eſt ſicut proportio ſolius potentiæ ad unũ pondus.7.phyſi commen.38.

Proportio quælibet compoſita ex duabus proportionibus finitis,eſt finita neceſſario.8.phyſi.commen.78.

Proportio temporis ad tempus eſt ſicut proportio motoris ad motorem.8.phyſi.com.80.idem.ſeptimo phyſico.tex. commento.35.&.36.

Proportio corporum circularium in uelocitate & tarditate eſt,non ſicut eſt proportio ſpatii ad ſpatium , ſicut eſt in rectis,ſed eſt ſecundum proportionem magnitudinis & paruitatis ipſorum mobilium.2.cœli.com.46.& tex.

Proportio nulla eſt inter magnitudinem corporum cœleſtium & magnitudinem corporum facientium tonitrua,neque in magnitudine,neq; in uiolentia motus,neq; in uelocitate.2.cœli.commen.53.

Proportio ſuperficiei ad corpus , eſt ſicut lineæ ad ſuperficiem, & ſicut puncti ad linam . 3.cœli.commen . quinto uide in concordantiis.

Propinquitas eſt neceſſaria in actione tam potentiarum irrationalium quàm rationalium.9.meta.com.10.

Propinquitas eſt cauſa deceptionis.colligitur ex.3. phyſicſico.commen.15.ubi Commen . ex ſententia Philoſophi allegat cauſam erroris antiquorum,propter quam collocauerunt ipſum ſub priuatione:& primam cauſam expreſſit Philoſophus in tex.commen.14 . Nam cum omne ens ſit, aut in actu,aut potentia & motus,neq; actus, neq; potentia tantum eſt. Vnde ut inquit Commen . ibi in commen. latuit eos actus medius inter actum & potentiam. Secundam uerò cauſam explicat Com.in com.15.qa motus eſt actus imperfectus,& actus imperfectus eſt ꝓpinquus priuationi:ideo iudicauerũt ex ꝓpinquitate ipſum priuationẽ eſſe:& eſt etiam ſentẽtia Auguſti.ꝙ ꝓpinquitas et ſimilitudo ſunt cãæ erroris , & deceptionis. Alia ẽt eſt cã deceptionis inſeparabilis, conſecutio unius rei cum alia re: quam Commen.expreſſit in.4.phyſico.in commen .95. ubi dicit.Multotiens exiſtimatur ꝙ illud quod ſequitur rem , ſit ipſa res.Propter hanc enim cauſam aſſerit Philoſophus ibi antiquos fuiſſe deceptos aſſerentes tempus formaliter eſſe motum:& propter eandem cauſam Stoici aſſeruerũt , ut ſcribit Alexan.in paraphraſi de anima , quantitatem non

eſſe diſtinctam à ſubſtantia:in qua ſententia perſeuerant nominales. Et propter eandem cauſam Subtilis Doctor tenuit proprietates rerum non diſtingui realiter à ſubiecto, & de multis alijs conſimilibus.

Propinquitas & diſtantia non ſunt niſi per translationem. 8.phyſico.tex.commen.55.

Pruinæ & roris locus eſt unus, & materia una, & agens unum, ſed diuerſificantur propter fortitudinem agentis & debilitatem. 1.meteororum, commen.4.

Speuſippus plures ſubſtantias ab uno inchoauit, & principia cuiuslibet ſubſtantiæ eſſe dixit, aliud quidem numerorum, & aliud magnitudinum eſſe. 7.meta.tex, commen.5.

Ptolemæus poſuit plures motus lunæ, & alijs ſtellis, quos nullus ex antiquioribus poſuit. 12.primæ philoſophiæ. cõmen.45. Vide etiam. 2.cœli.commen.62.

Ptolæmeus non poſuit ſoli aliam latitudinem niſi in reſpectu æquinoctialis, ſed antiqui opinabantur ꝙ ultra iſtam latitudinem ab æquinoctiali habet aliam à zodiaco, 12. metaphyſi, commen.46.

Ptolemęus poſuit ꝙ in cœlo ſunt ſphærę, quarum poli ſunt perforati. 1.cœli.commen.10.

Ptolemæus poſuit quinq; motus in luna, cum antiquiores non poſuerint niſi tres tantum. 2.cœli.commen.60.

Ptolemæi ſententia ſucceſſio orbium in nobilitate, non eſt ſecundum ordinem in motibus. 2.cœli.commen.62. uide in. 12.primę philoſophiæ, commen.44.

Ptolemæus tenuit ꝙ ſub æquinoctiali ſit habitatio, & ſimiliter Auicenna, licet Ariſtoteles oppoſitum ſenſerit, ex. 2. meteororum.cap.2, in col.9.

Pulmo in habentibus pulmonem bipartitus eſſe expedit. 1. de natura animalium, cap. 16. & ibi uide an ſpiritus per arteriam inſpiratus ingrediatur cor, nec ne. Vide etiam de pulmone in. 3. de natura animal. cap. 3.

Pulmo ſanguinis plurimum ex membris omnibus continet, errantq; qui ipſum inanem ſanguinis arbitrantur. primo de natura animalium. cap. 17.

Pulmo ſolus ſecundum Gale. nutritur per cor, cuius tamen oppoſitum ſentit Ariſto. ex. 3. de partibus animaliũ. Auer. in capitulo de corde.

Pulmonis motus initium à corde, ſecundum Ariſtot. contra medicos. 3. de partibus animalium. cap. 6. & Auer. ibidem in cap. de pulmone.

Motus initium in uentribus est a corde contra Gallenum qui dixit esse a cerebro.

Pulmone ablato hæc duo ſimul auferuntur, uox, & dexter uentriculus cordis, qui gratia pulmonis genitus eſt; pulmo enim uocis & reſpirationis eſt organum. Gale. 6. de utilita. partic. cap. 9. & nota ꝙ contradicit Ariſtot. in hoc de numero uentri. cordis, ibi.

Pulmo eſt organum reſpirationis & uocis. 3. de partibus animalium. uide etiam in Gale. 7. de utili. particu. cap. 3.

Pulmonis motus eſt à corde. 3. de parti. anima. capitulo. 6. contra medicos.

Putredo uel putridum excrementum rei concoctæ eſt, qua propter nihil putreſcens gignitur. Ariſtote. 3. de generatione animalium. cap. 11.

Putrefactio eſt contraria generationi. 4. meteo. tex. com. 3.

Putrefacta in principio fiunt humida, in poſtremo uerò fiũt ſicca. 4. meteoro. tex. commen. 4.

Putrefactio eſt corruptio quædam in unoquoq; humido, proprie ſecundum naturam caliditatis ab aliena caliditate. 4. meteo. tex. commen. 5. ¶ Et pondera contra rudes aliquos medicorum aſſerentium hanc diffinitionem putrefactionis datam ab Ariſtote. non conueniſſe putrefactioni contingenti in humoribus, unde febris putrida cauſatur: cùm tamen Galenus medicorum princeps in ſecundo de differentijs febrium. cap. 9. ubi diſputat, an ſit febris ex putrido ſanguine, fundamentum hoc præmittens quomodo ſanguis poteſt putreſcere, hanc diffinitionẽ ab Ariſt. aſſumit.

Contra rudes Medicos.

Putrefactionis duplex eſt cauſa, una primaria & per ſe, alia ſecundaria & quaſi per accidens. 4. meororum in ſua ſumma. 5. colliget. cap. 43.

Putrefactio eſt communis paſſio, & frigiditatis propriè, & caliditatis alienæ. 4. meteo. tex. tex. com. 5.

Putrefactio minus contingit in frigoribus quàm in æſtu. 4. meteoro. tex. ommen. 6.

Putrefactio duplex, quædam eſt per uiam congelationis, & iſta contingit in hyeme: quædam per uiam combuſtionis & diſſolutionis, & iſta contingit in æſtate. quarto meteoro. commen. 9.

Putreſcit minus quod mouetur & fluit quàm non motum. 4. meteo. tex. commen. 11.

Putreſcit minus multum pauco. ibidem. tex. com. 12.

Putrefactionis natura ſtat per calorem extraneum cum humiditate ſuperflua, & ſunt ei medicinæ odorifere in ultimo contrarietatis. 6. colliget. cap. 12.

Putrefactionis cauſa efficiens eſt frigiditas ſecundum duos modos: unus eſt per ſe, & eſt à calore extrinſeco: alius per accidens, & eſt à frigiditate. 3. colliget. cap. 3. de cauſis ægritudinum materialium.

Putrefactio eſt uia in corruptionem. commẽ. & tex. 6. 4. metaphy. & per conſequens fit in tempore. Hoc etiam aſſerit Auicen. in. 4. in cano. cap. de febre ſanguinis contra Gale. ubi litera quæ communiter inuenitur, eſt corrupta, quia iacet negatiuè, ſed debet ſtare affirmatiuè, ſic: Putredo habet tempus, & conuerſio ſanguinis in choleram, non fit niſi in tempore. & hoc non aduertit Thomas de Garbo & alij ibi.

Putridum non eſt neceſſarium eſſe quod ex putrido fit, ibidem Auicenna.

Pueri cum uigilant non rident, cùm dormiunt rident, interdum etiam lachrymant. uide cauſam in. 5. de generatione animalium, cap. primo.

Pueri pluſquam cætera animalia ſomno dediti uiuunt. ibidẽ.

Pueri interdum altero oculo cæſii naſcuntur, ut plurimum autem ambobus, uide cauſam. 5. de generatione animalium. cap. primo.

Pueri excitati à ſomno præ metu ſe intra inuolucrum occulunt. & ibi uide cauſam in lib. de inſomnijs prope finem. & Themiſt. ibi. cap. 19.

Puerum eſſe intelligentem in potentia, poteſt intelligi duobus modis. 3. de anima. com. 5. in ſolutio. 2. quæſtionis.

Pueris accidit epilepſia. uide cauſam in libro de ſomno & uigilia in col. 5.

Pueris non competunt uina, neq; nutricibus. ibidem.

Pulſuum ſpecies cõprehendi non poſſunt niſi in indiuiduo comparato ad pulſum ſani, qui in corpore temperatæ cõplexionis inuenitur, aut ad aliquam octo complexionum ſecundum Galenum, aut ad quatuor ſecundũ ꝙ apparet à radicibus naturæ. 4. colliget. cap. 18. de cauſis pulſuũ. Nota autem quòd ideo ſic loquitur, quia ſecundum ipſum nõ darẽtur complexiones diſtemperatæ, ſimplices, compoſitæ tantum, & ideo ſunt quatuor.

Pulſus dormientis eſt diuerſus à pulſu uigilantis, & pulſus exercitati eſt diuerſus à pulſu quieſcẽtis. & uide cauſam. 3. de partibus animalium. ab. Auer. in cap. de corde.

Pulſus non ſolum fit propter reſpirationem, uerum etiam propter tranſmutationem caloris naturalis, qui eſt inſtrumentum animæ ad omnia membra. ibidem.

Pulſus marium eſt maior & fortior, ſed mulierũ eſt minor, & debilior, ſed eſt uelocior, quæ uelocitas in eis eſt loco fortitudinis. 4. colliget. cap. 19.

Pulſus cordis temperati poteſt eſſe uelox propter ſtricturã arteriarum. 4. colliget. cap. 2.

Pulſus magnificatur per motum, & minoratur per quietem & uide cauſam. 2. colliget. cap. 18. in fine.

Pulſio eſt motus ab extrinſeco. 7. phyſi. tex. commen. 10.

Putans diuiſum diuidi & compoſitum componi uerus eſt. 9. metaphyſi. tex. commen. 21. idem in prædicamentis. & in primo de interpretatione, ubi dicitur: Ex eo quòd res eſt uel non eſt, redditur opinio & oratio uera aut falſa.

Purum diligenter monſtrat quicquid exceperit, unde ueſtes quæ mundiſſimæ ſunt, citiſſimè inquinantur. ex libro de inſomnijs Ariſtot.

Punctus



Pũctus motus facit lineam, & linea mota ſuperficiem, & ſuperficies corpus & figuras habere poſitiones, ſunt propoſitiones geometricæ opinabiles abſq; eo ꝙ ſunt extra animam. Cõmen. 3. phyſi. cõmen. 60.

Puncta & momenta cognoſcuntur per priuationem continui. 3. de anima. tex. cõ. 25. uide Them. ibi.

Puncti ad lineam nulla eſt proportio. 4. phyſic. tex. cõmen. 71. & ibi redditur cauſa.

Punctus & inſtans differunt, quia iſta actio quæ eſt diuidere & diſtinguere eſt puncti principaliter, & eſt inſtantis neceſſario. Item punctus inuenitur in actu in linea, ſed inſtãs inuenitur in potentia in tempore, quia non poteſt bis demonſtrari. 4. phyſi. cõmen. 105.

Punctu, idem poteſt demonſtrari, non autẽ inſtans. quarto phyſi. tex. cõmen. 121. 105. 106.

Punctus unus p ſe eſt duo ſm rõnem. 4. phy. tex. cõ. 121.

Puncti diuiſio eſt relatiua non in eius ſubſtantia, quoniam punctus non diuiditur, ſed ſolũmodo diuiditur ſecundum quòd eſt principium in reſpectu, & finis in reſpectu. quarto phyſi. cõmen. 121.

Punctus dicitẽ quieſcere per figuram. i. tranſumptiuè. 6. phy. cõmen. 72. uide conſimile. 4. phyſi. cõ. 118.

Punctus dicitur moueri per accidens ad motum corporis. 6. phyſi. tex. cõm. 86.

Punctus nullus actu eſt in cõtinua magnitudine niſi motus dirimatur. 8. phy. tex. cõ. 65. & Them. & Cõmen. ibidẽ.

Puncta quæ ſunt inter principium magnitudinis & finem, ſunt in potentia: cùm magnitudo diuidatur ſecũdum illam potentiam non actu, punctus autem qui eſt finis magnitudinis, eſt actu. 8. phyſi. tex. cõ. 67.

Punctus qui eſt centrum ſphæræ, eſt principium pro quanto omnes lineæ exeunt ab eo ad circũferentiam: eſt autem finis, ut oẽs lineæ à circũferentia ductæ terminantur ad ipſum: eſt autẽ medium, ut æqualiter diſtat ab omnibus partibus. 8. phyſi. ex intentione Themiſtij. cõ. 76.

Puncta & partes licet moueantur per accidens, differunt tamen, quia partes poterunt per ſe moueri ſi ſeparentur à toto, quod pũcto minimè competit. Item motus partium eſt difformis motus totius exiſtẽte uniformi, & ptes iuxta polos tardius q̃ quæ circa æquinoctialem mouentur, q̃d nõ competit punctis. Them. 6. phyſi. 84. & 85.

Punctus qui eſt indiuiſibilis & non exiſtens in moto quod mutat locum per naturam, non dicitur motus neq; eſſentialiter neq; accidentaliter. 2. cœli. cõ. 14.

Puncta, lineæ, & ſuperficies, non ſunt in loco neque per ſe neq; per accidens. primo de generatione & corruptione, cõm. 29. uide in concordantijs.

Punctus eſt unitas poſitionẽ habens. primo de anima, tex. cõmen. 68. idem. 5. meta. 12.

Pũctus, unitas, & inſtãs, nõ ſunt diuiſibilia nec actu, nec potentia, nec eſſentialr, nec accidentaliter. 3. de anima. cõ. 25.

Punctus non diuiditur oĩno & habet ſitũ. 5. meta. tex. cõ. 12.

Punctus & unitas differunt. 5. metaphy. tex. cõmen. 12. uide etiam. 4. phyſi. tex. cõmen. 106.

Pulchritudo & fortitudo & aliæ formæ corporales ſimiles his ſunt diſpoſitiones laudabiles in animalibus quæ nõ intelliguntur, niſi in reſpectu nobiliſſimæ diſpoſitionis. ſ. in reſpectu animalis nobilisſimæ diſpoſitionis. 7. phyſi. tex. cõmen. 17. ¶ Ex quo patet contra ſophiſtas, ꝙ intenſio formarum attenditur penes appropinquationem ad ſummũ. uide in Theorematibus diffuſe de hoc.

Contra Sophiſtas.

Pulchritudo magis attribuitur compõni, ſicut uirtus, & fortitudo magis attribuitur complexioni. 4. colliget. cap. 2.

Pulchritudo in aliquo animali eſt diſpoſitio in forma creaturę, conſiderata ſecundum diſpoſitionem quã habet in creatione conſiderata in forma creaturæ, reſpectu nobilisſimi aĩalium in illa ſpẽ, & uniuerſaliter eſt proportio inter extrema membra & media. 7. phyſi. cõm. 17.

Pulchritudo dicitur reſpectu turpitudinis. ibidem.

Pythagoras & Leucippus pfectionem non dixerunt, eſſe in principijs, ſed in principiatis. 12. meta. tex. cõ. 40.

Pythagoras poſuit ſolum mathematica eſſe abſtractas ſubſtantias, & non poſuit formas, i. ideas. Cõmenta. 12. meta. cõmen. 5. in calce cõmenti, authoritate Alexandri.

Protagoras hominem eſſe menſuram rerum omnium, nihil aliud dicens q̃; ꝙ uidetur unicuiq; hoc & eſſe firmiter. 11. primæ philoſophiæ. cap. 4. idem. 10. meta. tex. cõ. 5.

Protagoras aſſeruit hominem eſſe metrum omnium rerum. 10. meta. tex. cõmen. 5.

Pythagorici prius, & Plato poſterius, dixerunt unũ eſſe ſubſtantiam quãdam per ſe exiſtentem. 10. meta. tex. cõ. 6.

Pythagorici exiſtimãt quòd numeri ſunt principia entium, ſed non opinantur omnes quòd ſint principia ſecundum formas, ſed ſecũdum quòd ſunt elementa entium. 7. meta. commen. 2. tex. 38.

Pythagorici diuidebant principia rerum in duas partes cõtrarias. 3. phyſi. cõmen. 13.

Pythagorici poſuerunt motum eſſe non ens, & uidentur accidens quoddam motus potius q̃ rei naturam ſignificaſſe. Themiſt. 3. phyſi. 13.

Pythagoras poſuit infinitum ex natura paris, & finitũ ex natura imparis, & ſcd̃m aliquos per parem intelligebat materiam, & per imparem formam. 3. phyſi. tex. cõ. 27.

Pythagorici affirmauerunt uacuum. 4. phyſi. tex. cõ. 56.

Pythagorici aiunt totum & omnia tribus determinata eſſe. primo cœli tex. cõmen. 2.

Pythagorici duo hæc ſola principia dicebant, dextrum & ſiniſtrum. 2. cœli. tex. cõmen. 11.

Pythagoras opinatus fuit in medio ignẽ eſſe, aſſeruit & terram circa medium circulariter moueri. 2. cœli. tex. cõ. 72.

Pythagorici uocati mathematica principia omnium eſſe aſſeruerunt. 1. meta. cap. 20.

Pythagorici poſuerunt duo principia, finitum & infinitum, & talia ſunt ſecundum materiam & formam, non ſecundum materiam & agens, ut erãt apud antiquos naturales. 1. metaphyſi. tex. cõmen. 3.

Pythagorici poſuerũt numerum eſſe ſubiectum oĩum entiũ. ibidem. uide etiam. 3. phyſi. tex. cõ. 25. & 26.

Pythagorici poſuerunt cauſas rerũ nãlium res nõ conueniẽtes, & nõ eſſentiales rebus nãlibus. 1. meta. tex. cõ. 19.

Protagoras redarguit geometras aſſerentes circulum tangere regulam in puncto.

Pythagoras tranſmigrationem animarum fabuloſe tradidit ad ciuilem aliquem uſum. 1. de anima. tex. commen. 53. & Themiſtius & Cõmentator. ibidem.

Pituita eſt primi alimenti excrementum, & ſi quid aliud huiuſmodi eſt. 1. de generatione animalium. cap. 18. Vbi patet phlegma et duas choleras ſecũdũ Ariſt. non eſſe humores, ſed ſuperfluitates ſanguinis, qui eſt uerus humor, & uerum alimentum. contra Medicos.

## ¶De litera Q.

QVI POTEST ſaluare apparentia ex principijs finitis, melius facit q̃; qui ex infinitis. 1. phyſi. tex. cõmẽ. 50. & 56. ubi aduerte ꝙ Peripatetici paucitatem entium ubi fieri poteſt ſemper prætulerunt multitudini, & hoc eſt maximum fundamentum in doctrina eorum. uide cãm ab Auer. in commen. allegatis.

Quicquid recipit aliquid, non recipit illud ſecundum ꝙ eſt in actu, ſed ſecundum ꝙ eſt in potẽtia. 1. phyſi. cõmen. 69. & 2. de anima. cõ. 67. & 104. 1. cap. de ſubſtantia orbis. 3. cœli. cõm. 67. & 3. de anima. cõm. 4.

Qui dicit aliquid generari ex non ente, dicit ꝙ uel tranſmutatio eſt in priuatione, aut ꝙ eſt tranſmutatũ ſine tranſmutatione. 1. phyſi. cõ. 71. conſimile. 8. phyſi. cõ. 4. & 15.

Quod non attribuitur corruptioni niſi propter rem corruptibilem exiſtentem in eo, dicitur corruptibile per accidẽs. primo phyſi. tex. cõmen. 82.

Quę inueniuntur in rebus naturalibus ex neceſſitate,& non ſunt propter aliquid,ſunt ex materia,ut mors:& quæ inueniuntur propter aliquid,ſunt ex forma.2.phyſi.cõmen.88. idem,3.de anima.cõmen.60.

Quod prædicatur in quid & cõuertitur,eſt diffinitio,3.phy. cõmen.1,&.6.topicorum,

Quod mouetur circa aliquod quieſcens tantum,& non mouetur in continente, ut cœlum, eſt illud cuius motus non eſt per accidens extrinſecum à natura.Commenta. quarto phyſic,cõmen.43.

Quibuſdam cœleſtibus corporibus quod contineantur ab alijs accidit ſibi.ibidem.

Quod eſt in aliquo exiſtente in diſpoſitionibus diuerſis,eſt unum ſecundum ſubiectum, & duo ſecundum rationem, 4.phyſi.cõmen.104.

Qui aufert diuiſibilitatem à tẽpore & à magnitudine,aufert uelocitatem & tarditatem.6.phyſi.com̃.62.

Quicquid menſuratur à ſua parte finitum eſt.6.phy.61.

Qui quærit rõnes ut deſtruat illud quod apparet ſenſui, eſt debilis diſcretionis.8.phyſi.tex.com̃.21.

Qui negat ſubiectũ alicuius artis,artifex illius artis nõ habet uiam neq; ſermonẽ cum eo,cũ non habeat principia per q̃ loquatur cum eo,quia negat principia ex qbus fundant cõtradictiones negationis ſubiecti.8.phyſi.com̃.22.

Quod eſt per accidens non eſt neceſſarium neq; ſemper,& tale poteſt non eſſe,8.phyſi.tex.com̃.36.

Quæcunq; præter naturam ſunt,citiſſimè corrumpuntur.1, cœli.tex.cõmen.15.

Quod innatum eſt inueniri in tempore,non poteſt eſſe ſine tempore:& q̃d non eſt innatum inueniri in tempore, non inuenitur in tempore, & non habet prius & poſterius niſi in eſſe,ſicut eſt de lineis cũ figuris,& magis hoc eſt in rebus abſtractis.primo cœli.cõmen.106.ubi patet in rebus æternis eſſe prioritatem ſecundum naturam.uide in.2.cap. de ſubſtantia orbis.

Quod eſſe poteſt & non eſſe,determinatũ eſt eſſe plurimũ, & eius quod eſt eẽ & eius quod non.1.cœli.tex.cõ.118.& habet locum in omnibus prædictis,ut ibi dicitur.

Quicquid eſſentialr̃ cõpetit uni indiuiduo eiuſdem ſpẽi,cõpetit oĩbus.2.cœli.tex.cõ.59.ibi enim Ariſt.arguit ꝙ ſi luna eſt ſphæricæ figuræ,omnia aſtra ſunt ſphęrica.

Quod impoſſibile eſt ut ſit, impoſſibile eſt ut incipiat eſſe. 4.cœli.tex.cõ.33.idem.6.phyſi.tex.cõ.92.

Quod dicitur de aliquo diuiſim,non ſequitur ut ſemper dicatur de eo cõiunctim.primo de generatione & corruptione.tex.cõmen.9.

Quæcunq; eandem materiam non habent, faciunt impoſſibilia entia,ut medicantia.primo de generatione & corruptione.tex.cõmen.53.&.87.

Quæcunq; non in materia habent formam,hæc impaſſibilia ſunt actiuorum:quęcũq; autem in materia paſſiua.1.de generatione & corrup.tex.com̃.53.

Quorum incorruptibilis eſt ſubſtantia,mota eadem numero redire poſſunt:quorum aũt corruptibilis,ſolũ ſpecie non numero ex fine.2.de generatione & corruptione.

Quod inuenitur in aliquod accidẽtaliter,oportet ut inueniat in alio eſſentialiter.2.de anima.cõmẽ.133.idem.4.phyſic. cõmen.43.& primo cœli,c.14.

Quidditas non dicitur uniuocè neq; æquiuocè de abſtractis & de generabilibus.3.de anima.com̃.36.

Quę uerè poſſunt facere,eorum opus uerè ſunt unũquodq;, puta oculus ſi uidet:qui aũt non poteſt uidere æquocè,puta mortuus aut lapideus.4.meteo.tex.cõ.54.

Qui dubitat & admirat̃,ignorare uidet̃.ex procœmio meta.

Quod inuenitur accidentaliter,rarò inuenitur.1.metaphyſi. com̃.8.idem.2.phyſi.com̃.48.

Quæ præcognoſcimus,impoſſibile eſt ut addiſcamus. primo.meta.tex.cõmen.47.

Quod ante eſt,communius eſt eo quod poſterius eſt.ſecundo.meta.tex.cõmen.10.

Quidditas in ſubſtantijs eſt ſimpliciter, ſed in accidentibus eſt ſecundum quid.7.meta.tex.com̃.15.

Quidditates rerum non ſunt exiſtentes niſi per eſſe rerũ habentium quidditates.7.meta.tex.cõmen.20. Sic intelligas dictum Philoſophi in prædicamẽtis, ubi aſſerit deſtructis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere.Nam licet rei quidditas præcedat quo ad intellectum ipſum ſingulare,quo ad exiſtentiam tamẽ ſequitur. Hoc bene notauit Cõmenta.12.diuinorum cõmen.27.authoritate Alexan.ſic enim melius dicitur q̃; ut Boetio uiſum eſt,q in prædicamentis iſtam proponens difficultatem,quomodo indiuiduæ ſubſtantiæ primæ ſubſtãtię eſſe poſſunt,quãdoquidem illud eſt natura prius quo ſublato reliqua auferuntur:poſterioribus uerò ſublatis priora nõ auferuntur ſoluit dicens:Non omnem naturam in uno ſaluari indiuiduo, ſed in omnibus ſingulis.Sed hoc non obſtat,quia tunc iſta ratione non poſſet prima & ſecũda ſubſtãtia in rebus æternis reperiri,in quibus tota natura in uno ſaluatur ſuppoſito.ut patet primo cœli & mundi,in com̃.4.&.98.ubi ſcribit Cõmenta.ꝙ multitudo indiuiduorum contingit ꝓpter diminutionem,& ideo natura non fuit cõtenta eſſe unius tantum,& ita etiam ſcribit.2.de anima.tex.cõmẽ.34.& in 2.de generatione & corruptione.tex.com̃.59. Cõſequens autem falſum eſt,& contra Philoſophum in.1.cœli.tex.cõ. 92.ubi dicitur ꝙ alterum eſt hoc cœlum, & cœlum ſimpliciter.Secunda autẽ Boetij ſolutio magis uidetur apparens, inquit enim:Quia in prædicamentis agitur de ſignificatione uocabulorum,& quia quæ ſenſibus ꝓxima ſunt,ea etiã proximè uocabulis nũcupanda iudicamus: qui enim primus hominem dixit,non illum qui ex ſingulis hominibus conficitur concipit animo,ſed quẽdam ſingularem atq; indiuiduum cui hominis nomen imponeret, & ideo ſublatis ſingulis hominibus homo non remanet.Sed nec iſta ſecũda eius ſolutio ſatisfacere uidetur,tum quia trahit ſecum arduam quæſtionem de primo cognito. Nullus enim imponit nomen rei qua ignorat,ut dicitur.7.primæ philoſophię tex.cõmen.54.& in.4.etiã in tex.cõmen.10.Si igitur primum cognitum ab intellectu eſſet ſingulare, tunc ſine dubio reſponſio illa uera eſſet:ſed illud eſt dubium & fortè falſum in uĩa Peripateticorũ,apud quos fuit maxima altercatio an ab intellectu cognoſci poſſit, & quis ſit modus quo cognoſcitur,nedum ut eſſet primum cognitum, ſicut declarat Commentator.3. de anima. commen.36. authoritate Auempacis, ubi dicit quòd quidditas intellecti non eſt quidditas ſingularis, neque ſpiritualis, neque corporalis,cum ſit declaratum ꝙ indiuiduum non eſt intellectum. Amplius ſi primus impoſitor impoſuit hoc nomen homo, alicui homini ſingulari inquantũ ſingulare illud, & nõ ſub ratione aliqua cõmuni,tunc ineuitabiliter ſequitur ꝙ illud nomen non eſſet nomen appellatiuum,ſed nomẽ propriũ. Et confirmatur authoritate Auer.2.de anima.cõmen.65. ubi format in ſimili cõſimilem conſequentiã dicens:Quòd ſi ſenſus pateretur ab aliquo idiuiduo ſm ꝙ eſt illud indiuiduũ,tunc non pateret̃ ab alio indiuiduo.& bene dixit,nam ut ſcribit Ariſt.in calce ſecundi poſteriorum analyticorum licet id quod ſentitur ſit ſingulare ſenſus,tamen eſt uniuerſalis.Concludamus igitur cum Alexan.& Auer.in loco ꝑallegato ꝙ licet ſingularia in eſſe ꝑcedãt uniuerſalia,tñ uľia in intelľu ꝑcedunt ſingularia, ut habetur in cõ.27.12.primæ philoſophiæ.& idem Cõmenta.7.meta.cõ.20.dicit ꝙ quidditates rerum non ſunt exiſtentes niſi per eſſe rerũ habentium quidditates.i.non exiſtũt niſi ad exiſtentiam ſingularium,& ſic uniuerſalia ſunt poſteriora:Actus enĩ et generationes & motus omnes ſingulariũ primo ſunt.ex ꝓœmio primæ philoſophiæ.uide etiam pulchre Alexand.in.1. lib.naturalium quæſtionum.q.11.ubi quærit q̃uo ſit intelligẽdum dictum Philoſophi.1.de anima.tex.cõ.8. Animal uniuerſale aut nihil eſt aut poſterius eſt.

Cõtra Boetiũ inpdi camento ſubſtãtiæ.

Quæcũq; à caſu quorum materia poteſt à ſeipſa moueri hoc motu,quo ſperma mouet eadem,fieri poſſunt:quorũcunq; uerò non,ea impoſſibilia ſunt aliter fieri quàm ex ſeipſis. 7.meta.tex.cõmen.31.

Quidditates



Quidditates nãlium non poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu,ſicut quidditates mathematicorum.7.meta.tex.cõ.39. &.37.ubi intelligas ꝙ non poſſunt diffiniri ſicut gloſaui ex mente Them.hĩc,&.6.primæ philoſophiæ.tex.cõ.2.& 1.de aĩa.tex.cõ.16.in contradictionibus nuper æditis.

Quidditates naturales differunt à quidditatibus mathematicorum.ibidem tex.cõmen.39.quia poſſunt intelligi ſine materia ſenſibili.

Quidditas rei deſcriptione logica deſcribit̃ ſic,ꝙ eſt illa quã ſignificat diffinitio:& etiam alia deſcriptione logica, & eſt quæ datur in reſponſione ad quæſtionem factam per quid, aut quare.7.meta.cõmen.59.

Quidditas & eſſentia ſunt idem in non habentibus materiã neq; intellectualem neq; ſenſibilem.8.meta.tex.cõmẽ.ultimi.idem.3.de anima.tex.com̃.9.

Quod impoſſibile eſt factum eſſe, impoſſibile eſt aut eſſe aut futurum eſſe.9.meta.tex.com̃ 6.

Quorũcũq; aliquid alterum eſt quod fit præter uſum, horũ actus in facto eſt,ut ædificatio in ædificato,& uniuerſaliter motus in mobili:quorũcũq;.uerò non eſt aliq̃d aliud opus præter actionem,in ipſis exiſtit actio,ut uiſio in uidente,& ſpeculatio in ſpeculãte.9.meta.tex.cõ.16.Inde elicit̃ actionem eſſe duplicem ĩmanentem uidelicet,& tranſeuntẽ.

Quæcũq; ſunt præter primam materiã & ultimam formã, ſunt materiæ compoſitæ & formæ cõpoſitæ.primo phyſi. cõ.1.licet uarijs modis interpretetur illa authoritas. Mihi tamen occurrit unus modus exponendi multum ſubtilis,ut per materiam primam intelligamus primam in compoſitione,& per ultimam formam etiam ultimam in compoſitione & non ultimam in reſolutione,ut expoſuit Burleus,licet expoſitio illa bona ſit. Et tunc dico ꝙ in compoſitis ex pluribus cauſis intrinſecis,propinquis,& remotis,ſola prima materia eſt materia ſimplex,quæ uidelicet habet rationem materiæ & nõ formæ:& ſola ultima forma quæ eſt in compoſitione,& eſt cauſa propinqua compoſiti, habet rationem formæ ſubſtantialis dantis eſſe,quia unum compoſitum ſubſtantiale habere niſi unam formam ſubſtantialẽ eſt impoſſibile.1.cap.de ſubſtãtia orbis,quia unius rei eſt unum eſſe.Formæ autem medię dicuntur materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ,quia reſpectu ꝑcedentium comparantur ut formæ,reſpectu poſtremæ ut materiæ: & ideo licet in mixto ſint formæ elementarię ultra formam mixtionis quæ eſt forma ſuperaddita ipſis,tamen illæ gerunt uicẽ materiæ reſpectu eius,& ſic ſemper unius rei eſt una forma ſubſtãtialis & unum eſſe,& hoc eſt quod dixit lucidiſſimus Them.in.3.de anima.cap.27.Quòd ſanè ordo & ꝓceſſus hic eſt ut reſpectu inferiorum ſuperioribus uice formarum utatur,reſpectu ſuperiorum inferioribus loco materiæ:non habent igitur ſimplicem rationem & reſpectũ materiæ & formæ,niſi extrema.ſ.prima materia quæ ſecũdum ſe eſt denudata ab omni forma,& ultima forma quæ non habet ulteriorem, reſpectu cuius materia effici queat: ſed illa quę ſunt in medio habent compoſitionem extremorum,uel ſecundum eſſe,uel ſaltem ſecundum denominationem.Semper enim reſpectus imperfectionis ad ꝑfectius, eſt reſpectus materiæ ad formam,aut inſtrumẽti ad agẽs. ut dicitur tertio de anima ab Auerroe,com̃.36.

Annotatio I.phy.cõ.i.

Quidditates naturales nõ poſſunt intelligi ſine motu & ſenſu,ſicut quidditates entium mathematicorum. Cõmen.7. meta.com̃.39.Sed tunc eſt difficultas ꝙ motus erit de quidditatiuo conceptu quidditatum naturalium, quod uidetur abſurdum cùm motus ſit accidens,& poſterius ipſa quidditate.ſoluitur:Intelligitur ut dixi in Theorematibus, quia non poſſunt abſtrahi à principio motus quod eſt natura. Vnde iſta eſt ratio formalis à priori omnium quæ in ſcientia naturali conſiderantur.Ariſt.enim.2.phyſi.tex.cõmen. 73.eijcit à conſideratione quidditatiua primum motorem quia non habet in ſe principium motus & quietis.& in.1. de partibus animalium.cap.1.dicit,non omnem animam quidditatiue conſiderari à naturali,quia non omnis anima eſt natura.¶ Sed tũc inſurgit maxima difficultas,quia cùm quidditates rerum naturalium ſint ſubſtantiæ,& per conſequens abſoluta entia,uidentur à naturali non conſiderari quidditatiuè in propia forma,quia ſi omnis talis quidditas includit naturam & apparet natura,uel formaliter,uel conſecutiuè,ſequitur omnem conſiderationem quã habet naturalis eſſe reſpectiuam,& tãdem tales quidditates in particulari à diuino,quod eſt contra Philoſophum.11.primæ philoſophiæ cap.5.& in procœmio meta.ubi habetur ꝙ ſapientis eſt omnia cognoſcere ut contingit.ſoluitur:Loquẽdo de cognitione quidditatiua & diſtincta in particulari cognoſcuntur à naturali,& concedo ꝙ in tali conſideratione naturalis non habet ut naturalis cognitionẽ abſolutam, ſed reſpectiuam:ſed ſi quam habet abſolutam habet à diuino, ſed non inquantum naturalis eſt.Nam ꝙ homo ſit ſubſtantia,aut ens,à diuino habet,ſed alia prædicata naturalia omnia includunt naturam quę eſt principium motus, & ſi cõſideras etiam accidentia iſto modo cum reſpectu, conſiderantur à naturali,quia aut ſunt interminata,aut terminata, & omnia conſiſtũt in reſpectu quodam ad formam & ad materiam ſenſibilem,ut patet intuẽti.Sed dices nõne prior eſt ignis q̃; ſit principium motus?quia licet ignis ſit ignis ꝑ formam ſuam,quæ eſt natura,& talis natura ẽ motus principium. Tunc quæro,conſiderare poſſum ꝑ intellectum abſolutum non conſiderando reſpectum:igitur poſſum cõſiderare ignem in illo priori in quo eſt ignis, non conſiderando illum reſpectum.Rurſus quæro,iſta conſideratio à q̃ artifice habetur? aut à naturali: ſi ſic, igitur naturalis abſtrahit à natura:aut à diuino:ſi ſic, igitur diuinus conſiderat quidditates rerum in particulari.Hoc argumentum eſt ſatis laborioſum, & Scotus & diſcipulus eius Antonius And.in.q.9.1.meta.nõ bene ſoluũt iſtud argumentũ,quia licet uerum ſit ꝙ ignis cum illo ꝙ appropriat illum ad naturalẽ,nam tale approprians non eſt niſi natura,quia ſicut quidditas artificiati cõſiſtit in arte,ſic quidditas naturati cõſiſtit in natura:2.phyſi.cõmen.13.& cõmen.3.&.6.meta. cõmen.2.ſed ratio naturæ eſt ratio entis includentis reſpectum,ut patet.Quare dicendum puto ad hoc argumentum cum aureo quodam dicto Alexandri Aphrodiſiei ſummi Peripatetici,qui in principio libri priorũ dicit.ꝙ in pleriſq; naturalis utitur mathematica abſtractione,ſicut quando ſecundum rationem cõcipit & abſtrahit formam à materia: Dicit enim Ariſto.2.phyſi.tex.cõmen.12.diffiniens naturã quæ eſt forma quod eſt ens non ſeparabile niſi ſecundum rationem.Patet autem ꝙ hoc eſt ſecũdum rationem & modum definiendi naturalis,quia ut dicit Comen.formæ naturales non poſſunt diffiniri ſecũdum ſe ſine materia.in.1.de anima.cõmen.16.& eſt ſentẽtia Philoſophi in.2.phyſi.uerſus finem,ubi habet ꝙ in diffinitionibus naturalium rerũ debet poni materia,uel expreſſe,uel conſecutiuè,imo in.6. primæ philoſophę.tex.cõmen.1.Ariſto.ponens diſtinctionem inter ſciẽtias ſpeculatiuas dicit naturalem diffinire ꝑ materiam ſenſibilem.Et ideo ſic dico in caſu ꝙ naturalis utens mathematica abſtractione poteſt in illo priori abſtrahere hunc ignem inquantum ignis eſt, non conſiderando ipſum ut ſua igneitas eſt motus principium,ſed in ratione igneitatis,& licet igneitas ĩcludat naturalitatem: hoc tamẽ nõ eſt inquantum igneitas,ſed eſt cõſequens ipſam, quia prius natura ignis eſt ignis quam ſit motus principium.Et nota bene hoc,quia nullus ante nos in uia Latinorum potuit pertingere ad iſtud.Mathematica igitur abſtractione cõſiderari poteſt uõ naturali,unde igneitas naturaliter q̃dditatiue ĩcludit naturam.i.dum quidditatiuẽ diffinitur. Vnde nõ omnis abſtractio eſt ĩ naturali philoſophia naturalis ſecundum Alexan.& uiros Peripateticos antiquos.

Quãdo maior propoſitio cõuertitur uniuerſaliter, poſſumus arguere ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura.2.phyſic. com̃.23.4.phyſi.33.&.42.&.2.cœli.cõ.23.

Quãdo aliquid agit aliquam actionẽ,ita agit illã ſicut aptũ natum eſt agere illam.2.phyſi.tex.cõ.78.

Quãdo ſunt duæ partes,quarũ una eſt in altera & fuerit partes unius totius,& totum nominatur à nomine partis poſſi

bile eſt, ut illud totum diſponatur per illam diſpoſitionem. 4.phyſi.cōmen.24.&.25.
Quando minor propoſitio conuertitur, cōcluſio poteſt eſſe uniuerſalis in figura tertia, quia tunc poteſt reduci ad figuram primam. Cōmenta.4.phyſi.cōmen.42.ratio eſt quia figura tertia deſcendit à prima per conuerſionem minoris, ut patet in.1 priorū, tract.1, de generatione ſyllogiſmorū. Vnde quemadmodum maiore exiſtente uniuerſali affirmatiua in terminis cōuertibilibus, poteſt ſequi ex duabus affirmatiuis cōcluſio in ſecunda figura, quia poteſt reduci ad figuram primam per conuerſionem maioris in terminis, quia figura ſecunda deſcendit à prima per maioris conuerſionem, ita dic in hoc caſu.
Quando quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, illæ quantitates non remanent proportionales. 4.phyſic.cōmen.71.
Quandoq; ſignificat id quod eſt rarò, & quod eſt per accidens.4.phyſi.cōmen.112.Ratio autem huius eſt, quia quæ per ſe ſunt, ſunt de omni, & per conſequens ſunt ſemper, & non quandoq; ſic, & quandoq; non, ut dicitur in primo poſteriorum analyticorum.
Quando una & eadem res fit à duobus, oportet ꝙ fiat per eandem cauſam cōmunem: eſt propoſitio æquiuoca, quia poteſt duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ illa res ꝓueniat à duobus in eodem genere cauſæ ſecūdum ſpeciem, ut ſcānum factum à Platone & à Socrate habētibus eandem artem. Alio modo ꝙ illa cauſa ſit cōmunis ſecūdum genus inquantum cauſa eſt, ſed differunt in ſpecie illæ cauſalitates, ut calceus factus ab artifice habente illā artem, & à coriario præſtante materiam calcei, puta corium: ſed unus cōcurrit ut agens, alter quiā materiam præſtat. Auerro contra Galenum in primo de generatione animalium, cap. primo, ubi ponitur improbatio antiquorum de ſemine in.12. facie ſeu colū.
Quantò magis augmentatur quantitas corporis, tantò magis augmentatur potentia eius, & eſt propoſitio manifeſta per ſe.3.phyſi.cōmen.42.
Quantitas non eſt de potentijs actiuis.4.phyſi.cō.84.
Quantitas curua eſt contraria quātitati rectę.5.phy.cō.44. quod quō ſit intelligendum, uide.1.phyſi.com.41.
Quantitas eiuſdem ſpeciei ſunt ſibi inuicem ęquales, uidelicet rectæ tantum aut curuæ tantum, cùm iſtæ ſibi ſuperponātur.7.phyſi.cōmen.29.
Quantitas ſubiecti ſi diuerſa fuerit, diuerſabit paſſio neceſſario.7.phyſi.cōmen.33.
Quantitas æquiuocè dicitur de ſuperficie, linea, & numero. 1.met.cōmen.46.Ex quo uidetur ꝙ quantitati diſcretæ & continuæ non ſit aliquid cōmune uniuocum: uide idem in cōmento magno.1.poſterio.com.73.&.83.uide in contradictionibus nuper æditis. Galenus in primo de differentijs morborum inquit: Quòd quanti aliud diſcretum, quod ꝓpriè quantum appellatur: aliud uerò continuum, quod Grgci pelicon appellant, & non dicit ꝙ ſunt ſpecies, ut cōmuniter translatores tranſtulerunt locum iſtum.
Quantum aliud per ſe, aliud per accidens.5.meta.tex.cō.18. & eſt in capitulo de quanto.
Quanta per ſe, alia ſunt paſſiones, alia ſunt ſecundum ſubſtantiam.ibidem.
Quanta per accidens ſunt duobus modis.ibidem.
Quantitatis deſcriptio ponitur.5.meta.tex.cō.18.
Quātitas diſcreta diuiditur in unitates quæ ſunt naturaliter indiuiſibiles, ſed quantitas continua diuiditur in unitates q̃ recipiunt diuiſionem.5.meta.com.18.
Quantitates ſpēs famoſæ ſolum ſunt enumeratæ ab Ariſt. in prædicamentis. Cōmen.5.meta.com.18.
Quātitas non eſt ſubſtātia, ſed magis cui hęc inſunt.7.meta. tex.com.8. Ex quo patet error nominalium, & (ut inquit
Cōtra nominātes.
Alexander) fuit cōmentum Stoicorum.
Quantitas in eo quod quantitas cognoſcitur uno aut numero.10.meta.tex.cōmen.2.
Quantitatis habentis ſitum & carentis ſitu, diuerſum eſt iudicium: ex quantitate enim carente ſitu, non eſt impoſſibilę imaginari proceſſum in infinitum, ſicut in habēte ſitum. ex libro deſtruc.diſpu. prima, in ſolutione.16. dubij, uide in concordantijs nuper æditis.
Quātitates corporū, ſi permutarent etiam ꝑmutarētur actiones corporum. ex libro deſtruc.diſp.2.in ſol. 5.dubij.
Quantitas dicitur de omni eo quod menſuratur ſua parte, ut notificaui in libro prædicamentorum. Auer. in paraphraſi meta.trac, primo.cap.de accidente.
Quantitatis alia eſt per ſe, alia per accidens, ibidem.
Quantitatis per ſe alia per ſe primò, alia ratione alterius, ut magnitudo, menſura, & numerus, ſunt quantitates per ſe primò: ſed tempus & motus ſunt quantitates ꝑ ſe non primò, ſed ratione alterius, quia tempus eſt quantum ratione motus, & motus ratione magnitudinis. ibidem. uide etiā pro hoc in.5.meta.cō.18.& tex.& ſic ſedabis contradictionem quando Ariſt. dicit motum & tempus eſſe quanta ꝑ accidens, ut ly per accidens, diſtinguitur contra per ſe primò, & non contra per accidens purum.
Qualitates propriæ quæ ſunt in ſubſtantijs ſimplicibus nō ſunt ſubſtantiæ, ſed aſſimilantur ſubſtantijs, quia in ſimplicibus ſunt propinquiores ſubſtantijs, & in alijs compſitis ſunt remotiores.5.phyſic.cō.10.pro quo uide etiam.8. meta.com.5.Quomodo autem in ſimplicibus ſunt proximiores ſubſtantiæ, uide.4.cœli.cō.40.
Qualitatum attributarum alterationi aliæ primæ, aliæ ſecūdæ, & ſunt quæ fiunt ex primis.7.phyſi.tex.cō.11.
Qualitates ſanè primæ humiditas & ſiccitas, & his coniuges circa corpora quidem diuiduæ non uidentur, ſed circa materiam. Them. primo de anima. cōmē.12. ſuper tex.21. Vide quomodo ſit intelligēdum primo de generatione & corroptione.tex.cōmen.6.
Qualitates in olfactibus manifeſtæ ſunt, ſed tn̄ cōtraria exiſtentia in eis latent.7.phy.cō.14.&.2.de aīa.cō.92.
Qualitates plures trāſmutabiles uident non recipere neq; magis, neq; minus.8.phy.cō.24.uide in concordantijs.
Nota ꝙ prima ſpēs q̃litatis dī eē aīatī in q̃tū aīatū.
Qualitatū prima genera ſunt ſine alteratione, ut genus q̃d eſt animati inquantum animatum, & genus quod dicitur potentia naturalis, & genus quod eſt in quantitate in eo ꝙ quantitas.1.cœli.cōmē.21. Vbi aduerte ꝙ primum genus ſeu ſpecies qualitatis, uidelicet habitus & diſpoſitio, dicitur eſſe animati inquantum animatum, quia pro maiori parte qualitates primæ ſpeciei reperiūtur in animatis, ut ſunt uirtutes & uitia & ſcientiæ. & ita etiam dicit Cōmenta. in ꝑdicamentis. Quarta uerò ſpecies qualitatis dicitur eſſe in quantitate in eo quòd quantitas, quia illæ qualitates ſunt fundatæ in quantitate, ut dicit Simplicius, etiam & Boetius ſuper prædicamentis.
Qualitas eſt diuiſibilis per accidens.3.cœli.tex.cō.7.idem 5.phy.tex.cō.18.&.6.phyſi.cōmen.35.
Qualis eſt habitudo materiæ ad materiā, talis eſt formæ ad formam & compoſiti ad compoſitum. Cōmenta. in paraphraſi.4.de cœlo.ſumma.3.cap.4.
Quale, multis modis dicitur.5.meta.tex.cō.19.
Quale, quādo quod interrogatur per ipſum fuerit de ſpeciebus, exiſtimatur ſignificare ſubſtantiam, & dum interrogatur de indiuiduis ſignificat ꝑdicamētum, ꝙ dicitur quale, quod numerat in accidentibus.7.meta.tex.cō.14.
Qualitates fundatæ in quātitate ſunt differētiæ ſubſtantiales quātitatū: ſunt enim de ſuis ſubſtātijs, ſicut formæ ſubſtantiales de ſubſtātijs.5.meta.cōmen.19.
Qualitates per quas differunt corpora in ſuis ſubſtantijs, & quantitates non pertinent motui. Cōmenta.5.meta.com. 19.uide in.7.phyſi.tex.cō.18.19.&.20.ad quas qualitates eſt per ſe motus & in quibus nōn eſt.uide etiam.5.phyſic. tex.cōmen.10.&.4.phyſi.84.
Qualitatum quædam pertinent motui, & quædam non.5. metaphyſi.cōmen.19.
Qualitates ſecundæ ſpēi conſequūtur qualitates ſubſtantiales, & inquātū ſunt potētiæ, numerauit eas Ariſt. inter potentias, & inquātū ſunt ꝑparationes.5.meta.cō.19.

Qualitates



Qualitates paſſiuæ habent plus pati q̃ agere, & qualitates actiuæ habēt plus agere q̃ pati.5.colliget.cap.31.
Qualitas generat duobus modis, quoniam quādoq; generatur à ſibi ſimili, & quandoq; ſequitur formā mixtionis primarum qualitatum. Cōmenta.7.meta.com.32.ubi nota ꝙ
Mixtio corporū.
ſumpſit mixtionem pro complexione, quia mixtio propriè non eſt qualitatum, ſed corporum, ut patet in primo de generatione & corrup.tex.cōmen.83.Non enim omne omni miſcibile, ſed oportet ſeparabile exiſter utrūq; mixtorum: paſſionum autem nulla ſeparabilis. Propter hoc Peripatetici propriè loquētes dicunt mixtionem eſſe corporum, cōplexionem uerò qualitatum: nam de ratione miſcibilis eſt ꝙ ſeparari poſſit, & hoc nulli competit accidenti.
Qualitatis prioritas eſt prioritas formæ.7.meta.cō.35.
Qualitas quandoq; ponitur in diffinitione ad circūloquendum differentiam ſubſtantialē.7.meta.com.41.&.5.phy. cōmen.10.&.8.meta.cōmen.5.contra Alexan.&.8.phyſi. cōmen.32.&.4.cœli.6,&.26.com.
Qualitates primæ nunquid ſint formæ ſubſtātiales in elemētis, requiratur in.8.primæ philoſophiæ; contra Alexandrū in cōmen.5.& in.5.phyſi.com.10.
Qualitas in ſe in reſpectu alterius non eſt ſubſtātia.8.met. cōmen.5.Intelligitur in his quæ uniuocè dicūtur, nam fallit in his quæ dicuntur æquiuoce: ſcientiam enim in nobis eſt qualitas, ut patet in.7.phyſi.tex.cōmen.20.& in prædicamentis in capl'o de qualitate. & tamen in Deo eſt ſubſtātia Nam ſcientia æquiuocè dicitur de ſcientia Dei & de ſcientia noſtra.12.meta.tex.com.51.quia ſciētia Dei eſt cauſa rerum, & ſcientia noſtra cauſatur à rebus.
Qualitates quæ poſſunt eſſe & non eſſe in corporibus cœleſtibus, ſunt aliæ ab illis qualitatibus, quibus attribuitur alteratio, & illuminatio lunæ, & obſcuritas, & ſimilia.9.met. cō.17.&.1.cœli.com.21.&.2.cap.de ſubſtantia orbis.
Qualitates primæ ſunt initia elementorum, & ſunt cāæ mortis & uitæ, iuuentutis & ſenectutis, ſomni & uigiliæ, & oīs trāſmutationis paſſiuæ.2.de partibus aīalium.cap.2.idem in.2.de generatione & corruptio.tex.com.7.
Qualitates primæ dicūtur abſolutè & in reſpectu.2.de partibus animalium.cap.2.
Qualitates primæ abſolutè ſimplicibus attribuuntur.ibidē Cōmenta.in capl'o.de carne.
Qualitates primæ in repectu dupl'r dicuntur.ibidem.
Quāuis ſit magis famoſum ire ī naturalibus à poſterioribus ad priora, tamen aliquādo ibitur à præcedētibus ad poſteriora.1.de aīa.cō.11.conſimile.6.phyſi.cō.12.&.15.&.8. phyſi.cō.53.ubi patet manifeſtè dari regreſſum.
Quatuor primis qualitatibus attribuitur omnis tranſmutatio ſubſtantialis & non quantitati neq; qualitati, puta grauitati, aut leuitati, aut albedini, uel nigredini, ut declaratū eſt in libro de genera.& corrup. Cōmenta. in cōmen. libri de cā longitudinis & breuitatis uitæ. uide in.2.de genera. & corrup.tex.cōmen.7.& infra.
Quartus metaphyſicæ diuiditur in duas partes, in prima determinantur res logicæ, quæ approprianiur illi ſcientiæ, ut determinare quod eſt ſubiectum, & quæ ſunt accidētia & cauſæ eius. In ſecunda diſputatur contra ſophiſtas negantes principia prima, & ipſum ſcire deſtruentes, quia ad dominum iſtius artis pertinet deſtruere contra iſtos. uide pro primo membro quomodo logica eſt duplex.2.meta.com. 15.&.1.phyſi.cōmen.35.&.2.phyſi.cōmen.16. Quātum autem ad ſecūdum aīaduerte de mente Ariſt. & Cōmen. ꝙ ad diuinum ſpectat diſputare cōtra negantes ſcire eſſe. Hoc elicitur etiam ex.3.cœli.cō.4.contra Latinos expoſitores uolentes Ariſt. in principio libri poſteriorū diſputare contra negantes ſcire eſſe, aut ſcire fieri de nouo.
An ſcire eē ptineat, ꝓbare hoc, ad logicū uel ad diuinum.
Quæſtio facta per quare quatuor modis eſſe poteſt, ſecundo phyſi tex.cōmen.68.
Quæſtio de mundo, utrum ſit unus uel plures, eſt nobilior & difficilior quæſtione utrum ſit finitus, aut infinitus. primo cœli.cōmen.76.
Quærere de rebus arduis poteſt cōtingere propter quatuor cauſas, aut propter inuerecūdiam, aut propter errorem cōtingentem, opinando ꝙ omnia ſint comprehenſibilia, & nota certe: aut propter ignorantiam difficultatum: aut propter ſciendi deſiderium, & iſte modus eſt laudabilis.2.cœli.cō. 34.uide in concordantijs.
Quæſtionum proportio ad animam eſt ſimilis ꝓportioni ligamenti ad membra.3.meta.com.1.
Quæſtiones uniuſcuiuſq; ſcientiæ primò ſunt inſpiciendæ in unaquaq; ſcientia.3.meta.tex.com.1.
Quæſtio de principijs in naturali philoſophia, differt à quæſtione de principijs in ſciētia diuina, quia illa in ſcientia naturali perducit ad ſciēdum primam materiam & primum motorem, & formas naturales: ſed quæſtio in ſcientia diuina inducit ad ſciendum primam formam omnium entium & ultimum finem.7.meta.com.5.idem ibidem cōmē.9.& 3.meta.com.3.& in prologo primi phyſi.
Quærere quare ipſum eſt ipſum, nihil eſt quærere.7.meta. tex.cō.59.Inde colligitur ꝙ in qualibet quæſtione eſt aliquid conceſſum, & aliquid dubium quod quæritur.
Quæſtio quādoq; quęrit cauſam in fieri, & quādoq; cauſam in eſſe.7.meta.tex.cōmen.59.
Quęſtio non fit in re ſimplici non cōpoſita. ibidem Cōmen. & in tex.cōmen.60.
Quærere in re ſimplici, ut quare hō eſt homo: eſt nugatio.7. meta.cō.59.idē.4.meta.cō.3.ubi habetur ꝙ ꝑdicatio eiuſdem de ſeipſo eſt nugatoria. Vide in Theorematibus ī illo Theoremate: Subſtantia prima de nullo ꝑdicatur.
Quæſtio non eſt in ſimplicibus, ſed in compoſitis.7.primæ phīæ.tex.cōmen.60.ubi dicit Cōmenta. ꝙ in ſimplicibus non eſt quæſtio, neq; per quare, neq; ꝑ quid, ſed in talibus eſt alter modus quæſtionis.
Quæſtione qualibet ꝓpoſita ualde bonum eſt audire rationes utriuſq; partis, ꝑcipuè ſi partes ſunt prudentes & famoſæ. ex libro deſtruc. diſpu.2.in ſolutione.2.dubij.
Quæſtio ſi eſt, quærit de eſſe uero. ex libro deſtruc. diſpu.8. in ſolutione primi dubij.
Quærere quare quædam approprianiur in eodem genere quibuſdam entibus, eſt ſumma fatuitas. Vnde non eſt petendum quare terra ſit terra, aut ignis ſit ignis. ex diſputa. 13.in ſolutione.3.dubij.
Quæſtionis trāſlatio ad alias quæſtiones eſt opus ſophiſticum. ex diſpu.14.in ſolu.ultimi dubij.
Quieſcens quieſcit ꝓpter ſimilitudinem continentis, & mouetur ꝓpter priuationem ſimilitudinis inter ipſum & continens, & hoc eſt quando mouetur in continente, ut ſunt corpora ſimplicia quæ mouentur motu recto. Cōmenta. 4.phyſi.cōmen.43.
Quies quælibet in tempore eſt.4.phy.tex cō.118.
Quieſcit non omne immobile, ſed quod aptum natum moueri priuatur motu. ibidem. ex.5.phyſi.tex. cōmē.20.&.6. phyſi.tex.cōmen.30.& tex.com.67.
Quies uerè & trāſumptiuè ſummi poteſt.4.phy.cō.118.
Quies nō contrariat uerè motui, ſed priuatiuè.5.phy.cō.61.
Quies & motus poſſunt coniūgi in diuerſis partibus eiuſdē moti, ſed duo motus cōtrarij nequaq;.5.phyſi.c.62.
Quies coniuncta motui in diuerſis partibus eſt in potentia non actu ibidem.
Quieſcens non dicitur niſi quando ſecundum ſuam naturā, & locum, & tempus, fuerit innatum moueri & non mouetur.6.phyſic.cō.& tex.30.idem infra.67.72.&.75.cō.idē 4.phyſi.cō.118.&.5.phyſi.tex.cōmen.20.
Quietem tunc intelligit anima, quādo intellexerit idem corpus in eodem ſtatu, ſaltem in duobus inſtantibus. Commenta.6.phyſic.cōmen.73.&.4.phyſic.100.&.106.conſimile de tempore.
Quies aīalis ꝑfectiſſima quæ fit poſt motū, eſt quies in ſomno: et expgefactio ab eo eſt ꝑfectiſſimus motus qui fit poſt quietem perfectam.8.phyſi.com.10.
Quies polorum eſt geometricè non uerè.2.cœli.com.14.& ibi uide quomodo & qualiter etc.
Quieſcens accidentaliter non eſt niſi ꝓpter quieſcēs eſſen-

tialiter. 2. cœli. cõmen. 14. & 1. cœli. com̄. 14.
Quies autem & grauitas dicũtur per priuationem leuitatis & motus. 2. cœli. tex. com̄. 18.
Quies alia nãlis, alia uiolenta. 2. cœli. tex. com̄. 84.
Quies eſt finis motus & eſt neceſſarium, ut cauſa eius quod eſt ante finem, & finis ſit eadem. 2. cœli contra Themiſtiũ, cõmen. 29. Additq; Cõmen. ꝙ hoc erit duobus modis diuerſis, quia cum motus ſit contrarius quieti, eidem agenti duo contraria eodem modo attribui impoſſibile eſt. Conſimilem propoſitionem inuenies in. 7. metaphyſic. cõmen. 31. contra Auicennam.
Quies aut eſt naturalis aut uiolenta. 3. cœli. tex. cõ. 19.
Quies comprehẽditur ex priuatione motus. ſecundo de anima. tex. cõmen. 133.
Quies eſt priuatio, & priuatio non eſt potẽtia. ultim. cap. de ſubſtantia orbis.
Quies eſt in cœlo non per uirtutem, ſed ꝑ priuationem uirtutis, uidelicet in ſtellis; & ſimiliter quies in terra eſt infinita per priuationem uirtutis. ibidem.
Quies attribuitur uni, quia oẽ indiuiſibile eſt ĩmobile, & oẽ mobile eſt corpus, & omne diuiſibile habet multitudinẽ. 4. meta. com̄. 6. idem. 6. phyſi. tex. com̄. 32.
Quietem negans aſſertio, minus moleſta eſt naturali diſciplinæ, quàm ea quæ tollit motum. 8. phyſi. tex. cõmen. 22. & Themiſtius ibi clarè.
Quieſcere dicĩt aliquid quando ſimiliter ſe habet nunc, ut prius tanquam non uno tunc quodam iudicantes. 6. phyſi. tex. commen. 73.
Quieſcere ſemper ſicut terra nõ ſunt in motu, quia tempus non excedit illa. 4. phyſi. 118.

¶De litera R.

RADIX omnis plantæ calidior eſt ſuis folijs. 5. colliget. cap. 42. de plantagine. Nota tamen ꝙ hoc eſt uerũ, ut in pluribus, tamen quandoq; fallit, ut patet de titimalo. ut Auer. ibidem. dum de titimalo loquitur, ubi dicit ꝙ lac titimali eſt ĩ fine caloris. & poſt illud ſemẽ, poſt quod folia, & poſtremò radix: propoſitiones enim Medicorum uerificantur, ut frequentius.
Radix non eſt neceſſarium, ut ſit quid groſſius, neq; conuertitur, ut quod eſt groſſius, ſit radix. contra Gal. de principatu membrorum. Cõmenta. in. 3. de partibus animalium. cap. de corde. ubi uide rationẽ ſenſatam de grano hordei, de qua gloriatur etc.
Rami palmæ dactylorum fœminæ præſtãt calorem, quo ꝑficitur concoctio dactylorom, mas quoq; ficus eſt huiuſmodi generis. Auerro. ſuper. primo de generatione animalium prope finem.
Ramus debet eſſe de ſubſtantia radicis, quando ramus & radix ſunt eiuſdem ſpeciei. Cõmentator in. 3. libro de ꝑtibus animalium in capitulo de corde.
Rana ex piſcibus foras ſola ouum perfectum parit. 3. de generatione animalium. cap. 3. & 4.
Ranæ generantur ex putrefactione aquæ. 12. meta. com̄. 18. in principio digreſſionis.
Rarò euenientia parum admodum conſideranda eſſe puto. Ariſt. in. 3. de natura animalium cap. 15. Conſimile habeẽ in. 2. phyſicæ auſcultationis. tex. com̄. 56.
Raritas & denſitas ſunt cauſa in hoc ꝙ idẽ corpus quãdoq; minoratur, & quandoq; fit maius. 4. phyſi. cõ. 79.
Raritas & deſitas ſunt contraria in quãtitate. 4. phy. cõ. 84.
Raritas & denſitas oĩum paſſionum principium eſt, & graue nãq; & leue, & molle, & durum, & calidum, & frigidũ, denſitates uidenẽ & raritates eſſe quędam. 8. phyſi. tex. cõ. 55. uide in concordantijs.
Raritas & denſitas quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, æquocè dicuntur cum illis, quæ inueniunẽ in elementis. 2. cœli. com̄. 42. idem in. 2. caplo de ſubſtantia orbis.
Rarum & denſum ſunt de ſitu. 1. meta. com̄. 15.
Rarum & denſum ſecundum Ariſt. ſunt in p̄dicamento qualitatis & nõ quantitatis, licet antiqui oppoſitum ſenſerint: & ideo diffinitio illa: Rarum eſt cuius nõ ſunt partes compactæ: denſum uerò, cuius partes ſunt cõpactæ. ſunt ex mẽte antiquorum tales deſcriptiones. Auer. ſententia in paraphraſi tertij de cœlo, ſumma. 3. parte. 2. in cõtradictione. 2. uide etiam. 7. phyſi. cõmen. 15. ubi expreſſe dicit ꝙ raritas & denſitas ſunt rerum qualitates inſequentes calidum & frigidum. conſimile. 4. phyſi. com̄. 84. & 85.
Raritatem & denſilatem ponere ſub ſubſtantia impoſſibile eſt, & cum hoc ponere grauitatem & leuitatem ſub accidẽte. 4. cœli. commen. 20.
Rarum graue eſſe poteſt, uitrum enim rarum eſt & graue, ſicut aliquod denſum poteſt eſſe leue, ut nubes. 2. de generatione & corrup. com̄. 15. idem. 3. cœli. cõmen. 10. uide etiã de hoc Them. 4. phyſi. ſuper. 85.
Raritas & denſitas non ſunt qualitates actiuæ cõſequentes calorem & frigus. 2. de generatione. com̄. 15.
Raritas & denſitas ſunt cã diaphaneitatis & nõ diaphaneitatis dicunẽ & ſecũdũ prius & poſterius in utroq; corpore. 2. cap. de ſubſtantia orbis.
Rationes quæ non ex ꝓprijs dicũtur principijs inanes ſunt, & rerum eſſe uidentur, cũ longè aberrẽt. ex. 2. de gñatione animalium, cap. 6. idem. 1. de anima. tex. cõ. 11.
Rationi fides adhibenda eſt, ſi quæ demonſtranẽ, conueniũt cum his quæ ſenſu percipiuntur rebus. Ariſt. 3. de gñatione animalium, cap. 10. in fine. idem. Cõmenta 8. phyſi. cõ. 22. & 1. cœli. com̄. 22. & 3. de anima. cõ. 7.
Ratio aut eſt eorum quæ ſemper ſunt, aut eorũ quæ ſunt frequenter. 2. phyſi. tex. com̄. 55.
Rationes probãtes naturam agere propter aliquid non ſunt nãles, quia natura agere ꝓꝑ aliquid eſt manifeſtũ ꝑ ſe. 2. phyſi. com̄. 80. ¶Ex quo patet nullum artificem ſpecialem poſſe probare quæ in ſcientia ſunt per ſe nota.
Rationem quærere eorum quæ dignius habemus q̃ ſi rationis ĩdigeremus, eſt hominis malè iudicatis quid eſt melius & peius, & credibile & nõ credibile, & principium & nõ principium. 8. phyſi. tex. cõmen. 26. & conſimile uide in. 2. phyſi. tex. cõmen. 6.
Rationem quærere eorum quæ ſenſu patẽt, infirmitas quædam eſt intellectus. 8. phyſi. tex. cõmen. 22. ubi Them. inquit; Perridiculum eſt ubi ſenſus fidẽ facit rationem quærere, quædam adeo imbecillitas retuſioq; animi eſt nõ ſtatim perſpicere quid deſideret, & quid non deſideret rationem; habenẽ enim nõnulla quę certiora illuſtrioraq; ſunt, q̃ rationem ullam expoſtulent.
Ratio falſa nullius eſt ſimpliciter ratio. 5. meta. tex. com̄. 34. & eſt in capitulo de falſo.
Ratio quælibet eſt falſa alterius q̃ cuius eſt uera, ut quæ circuli falſa trigoni. ibidem.
Ratio cuiuslibet quæ eſt eius quod quid erat eſſe, eſt quidẽ ut una, eſt autem ut multæ. ibidem.
Rationis partes ita ſe habẽt ad partes rei, ſicut ratio tota ad totam rem. 7. meta. tex. cõmen. 33.
Rationale non diuiditur ab animatis, ideſt uegetabilibus, niſi per comprehenſiones, & exiſtimationes terminatas. 4. metaphyſi. cõmen. 17.
Rhaſis dixit ſe experientia multotiens uidiſſe pleuriticos, qui fuerunt phlebotomati ante pharmaciam, mortuos fuiſſe. et uide cauſam. 7. colliget. cap. 1.
Receptio eſt in corpore, & ideo oẽ quod eſt nudũ ab omni materia, nihil recipit. ex diſpu. 12. in ſol. 3. dubij.
Receptio eſt potentia ad rem, & potentia ad aliquã rem eſt de genere illius rei. Cõmen. 5. phyſi. com̄. 9.
Recipiens pura potentia eſt ſecundum uirtutem apud Philoſophos, & ſi fortè eſſet actus, eſſet per accidens: & receptum eſt actus, & ſi eſſet potentia, eſſet per accñs. ex diſp. 7. in ſolutione. 3. dubij.
Recipiens neceſſario eſt corpus, receptio enim inuenitur in corpore uel in eo quod eſt in corpore: accidentia enim nõ denominantur à receptione, neq; ſuperficies, neq; lineæ, neq; puncta. ibidem.
Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti, tam in receptione reali quàm in receptione ſpirituali. 2. de aĩa. com̄. 67. & 3. de anima. cõmẽ. 4. uide in Theorematibus. Et iſta propoſitio intelligitur à natura illius ſpeciei, & non à natura ſui generis & maxime remoti, & maxime eius quod dictum ẽ ſecũdum æquiuocationem 3. de anima. cõ. 4.
Recipere aliquid eſt aliud à iudicare illud. 2. de anima com̄. 149. ¶Inde patet error modernorum aſſerentium ſpeciem in ſenſu non diſtingui realiter à ſenſatione. Vide etiam cõtra iſtos lucidiſſimum Them. 3. de anima. cap. 55. ubi dicit in ſimili, quòd Socratis phantaſma non eſt idem ꝙ notio Socratis. Nam. phantaſma Socra. nihil aliud eſt niſi ueſtigium ſenſus, ſed notio Socra. eſt animi actio & operatio in ſubiecto phantaſmate: & ſic à ſimili ſpecies ſenſibilis eſt ueſtigium ſenſibilis in ſenſu, ſed ſenſatio eſt operatio potentiæ ſenſitiuæ in ſubiecta ſpecie ſenſibili: nam de ſimilibus idem eſt iudicium. Idem tenet Them. in. 1. lib. de memoria & reminiſcentia. cap. 11. ubi dicit ꝙ imaginatio non eſt ipſa ſpeciei impreſſio in uiſcere primario. i. in corde, ĩmo eſt actus & adminiſtratio eius uirtutis cui imprimitur, & quæ habet uim concipiendi uiſa. Idem tenet Alexander in paraphraſi de anima, in caplo de phantaſia.
Recipiens formã & recipiens motum in elementis, ſunt duo ſm ꝓparationem, ſed ſunt unum ſecundum ſubiectum: ſectis autem eſt in animalibus. 4. cœli. com̄. 25.
Rectum uidetur ſumi in diffinitione cõtrariorum, quia recta linea eſt qua maxima diſtantia menſurari ſolet, mẽſura autem eſt unigenea menſurato: & ideo diſtantia q̃ inter duo cõtraria eſt maxima, eſt recta neceſſario, & huius ratio eſt, quia talis linea recta eſt breuiſſima inter duo puncta extrema ducta. primo cœli. Cõmen. in paraphraſi. in ſumma. 6. & habetur ab eodem. 1. cœli. cõmen. 29.
Recto & ipſum & obliquum cognoſcimus. primo de anima. tex. cõmen. 85.
Reciproca ſunt finita neceſſario. 2. meta. tex. cõ. 7.
Redijt quid ſint & quibus animalibus contingant. uide. 5. de natura animalium. cap. 31.
Regreſſum dari in ſcientia innuit Cõmen. clarè. 6. phyſi. cõ. 12. & 15. 8. phyſi. cõ. & tex. 53. & 1. de anima. cõ. 11.
Relationis p̄dicamẽtum non habet actum ĩnatum, ſed abſolutum, ideo momẽto acqritur, ſed p̄dicamenta in qbus eſt motus, utrũq; actum retinent. Themiſtius. 3. phyſi. 16.
Relatiuorum natura non eſt ꝙ habeat medium inquantum ſunt relatiua, quia inquantum relatiua ſunt, non eſt neceſſe ut ſint in uno genere, quia ſtat unum eorum eſſe in uno genere, & aliud in alio, ut agens & paſſum: ſed ſi in relatione fuerit contrarietas, tunc medium põt inueniri non merito reꝉonis, ſed merito cõtrarietatis, ut mediũ q̃d eſt inter magnum & paruum, & mediũ quod eſt inter ſurſum & deorſum. trac. 3. in paraphra. Auer. col. 11.
Relatio per ſe non acquiritur per motum. 5. phy. tex. cõ. 10.
Relatio ſequitur tranſmutationem. 5. phyſi. tex. cõmen. 10. & 8. phyſi. tex. cõmen. 9.
Relatio accidit quantitati, & cæteris prædicamentis. 5. metaphyſi. cõmen. 18.
Relatio eſt duobus modis, aut enim eſt in ſubſtantia uniuſcuiuſq; relatiui, aut eſt in ſubſtantia unius tantum, & in altero propter illud. 5. meta. cõmen. 2.
Relatiua ſeinuicem diffiniunt, & non accidit inde malum. 9. meta. com̄. 11. idem Porphyrius in cap. de ſpecie.
Relatiuum eſt duobus modis, uidelicet per ſe & ꝑ aliud, qa uidelicet aliud refertur ad ipſum. 10. meta. cõ. 21. & 5. met. tex. com̄. 20. ut de ſcibili & intellecto.
Relatiuis ꝑ ſe accidit cõtrarietas, ſed non relatiuis per aliud 10. meta. tex. cõmen. 21.
Relatiua per ſe ſunt in eodem genere & habẽt medium, ſed relatiua per aliud non ſunt in eodem genere, & iſta eſt cauſa ꝓpter quam non habent medium. 10. meta. tex. cõ. 22.
Relatiuorum diffinitiones non ſunt circulares, ut ex hoc ſequatur idem aſſumi in ſuimet ratione. contra Auicennam in paraphraſi metaphyſi. tracta. 3. col. 2. & 3.
Relatio eſt cõis oĩbus prædicamentis. in paraphraſi. meta. trac. 1. cap. de relatione. idem. 5. meta. com̄. 13.
Relatio eſt debilioris eſſe cæteris, p̄dicamentis, ita ꝙ quidã putauerũt ꝙ eẽt ex ſecũdis intellectis. 12. primæ phiç. c. 19.
Relationis prędicamentum quomodo diſtinguitur à reliqs, ut ubi, quando, agere, pati, ſitu, & habitu, uide differentiam pulchram ibidem. trac. eodem.
Relatio quandoq; eſt de primis intelligibilibus, & quãdoq; de ſecundis. ibidem.
Relationis elementum eſt relatio, ſicut elementum ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. 12. meta. tex. com̄. 19.
Relationes non inferunt pluralitatem in ſubſtãtia relati. ex libro deſtru. diſpu. 5. authoritate Algaçelis, & Cõmentator ſibi non cõtradicit in dubio ultimo & ſolutione eius. Et eſt authoritas Cõmen. aperta de hoc in. 3. cœli. cõ. 9. idẽ etiã eſt de negationibus, qa nõ inferũt pluralitatẽ in ſubã negati, quia de una re ſimplici plures negationes uerificari pñt.
Relationis prædicamentum conſequitur res relatas per ſe nõ per aliud prædicamẽtum, ut pater & filius. ibidem. & ideo ſubtiles appellauerũt iſtas relationes eſſe reſpectus intrinſecus aduenientes fortaſſe.
Relationis p̄dicamẽtum eſt cauſatũ ab aĩa in ipſis entibus, & ſi non eſſet aĩa non eſſet relatio, ſi non eſſet aĩa non eſſet proportio ſiue cõparatio: & quando in huiuſmodi cõparatione concipitur, neceſſe eſt unum ſubiectorum eius concipi per conceptum alterius ſubiecti cum habeat exiſtẽtiam per illa duo ſubiecta. in paraphraſi meta. tracta. 3. col. 3. Vide in contradictionibus nuper æditis.
Remora piſciculus quidã eſt ſaxis aſſuetus, in cibos non admittendus, nomen à remorãdis nauibus adeptus, utilis ad iudiciorum cauſas & amatoria ueneficia ut aliqui uolunt. Ariſt. in. 2. de natura animalium. cap de ſerpẽtibus, & eſt in cap. 14. Inde collige uerum eſt dictũ Hermetis Triſmegiſti aſſerentis, ꝙ ſi rerum ꝓprietates nobis innoteſcerent facere poſſemus quicquid per magicas conficitur artes, ut allegat etiam Albertus cognomento magnus in. 2. mineralium. cap. 2. & Conciꝉ. in differentia, qua quęrit utrũ phthiſis curari poſſit. Mirabile enim in natura hoc eſt, piſciculũ nauim poſſe remorari.
Remiſſio non ſemper fit ꝑ̃ admixtionẽ contrarij, ut Alexã. aſſeruit in multis locis. 2. cœli. com̄. 15.
Remiſſius & intenſius candidum temperatione contrariorũ permixtioneq; coaleſcit: in quo enim plus eſt candoris, in eo nigritiæ minus habetur, & quod parcius candidum eſt, amplius nigroris eſt particeps. Them. 5. phy. ſuper tex. 19. & eſt ſnĩa Ariſt. ibidẽ. & Cõmen. quicqd dixerit Burleus.
Remotum uidetur moueri, cauſa eſt, quia locus formę rei nõ figitur apud diuerſitatem motus oculi, & ideo homo cũ uidet aliquid conſtringendo oculum ſubtus, uidebit illud in loco alio in q̃ prius uidebat illud, & ſimiliter etiã ꝓpter remotione ſpatij. 2. cœli. cõ. 48. & habetur in textu.
Remotio in ſole non eſt cauſa diuerſificationis in ſole quantũ ad uiſum, ſed cauſa eius eſt debilitas uiſus, aut propter fortitudinem luminis ſolis. ex. 2. cœli. com̄. 48.
Remotio duarum naturarum abinuicẽ in ſubſtãtia, eſt ſicut remotio earum in loco, ut in elementis uilius eorum eſt terra, & nobilius eſt ignis, & nõ ſolũ elementa ſuccedunt ſibi in hoc, uerũ etiã & corpora cœleſtia. Vnde Ariſt. dicit in lib. de aĩalibus, ꝙ luna eſt de natura terræ. 1. cœli. t. c. 16.
Rememoratio fit in nobis ꝑ tres uirtutes. ſ. imaginatiuam, cogitatiuam, & rememoratiuam: quarũ eſſe declarandum eſt in libro de ſenſu & ſenſato. Et iſtæ tres uirtutes in hoĩe ſunt ad rep̄ſentandam formam rei imaginatæ, quando ſenſus fuerit abſens. 3. de anima. com̄. 10.
Rememoratio eſt reuerſio in p̄ſenti intentionis cõp̄henſæ in præterito, inueſtigatio autem iſtius intẽtionis per rememorationem eſt inquiſitio iſtius intentionis per uoluntatẽ, & facere eam præſentari poſt abſentiã. Et ideo uiſum eſt ꝙ inueſtigatio per rememorationẽ eſt propria hominiꝰ me

moratio autem eſt in oĩbus aĩalibus aĩantibus. ex cõmẽto ſuper libro de memoria & reminiſcentia.

Rememoratio differt à conſeruatione, quia conſeruatio eſt eius quod ſemper fuit in anima, poſtquã fuit comprehenſum; ſed rememoratio eſt eius quod fuit oblitum. Et ideo rememoratio eſt conſeruatio abſciſſa, & conuerſatio eſt memoratio eſt conſeruatio abſciſſa, & conuerſatio eſt memoratio continua. Iſta igitur uirtus eſt una in ſubiecto, & duæ ſecundum modum. Si enim comprehenſio eius fuerit continua, dicitur conſeruans: ſi diuiſa, dicitur rememoratiua. ex com̃. libri de memoria in principio.

Rememoratio eſt cognitio eius quod fuit cognitum, poſtq̃ cognitio eius fuit abſciſſa ibidem.

Rememoratiua uirtus eſt de uirtutibus animæ comprehendentibus intẽtiones ĩdiuiduas ꝑticulares; uniuerſalis enim natura quãtitatis, quam intellectus comp̃hendit, non comprehenditur à uirtute rememoratiua. ibidem.

Rememoratiuam uirtutẽ in ſua actione præcedunt duæ uirtutes, ſenſus uidelicet, & imaginatio. ibidem.

Rememoratiua uirtus & imaginatiua ſunt uirtutes diuerſæ, quia habent actiones diuerſas. ibidem.

Renes pinguedo magis ambit q̃ reliqua uiſcera. & uide cauſam in. 3. de partibus animalium. cap. 9.

Ren dexter eſt minus pinguis ſiniſtro. 3. de natura aĩalium cap. 17. & uide cauſam. 3. de partibus aĩalium. cap. 9.

Renes in nullo animali ſquãmato, aut pennato, aut corticato, inueniuntur excepta teſtudine. 3. de partibus aĩalium. cap. 9. Vbi aduerte illud locum habere de teſtudine marina, & de terreſtri, ut dixit Ariſt, ibidem. cap. 8. ſed fallit in teſtudine lutaria nuncupata: talis enim ob mollitudinẽ tegminis & ueſica & renibus caret, ſed marina & terreſtris et ueſicam & renes habent.

Renes hominis dum ægritudinibus infeſtantur, difficilius curantur q̃ in cæteris animalibus. & uide cauſam in. 3. de partibus animalium. cap. 9.

Renes aĩalia quælibet habentia habent renem dextrum ſuperiorem rene ſiniſtro, quia motus incipit à parte dextra: & ideo omnia membra quæ ſunt motus gratia, neceſſario uergunt ad ſuperiorem partem: pars enim dextra ualidior eſt ſiniſtra. Quapropter ſupercilium dextrum magis attollitur q̃ ſiniſtrum, & arcuatum magis q̃ ſiniſtrum habetur. ex. 3. de partibus animalium, cap. 9. Vide etiam Gal. in. 5. de util. part. cap. 6. ubi aſſignat alias cauſas, & ibi etiã reddit cauſam quare renes nõ ſunt in æquali ſitu, & quare nõ eſt unus ſicut ſplen & chiſtis fellis, & quare non fuit unus magnus ſupplens uicem duorum.

Repletio q̃dam eſt quo ad uaſa, & q̃dam quo ad uirtutem. 4. colliget. cap. 9. ubi dr̃ ꝙ quãdo ſanguis peccat ſola quãtitate, dr̃ repletio quo ad uaſa: quãdo uerò peccat qualitate, dicitur repletio quo ad uirtutem. & ibi uide cauſam.

Repetitio eiuſdem in ſcientia fieri debet, ut difficultates appareant & enodentur. Them. 3. phyſi. 15. & Ariſto. in prædicamentis, in capitulo de ad aliquid.

*Repetitio quando facienda ſit.*

Repetitio in rebus arduis fieri debet: talia enim (ut docet Ariſto. in prædicamentis, in capitulo de ad aliquid iuxta finem.) non poſſunt perfectè declarari niſi ſepius pertractata fuerint. Ita etiam ſcribit luciſdisſimus Them. in. 3. phyſi. in expoſitione tex. cõmen. 15. ubi Ariſto. repetit motus diffinitionem ſub alĳs uerbis, inquit enim: Sed denuò illa eadem repetamus non modo iterum, ſed ter & quater, & ſi libuerit etiam ſæpius, ut difficultates illas ſaltem frequenti tractatu facilè aſſequamur. Nota tamen ꝙ repetitio in ſciẽtĳs quandoq; fit ad rememorandum, ut melius imprimantur quæ docentur in artibus, ſicut dicunt expoſitores in libro priorum. ubi Ariſto. conſueuit multotiens facere epilogum, & hoc etiam contingit in ſcientĳs demonſtratiuis, dicit enim Cõmenta. 5. phyſi. cõmen. 5. Mos eſt in ſermonibus demonſtratiuis, innuere ſummam etiam. Quandoque etiam repetitio fit in diuerſis ſcientĳs ſecundum diuerſos modos, ut cùm in meta. repetuntur demonſtrationes adductæ in ſcientia naturali, ſed altiori modo, nam hoc obſeruat Ariſto. Cõmen. 2. meta. com̃. 6.

Res & ens differunt, q̃a quandoq; dicitur res de omni eo de quo dicitur ens, & quandoq; dicitur de cõmuniori. ſcilicet de omni re concepta ĩn anima, ſiue extra animam ſit, ſiue non, ut hircoceruus, chimæra: ita ꝙ nomen rei transfertur ad falſas propoſitiones, quod non facit nomen entis. ex paraphraſi Auer. capitulo de re.

Res poſteriores ex quibus non ſeq̃tur de neceſſitate eſſe aliquod prius, non poſſunt ſumi ut ratio ſiue ſignũ ad ꝓbandum eſſe prioris. Auer. in. 1. de generatione aĩalium. cap. 1. ubi ponitur improbatio antiquorum de ſemine. Ex quo patet demonſtrationem ſigni eſſe ex conuertibilibus. etc.

Res multæ ſunt in complexionibus ſui calidiores, quas in comparatione humani corporis inuenimus frigidiores & multæ ſunt in ſuis complexionibus frigidiores, quæ dũ comparantur corpori noſtro ſunt calidiores, ut uinum uetus, & muſtum. 5. colliget. cap. 24.

Rerum q̃dam ſunt in actu, & quædã habent potentiam admixtam cum actu. 3. phyſi. tex. com̃. 57.

Rerum quarum ſubæ ſunt ſimiles contrarĳs, habent ſubſtãtias contrarias aliquo modo. 4. phyſi. com̃. 5.

Res nãles nõ ſunt extra ordinem, niſi rarò ſint extra ordinẽ cauſaliter. 8. phyſi. cõ. 15. &. 2. phyſi. tex. cõ. 82.

Res nobiliſſima propriam ſuam perfectionem poſſidere ſolet abſq; actione ulla & opere, quod utiq; peculiare uidetᷓ eſſe attributum primæ cauſæ. Auer. in paraphraſi 2. de cœlo, ſumma. 3. quæſito. 5. Ex quo uidetur ꝙ Deus glorioſus non mouet aliquẽ orbem ſm̃ Auer. uide in concordantĳs.

Res diuerſæ ſcd̃m formam aut ſunt compoſitæ ex una materia, ut corpora ſimplicia, aut ex diuerſis materĳs, ut corpora compoſita ex elementis. 5. cœli. com̃. 41.

Res ſunt tribus modis, quædam ſemper ſunt, quędam uerò nunquam ſunt, quædam uerò quãdoq; ſunt, & quandoq; non. 2. de generatione. tex. com̃. 51.

Res quæ non intelliguntur niſi per ſimilitudinem ad alterum, notificari poſſunt ꝑ genera rhetorica. 3. de anima, cõ. 6. &. 14. &. 1. phyſic. cõ. 81. &. 4. phyſi. cõmen. 81. &. 2. de anima. commen. 149.

Res nãles ſunt manifeſtiores q̃ nã. 2 phyſi. com̃. 1. &. 3.

Res quarum differentiæ ſunt eædem, ipſæ ſunt eædem in illo modo ſecundum quem habent eaſdem differentias. 3. de anima. commen. 38.

Res factæ quædam ſunt indiuidua ſubſtantiarum, & quædam ſunt indiuidua accidentium. ex commen. libri de diuinatione ſecundum quietem.

Res ſenſibilis habet duas formas ſpiritualem & corporalẽ, et eſt forma rei ſenſibilis, ſed ſpiritualis eſt forma ſimilis. ex commen. libri de diuinatione.

Res quæ ſunt per apparentiã, ſunt determinatæ ſicut res naturales. 1. meteo, cap. 2. de cõmentis Cõmentator.

Res quæ generantur ex quatuor elementis differunt ab elementis, & differunt etiam maximè inter ſe in quidditate & diffinitione, uerbi gratia caro ab oſſe. primo metaphyſic. cõmen. 12. idem. 1. de anima. 77. cõmen. &. primo de generatione & corruptione. tex. com̃. 84. &. 2. de generatione & corruptione. tex. commen. 48.

Reſiſtentia neceſſario eſt inter motorem & rem motam, ſiue motio ſit naturalis, ſiue innaturalis: & iſta reſiſtentia cõmunis eſt ſecundum ꝙ alterum eſt agẽs, & alterum eſt patiens. 7. phyſi. commen. 35.

Reſiſtentia in motu, aut eſt ex medio, aut ex mobili, aut ex utroq;. 4. phyſi. cõmen. 71.

Reſpectuum numerus qui demonſtrantur per habere, ſunt ſecundum numerum reſpectuum, qui demonſtrantur per hanc præpoſitionem In, ſed hæc præpoſitio indignius dicitur de reſpectu cõtenti ad continens, & recepti ad recipiẽs, ſed hoc uerbum Habere, dignius dicitur de reſpectu continentis ad contentum. Cõmen. 5. meta. com̃. 23.

Reſpectus uerus eſt particulariter, quia uniuerſalia non hñt eſſe extra aĩam. 12. primæ philoſophiæ. cõ. 27. idem ibidẽ. com̃. 4. &. 21. &. 14. 1. de anima. com̃. 8.

Reſponſio

Reſponſio quę datur interrogationibus q̃ dicuntur æquiuocè, debet dari cum diſtinctione. 7. meta. cõ. 36. & eſt textus Phi. 1. cœli & mundi in tex. com̃. 110 ubi dicitur: Multiplr̃ enim dictis & ſi nulla differentia ſit ad ſermonem, neceſſe eſt intellectũ confuſum habere, ſi quis diuiſo multiplr̃ taq̃ indiuiſo utatur: ĩmanifeſtum enim ſcd̃m quã naturam ipſi accidit quod dictum eſt. idem. 1. elenchorum. idem. 4. phy. cõ. 24. Qui enim q̃ſtionẽ multiplicẽ, ut unam interrogat, aut malè interrogat, aut captioſè interrogat, ut teſtatur Seuerinus Boetius in libro de interpretatione.

Rhetoricæ rõnes & fides ex illis generata non ſunt ꝑꝑ res in ſe, ſed ꝓpter animam humanam. 2. cœli. cõ. 34.

Rhetoricus ſermo eſt neceſſarius in iſtis rebus, q̃ ſunt difficiles. 3. de anima. cõmen. 14. idem primo phyſi. commen. 81. &. 4. phyſi. cõmen. 84.

Reubarbarum (ut dicit Gale. & Medici) ſtringit uentrem: ſed nos uidemus quòd purgat, & eſt mirabilior alĳs medicinis purgatiuis, quia frenũ eius eſt cum eo: q̃m nulla medicina purgatiuarum eſt ſine ueneno in aliqua ꝑte ſui, iſta excepta. Et ideo quia confortat oĩa membra corporis, dando ipſum ꝓ purgatiuo poſſumus refrenare per ipm̃ med cinas. Auer. 5. colliget. cap. 42. ubi loquit̃ de Raued. i. de Reubarbaro, & eſt cautela in actu practico, ne medicinæ ſolutiuæ effrenitent: ut adminiſtrẽtur unà cum reubarbaros q̃d diligentes & ſapientes Medici obſeruant.

Reuolutiones motus præteriti temporis priuatæ à Philoſophis reputantur. ex libro deſtructio. diſputatione. 1. in ſolutione. 6. dubĳ.

Ros eſt pluuia ſubtilis deſcẽdens in nocte. 1. meteo. ca. 4.

Ros in cacumine montium altiorũ non deſcendit. ibidem.

Rotundo nihil eſt contrarium. 1. phyſi. cõmen. 41. conſimile. 1. cœli. tex. cõmen. 24. &. 32.

Rotunda q̃libet ſunt conuenientia in ſpecie. 1. cœli. cõ. 32.

Rotunditas uera nõ reperitur in materia g̃nabili, ſed in corporibus cœleſtibus tantum. 2. cœli. tex. cõ. 32.

Rubedo declinãs ad nigredinem ſignificat ſanguinis dominium, rubedo autem quæ declinat ad igneitatem ſignificat ſuper choleram. 4. colliget. cap. 22.

Rutæ herbæ odor ſerpentibus maximè moleſtus eſt. 9. de natura animalium. cap. 6.

## De litera S.

SALIVA à natura inſtituta eſt in ore hominis & bronchĳs ad cõgregandum humiditatem, ut ea mediãte guſtentur ſicca. 2. de aĩa. cõ. 102. idem. 2. colliget. cap. de iuuamento linguæ. ubi dicit ꝙ iuuamẽtũ huius ſaliuę eſt ut faciat manifeſtare guſtũ rerum ſaporem habentium.

Sanitatis forma eſt in proportione quatuor qualitatũ primarum. 2. de aĩa. cõ. 143. & habetur in. 7. phy. tex. cõ. 17. nõ intelligitur ꝙ ſanitas eſſentialiter ſit temperamentũ, quia tũc formalr̃ eſſet relatio, & cũ relatio non ſit ex principĳs actiuis, tunc igitur ſanitas nõ eſſet principium productiuũ operationis ſanæ: ſed intelligitur p̃executiuè & reſultatiuè. Sanitas enim in complexione eſt bona diſpoſitio reſultans ex qualitatibus primis proportionatis, & ſi uariat̃ aut deſtruitur illa proportio, uariatur uel deſtruitur ſanitas.

Sanitatis forma quę eſt in anima medici, non eſt in materia, ſicut eſt forma ſanitatis in corpore, quia ſi ita eſſet tunc faceret ſanitatis actiones, & ita medicus eſſet ſanus. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 23.

Sanitas dicitur duobus modis, dicitur enim de forma quæ ẽ in aĩa, & de habitu qui eſt in corpore, & ambo ſunt idem, ſed ſanitas ſecundo mõ inuenitur ab ea q̃ eſt ſecũdum primum modum. 7. meta. cõ. 23. uide in concordantĳs.

Sanitates exiſtimatũ eſt tot numero eſſe quot ſunt ægritudines. 3. cœli. commen. 18. idem. 5. phyſico. cõmen. 57. &. 3. colliget. cap. primo.

Sanitatis tempus maius eſt tempore ægritudinis. 3. cœli. cõ. 24. & elicitur ex textu ibidem. & idem inuenies ſecundo cœli. tex. cõmen. 38.

Sanitas eſt diſpoſitio ꝓueniens ex compõne mẽbrorum & humorum. 5. meta. cõ. 25. idem. 7. phyſicorum. 17.

Sanitas una fortè hẽt plures ſanitates ſub ſe oppoſitas ęgritudinibus pluribus, quæ non habent nomina. 5. phy. com̃. 57. &. 3. colliget cap. 1. &. 3. cœli. com̃. 18.

Sanitas eſt diſpoſitio bona in mẽbro cum qua ipm̃ operatur operationem quam habet agere per ſui naturam, aut patitur paſſionem quam habet pati. 2. colliget. cap. 1. Nota de mente Auer. 15. ibidem in cap. de complexionibus membrorum cõſimilium, ꝙ tot ſunt ſpecies ſanitatis, quot ſunt complexiones conſimilium: & quia complexiones ſecundum medicos ſunt nouem. ſ. una tẽperata et octo diſtemperatæ, ita etiam ſpẽs ſanitatis ſunt nouem: & hoc de ſanitate conſimilium intelligendum eſt in uia eius etc.

Sanitas eſt ad aliq̃d cũ ſit calidorũ & frigidorum adinuicẽ cõmenſuratio quædam. 7. phyſi. tex. com̃. 17.

Sanguis carẽs fibris aut fibris detractis inſpiſſari nõ poteſt, & ideo ſanguis cerui & aliorum quorũdam fibris caret. in 3 de natura animalium. cap. 6.

Sanguis in habentibus ſanguinem eſt ultimum nutrimentũ, in carentibus uerò ſanguine id quod eſt proportionale ſanguini. ex libro de ſomno & uigilia.

Sanguis & genitura cõmunia terræ, aquæ, & aeris. 4. meteo. tex. commen. 52.

Sanguis in iecinore natura ſanguinis tingitur, à iecinore influit, & ſubit ad cor: in corde uincitur, & conficitur pleniſſimè, inibiq; in ſanguinem perfectè conuertitur. Themiſt. in cõmen. ſuper libro de ſomno & uigilia. cap. 13. & habetur in tex. ubi dicitur: Sanguis enim omnis principiũ, ſicut diximus hîc & in alĳs, eſt cor.

Sanguis eſt materia caloris naturalis. 5. colliget. cap. 3.

Sanguis quando ſupercaleſcit in naturam choleræ declinat 4. colliget cap. 31.

Sanguine non nutriuntur membra, niſi poſtquam eſt dealbatus & eis aſſimilatus, & ideo hypoſtaſis alba eſt laudabilis. 4. colliget. cap. 24.

Sanguis craſſior & calidior ad robur corporis confert, ſanguis uerò tenuis & frigidior confert ingenio, ex. 2. de partibus animalium. cap. 3. &. 18.

Sanguis non eſt calidus ut aqua ferueñs. ex. 2. de partibus animalium. cap. 2. &. 3. ubi dicitur ꝙ quodammodo eſt per ſe calidus, & quodãmodo non. Vbi Auer. in cõmento, in capitulo de carne dicit, ꝙ loquẽdo de caliditate extranea ut eſt calor febrilis, ſic non eſt calidus per ſe, quia talis calor non aſſumitur in ratione eius, ſed calor naturalis.

Sanguis in animalibus ſanguineis eſt ultimum alimentum, ex. 2. de partibus animalium. cap. 3.

Sanguinis calidioris agitatio ſenſum infringit, & officiũ eius intercipit. in. 2. de partibus anima. cap. 10.

Sanguis qui eſt in uenis non pulſantibus, eſt ſicut materia ſanguinis qui eſt in arterĳs. 2. colliget. cap. 8. de iuuamentis membrorum conſimilium. & ibi uide ſecundum Ariſtote. quòd nutrimentum corporis eſt ex duobus ſanguinibus. Idem etiam habet in tertio de partibus animalium in capitulo de corde.

Sanguis malus (ut dicit Ariſt.) diſcurrit à naſo & ab ano. 3. colliget. cap. 20. idem. 4. colliget. cap. 10.

Sanguis ex ætate mutatur, & multas habet differentias. 3. de natura animalium. cap. 19.

Sanguis aſini & tauri craſſiſſimus & nigerrimus. ibidem.

Sanguis minimum habet tactum ſeu ſenſum, ſicut cerebrũ & medulla. 3. de natura animalium. cap. 19.

Sanguis qui optimo conſtat habitu, nec nimis craſſus, nec nimis tenuis eſt. ibidem.

Sanguineum ſudorem aliqui emiſerunt. ibidem.

Sanguis ceruarum & damarum caret fibris & ſpiſſari non poteſt. ex. 2. de partibus animalium. cap. 4. &. 3. de natura animalium. cap. 19.

Sanguis in aliquibus aīalibus non frigiditas, ſed mūditia & tenuitas efficit, ut prudentiora ſint. ibidem. cap. 4.

Sanguis taurorum citiſſimè oīum coit atq; dureſcit, qa fibris refertior eſt: q̧ ſi fibras detraxeris, ſanguis non cogetur. ibidem. &. 3. de natura animalium, cap. 19.

Sanguis nā eſt cā maximè diuerſitatis ī moribus, & in his q̄ per ſenſum aīalibus eueniunt. ex. 2. de partibus aīa. cap. 4.

Sanguis in habētibus ſanguinē eſt ultimum nutrimentū, in carentibus aūt ſanguine q̄d ꝓportionale. ex. 2. de ꝑtibus. cap. 3, &. 4. 2. de generatione animalium. cap. 4.

Sanguis in nullo mēbro p̄ter uenam reperit̄, niſi in ſolo corde. 3. de partibus aīalium. cap. 3. & Auer. ibidem in caplo de corde. &. 3. de natura animalium. cap. 19.

Sanguis nulla pars animalium eſt. ex libro de partibus animalium. 2. cap. 10.

Sanguis qui capiti demandat̄ eſt tenuisſimus & purisſimus, qui uerò partibus inferioribus eſt craſſus. ex libro de ſomno & uigilia. in fine.

Sanguis à iecinore incoctus & indigeſtus tranſmittitur ad cor. ſuprà.

Sanguinis puri à turbido diſcriminatione facta in corde expergiſcitur animal. ibidem.

Sanies eſt ſanguis incoctus. 3. de natura animalium. cap. 19. conſidera propter medicos.

Sapiētem oportet oīa ſcire, ut contingit. ex ꝓœmio meta.

Sapientem dicimus difficilia cognoſcere potentem, nec leuia huiuſmodi. ibidem.

Sapientē ordinare & nō ordinari oportet ab altero. ibidē.

Sapientes non potuerunt loqui de aliquo entium, tam in naturalibus q̄ꝫ in diuinis, niſi aſſumendo authoritates à natura quorūdam entium comparabilium ad ipſum propoſitū, quo ad eius fieri potuit. ex primo diſputatio. lib. deſtruc. in ſolutione primi dubij.

Sapor dulcis ſignificat complexionem calidam, ſed calor ipſius eſt temperatus æqualiter ſecundum Gal. cōparatione corporis humani. 5. colliget. cap. 27. & ibi uide diffuſè de omnibus ſpeciebus corporum.

Sapores extremi ſunt dulcis & amarus. contra Gal. ſecundo de anima, cōmen. 105.

Sapor amarus pōt eſſe à frigiditate ne dū à caliditate. ibidē.

Sapor magis ſequitur humiditatē & ſiccitatem, q̄ꝫ caliditatē aut frigiditatem. 2. de anima. com̄. 105.

Sapor acutus ꝓuenit ex forti ſiccitate, & ex modico calore. 5. colliget. cap. 42. quando loquit̄ de achal. i. de aceto.

Sapores (ut inq̄t Plato) in corporibus non aīatis habēt actiones diuerſas ſuperadditas calefactioni & īfrigidationi, uerbi gratia exaſperare quod eſt pontici, & lenificare quod eſt unctuoſi. 2. de anima. com̄. 126.

Sapor declinat ad caliditatem & humiditatē. 3. colliget. 34. & ibi ponitur cauſa.

Sapor & odor non ſunt in elemento. ibidem.

Saporum elementa ſunt ſapor dulcis, & amarus. ibidem.

Sapores medij fiūt ex dulci et amaro, ſicut colores medij fiūt ex albo & nigro. Cōmen. in libro de ſenſu & ſenſato.

Sapores multi in eodē mixto eſſe poſſunt, patet de agarico; q habet ſaporē dulcem, amarū, & acutum. authoritate Auer. in. 5. colliget. cap. 42. quia cōponitur ex diuerſis partibus.

Sapores alij ita ex dulci & amaro fiunt, quēadmodū colores ab albi & nigri cōmixtione ſunt. ex libro de ſenſu & ſenſa.

Saporum & colorum ſpecies ferè ęquales ſunt, ſeptem enim amborum ſpecies. ibidem.

Sapor eſt unum tangibilium, & eſt ut delectamentum horū. 2. de anima. tex. cōmen. 28.

Scīa nulla poteſt demōſtrare ſua principia demonſtratione propter quid, ſed tñ bene demonſtratione ſigni, loquendo de principijs ſubiecti. 12. met. cō. 5. &. 2. phy. cō. 22. &. 26.

Scientiarum duarum cōmunicatio in conſideratione principiorum ſubſtantiæ ſcilicet ſciētiæ diuinę & naturalis, quomodo eſt intelligenda. uide. 12. meta. cōmē. 5. uerſus dimidium commenti. ibi: Et dicemus nos q̧ Philoſophus inquirit principia ſubſtantiæ.

Sciētia operantis aliq̄d ex luto magis debet admirari quàm ſcientia operantis idem ex auro. 12. metaphyſi. cōmen. 18. authoritate Them. & eſt in prima parte digresſionis. Et ratio eſt, ut mihi datur cernere, quia ibi magis relucet ſplēdor & uigor artis. unde Gal. in. 3. de utilitate part. in ſimili capitulo. 10. prope finem inquit, q̧ idiotam ſapere facit pulchritudo materiæ, artificē uerò pulchritudo artis.

Scientia nulla de ente per accidens negotiat̄. 11. primę p̄hię. cap. 10. iuxta principium. &. 6. meta. tex. cō. 4.

Scientia aut eſt ſemper entis, aut ut in plus. 11. meta. cap. 7. &. 1. poſteriorum, &. 6. meta. tex. com̄. 4.

Scire rem mutabilē non eſt ſcire, ſed exiſtimare. 9. meta. tex. com̄. 21. &. 1. poſteriorum. & in. 6. ethicorum. cap. 4.

Scīa nobilior eſt gn̄is nobilioris. 9. meta. cōmē. 22. & bene Cōmen. elicit hoc ex tex. ſicut poteris uidere.

Scire ea quæ ſunt in actu, eſt nobilius q̄ꝫ ſcire ea quę ſunt in potentia. 9. meta. tex. com̄. ultimi.

Scientiam menſuram rerum dicimus & ſenſum. 10. metaphyſi. tex. commen. 5.

Scientia de animalibus duplici uia tradita eſt ab Ariſtotele, per modum hiſtoriæ in lib. de hiſtoria animalium, & per rationes & cauſas, ut in libris de partibus & de generatione animalium, & in lib. de moribus animalium, & ſomno, & ſimilibus. Et eodem pacto de ſtirpibus atq; plantis duplici uia & ratione diſſeruit Simplicius in prologo phyſi. et eſt ſententia etiam Ioannis Grammatici in principio libri de generatione animalium, & eſt ſententia etiam Auerrois in principio libri meteororum.

Scientia eſt neceſſariorum, ſed opinio eſt contingentis aliter ſe habere. 7. meta. tex. cōmen. 53.

Scire quidditates ſubſtantiarū eſt magis difficile q̄ꝫ ſcire accidentium cauſas, & cauſa in hoc eſt ſimplicitas ſubſtātiarum, & compoſitio quæ eſt in accidētibus. 7. meta. cō. 59. ¶ Inde colligitur q̧ quæſtiones ſimplices ſunt magis difficiles q̄ꝫ quæſtiones compoſitæ.

Scīa rerum non habetur niſi per ſuas quidditates, & ideo ſi quidditates rerum eſſent aliæ à rebus habentibus q̄dditates, tunc non poſſent ſciri. 7. meta. tex. com̄. 20.

Scientiæ omnes, licet ſint nobiles, ſcientia tamen de Deo eſt nobilior omnibus, quia ſubiectum eius eſt nobilius omnibus ſubiectis. 6. meta. tex com̄. 2.

Scīa ſecatur quēadmodum & res. 3. de aīa. tex. cō. 38. intelligitur quo ad diuiſionē quæ fit ſm potētiam & actum, ſicut habet̄ ibi, ſicut eſt de ſenſu cum ſenſili, quia ſenſus in actu refertur ad ſenſile in actu, & ſenſus in potētia refert̄ ad ſenſile in potentia, ſic etiam de ſcīa. Dicitur enim in. 2. phyſi. tex. cō. 38. cauſæ in potentia ſunt effectuum in potētia, & cā operātes ſunt effectuum in actu. Et ex hoc patet (ut dixi in contradictionibus) q̧ dictum Ariſt. in p̄dicamentis, ubi dicit q̧ ſcīa nō refertur ad ſcibile, intelligit̄ ad ſcibile in actu non ad ſcibile in potentia. Et q̧ illa opinio eſt contra uiam antiquorum, & eſt ad hoiem, uide ibi diffuſè. Non intelligit̄ etiam p̄ſens ꝓpoſitio q̧ ſcīæ diuerſæ debēt eſſe de diuerſis obiectis māliter ſumptis, quia. 2. phy. tex. cō. 18. eædē ſunt lineæ nāles & mathematicæ. Nec intelligit̄ q̧ ſcīæ debent diuidi ſm diuerſitatem nārum in gradu eſſendi uario ſm ꝑfectum & impꝑfectum, quia ut habetur. 2. phyſi. tex. cō. 71. ſcīa de corporibus corruptibilibus & æternis ē eadē, uidelicet ſcīa nālis. Senſus igit̄ propōnis ille eſt quē diximus. Tamen cōuenienter gloſari pōt, q̧ ſcīæ diſtinguunt̄ ex obiectis formalr̄ diſtinctis: nā obiecta q̄ non cadūt ſub una cōi formali rōne uel uniuocè uel ſaltē analogicè dicta; talia ꝑtinent ad ſcīas diuerſas. Sic corruptibilia corpora & æterna pertinent ad naturalem ſcīam, quia natura eſt ratio analogicè dicta de utriſq;, ut patet. 2. phyſi. com̄. 3. &. 5. metaphy. cōmen. 5. & primo cœli. com̄. 5.

Scīa diuina ſecundum ordinē addiſcendi eſt poſt ſcīas naturales. 6. meta. com̄. 3. idem. 7. meta. com̄. 39.

Scīa nulla eſt de ente ꝑ accn̄s. 6. meta. tex. cō. 4. & tex. c. 6.

Scientia diuina diuiditur in tres partes: prima eſt de diuiſione entis in ſubſtātiam & accidens, ſecunda eſt de diuiſione entis per potentiam & actum, tertia eſt de diuiſione entis in unum & multa. Auer. ſententia in prologo ſuper. 7. primæ philoſophiæ.

Scire tunc maximè putamus unumquodq;, quando quid eſt cognoſcimus magis quàm cùm quale aut quantū. 7. meta. tex. cōmen. 4. idem. 3. meta. tex. cōmen. primi. ubi dicitur: Multis quidem modis idem ſcientibus, magis quidem ſcire dicimus eum qui nouit in ipſo eſſe quid ſit res quàm in non eſſe, & horum eorūdem alium alio magis, ſed maximè quid eſt, & non quantum, aut quale, aut quid facere, aut pati aptum natum eſt.

Scientiarum factiuarum eſt in faciēte principium, aut intellectus aut ars aut potentia quædam: actiuarum aūt in agēte proæreſis. 7. meta. tex. cōmen. primi.

Scientia quælibet aut actiua aut factiua aut theorica eſt. 6. meta. tex. cōmen. primi.

Scientia cogitatiua apud Arabes ſumitur pro ſpeculatiua. uide. 6. metaphyſi. cōmen. 1. &. 9. metaphyſi. com̄. ultimo. &. 3. de anima. cōmen. primo.

Scientiarum quędā conſiderant de cauſis reſpectu alicuius, & quædam de cauſis ſimpliciter. 6. meta. com̄. 1.

Scientiæ diuerſantur in certitudine ſecundum diuerſitatē naturæ ſubiectæ: 1. de aīa, tex. cō. 1. &. 6. met. cō. 1. &. 2. meta. com̄. 16. 3. de anima. 35. &. 1. poſteriorum in illo capitulo: Certior autem ſcientia altera, altera. etc.

Scientia naturalis eſt circa ſubſtātiam quæ ſecundum rationem, ut ſecundum magis non ſeparabilem ſolum. 6. meta. tex. cōmen. primi. ubi Cōmen. ponderat ly ſecundum magis, propter intellectum. Vbi non poſſum illorum non demirari prudentiam, qui ita audacter proferunt omnem formam, & omnem animam aut animæ partem eſſe à materia inſeparabilem ex mente Ariſto. quum tamen ubiq; locorum Ariſt. præſeruet ſe ab intellectu, ſicut patet in pręſenti loco, &. 12. primæ philoſophiæ, tex. cōmen. 16. ubi ponit differentiam inter cauſas formales & mouentes, ex hoc q̧ cauſæ agentes & mouentes ſunt priores: cauſæ autē formales ſunt ſimul, in tex. 17. ubi ſubdit: Si autē aliquid manet, poſterius perſcrutādū eſt: in quibuſdam enim nihil ꝓhibet, ut ſi anima eſt tale, non omnis ſed intellectus: omne nāq; impoſſibile forſan. & in. 2. de aīa, tex. cō. 21. de intellu inquit: Et ꝑſpectiua potētia alia ratio eſt: hoc enim ſolum uidetur contingere ſeparari ſicut ꝑpetuum à corruptibili.

Scientiam honorabilisſimam oportet circa honorabilisſimum genus eſſe. 6. metaphyſi. tex. cōmen. 2. idem primo de anima, tex. cōmen. primi.

Scientia non eſt genus medicinæ ſecundum rei ueritatem, niſi ſcientia diceretur ad ſcientem, & medicina ad medicū, tunc enim ſciētia eſſet genus medicinę, & ſciens genus medici. Cōmenta. 5. meta. com̄. 20.

Scientiæ omnes circa unū quid & genus determinatum circūſcriptæ de hoc tractant, ſed non de ente ſimpliciter, neq; inquantum ens. 6. meta. tex. com̄. primi.

Scientia phyſica circa talem ſubſtantiam eſt, in qua eſt principium motus & ſtatus in ea. 6. meta. tex. cō. primi. ¶ Ex q̄ patet corpus mobile aut naturale eſſe ſubiectum ſcīæ naturalis. Vnde ibidē parum infrà, dicit phyſicā ſcīam theoricā eſſe circa tale ens, quod eſt impoſſibile moueri.

Scire deſtruentes ſunt impugnandi à diuino. 4. metaphyſic. cōmen. 1. &. 3. cœli. cōmen. 4.

Scientiæ mathematicæ ſunt de magnitudinibus & numeris & de accidentibus eſſentialibus eorum, & ſcientia naturalis eſt de ente mobili & de accidentibus eſſentialibus eidē ſecundum quod eſt mobile. 4. meta. cōmen. 1.

Scientia diuina eſt de ente inquātum ens, & de accidentibus eſſentialibus entis īquātum ens. 4. meta. tex. cō. primi. Cōtra negantes entis inquātū ens eſſe ueras paſſiones demōſtrabiles. uide Philoſophum ibidem tex. cō. 4. expreſſe.

Scientia propriè ubiq; primi eſt, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. 4. meta. tex. cō. 2.

Scientia quælibet una & ſenſus unus unius eſt generis. 4. meta. tex. cōmen. 2. &. 1. poſteriorum.



Scientiam unam habentia non ſolum ſunt illa, quorum ſubiectum eſt unum genere aut ſpecie uniuoce dictum, uerum etiam quorum eſſe attribuitur uni fini, aut uni agēti, aut uni ſubiecto. 4. meta. tex. cōmen. 2.

Scientia diuina cōſiderat diſpoſitionem entiū quæ attribuūtur uni fini, & uni complemento: hoc enim eſt quęſitum in illa ſcīa. 4. meta. cō. 2. Eandem ſententiam habet Cōmen. ibidem. cō. 1. ubi dicit q̧ prima philoſophia conſiderat de nobilisſima cauſarum. ſ. de primo fine, & de prima forma. idem. 3. meta cōmen. 3. &. 12. meta. com̄. 6.

Scientiam diuinam opinantes non eſſe neceſſariā, conſequitur ut nullum ens ſciāt in rei ueritate. 4. meta. com̄. 5. quod intellige ſimpliciter. Nam aliquis in ſcientijs particularibus poteſt eſſe ſciens in genere, ſed ſimpliciter ſciens nullus eſſe poteſt ſine ſcīa diuina: principia enim ſcientiarum aliarum ſunt per ſe nota ex cōfuſa terminorū notitia, & ex metaphyſica ſunt ſcita.

Scientia ſophiſtica uidetur eſſe ſcientia, ſed non eſt ſic. 4. metaphyſi. tex. cōmen. 5.

Scientiæ diſputatiuæ cōmunicant in uniuerſalitate conſiderationis: ſubiectum enim utriuſq; ſcientiæ eſt ens ſimpliciter. 5. meta. & dialecticæ. 3. meta. com̄. 1. idem ibidem com̄. 2. &. 4. meta. tex. cōmen. 5.

Scire magis dicimus illum qui nouit q̄d res eſt, quàm quid non eſt. 3. meta. tex. cōmen 3.

Scientia contrariorum eſt eadem, iſta propoſitio eſt probabilis, & non ſequit̄ ex hoc dicere q̧ ſcientia contrariorū eſt eadem: q̧ ſcientia eorū quæ non ſunt contraria, non ſit eadem niſi ſuperficietenus, & ſecundum q̧ apparet exterius. Auer. 3. metaphyſi. cōmen. 3

Scientia naturalis tm̄ conſiderat genus entiū in quo ſunt omnia quatuor genera cauſarum. Cōmenta. 3. meta. cōmē. 3. idem. 1. phyſi. com̄. 1. &. 2. phyſi. tex. com̄. 7.

Scientiæ naturalis diuiſio ponitur ab Auer. in. 1. meteo. cō. 1. & ordo, & etiam à Simplicio in prologo phyſi.

Scientia quæ dicitur p̄hia ſimpliciter, eſt illa quæ conſiderat de cauſa finali ultima omnium entium: omnes enim cauſæ ſunt propter iſtam cauſam. 3. meta. com̄. 3.

Scīa nālis cōſiderat de duabus primis cauſis māuidelicet & motore, ſcīa autem diuina de duabus ultimis. ſ. forma & fine: & quia hæ duæ cauſæ ſunt meliores illis, ideo ſcīa iſta ē melior nāli. 3. meta. cō. 3. idem in prologo. 1. phyſic. &. 4. meta. cō. 1. &. 7. meta. cō. 5. &. 9. &. 12. meta. cō. 6.

Scientia ſtellarum eſt de mathematicis ſcientijs. 3. meta. tex. cō. 7. idem. 12. meta. tex. cō. 44. Ex quo patet ſcientias medias eſſe magis mathematicas q̄ꝫ naturales.

Scientis oīno ſignum eſt poſſe docere. ex prooemio meta.

Scīa maximè principalis eſt dignior ſubſeruiēte. ex ꝓœmio primæ philoſophiæ, & ex. 1. poſterio.

Sciētiarum certiſſimæ ſunt, quę maximè priorum ſunt, & q̄ ſunt ex paucioribus his, quæ ſunt ex additione. ex ꝓœmio primæ philoſophiæ, & ex primo poſteriorum.

Scire unūquodq; tunc maximè putamus, dum cognoſcimus primam cauſam. ibidem.

Scientiam naturalem & diuinam multi homines reputauerunt eſſe unam & eandem ſcientiam. 1. meta. com̄. 18. Pro quo animaduerte q̧ fuerunt illi qui dicebant, q̧ ens & ens ſenſibile conuertuntur: negauerunt enim genus entium abſtractorum. Vnde iſti non conceſſerūt niſi genus entiū corporeum, & aſſerebant oē ens in loco eſſe, ut dicit̄ in. 4. phy. tex. cō. 1. De hoc uide etiā Ariſt. hoc exp̄ſſe aſſerentē in. 4. primæ p̄hiæ. in tex. cō. 7. ubi habet: Vnde nullus particulariter intendētium nitit̄ dicere aliquid de eis, ſi uera aut nō, nec geometer, nec arithmeticus, niſi phyſicorum q̄dam merito facientes hoc: ſoli nāq; putant̄ de tota natura intendere & de ente. De iſtis etiā loquit̄ Ariſt. in. 4. meta. tex. cō. 22. ubi ſcribit: Huius aūt opīonis cā fuit, qa de entibus q̄dem ueritatē intēdebant, entia aūt putauerunt ſenſibilia ſolū.

Scīa operatiua quāuis utatur rōcinatione, et ſpeculet̄ de cauſis, tamen non eſt digna uocari ſcientia ſpeculatiua, qa non perſcrutatur de cauſis rerum, & de diffinitionibus earum.

niſi ut ſcientes eam agant, & non ut ſciant, ſicut eſt in ſcientijs ſpeculatiuis, ex com. 3. 2. metaphyſicæ.

Scire impoſſibile eſt antequam ad indiuidua perueniatur. 2. metaphyſi. tex. cōmen. 11.

Scire tunc putamus cū cauſas ipſas nouerimus. 2. meta. tex. cō. 13. & 1. poſterio. & 1. phyſi. tex. com. 1.

Scientia naturalis declaratur per duas ꝑſcrutationes, quarū una eſt ꝑſcrutatio de natura quid ſit, & ſecunda eſt ꝑſcrutatio de natura cuiuslibet entis quid ſit, & hoc eſt manifeſtum per ſe. 2. metaphyſi. cōmen. ultimo. Et ex illo loco ſcire poteris, ꝙ quidditates rerum in ꝑticulari non cognoſcūtur à diuino. Pro hoc habes etiam authoritatem Auerro. 1. phyſi. cōmen. 11. ubi ſcribit: Intentio eius prima non ē contradicere opīonibus falſis in hac ſcientia, ſed declarare ſubſtantias & quidditates rerum naturalium. Facit ad hoc authoritas Philoſophi in. 4. primæ philoſophiæ. in tex. cōmē. 1. ubi poſtquam dixit, ꝙ ſcientia diuina conſiderat & ſpeculatur ens inquantum ens, & quæ huic inſunt ſecundū ſe, ſubdit: Aliarum nulla intendit uniuerſaliter de ente inquātum ens, uerum partem eius abſcindentes aliquā circa hāc ſpeculantur ipſum accidens. & hoc etiam expreſſe dicit Cōmenta. in com. de mathematicis, quæ aſſumunt magnitudines & numeros diſtinctos ab ente, & ſpeculantur de eis & ſuis accidentibus eſſentialibus, & ſimiliter ſcientiæ naturales conſiderant de ente mobili, & de accidētibus eſſentialibus eidem ſecundum q̄d eſt mobile. Eandem apertè ſententiam ſcribit Philoſophus in procemio meta. ubi enumerans conditiones ſapientis, inquit ꝙ ſapientis eſt cognoſcere omnia ut cōtingit in uniuerſali. & in. 11. meta. cap. 3. dicit: Philoſophia autem de his quæ ſunt in parte inquātum unicuiq; eorum aliquid accidit, non intendit: circa ens autem inquātum ens talium unumquodq; eodē modo, & circa naturalem ſcientiam: naturalis enim accidentia & principia ſpeculatur entium inquantum mota & non inquātum entia. Hoc etiam conuertitur apertè, quia naturalis diffinit quidditates naturales, ut eſt uidere in libris naturalis phīę, & ita etiam ē de mathematicis. Vnde mirum eſt qūo aliq ad tantum errorem peruenerint, ut aſſerant ſcientiam diuinam non ſolum in uniuerſali, uerū etiam in particulari qdditates rerū conſiderare: ſi hoc enim eſſet, tunc aliæ ſcientię ſupfluerent: quęlibet enim ſcientia circa duo principaliter uerſat̄, circa qdditatē ſubiecti & partiū & circa paſſiones demonſtrabiles de ipſis: quorꝫ alterum habetur per diffinitionem, alterum uerò per demonſtrationem, ut habetur in poſterioribus analyticis: Qui autem conſiderat per ſe ſubiectum, debet etiam conſiderare accidentia per ſe ſubiectū inſequentia: iſta enim ꝓpoſitio cum hoc ꝙ ē famoſa, etiam eſt uera & neceſſaria, ut ſcribit Cōmen. 2. phyſi. tex. cō. 17. & ita ſcīa diuina oīa conſideraret non ſolum ꝑ diffinitionē, uerū etiam oīa per ſe accidentia ꝑ demōſtrationem de entibus ſub quacūq; rōne, & ita aliæ ſcię ſupfluerent: nec ualet fingere ſcīas particulares demōſtrare accn̄tia per accidēs & cōmunia, de talibus enim non eſt demonſtratio.

*Digreſſio ꝙ ſcīa diuina nō cōſiderat qdditates rerum in ꝑticulari.*

Scientiæ nālis intētio ē cognoſcere cauſas ſpērum ſenſibiliū, & cauſas uiſibiles in eis ſpēbus accidētium in eis. Auer. in ꝓlogo primi phyſi. & eſt etiam ſnīa Ariſt in. 2. phyſic. tex. com. 17. Vbi pondera ꝙ ꝑ cauſas uiſibiles ītelligimus cās naturales: in hoc enim dānat Phs antiquos plerūq;, qui rerum ſenſibilium tradiderunt cauſas ītelligibiles, ſicut dicit Ariſt. & Cōmen. ī plerisq; locis, ꝓſertim. 3. cœli. tex. cō. 60. & in. 1. de gene. & corrup. tex. cō. 7. Nota etiam ꝙ etſi cāæ naturales ſint ſenſibiles appropriatæ, tū uiſibiles dicunt̄ ꝓpter corpora cœleſtia quæ non poſſunt ſentiri niſi ſenſu uiſus: iſtæ enim ſenſus deſeruit nobis in cognitione ſubarum ſenſibilium tam æternarum ꝙ̄ corruptibilium: Ideo enim ſenſum hūc maximè diligimus, quia plures differētias rerū nobis oſtendit. ex prooemio metaphyſi.

Scientiarum ſpeculatiuarum cognitionem ſequit̄ acquiſitio uirtutum moralium. Auer. authoritate Alexan. in ꝓlogo primi phyſi. idem ibidem Simplicius.

Scientiæ ſpeculatiuę ſunt duobus modis: unus numeratur ꝓpter exercitium ut mathematica, alius ꝓpter ꝑfectionē, ꝓpter quam ipſum exercitium ē, ſicut ſcīa naturalis & diuina. Vide in cōtradictionibus ꝓlogi primi phyſi. quomodo ſit intelligendum, quia multi hallucinantur in hoc loco.

Scīarum quædam conſiderant unum genus cauſæ, ſicut mathematicæ genus cauſæ formalis tantum: quædam tria genera cauſarum, ut motorem, formam, & finem, ut ſcientia diuina: quædam oīa genera cauſarum, ut naturalis. 1. phyſi. com. 1. & fuit expoſitio Alexan. Quomodo autem mathematicus genus cāæ formalis tm̄ conſideret uide in Theorematibus meis. Qūo autem ſcīa diuina cōſideret tria genera, & naturalis quatuor, uide quæ ſcripſi in contradictionibus primi phyſi. com. 1. Vnde tamen placet annotare hìc, ꝙ Scotus in. q. 1. primi meta. & ſequaces eius dicunt ſcīam diuinam conſiderare omnia quatuor cauſarum genera, inquantum quælibet dat eſſe in ſuo genere circūſcribendo rationem motus & mutationis, ꝑtinet ad metaphyſicum, materia & forma inquātnm ſunt partes eſſentiæ, efficiens inquantum dat eſſe circūſcribēdo motum: licet enim non ageret niſi mouendo, tamen ratio dantis eſſe, prior eſt ratione mouentis: Finis autem inquantum res ſecundum ſuam entitatem ad illud ordinantur: licet enim illud nō poſſunt attingere niſi per motum & operationem, prior tamen eſt ratio ordinis ſecundum eſſe quam ſecūdum operationē. ¶ In hoc aūt duo ſunt, à quibus ni fallor à Peripateticis ipſe diſſentit: primò quātum ad materiam, licet enim materia cauſa ſit & diſtincta cauſa atq; natura à forma. ex. 2. phyſi. tex. com. 4. tex. com. 70. non tamen dat eſſe in ſuo genere. Vnde lucidisſimus Them. ī princ. 1. de anima. iſtud diſcrimē inter materiam & formam conſtituit, ꝙ à materia res habuerunt ut fierēt, à forma ut eſſent. Et hoc cōfirmauit Auer. in. 7. primæ philoſophiæ. com. 35. īquit enim ꝙ forma eſt pars quæ cum fuerit, erit res: & materia eſt pars quæ cum fuerit, non erit res; & hoc conſonat, īmo reſultat talis differentia ex rationibus ſuis. Nam ratio materię, ut habetur. 1. phyſi. tex. com. 82. & 2. phyſi. tex. com. 28. materia eſt ex q̄ fit aliquid, ut inexiſtente: forma autem ut dicit̄ in. 2. de aīa. tex. com. 2. eſt per quam eſt hoc aliquid, ubi bene patet ꝙ materia deſcribitur per fieri & forma per eſſe. Amplius, nihil dat quod non habet, ſic enim Ariſt. probat in. 2. de partibus animalium, cerebrum non eſſe principium ſenſationis. cap. 7. quia ſubſtantia cerebri ſenſu caret, pariformiter materia ſecundum ſe non habet eſſe, igitur materia nō dat eſſe. Quòd materia ſecundum ſe nō habeat eſſe, patet. 2. de anima. tex. cō. 2. & oſtendit pulchrè Cōmen. in. 2. phy. cō. 12. quia aliter quod non eſſet in actu, eēt in actu. & doctiſſimus Boetius in lib. de unitate & uno, expreſſe dicit, ꝙ omne eſſe eſt à forma in rebus creatis, quod Phī deſcribentes dixerunt ꝙ eſſe eſt exiſtētia formæ in materia. Et ibi expꝛ̄ſſe dicit ꝙ materia non habet eſſe niſi per unionem cum forma, & ꝑ conſequens in ſuo genere materia circūſcripta forma non dat eſſe, ſed eſt in potentia ad recipiendum eſſe ex coniunctione formæ. Aliud aūt eſt quantum ad finem, quia ratio finis non uidetur formal̄r conſiſtere in hoc ꝙ res ſm̄ ſuam entitatem ad illud ordinant̄. Licet enim Deus glorioſus ſit finis oīum entium inquātum entia ſunt, nō tamē eſt finis entium ꝓciſè ſub rōne qua ens, ſed ſub ratione qua eſt optimum & amabile & deſiderabile naturali deſiderio ab omnibus: ſic enim Ariſt. oſtendit ipſum habere rationem finis inquantum mouet in ratione amati & deſiderati, quia ſic habet rationē optimi & nobilisſimi. Vnde. 2. phyſi. tex. cō. 74. idem quod eſt dignius non eſt ſimpl̄r, ſed ad uniuſcuiuſq; ſubſtantiam, ubi Comen. expreſſe dicit, ꝙ nobilius non inſeqtur naturā entis, īmo nobilitas accidit formæ ſecundum ꝙ eſt finis, & confirmat̄ de formis mathematicis. ibidem. Et etiam authoritate Ariſt. in. 2. phyſi. tex. cō. 31. ubi dicit: Quod aūt eſt cuius cauſa potiſſimū & finis aliorū uoluit eſſe. & ibidem. tex. cō. 23. deriſoriè appoſuit hoc finē dicere, cuius cauſa factus, eſt. Vult enim non omne ultimū finem eſſe, ſed optimum: & ideo dictū eius in hoc loco debet ſuppleri, ut dicatur finem conſiderari ſub rōne optimi amabilis & deſiderabilis; inquantum entia ſecundum ſuā entitatem ordinantur ad illud. De hoc autem quæſito Cōmen. & antiqui Peripatetici dicunt, diuinum etiam conſiderare omnes cauſas in eo ꝙ ſunt cauſę, & ſub rationibus uniuerſalibus & tranſcendentibus. Vnde. 2. primæ philoſophiæ. commen. 6. ſcribit: Et conſideratio uniuerſalis in omnibus cauſis in eo ꝙ ſunt cauſæ, eſt huius ſcientiæ, quia ratio cauſæ & ratio entis & ſubſtantiæ ſunt rationes uniuerſales tranſcendentes, & iſta eſt uia eorum ſicut uides. ¶ Sed aduerſus ea quæ dicta ſunt inſurgit maxima difficultas, præcipuè quantum ad primum dictum, ꝙ materia in ſuo genere circūſcripta forma nullum dat eſſe. Hoc enim uidetur falſum propter duo, tum quia. 2. phyſi. tex. com. 32. cauſæ ſunt ſibiinuicem cauſæ. & 5. meta. tex. com. 2. Igitur materia eſt cauſa formæ quantum ad eſſe, & forma ēt eſt cauſa materiæ. Et confirmatur authoritate Auer. in. 1. phyſi. commen. 70. 2. phyſi. cōmen. 32. ¶ Amplius, Diuus Tho. in expoſitione. 5. meta. expreſſe teſtatur materiā quātum ad eſſe, eſſe cauſam formæ & formam materiæ diuerſimodè, tum etiā quia cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Vnde oēs cāæ ſunt principia, ut dicitur in. 5. primæ philoſophiæ. tex. commen. 1. nō tamen omne principium eſt cauſa: priuatio enim eſt principium generationis rerum naturalium, non aūt eſt cauſa, ut dicitur in. 1. phy. tex. com. 80. Materia ſubiecta cum forma cauſa eſt omnium eorum quę fiunt ſicut mater. Altera uerò pars contrarietatis multotiēs imaginabitur ad maleficium ipſius protēdenti intellectū: cū igitur materia ſit cauſa, igitur ad eius eſſe ſequitur aliud, & ex conſequenti in ſuo genere habet eſſe, & dat eſſe per conſequens. Amplius Commen. ibi dicit in commen. 80. ꝙ materia eſt in generato, & forma nō poteſt eſſe ſine ea. Igitur ſi forma in eſſe non poteſt eſſe ſine materia, ſequitur ꝙ materia dat eſſe in ſuo genere formæ: & eſt locus obſcurus ſicut uides. ¶ Ad hæc igitur ſaluo ſemper meliori iudicio dicendum puto, ꝙ propoſitio illa Ariſt. non eſt uniuerſaliter prolata: unde in. 2. phy. tex. commen. 30. ſic iacet: Sicut autem quædam & adinuicem cauſæ, ut laborare cauſa eſt boni habitus, & hic laborandi, ſed non eodem modo, ſed hic quidem ſicut finis, ille ſicut principiū motus: unde ſolum dat exemplum in cauſis efficientibus & finalibus, ita etiam in. 5. metaphy. Vnde omnes Græci expoſitores, ut Themiſt. & Simplicius etiam ſic exponūt. Et ꝙ hoc nō poſſit habere ueritatem in cauſis materialibus & formalibus oſtenditur, quia oppoſitum inuenitur determinatum ab Ariſt. in. 2. phyſico. in tex. commen. 91. ubi ſcribitur: Et utræq; phyſico dicendæ ſunt cauſæ, magis aut quæ cuius cauſa, cauſa enim hæc materiæ eſt, ſed non hæc finis. Amplius Commen. in. 2. phyſi. commen. 87. habet, ꝙ antiqui ponentes cauſam materialem tantum, ex illa nituntur reddere cauſas formarum & actionis earum: opinabantur. n. ꝙ formæ ſequuntur de neceſſitate naturam materiæ, & ꝙ diuerſitas earum eſt ex diuerſificatione materiæ: ipſe uerò uult deſtruere hoc, quia opinatur è contrario, ſcilicet ꝙ materia ſequitur formam, & idem tenet in. 2. de anima. com. 60. & 1. de anima. commen. 52. ꝙ melius eſt exiſtimare ꝙ diuerſitas materierum ſit propter diuerſitatem formarum quam è contra. ¶ Amplius Auicen. in primæ philoſophiæ. tracta. 2. cap. 4 inquit: Materia non eſt cauſa eſſendi formam. unde materia bene poteſt dici materia formæ, non autem cauſa ſtrictè, & proprie loquendo. Et Albertus cognomento magnus in. 2. phyſi. tracta. 2. cap. 6. ſuper expoſitione illius loci tex. 30. expreſsè dicit, ꝙ talis computatio non eſt inter materiam & formam, quoniam materia non eſt cauſa formæ ſecundum aliquem modum, ſed potius eſt cauſa compoſiti, ſed forma eſt cauſa materiæ ꝙ ſit in actu. Ad authoritatem Auer. dico ꝙ largius locutus eſt. ¶ Pro quo debes ſcire ꝙ eſſe quoddam eſt eſſe ſimpliciter, & tale eſt eſſe exiſtentiæ, & eſt effectus formæ & non materię: aliud eſt eſſe receptionis. Vnde ꝙ recipiat habet ex ſui ratione, ſed ꝙ ſignatè recipiat, & cum extenſione, tale eſſe eſt eſſe ſecundum quid. & hoc eſſe habet materia apud ipſum merito dimēſionum interminatarum, & ideo omnes formæ eductæ de potentia materiæ apud ipſum dicuntūr conſtitutæ in eſſe per ſubiectum, & loquitur de tali eſſe receptionis ſignatæ. Vnde Commen. 3. de anima. commē. 5. & comen. 28. materia non eſt cauſa receptionis ſimpliciter, ſed receptionis ſignatæ & tranſmutabilis. Et hoc idē confirmat Auicen. in. 9. primæ philoſophiæ. cap. 4. eſſe materiæ eſt eſſe receptibile tantum, nec eſt cauſa eſſendi aliquid niſi ſecundum uiam receptionis. Et hoc uoluit dicere Commen. 1. phyſi. commen. 70. ubi declarans quomodo materia eſt cauſa formæ, inquit: Quoniam ſubiectum ſuſtentat formam ſecundum ꝙ forma non poteſt eſſe ſine ſubiecto. & ſic gloſo dictum Diui Thomæ, ꝙ materia non eſt cauſa formæ niſi inquantum recipit formam, recipere autem formam non eſt dare aliquod eſſe formæ, ut patet intelligenti. Ad aliud dico ꝙ illa propoſitio locum non habet in cauſa materiali, præcipuè in prima materia, quia ut allegatum eſt per Themiſt. & per Auer. materia cùm fuerit non ſequitur rem eſſe. 7. metaphy. commen. 35. Ad aliud, non ſequitur abſq; materia non poteſt eſſe formam igitur materia eſt cauſa eſſendi formæ, quia ſine aere non poteſt eſſe & uiuere homo, & ſine unione materię cum forma non poteſt eſſe compoſitum: non tamen dicimus aerē dare eſſe homini, nec unionem dare eſſe compoſito, quia unio eſt relatio & accidens quoddā. Ex hoc igitur nil aliud ſequitur niſi ꝙ forma materialis dependet à materia tanq; à ſubiecto & receptiuo, & quantum ad eſſe extenſum, qđ ſibi competit merito dimenſionum indeterminatarum, cū impoſſibile ſit materiam à magnitudine ſeparari primo de generatione & corruptione. tex. com. 32. Licet igitur materia ſit cauſa compoſiti, & ſit pars eſſentialis eius, totum tamen eſſe compoſitum quod à forma habet.

*Scotus 11. met. q. 1. & Ant. And. ibidem.*

Scientiæ certæ diſpoſitio inuenit̄ in rebus habentibus quaſdam cauſas, ſicut inuenitur in habentibus omnes cauſas. 1. phyſi. commen. 1. Vide in contratradictionibus in eodem commen. quomodo ſit intelligendum hoc.

Scientia concedit ſuum ſubiectum eſſe, aut quia eſt notum per ſe aut quia ſumitur ex alia ſcientia. 1. phy. commen. ultimo. & 2. phyſi. 22. & 26. & 12. meta. com. 5. & 2. de anima. 27. & 19. ubi etiam loquitur de partibus ſubiectiuis. 6. meta. commen. 1. 3. cœli. com. 4.

Scientia ſiue uniuerſalis ſiue particularis fuerit, non poteſt aliquo genere demonſtrationis demōſtrare ſuum ſubiectū eſſe. 2. phy. com. 26. & 1. phyſic. com ultimo.

Scientia naturalis conſiderat de eſſe formarum quouſque perueniat ad ultimam formarum materialium, & primā abſtractorum, aut formas formarum quæ ſunt mediæ inter illas, ut eſt forma hominis ultima. 2. phyſi. com. 26. ubi patet animam intellectiuam eſſe naturalis cōſiderationis. idem. 3. de anima. com. 17.

Scientiæ naturalis intereſt de omnibus quæ rebus naturalibus inſunt, uel de his quæ uidentur in eſſe quamuis non inſint, diſſerere. Simplicius in prologo phyſi. quod ideo dicitur propter uacuum & infinitum.

Scientia diuina quare metaphyſica dicatur, uide Auer. in paraphraſi metaphy. tractatu primo, cap. primo, & Simplicium in prologo primi phyſi.

Scientia naturalis res à materia abiūctas cōſiderat, & ideo naturalis nuncupatur, quia circa tales res natura conſiſtere uidetur. Simplicius in prologo primi phyſi.

Scientia diuina non ſolum conſiderat de rebus abſtractis tantum, uerùm etiam de rebus exiſtentibus ſecundum ꝙ exiſtunt. 2. phyſico. com. 71. Vide in concordantijs.

Scientiarum modi ſunt tres. ibidem. com. 71.

Scientia naturalis conſiderat de quantitatibus ſecūdum ꝙ ſunt fines corporis naturalis. 3. phy. commen. 24. & 2. phy. 18. & 1. cœli. commen. 1. & 3. cœli. commen. 5.

Scientia erit perfectior quando creſcunt cauſæ cum ſcientia. 4. phyſico. commen. 119.

Sciens maximè ad aliquid dicitur. 7. phy. tex. com. 20.

Scientia & cognitio dignius uidentur eſſe de captiulo ad ali

quid quàm de qualitate. 7. phy. commen. 20.

Scientia quæ acquiritur in principio, non dicimus ꝙ ſi generata in ſe, ſed generatio eius in ſciẽte eſt ſecundum relationẽ, ſicut lux generatur in ſpeculo ferri terſi. 7. phy. cõ. 10.

Scientia contrariorum uidetur eſſe una. 8. phy. tex. com. 8.

Scientiæ uoluntariæ & artes mechanicę omnes utuntur motu; & cùm motus deſtruitur, deſtruuntur omnia iſta. octauo phyſi. tex. commen. 22.

Sciens quando non utitur ſua ſcientia, alio modo eſt in potẽtia ab illo qui non habet ſcientiam. 8. phyſi. tex commen. 32. idem. 2. de anima. tex. commen. 10. &. 25.

Scire aliquid cum ſua cauſa eſt perfectius, quàm ſcire ſecundum ſenſum tantum. 8. phyſi. commen. 65. Senſus eſt, ꝙ licet aliquid ante demonſtrationem cognoſcatur per ſenſum quo ad qa eſt, ſi p demonſtrationẽ fuerit cognitũ quo ad ꝓpter quid, tunc illa ſciẽtia & cognitio erit certior illa priore quæ erat per ſenſum: & illa appellatur ab Arabibus demonſtratio cauſę tantum, & eſt exemplum ſatis accommodatum ibi, ut poteris uidere.

Scientia naturalis, ut plurimum circa corpora & magnitudines & paſſiones eorum uerſatur. primo cœli & mundi. tex. commen. primi.

Scientia libri de cœlo eſt primus liber philoſophiæ naturalis, in quo loqtur de rebus ſenſibilibus in particulari, quia in libro phyſi. egit de uniuerſalioribus. Commen. in com. magno. com. 1. & idem aſſeuerat in paraphraſi. cap. primo. in ſumma prima.

Scientia modorum corporum naturalium & conſequẽtium eorum, non completur niſi per cognitionem ſuarum cauſarum. primo cœli. commen. 1. idem. 1. phyſi. tex. commẽ. primi. & ex primo poſterio. ex diffinitione ſcire.

Scientia de rebus cœleſtibus eſt ualde difficilis propter cauſarum paucitatem, & cauſa huius eſt remotio earum à nobis, & diuerſitas illarum rerum in nobilitate à cæteris rebus. 2. cœli. tex. commen. 60.

Scientiam eſſe eſt ſubiectum logicæ, & diuinus debet contradicere eis qui negant ſcientiam eſſe. 3. cœli commen. 4. Ex illo loco patet quãtum hallucinentur pleriq; ex Latinis expoſitoribus, uolentibus Ariſt. in prooemio primi poſteriorum analyticorum probare ſcire eſſe, & diſputare contra antiquos negantes ſcientiam eſſe, aut ſcientiam fieri de nouo.

Scientia diminuta. i. ſubalternans reſpectu omnium conſideratorum in ſcientia ſubalternata, quam Ariſt. nominat ex additione in illis quorum dicit, propter quid, ſic ſe habet, quod quo ad talia quæcunq; inconuenientia contingant in ſcientia ſuperiori ſeu ſubalternante, eadem contingunt ſciẽtiæ ſubalternatæ; ſi uerò in ſcientia ſuperiori conſiderantur aliqua quæ non ſunt cauſæ quorundam in ſcientia ſubalternata, quo ad talia non oportet ꝙ quæcunq; impoſſibilia contingunt ſcientiæ ſubalternanti, eadem contingant ſcientiæ ſubalternatæ. Limitatio eſt Auer. 3. cœli. commẽ. 6. ſuper illa propoſitione textus, ꝙ quæcunq; inconuenientia cõtingunt mathematicis cõtingunt naturalibus, qa mathematica dicunẽ ex ablatione, & naturalia ex appoſitione.

Sciẽtia libri de cœlo in duobus primis lib. de quinto corpore tractat, ſed in duobus ultimis de alijs corporibus ſimplicibus grauitatem & leuitatem habentibus. 3. cœli Commen. in paraphraſi, in ſumma prima.

Scientiæ factiuæ finis opus eſt, naturalis autem quod uidetur ſecundum ſenſum principaliter. 3. cœli. tex. com. 61.

Scientia de anima ſuperat omnes alias ſcientias præter ſciẽtiam diuinam in his duobus, uidelicet in certitudine demõſtrationis, & in nobilitate ſubiecti. 1. de anima. commen. 1. Vbi Themiſt. declarans quomodo conſtantia demonſtrãdi cæteras ſcientias præcedit, inquit: Ea ratione, quia aliæ ſcientiæ ab hac ſcientia ſuam conſtantiam & certitudinẽ reponunt, licet Alexan. aliter locum iſtum interpretetur, ut dixi ibi.

Scientia de anima iuuat alias ſcientias triplici iuuamento. primo de anima. commen. 2.

Scientia moralis ſumit ultimum finem hominis in eo ꝙ eſt homo, & ſubſtantiã ſui quæ ſit ex ſcientia de anima. ibidẽ.

Scientia de anima & ſcientia mathematica conſiderant res quodammodo in materia exiſtentes, & quodammodo abſtractas. Simplicius in libro. phy. in principio, & Philoponus authoritate Hammonij in principio lib. de anima. Sed ſecundum uiam Auerrois hoc uerificari poteſt ſpecialiter in ſcientia de anima, quo ad illam partem quæ agit de intellectu materiali, qui ex ſententia Ariſt. quodammodo eſt coniunctus materę, & quodammodo eſt ſeparatus. Nam ſecundum eſſentiam eſt abſtractus, ſed ſecundum operationẽ eſt coniunctus, qa nihil intelligit ſine imaginatione, ſicut notat ipſe in. 1. de anima. com. 12. &. 13. expreſſe etc.

Scientia diuina ſumit à ſcientia de anima ſubſtantiam ſui ſubiecti. ibidem. & idem habetur. 3. de anima. commẽ. 5. in ſolutione quæſtionis. 3. &. 12. metaphyſi. commen. 36. &. 2. cœli. commen. 61.

Scientiæ in hoc differũt, quia in quibuſdam ea quæ ſunt magis nota apud nos, ſunt cauſæ, ut in mathematicis: in quibuſdam uerò eſt è contrario, ut in his quæ continentur in ſcientia naturali in quibuſdam. 1. de anima. commen. 10. et 7. meta. tex. com. 10. &. 1. phyſi. tex. commen. 2.

Scientia de anima eſt neceſſaria in ſciendo primam philoſophiam. 3. de anima. com. 5. in ſolu. quæſtionis. 3.

Scientia exiſtens in nobis per intellectum adeptum æquiuocè, dicitur cum ſcientia exiſtente in nobis per naturam & diſciplinam. 3. de anima. commen. 20. idem. 9. primæ philoſophiæ. commen. ultimo.

Scientia ſomnialis eſt modus dationis largè nobilis, & attribuitur principio nobiliori. ſ. principio uoluntatis: immò eſt à re diuina, & ex perfecta ſolicitudine circa hominem. ex libro de ſomno & uigi. Commen.

Scientiæ Dei quæ ſemper eſt in actu & in abſtractis ſubſtãtijs, non opponitur ignorantia, & ideo non accidit ſibi triſtitia propter defectum comprehenſionis. 12. metaphyſi. commen. 39. authoritate Alexan. Collige igitur ignorantiam opponi ſcientiæ noſtræ quæ eſt in potentia, quia intellectus noſter quandoq; in potentia intelligit & quandoq; in actu.

Scientia Dei excelſi comparatur primæ philoſophiæ, & ſciẽtiæ aliarum intelligentiarum ſunt ſimiles ſcientijs particularibus, quæ ſunt ſub prima philoſophia, ut dixit Nicolaus peripateticus. 12. metaph. commen. 44.

Scientiæ non ſolum ſunt ſubſtantiarum, ſed etiam aliorum. 1. metaphi. tex. commen. 19.

Scientia æquiuocè dicitur de ſcientia Dei & de ſcientia noſtra, quia ſciẽtia Dei eſt cauſa entis, & ens eſt cauſa noſtræ ſcientiæ. 12. meta. commen. 51. & in libro deſtructio. in diſputa. 10. in ſolutione. 3. dubij.

Scientia Dei non eſt uniuerſalis neq; particularis. 12. meta. com. 51. & in lib. deſtru. diſpu. 12. in ſolu. ſecundi dub. & diſputa. 6. in ſolutione ſecundi & tertij dubij.

Scire in uniuerſali eſt in potentia, cum uniuerſale non eſt niſi ſcientia rerum particularium. 12. metaphyſi. commen. 51. &. 3. de anima. commen. 19.

Scientia & ſcibile ſecundum Philoſophos differunt, quia ſcibile eſt in materia, & ſcientia in anima, ut declaratum eſt in. 3. de anima. ex lib. deſtru. diſpu. 3. in ſolu. 13. dubij.

Scientia diuina non habet propoſitiones de quibus intellectus communis poſſit contentari, & ideo quando uulgo huiuſmodi propoſitiones proponuntur, exiſtimantur errores & ſomnia. Nam ſi in mathematicis quando intellectu uulgarium proponuntur apparent ſomnia, ut eſt ſolis magnitudo, quantò magis eſt de rebus diuinis? ex libro deſtructionum diſpu. 3. in ſolutio. 18. dub.

Scientia diuina Philoſophorum ſecundum Algazelem eſt phantaſia, intantum enim homines decipit ꝙ multi opinati ſunt, ꝙ Philoſophia eſt ſcientiarum debilior. ex libro deſtructio. diſputatione. 3. in ſolu. 18. dub. idem ibidem in ſolutione. 24. dicit: Vnde dicimus ꝙ merito Algazel dixit in pluribus ſuis libris, ꝙ diuina ſcientia Philoſophorum



quaſi poteſt phãtaſia reputari, & hoc dicit propter opiniones Auicen. & Alpharabij & ſequacium.

Scientia Dei non habet numerationem ex parte ſcibiliũ eo modo, quo ſcientia humana, in qua duplex. inuenitur numeratio, & ex parte phantaſmatum, & ex parte uniuerſalis intentionis in qua intelligibilia continentur, ut ſpecies in uno genere: ſed numeratio intelligibilium in ſciẽtia diuina comprehenſorum, eſt quale uidetur intellectu impoſſibile eſſe comprehendere. ex diſpu. 6. in ſolutio. 3. dub.

Scientia humana non poteſt comprehendere infinitum in actu, quia comprehenſibilia apud nos ſeparantur abinuicem, ſed ſi qua eſt ſcientia in qua omnia ſcibilia uniri poſſunt, finitum & infinitum in ea ſunt eiuſdem intentionis. ex libro deſtru. diſpu. 6. in ſolu. 3. dub.

Scientia Dei & ſi neq; uniuerſalis ſit, neq; particularis, quia tamen ſcientia in nobis quæ particularis eſt in actu, ideo ſcientia Dei magis eſt propinqua ſcientiæ particulari quã uniuerſali. ibidem.

Scientia qua ſcit aliquis rem, utrum ſciatur per denominationem additam ſupra primam, & ſic in infinitum, puta quando nos ſcimus rem, & poſtea ſcimus nos ſcire illam rem. require in libro deſtruc. in diſputatio. 6. in ſolutio. 4. dub, ubi ex ſolutione colligitur ꝙ ſciens aliquam rem ſcit ſe ſcire illam. Nam ſi ſciendo rem ignoraret ſe illam ſcire, ſic proceſſus eſſet in infinitum: unde non eſt alius actus ſecundum rem. Et iſta eſt mens ipſius, quicquid alij dixerint ſuper hoc.

Scientia multiplicatur ex multiplicatione ſpecierum, & ideo Philoſophi dicunt, ꝙ ſcientia Dei non eſt uniuerſalis, neq; particularis. ex diſputatione. 12. in ſolu. ſecundi dub.

Scientia noſtra dependet ab ente inquantum res adæquatur ad intellectum, ſed ſcientię Dei habitudo ad ens eſt nobilior iſta. ex diſpu. 12. in ſolu. ſecundi dub.

Scientia de iudicijs ſtellarum circa futura, & phyſionomia, ſunt ſpecies diuinationis: ſed una eſt circa futura, alia circa præſentia. ex diſputationibus phyſicis in prima diſputa. in ſolu. 1. dubij.

Scientia interpretationis ſomniorum eſt ſpecies diuinationis, & hoc genus ſcientiarum non eſt ſpeculatiuum, neque factiuum, licet exiſtimetur ꝙ ex eo proueniat utilitas in opere. ibidem.

Scientia de imaginibus eſt falſa, quoniam & ſi cõceſſerimus ꝙ ſitus ſtellarum faciat impreſſiones in rebus quæ fiunt hîc, impoſſibile eſt ut illa impreſſio ſit niſi in re facta: non autem poſſibile eſt ut impreſſio illius rei tranſeat ad aliam rem extra eam. ibidem.

Scientiæ præſtigiationis ſunt ſcientiæ quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, et non habent introitum in artibus ſpeculatiuis. ibidem.

Scientia naturalis plus ferè apparet in materia uiliori quã in aliqua alia uiliori. Difficilius enim introducitur generatio in materia imperfecta, & hoc etiam in artificialibus apparet; cũ nobilitas artificis eiusq; perſpicacitas plus polleat in materia impaſſibiliori quàm in ea quæ facilius & amplius recipit. Commen. in fine primi de partibus animalium, & nota ꝙ iſta fuit ſententia Them. ex ſententia Commenta. 12. meta. com. 18. ubi loquitur de genitis ex materia putri. Colligitur tamen ex ſententia magiſtri in. 1. de partibus, cap. ulti. ubi dicit: Quamobrem uiliorum animalium diſputationem perfectionemq; faſtidio puerili quodam ſpreuiſſime tuliſſeq;, mole dignum nequaquam eſt, cum nulla res ſit naturæ, in qua non mirandum aliquid iudicium habeatur.

Scientia diuina nõ largitur de cauſis niſi formam & finem, & aliquo modo agens, uidelicet non eo modo quo dicitur agens in rebus tranſmutabilibus, quia conditio agentis in hoc loco non eſt ꝙ præcedat paſſum præceſſione temporali, ſicut fit in rebus naturalibus. Auer. in paraphraſi metaphyſi. tracta. 1. cap. 1. ubi patet ꝙ genus agentis negauit Auerroes in rebus æternis. idem habet in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis.

Scientia naturali ſicut in ea reducuntur omnes cauſæ cuiuſcunq; rei ratione naturæ & rerum naturalium, ſic in ſcientia diuina reducuntur entium cauſæ inquantum entia ratione diuinitatis & rerum diuinarum, quæ ſunt entia non exiſtentia in materia. Auer. in epitomate meta trac. 1. cap. idem. 6. primæ philoſophiæ. com. 2. Inde colliget quæ ſit ratio formalis ſubiecti naturalis philoſophiæ, & quæ ſcientiæ diuinæ.

Scientia naturalis conſiderat duas cauſas ultimas tantum. ſ. materiam & mouens, ſed ſcientia diuina cauſam formalẽ & finalem & agentem, quia differentia eſt inter agens & mouens, quia mouens dat mobili motum tantum, ſed agẽs dat formam propter quam ſit motus. Auer. in epitomate meta. tracta. 1. cap. 1. hinc intelligere poteris quomodo intelligitur dictum eius in primo phyſic. com. 1. ubi habet ꝙ diuina ſcientia conſiderat tria genera cauſarum. Vbi aduerte ꝙ intelligentia ut dat motum cœlo, & dicitur anima eius, conſideratur à naturali, ut patet. 2. cœli. com. 3. ſed ut dat ſibi formam. i. eſſentiam, quia eſſentia orbis, quã formam Commen. appellat in hoc epitomate, eſt cauſata ab æterno in genere cauſæ efficiẽtis non tempore, ſed natura ſolum orbem præcedens: & ſic dicitur cauſa agens ipſius, & iſto modo conſideratur à diuino, & iſta eſt ſententia eius hîc, & etiam infrà in tracta. 4. ubi oſtendit quomodo intelligẽtia habet triplex genus cauſalitatis. Dicit enim Commen. in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, ꝙ licet in orbis in ſe contrarium non habeat per quod corrumpi poteſt, habet tamen finitatem à ſuperficie continente ipſum, & omne tale indiget uirtute largiente in ſua ſubſtantia permanẽtiam ſempiternam, ſicut indiget uirtute largiente ſibi motum ſempiternum ut cœlũ. Igitur cauſatur ab intelligentia quo ad motum dependet ab ipſa ut à mouente, ſed ut eſt cauſatum quo ad ſui ſubſtantiam dependet, ut ab agente, primo modo à naturali, ſecundo modo à diuino, & iſta eſt uia eius ſine dubio.

Scientia & ſenſus mẽſurantur magis quàm menſurent. 10. metaphyſi. tex. commen. 5.

Scientia eſt in qualitate & ſcitum in ſubſtãtia. 10. metaphy. commento. 22. ubi Commen. in commen. dicit ꝙ ſtat ꝙ unum relatiuum ſit in uno genere, & ſuum correlatiuum erit in alio. Et nota, ut ibi dicitur, quòd habet ueritatem de relatiuis quæ ſunt per aliud, fallit autem in relatiuis quæ ſunt per ſe relatiua.

Scire quidditates entium quæ multipliciter dicũtur eſt multum difficile, quia appropinquant ei quod non habet unã naturam, & huiuſmodi diffinitiones difficilè inueſtigantur per regulas dantes diffinitiones quæ ſunt, diuiſio, & cõpoſitio, & demonſtratio. 4. phyſi. commen. 2.

Scientiæ omnes duobus modis principium ſumunt, aut rebus per ſe motis, aut ab alia ſcientia. 7. colliget. ulti. cap.

Sciſſibilia ſunt illa quæ diuiduntur ſecundum longitudinẽ. 4. meteoro. & cauſa in hoc eſt, ut ibidem dicitur, cauſa poſitionis filiorum ſeu uillorum, & eſt in tex. com. 47.

Scrofa cùm peperit, primam mammam porco, qui primus in lucem prodijt, præbet. 6. de natura anima. cap. 18.

Scrofis proprium eſt primas mammas primis porcis genitis tribuere. Ariſtote. 4. de partibus animalium. cap. 9. & Auer. ibidem. in cap. de pectore.

Scrotum appellatur teſtium conceptaculum. 3. de natura animalium. cap. primo.

Secundum differt ab eo ꝙ eſt per accidens, quia ſecundum eſt terminatum quoquo modo, ſed illud quod eſt per accidens eſt infinitum. 1. phyſi. commen. 44.

Secundum quod, & cauſa, pariter exiſtunt. 5. meta. tex. com. 23. Vbi colligitur ꝙ nota reduplicationis poteſt reduplicare quodlibet genus cauſæ, contra uulgares aſſerentes ꝙ non reduplicat niſi genus cauſæ formalis tantum.

Seculum cœli eſt terminans eſſe uniuſcuiuſque rei quam cõtinet cœlum, ſicut ſeculum uniuſcuiuſque rei eſt ſuum eſſe terminans omnes partes eius: ſeculum uerò primæ cauſæ eſt ſuum eſſe terminans eſſe omnium entium, quamuis

non ſit in tempore. primo cœli. commen. 100. Ex quo patet dari triplex ſeculum, idem etiam notauit Simplicius in eodem loco.
Semen in uegetabilibus, ſperma autem in uniuerſalibus eſt primo phyſi. commem. 62.
Semper eſt aliquid quod ſubijcitur ex quo ſit quod ſit. 1. phy. tex commen. 62. & in. 1. cap. de ſubſtantia orbis.
Semper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens. tertio phyſi. tex. commen. 17.
Sempiterna ſunt priora ſecundum ſubſtantiam corruptibilibus. 9. meta. tex. commen. 17.
Sempiternum nullum eſt in potentia. ibidem.
Sempiterna carent labore, quia cauſa laboris eſt materia quæ eſt ſubſtantia in potentia & non in actu. 9. meta. tex. commen. 17. Ex quo patet q; nulla forma abſtracta à materia eſt fatigabilis, & per oppoſitum quælibet forma exiſtens in materia fatigatur.
Sempiterna non habent malum, neq; peccatum, neq; eſt in eis corruptio: etenim corruptio malorum eſt. 9. metaphy. tex. commen. 19.
Sempiterna carent uiolentia & diſpoſitione præter quam naturali. 5. metaphy. tex. commen. 6.
Senſus accidit dormientibus animalibus non modò quæ ſomnia uocantur, ſed etiam præter ſomnia, ut his qui dormientes reſurgunt, & quidem plura quàm agunt ſine ſomnio: ſunt enim qui dormientes reſurgant & ambulent. ex 5. de generatione animalium. cap. 1.
Senſibili recedente à ſenſibus noſtris ſtatim certitudo ſui omnis mutatur in exiſtimationẽ abſq; eo q; in nobis accidit error. 9. meta. com 22. idem. 7. meta. tex. com. 53.
Senſibilibus recedentibus à ſenſu non eſt de eis certitudo, ſed opinio. 7. meta. tex. commen. 53. ubi Commẽ. dicit, q; dum recedunt à ſenſu poſſunt corrumpi: & tunc nõ remanebit exiſtimatio: & ideo ſingularia non habent diffinitionem, neq; demonſtrationem, quia poſtquam recedunt à ſenſu, non habent niſi exiſtimationem.
Senſibilium principia ſi acciderit, ut in metaphyſica quærãtur, hoc erit inquantum entia non inquantum ſenſibilia. 4. metaphyſi. commen. 1. idem. 6. metaphy. tex. commẽ. primi, & in. 12. metaphy. commen. 1. 5. & 6. & 7. metaphyſi. commen. 5. & 9.
Senſus non eſt ſuimet, ſed eſt alterum præter ſenſum quod natura prius eſt ſenſu: mouens enim eſt natura prius mouens. 4. metaphy. tex commen. 25.
Senſibile eſt relatiuum, quia nullam habet naturam niſi relatiuam. Nota tamen q; hoc eſt ad hominem, loquitur. n. ex intentione antiquorum ibi, ut patet.
Senſus eſt in capitulo relationis, & ideo ſi eſſent ſenſus æterni, eſſent animalia æterna. 3. metaphyſi. commen. 7. uidè 5. metaphyſi. commen. 20.
Senſibilia omnia ad ſenſum iudicamus. 4. meteoro. cõ. 30.
Senſus præter utilitatem propter ſeipſos diligũtur. ex proœmio metaphyſicæ.
Senſus uiſus præ omnibus maximè, ut ita dicam diligitur, quia multas rerum differentias demonſtrat, & maximè hic ſenſuum nos cognoſcere facit. ibidem.
Senſibilia quædam non ſunt tranſmutabilia eſſentialiter, ſed permanentia, ſcilicet forma, & quædam ſemper ſunt tranſmutabilia, ſcilicet materia. 1. metaphyſi. commen. 6. Vide conſimile primo de generatione & corruptione. tex. commen. 35. & 36. & commen. 38.
Senſoriorum omnium meatus tendit ad cor. Ariſto. in. 5. de generatione animalium. cap. 2. in lib. de ſenſu & ſenſato.
Senſibilia habent duos modos comprehenſionis, modum qui non eſt ſcientia eorum, ſed imaginatio, & modum qui eſt ſcientia eorum, & ſunt intellecta uniuerſalia. 1. meta. commen. 27. iuxta illud Boetij: Singulare eſt dum ſentitur, & uniuerſale eſt dum intelligitur.
Senſibilia ſunt in triplici differentia, quædam enim ſunt quæ præciſè iudicãtur eſſe uera, & quædam ſunt quæ præciſe iudicantur eſſe falſa, licet ſentiantur, ut apparet in deceptionibus uiſus: & quædam ſunt ignota, donec ſurgat demõſtratio, ſicut apparet de paruitate ſolis. 8. phy. com. 26.
Senſus quotiens agit in ſenſile. i. quotiens ſenſus in actu eſt, & incumbit in ſenſile totiens quoq; in idem ſenſile imaginationem moueri, neq; enim digredientibus, aut ſublatis rebus imaginationem tueri, & cuſtodire ueſtigia earũ poſſet, niſi cognoſceret & perciperet ea quorũ ſibi cuſtodia eſſet concredita. Themiſt. in. 3. de anima, ſecũdum eius deciſionem & diuiſionem Græcorum, cap. 15. & ſecundum Latinos ẽ in. 2. de anima in expoſitione tex. 159. ¶ Ibi duo collige, unum q; ſi ſenſus aduertat & cognoſci obiectum, ſenſus interior non percipiat actum illius ſenſus, ut qui tenet oculos apertos uidet, ſed non percipit ſe uidere, quia eſt diſtractus: dicendum eſt, q; ſi uidet etiam ſenſus percipit ipſum uidere: quia ſi nullo modo perciperet, nec ſenſus exterior percipit ullo modo. Secundum eſt contra Arabes, qui uolunt aliam eſſe uirtutẽ reſeruatiuã, & aliã cognitiuã.
Senſibile quandoque ſumitur pro tangibili, ut primo cœli. tex. commen. 68. ſecundum expoſitionem Auer. & 2. de generatione & corruptio. tex. com. 7. Quandoq; pro naturali ſeu mobili, ut in prologo primi phyſico. Commen. inquit, q; res ſenſibiles ſunt ſubiecta iſtius artis, quandoque pro obiecto ſenſus, ſicut intelligibile pro obiecto intellectus, ut. 3. de anima plerunq;.
Senſibile nullum eſt non ens in loco. 1. cœli. tex. com. 69.
Senſus fortes ſunt illi qui comprehendunt minimum eorũ quæ ſunt poſſibilia, ut comprehendantur ex ſpacijs ex quibus ſperatur uiſio. 1. cœli. commen. 117. De tali ſenſuum fortitudine, uide Ariſt. in. 5. de generatio. anima. cap. 2.
Senſus exiſtente erit phãtaſia & appetitus, quia ubi eſt ſenſus, erit lætitia & triſtitia, ubi autem hæc, ex neceſſitate deſiderium erit. 2. de anima. tex. com. 20. & tex. com. 27.
Senſus eſt de uirtutibus paſſiuis. 2. de anima. tex. com. 51. & 52. 59. & 60. idem. 3. de anima. com. 18. authoritate Alexan. & 7. phy. commen. 12. Vide in concordantijs.
Senſus communis cuius eſſe demonſtratum eſt in libro de anima, eſt primo & principaliter in corde ſecundum Ariſtot. & Gale. dixit q; eſt in cerebro. 2. colliget. cap. 11.
Senſus eſt duobus modis, in potentia uidelicet, & in actu. 2. de anima. tex. commen. 53. & 138. & 139.
Senſus prima perfectio fit ab intelligentia agente ut declaratur in libro de animalibus. 2. de anima. commen. 59. idẽ 7. metaphy com. 31. & 12. meta. commen. 18. Vbi per intelligentiam agentem intelligit uirtutem informatiuã, quæ ut remoratur ab intelligentia non errante producit animatum. uide in. 2. de generatione animalium. cap. 3.
Senſibile dicitur tripliciter. 2. de anima. tex. com. 63.
Senſibile proprium eſt quod non contingit, altero ſenſu ſentiri, & circa quod non contingit errare. 2. de anima. tex. cõmen. 63. ubi Commen. gloſat hoc habere ueritatem in maiori parte. Themiſt. autem apponit tres conditiones, quas etiam uidetur inuenire Commenta. in. 4. metaphyſi. in commen. 26. in calce commenti.
Senſus non ſentiunt ſenes organa ſua, & uide cauſam. 2. de anima. tex. com. 52. & Alexã. in paraphraſi de anima. cap. de intellꝰu in actu dicit q; ſenſus in actu nõ ſentit ſeipſum.
Senſoria quædam ſimplicibus elementis conſtant, ut uiſus, auditus, & olfactus: quædam uerò ex omnibus, ut tactus & guſtus. 2. de anima. tex. com. 130. uide Themiſt. ibi, & Simplicium quomodo ſit intelligendum hoc.
Senſus non decipitur circa ſenſibile proprium. quarto metaphyſi. tex. commen. 24.
Senſus ſinguli cognoſcunt ſuorum ſenſilium priuationes, ut oculus tenebras. Themiſt. 2. de anima. & habetur in tex. ibidem. 71. ſed præſentium ſenſibilis p ſe, abſentiam uerò & priuationem per accidens percipiunt, ut teſtatur idem Themiſtius. 2. de anima. cap. 23.
Senſus non comprehendunt eſſentias rerum, ſicut quidam exiſtimauerunt, ſed hoc eſt alterius potentiæ quæ dicitur intellectus. 2. de anima. commen. 63.
Senſus hominis comprehendunt indiuiduales decem prædicamentorum.



camẽtorum. ibidem. & 3. de anima. 6. 20. & 33. cõmentis.
Senſibilia communia ſunt, motus, quies, numerus, figura, magnitudo. 2. de anima. tex. commen. 64.
Senſus non decipitur circa ſenſibile proprium tribus conditionibus concurrentibus, q; organum non ſit læſum, q; non ſit perturbatum membrum, & q; ſit debita diſtantia. Themi. in. 2. de anima. cap. 21. & eſt in expoſitione tex. 63. Vide tamen Alexan. in ſua abbreuiatione de anima. cap. 12. ubi arguit quæ ſint ſenſibilia per ſe, & quę per accidẽs, ubi ſic ſcribit: In proprijs autem ſenſibilibus ſenſus potiſſimè ueri ſunt, ubi ſenſibus ea ſeruantur illæſa, quibus cũ ſenſibilia ſenſu innata ſunt. ubi ponit quinque conditiones, & tu uide.
Senſus quilibet ſuſceptiuus eſt ſpecierum ſine materia, ut cera annuli ſine ferro & auro recipit figuram. 2. de anima. tex. commen. 121. & tex. commen. 138.
Senſus recipit ſpecies ſine materia, ſicut cera non aurum ab annulo recipit, ſed imaginem, licet differentia ſit quia ſenſus quum ſpecies recipit, non fit materia earum, neq; corporea adactione ſignatur, ut cera, neq; ſculpitur ſuperficie tenus, ſed effigies illas foris illapſas intra ſe totum admittit altè condendas. Themiſt. 2. de anima. cap. 20. in fine. uide etiam Alexan. in paraphraſi de anima. cap. de ſenſu cõmuni. ubi probatur liquidò patere ſenſum recipere ſine materia, quia uiſus non albeſcit, neq; nigreſcit. Vide clarius de hoc Themiſt. in libro primo de memoria & reminiſcentia. cap. 11. & Alexandrum. in. 2. de anima. in cap. de phantaſia, à quo uerbótenus aſſumpſit. uide etiam Themiſt. 2. de anima. cap. 22. in tex. 68. ubi dicit: Quemadmodum in cælatura annuli & ſigillum in ceram, nam cera nõ in profundo, ſed in ſuperficie fingitur, aer uerò & oculus intra ſe totum recipit.
Senſitiuæ uirtutes ordinatæ fuerunt ab Ariſt. ſecundum nobilitatem & non ſecundum naturam, & ideo prius pertractauit de uiſu, deinde de auditu, deinde odoratu. 2. de anima. commen. 77. Auicen. autem in. 6. naturalium ordinauit iſtas uirtutes ſecundum naturam, unde prius egit de tactu, deinde de guſtu, deinde de olafactu, deinde de auditu, & poſtremò de uiſu. Vbi collige q; ordo doctrinæ quandoq; ſequitur ordinem naturæ, & quandoq; ordinem nobilitatis & perfectionis.
Senſibile poſitum ſupra ſenſorium nõ cauſat ſenſationem. 2. de anima. tex. commen. 98. & 75.
Senſuum omnia inſtrumenta, ut eſt declaratum in naturali philoſophia, ſunt uacua à ſenſibilitate ſuarum apprehenſionum, quia in rebus naturalibus recipiens non recipit ſuũ ſimile. 3. colliget. cap. 35.
Senſus quilibet unius contrarietatis eſſe uidetur, ut uiſus albi & nigri, auditus grauis & acuti, guſtus amari & dulcis. 2. de anima. tex. commen. 107.
Senſus idem habet idem inſtrumentum. 2. de anima. com. 112. & 107. & 3. de anima. com. 50.
Sentire eſt quoddam pati. 2. de anima. tex. com. 118.
Senſus aliter patitur quàm inanimata, uide in. 2. de anima. Themiſt. pulchrè. cap. 42. & 44.
Senſibilium ſpecies remanent in abſentia, ſenſibilia in ſenſu per aliquam moram. Themiſt. 2. de anima. cap. 44. idem habet præfatus expoſitor ibidem. ſuper tex. commen. 138. et eſt in. 3. de anima. in Themiſtio. cap. 4. Vide etiam Themiſtium in commen. libri de inſomnijs cap. 8. & 9.
Senſibilia in anima ſunt intentiones & comprehenſiones, ſed extra animam non ſunt comprehenſiones, neq; intentiones, ſed res materiales non comprehenſæ omnino. 2. de anima. commen. 121. idem. 12. metaphy. com. 14. 23. & 36. conſimile de intellectu. 3. de anima. commen. 38.
Senſibilium excellentiæ corrumpunt ſenſitiua. ſecundo de anima. tex. com. 123.
Senſuum ſecundum opinionem Ariſt. quidam ſunt in capitulo relationis, quidam uerò in capitulo actionis & paſſionis per ſe, & accidit illis relatio. 2. de anima. com. 125. et 126. & 140. & 143.
Si ſenſus aliquis nobis deficeret, oporteret aliquod organũ nobis deeſſe. 2. de anima. tex. com. 128.
Senſus alius præter quinque non eſt. 2. de anima. tex. com. 128. uſq; ad. 136. ¶ Et aduerte q; Ariſt. adducit tres demõſtrationes, quarum prima eſt à medijs, ſecunda eſt ab inſtrumentis, & cauſa data in iſtis demonſtrationibus eſt quaſi materialis; tertia uero eſt a ſenſibilibus, & iſta demõſtratio eſt magis firma illis duabus, cum cauſa accepta in ea ſit finalis, ut notat Commen. in. 2. de anima. commen. 129. Vbi collige demonſtrationes datas per cauſas finales eſſe certiores demonſtrationibus datis per materiam, uide etiam in. 3. metaphy. com. 3.
Senſibile per accidens non mouet ſenſum, neq; formam ſuam imprimit. 2. de anima. tex. commen. 134.
Senſibile per accidens eſt duobus modis. ibidem.
Senſibilia & appetibilia non ſunt loci, aut conceptacula factionum, ſed potius irritamenta & incitamenta ſenſuum. Themiſtius primo de anima cap. 18. & eſt ſuper tex. 43. et habetur in libro de ſenſu & ſenſato, ubi dicitur quòd ſenſibile ſenſuum agere facit.
Senſus omnes habentur à non imperfectis & non orbatis. ſecundo de anima. tex. com. 131.
Senſibilis actus & ſenſus idem eſt & unus. 3. de anima. tex. commen. 138. & tex. com. 141.
Senſibilibus abeuntibus inſunt ſenſus & phãtaſiæ quibus ſentiunt. 2. de anima. tex. commen. 138.
Senſuum operatio non fit cum qualibet menſura caloris, nã fortis calor prohibet eos apprehẽdere ſenſata extrinſeca, & implet eos, ut uidemus in ægitudinibus acutis aliquos, q credunt uidere & audire res quæ non ſunt. 2. colli. ca. 11.
Senſibilis actus, & ſenſitiui in ſenſitiuo eſt, ſicut actio & paſſio in patiẽte, & nõ in agente eſt. 2. de anima. tex. cõ. 140.
Senſus eſt ratio quædam, & ideo excellens ſenſibile corrumpit ſenſum. 2. de anima. tex. com. 143.
Senſus numerantur in relatione uno modo, & in qualitate alio modo. 2. de anima. 143.
Senſus eſt proportio agens. ibidem
Senſus quilibet eſt ſubiecti ſenſibilis qui eſt in ſenſitiuo inquantum ſenſitiuum, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias. 2. de anima. tex. commen. 144.
Senſus omnes quos quinq; eſſe nouimus, ſunt in homine & in omnibus animalibus terreſtribus, quæ animal generãt, necnon & in omnibus animalibus habentibus ſanguinẽ, quæ animal pariunt, niſi quid oblæſum contigerit, ut in talpa. Ariſt. in. 4. de natura animalium. cap. 8.
Sentientis primi uirtus, i. uirtus ſenſus communis melius eſt ut dicatur eſſe una forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea. 2. de anima. commen. 149.
Senſibilia communia ſimilitudinem ſuam imprimũt in ſenſu, ut magnitudo, figura, & unius. Themiſt. in. 2. de anima. in tex. commen. 134. & ſecundum diuiſionem Græcorum eſt in. 3. de anima. cap. 2. in Themiſtio.
Senſus communis in iudicio tribus ex cauſis errare poteſt, prima ſi quod iudicauit ſemel ſungens officio duorum ſenſuum alias uno tantum iudicaret, ſecunda ſi uno tantum iudicet colore Cleonis filium, tertia circa communia hallucinatur, ſi uni ſenſui inſtiterit quæ ſunt pluribus concredita, ut dum de figura quæ uiſui & tactui communis eſt ſolo uiſu iudicet. Themiſt. in. 2. de anim. tex. com. 134.
Senſilium ſuſceptio non per ſchemata aut figuras fit, quale enim ſchema albi erit, aut in uniuerſum coloris, aut odoris? Alexan. in particulari. cap. de phantaſia.
Senſus propriorum ſemper eſt uerus. ſecundo de anima. tex. commen. 152.
Senſus exiſtit in omnibus animalibus, intellectus uerò in paucis. ibidem.
Sentire non eſt pati, ſed iudicare, neq; diſcernere. Alexan. in paraphraſi de anima. in capitulo de intellectu practico & ſpeculatiuo.
Senſus ſemper dicit uerum in proprijs, & falſum in uniuerſalibus. Intellectus uerò è contrario, uerum in uniuerſali-

bus, & falſum in proprijs. 2. de anima. commen. 152. uide pro hoc. 2. de anima commen. 63. &. 134. &. 161.

Sentire & intelligere, nec motus ſunt, nec animæ motus. 1. de anima. tex. commen. 42. &. 43. & uide ibi Themiſt.

Senſibile facit ſentiens in actu poſtquam erat in potentia. 3. de anima. tex. com. 28. idem. 2 de anima. tex. com. 60.

Senſus eſt ſpecies ſenſibilium, & intellectus eſt ſpecies ſpecierum. 3. de anima. tex. commen. 38.

Senſus communis non patitur contrarias qualitates, ſed ante ſe poſitas, & ad pedes genuaq; aduolutas iacentesq; contemplatur. Themiſtius. 2. de anima. tex. commen. 147. uide in contradictionibus nuper æditis.

Senſu communi ſentimus ꝙ uidemus & audimus, non uiſu aut auditu. Ariſt. in libro de ſomno & uigilia, & Themiſt. in. 2. de anima ſuper expoſitione tex. 148. contra Thomã de Garbo, & Petrum Pomponacium. Idem expreſſe notat Alexan. in paraphraſi de anima, cap. de ſenſu communi, inquit enim: Hoc autem communi ſenſu & uidentes nos & audientes & ſingulis ſenſibus ſentientes ſentimus, qui. n. uidet auditúue, audire ſe & uidere iam ſentit. Nãque non alia poteſtate quàm ſenſu noſipſos ſentire percipimus, neque tamen nos uidere uidemus, neq; nos audire audimus, quum nec uidere ipſum, ſiue uiſio uiſilis ſit, neq; audire, ſiue auditio audibilis ſit, ſed hoc primi & proprij ſenſus qui communis dicitur, opus & functio eſt.

Senſibilia ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt. 3. de anima. tex. commen. 39.

Senſus in maiori parte non eſt cauſa lõgitudinis uitæ & durationis, & ideo ſenſibilia ſunt minoris uitæ quàm multæ plantæ. 3. de anima. commen. 61.

Senſibilis quælibet ſuperfluitas corrumpit ſenſum. 3. de anima. tex. commen. ultimi.

Senſus certiſſimi eſt diſcernere minima quæq; circa unumquodq; genus. ibidem.

Senſus exquiſitiores per partes quæ ſinceriorem ſanguinem habent, abſolui neceſſe eſt. ex ſecundo de partibus. animalium. capitulo. 10.

Sentiendi principium ſemper in medio quærendum eſt in ipſis animalibus. ex. 4. de partibus animalium. cap. 5.

Senſus communis cuius eſſe demonſtratum eſt in libro de anima, eſt primò & principaliter in corde ſecũdum Ariſt. at Gale. dixit, ꝙ eſt in cerebro. 2. colliget cap. 11.

Senſatorum motus quamuis ſit declaratũ ꝙ ueniat ad ſenſum ab extrà, non eſt impoſſibile, ut fiat etiam ſimile per contrarium. 3. colliget. cap. 38.

Senſibilia non mouent ſenſus, neque impellunt niſi remotiuſcula ſint, proindeq; extrinſecus habeantur. A iunctis innexisq; nulli ictus eueniunt, quia iam ipſi ſe ferirẽt ſenſus. Themiſt. 2. de anima. cap. 19. in expoſitione tex. 52. ¶ Inde patet error Thomæ de Garbo, & Petri Pomponacij aſſerẽtium ſenſum cognoſcere ſuum actum, hoc enim eſt contra Philoſophum, & contra experimentum: nam forma exiſtens in ſubiecto non alterat ſubiectum. Medici enim fatẽtur calorem in hectico febriente intenſiorem eſſe calore febris ephimeræ & putridæ, & tamen non ſentitur, quia eſt fixus in membris.

Senſus ſecundum Ariſt. minus patibilis eſt quàm ſenſoriũ, ſi enim ſenex oculo probo ualenteq; uteretur, uideret ęquè ac iuuenis, non tamen prorſus impatibilis eſt, quia paſſionem ſenſorij oblæſionemq; ad quẽdam modum agnoſcit, ſed intellectus potentiæ ſeparatus & omnino expers huius diſpendij eſt. Vnde impatibilitatem ſenſus diuerſam eſſe ab impaſſibilitate intellectus ſenſoria & internuntia declarant, quia ſenſus à forti ſenſibili translatus ad imbecilia non poteſt ſentire, ſicut intellectus ab excellenti intelligibili ad inferiora & humiliora poteſt ea exquiſitè intelligere. Themiſt. tertio de anima. cap. 34. ubi concludit ſenſus eſſe minus paſſibiles quàm inſtrumẽtum, intellectum uerò prorſus impaſſibilem eſſe.

Senſus extremis mundi partibus eſt denegatus, extremas autem mundi partes cœlum & plantas accipimus, quãquã alia ratione cœlo, alia plantis eſt denegatus: plantis, quia præ ignobilitate naturæ & craſſamento partem hanc, nec promereri, nec capere potuerunt: Cœlo, quia eminentiore ordine dignationeq; habebatur, ꝗ̃ ut ad hunc uſum deſcenderet. Themiſt. 3. de anima. cap. 71. & eſt ex mente Ariſt. in. 3. de anima. tex commen. 71. &. 72. Collige aliquid negari in aliquibus propter perfectionem, in aliquibus autẽ propter imperfectionem, ſicut aliquid attribui poteſt alicui propter imperfectionem, aliquibus uerò propter ſummam perfectionem, & conſequi finem ſuum ſine actione omni competit primo principio, & competit terrę: ſed primo principio propter ſummam perfectionem, terræ uerò propter oppoſitam cauſam, ſicut habetur in ſecundo cœli. in commento. 66. Nota.

In ſenſu tria ſunt, ſenſibile, uis ſenſibilis, & actus, qui ex initu admiſſuraq; illorum tanquã fœtus excluditur: ita etiã in intellectu tria ſpectantur, intelligibile, uis intelligendi, & actus qui de ambobus paritur. Themiſt. 1. libro de memoria. cap. 11. ita etiam Diuus Auguſtinus in primo de Trinitate, ex potentia & obiecto paritur notitia.

Senſus, imaginatio, aſſenſus, impulſio, actio, in animalibus ordine quodam diſpoſita ſunt, non enim ubicũq; ſenſum repereris, imaginationem ſubſequi neceſſe eſt, quandoquidem non omnia animantia uim imaginandi habere concedimus, neq; item omnem imaginationem aſſenſus conſequitur. Non enim globum ſolis pedali menſura conſtare aſſentimur, tametſi id in nobis imaginatio percipit. Poſt hæc non omnis aſſenſio impulſum trahit, nam qui cupiã quod album ſit aſſentit, non continuò in id impulſum defertur, aſſenſus enim quo rebus adijcimur non eſt impulſus ille quo in res quæ coram adſunt uelut iam ſelectas agimur, id autem appetitus eſt. Accidit etiam ut impulſione atq; appetitu plerunque perciti nihil agamus, quoties appetitui neq; conſilium, neq; deliberatio ſuffragatur. Alex. ſententia in paraphraſi de anima. in cap. de phantaſia, quod nota propter quæſtionem illam difficilem de praſi, quam noſtri Theologi diſcutiunt in prologo ſententiarum primi.

Senſus quinq; ſunt qui cùm ſint tanquam nuntij & exploratores ſunt. Themi. 2. de anima. tex commen. 147.

Senſus dati ſunt animalibus ad ſalutem. 12. meta. com. 36. &. 3. de anima. tex commen. 60. 61.

Sentiendi uis in habentibus ſanguinem nulli parti exangui data eſt, nulla enim pars exanguis ſentire poteſt, licet ſanguis nullo ſenſu præditus ſit, quippe qui nulla pars animalis ſanguis eſt. ex ſecundo de partibus animalium. cap. 10. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Senſorij ſinceritas cauſa eſt, ut differentiæ ſenſibilium bene iudicentur. Ariſtot. in. 5. de generatione animalium. cap. 7. idem dicit de oculo in fine primi capitis, ubi inquit: Quemadmodum in ueſte mundiſſima, uel minima macula perſpicua eſt: ſic in puro ſinceroq; oculo, uel parua motio patet, ſenſumq; efficit. At quod procul cernatur motusq; à lõginquis uiſilibus deueniat, cauſa eſt ſitus oculorum. Vbi colligitur ꝙ iudicium ſenſibilium uenatur perfectè ex organi temperie, ſed diſtantia ſentiendi ex ſitu organi.

Semen in uegetabilibus, ſperma autem in animalibus eſt. primo phyſi. commen. 62.

Semen eſt album propter ſpumam, & ideo errant qui aſſerunt ſemen Aethiopum nigrum eſſe. Auer. in. 2. de generatione animalium. cap. primo in fine, & uide ibi Ariſto. cap. 2. ubi dicit Herodotum non uera ſcribere, cùm nigram genituram æthiopum dicat, quaſi neceſſe ſit omnia nigra eſſe eorum quibus nigra eſt cutis: atqui dentes eorum albos eſſe cernere potuit.

Seminis natura ſpumoſa eſt, hocq; antiquos non latuit, quippe qui Deam quæ rei uenereæ præeſt ab ea ipſa facultate nominauerunt. Ariſt. in. 2. de generatione anima. cap. 2.

Semen ſecundum Ariſt. non eſt pars fœtus ſeu conceptus, & Gale. contradixit ei in hoc, & Auicen. etiam dicit, ꝙ eſt pars fœtus uirtutũ, & eſt pars formæ & nõ materiæ. Auer. in. 2. de generatio. animalium, cap. utrũ ſemẽ ſit animatũ.

Seminis corpulentum diſſoluitur, & uerum in ſpiritum euaneſcit, cùm naturam humidam & aquoſam habeat. ſecundo de generatione animalium. cap. 3.

Semen dicitur agere in uirtute ipſius ſeminantis, quod quidem iam eſt ſeparatum, definitq; eſſe, & hoc eſt ſimile rebus admirabilibus in quibus datur mouens quod mouet aliquod, & mox quieſcit, & remanet, ſecũdum ꝙ de ſe mouetur & mouet huiuſmodi motu, quem acquiſiuit à primo motore, ſic & in natura. Nam quando id à quo ſemen efficitur, præſtauerit uirtutem naturalem ſemini quę mouet materiam ad perfectionem & procreationem, quo quieſcente remanet ſemen mouens ea uirtute, ob quam rem non eſt neceſſe, ut primum mouens tangat, id quod mouetur ab ipſo uſq; ad finem generationis, ſed tantum in principio rei. Auerrois ſententiam in. 2. de generationem animalium. cap. 1. & eſt ſententia formaliter accepta ab Ariſtot. ibidem. primo capite uerſus finem ibi: Hæc igitur ſoluere conandum eſt. ¶ Ex hoc ſoluitur Achilles Scoti, in. 2. ſententiarum, diſtin. 18. qui non potuit imaginari quomodo ſemen agere poſſit in uirtute patris. Cõtra Sco.

Semen ut inſtrumentum habet tres proprietates ſecũdum Ariſt. duæ ſunt communes rebus naturalibus & artificialibus, ſed tertia eſt propria rebus naturalibus tantum. Prima eſt, ꝙ inſtrumentum non eſt pars rei factæ. Secunda, ꝙ inſtrumentum ſeparatur poſt cõſtituti perfectionem. Tertia quæ eſt propria rebus naturalibus, eſt ꝙ tangit omnes partes rei confectæ intus & extra eodem modo, arte autem tantum exteriora tanguntur. Auer. in. 2. de generatione animalium, cap. 1. utrum ſemen ſit animatum.

Semen eſt inſtrumentum uirtutis informatiuæ per partem aeream ipſius. Auer. in. 2. de generatione animalium. cap. 2. ubi quærit utrum ſemen ſit animatum, & uide ibi pulchram digreſſionem contra Gale. & Auicen.

Seminis profuſio non intus fit, ut quidam uolunt: os enim uteri anguſtum: ſed antè, quo fœmina uaporem mittit, & aut ibidem manet ſemen emiſſum, aut intus ab utero trahitur ſi calidus eſt & modicè temperatus. Cuius rei indiciũ eſt, ꝙ locus qui modò madebat, reſiccatus mox ſentiatur. Ariſt. in. 2. de generatione animalium. cap. 4.

Semen à mulieribus emitti aſſerentibus accidit dicere, ꝙ ubi foras emiſerint retrahant intus, ſiquidem quod emiſſum. eſt miſceri debet cum maris genitura, quod ita fieri ſuperuacaneum eſt. at natura nullam rẽ ſuperuacaneam facit. Ariſt. in. 2. de generatione animalium cap. 4.

Semen tardius ex auibus emittitur quàm ex piſcibus, uide cauſam in. 1. de generatione animalium. cap. 4.

Semen genitale piſcium lac appellari conſueuit. octauo de natura animalium. cap. 15.

Seminis natura humida eſt, ideo meatus ſeminis idem communis cum excremento humidi alimenti habetur in aliquibus animalibus. 1. de generatione animalium. cap. 13.

Semen utrum ex unaquaq; parte corporis proueniat, uide opinionem antiquorum, 1. de generatione animalium, & quatuor eorum rationes ſuper hoc, cap. 17. & uide improbationem iſtius opinionis in cap. ſeq. uidelicet. 18.

Semen in emiſſione ſui cauſat uehementem uoluptatem propter pruriginem multam quæ accidit, quapropter ſiquis frequenter ea re utitur, minus afficitur uoluptate. primo de generatione animalium. cap. 18.

Semen utrum concurrat ut forma & agens an ut materia, uide. 1. de genera. animalium. cap. 18. &. 20.

Semen & genitura differunt. ibidem.

Semen & fructus differunt. ibidem.

Semen nec in pueris aut ſenibus, neq; in ægris eſt. uide cauſam ibidem, uide etiam Auicen. in. 3. cano. tracta. 1. in. 21. Fen, in cap. de ſterilitate & difficultate impregnationis.

Semen eſt excrementum alimenti utilis atque ultimi: ibidem in fine capituli.

Semen ſi proueniret ex membris organicis, proueniret ex ſimplicibus quibus ſunt ſimplicia membra. Ariſtot. ratio contra antiquos. 1. de generatio. animalium, cap. 18. ubi patet elementa eſſe formaliter in mixto.

Semen ſanguinis excrementum eſſe ſignum efficax eſt, ꝙ qui re uenerea immodicè utuntur ſanguinem emittunt. Auer. 1. de generatio. animalium in. 1. cap. ubi ponitur improbatio antiquorum de ſemine, & habetur ab Ariſtot. ibidem. capitulo. 19.

Semen in uita præditis in quibus ſexus maris & fœminæ diſtinctus non eſt, conceptus eſt, conceptum autem appello primam ex mare & fœmina mixturam. Ariſt. in. 1. de generatione animalium. cap. 20.

Semen confert ad generationẽ ſui qualitate ſecundũ Ariſt. & non quantitate, ut opinatus eſt Galenus primo de generatione animalium. Commen. in fine.

Semen apud Ariſt. eſt ſicut inſtrumentum, & mas eſt ſicut faber, & ſanguis menſtruus eſt ueluti materia. Auer. ſententia in fine primi de generatione animalium, & habetur ab Ariſt. ibidem. cap. ulti.

Semen ſiue genitura ſe habet ad mẽſtruum, ſicut coagulum ad lac. 2. de genera. animalium. Et nota ꝙ Auicẽ. deceptus fuit ex hoc exemplo, ut refert Auerro. in. 2. de gene. animalium. in. 1. cap. ubi quærit, utrum ſemen ſit animatum. Deuenit enim Auicen. ad hoc ut aſſerat ſemen eſſe partem cõceptus, non tamen ꝙ ſit pars materiæ, ſed eſt pars formæ: imaginatur enim ipſum eſſe proprium calorem naturalẽ, aut ꝙ trãſmutatẽ ad calorẽ naturalẽ modica trãſmutatione.

Semen uiri eſſe fœcundum experimento in aqua, probatur certa ratione; quod enim tenue & frigidum eſt citò diffuſum per ſumma innatat, quod fœcundum eſt in imum deſcendit. Ariſt. in. 2. de generatio. animalium. cap. 5. in fine. idem in. 3. de natura animalium. cap. ulti. ¶ Vbi aduerte ꝙ eadem ratione dicũt aliqui dum periculum facere uolunt, an mulier grauida marem conceperit, ꝙ lacte extracto à mamilla & in aqua proiecto, ſi in imum deſcẽderit marem concepiſſe, ſi ſupernatauerit fœminam.

Semina fœcunda ſunt quæ grauedinis ſpeciem referunt eademq; potius marem fœtificant, tenuia autem nec globulẽta fœminam gignunt. 7. de natura animalium. cap. 1.

Semen in potentia continet omnes ſimilitudines, & patris, & aui, & proaui, & ataui, uſq; ad ſpeciem. ex. 4. de generatione animalium. cap. 3.

Seminum uirtutes aſſimilantur arti & intellectui, & differunt à uirtutibus naturalibus. 7. metaphy. commen. 31. uide etiam. 12. metaphy. commen. 13. &. 18.

Senes acutè uidere non poſſunt, nam cutis quæ pupillæ uocatæ, obtenditur, ut cæterarum partium cutis obrugat & craſſior redditur. Ariſto. in. 5. de genera. animalium. cap. 1.

Senectus eſt naturalis morbus, morbus autem eſt aduentitia ſenectus. Ariſt. in. 5. de generatione animalium. cap. 4. Ideo rectè dixerunt medici ſenes debere regi regimine conualeſcentium.

Septimus metaphyſicæ eſt tractatus primus eorum in quibus agitur de ſubſtantia. Commen. in prologo. 7. meta. Et aduerte ꝙ dicitur primus reſpectu octaui metaphyſi. quia iſti duo libri appellantur tractatus de ſubſtantia. Et nota ꝙ in iſtis duobus libris agitur de ſubſtantijs inſeparabilibus à materia, inquantum ſubſtantiæ ſunt & inquantum entia, ſed de ſubſtantijs inſeparabilibus agitur in. 11. primæ philoſophiæ, ut notat in eodem loco Commentator, qui eſt duodecimus ſecundum diuiſionem Latinorũ.

Septimus phyſicorum habet quatuor quæſtiones, quarum prima eſt, utrum omne motum habeat motorem: ſecunda ꝙ omnia mota in loco reducuntur ad unum motum ex ſe primum, quod mouetur à motore in ipſo: tertia eſt, ꝙ omnis motor in loco, eſt in ſimul cũ eo quod mouetur ab eo in loco: quarta eſt, utrum omnis motus habet proportionẽ cum omni motu. 7. phyſico. commen. 21.

Septenarius maximam uim habet in generatione inſectorũ & ouiparorum, ut in morbis dies decretorius. quinto de generatione animalium. cap. 20.

Separabilia ſermone. i. diffinitione, exiſtimantur ſeparari ſecundum eſſe, ſed illud quod non ſeparatur ſermone, quan-

tò magis non ſeparatur in eſſe.7.primæ philoſophiæ,tex. commen. 39. contra Platonem. Vide etiam Auerro. in ſecundo phyſicæ auſcultationis, in commen. 19. ꝙ quicquid ſeparatur in eſſe ſeparatur ratione, ſed non conuertitur. &. 12. primæ philoſophiæ.commen.39.dicit,quòd intellectus innatus eſt diuidere adunata ineſſe, ſicut diuidit materiam à forma, & formam à congregato ex materia & forma. Vnde intellectus multa poteſt diuidere quæ natura nō poteſt,& multa ſimiliter componit intellectus, quæ natura non poteſt.

Separatio & congregatio ſunt motus locales. octauo phyſi. tex.commen.77.

Separatis iudicare ſeparata non poſſibile eſt, neq; in ſeparato tempore.2. de anima.tex.commen.146.

Serpentes longū ſibilum ædunt.4.de natura anima. cap.9.

Serpentes qui ſunt multæ humiditatis & caloris, ſunt longioris uitæ q̃ ſerpentes qui ſunt in locis calidis & ſiccis, aut frigidis & ſiccis,aut frigidis & humidis. ex commento ſuper libro de longitu.& breui.uitæ.

Serpentis ſenectus una ferè die & nocte exuitur. octauo de natura animalium.cap.17.

Serpentes uino incontinentes ſunt proinde uiperas aliqui uino cum fictilibus ad ſepes diſpoſito uenantur:ebriæ enim capiuntur. 8.de natura animalium.cap.4.

Serpentes & phalangia uiuere poſſunt ſine cibo,qđ ex his q̃ pharmacopolæ.i.pigmētarij alunt,perpendi pōt.ibidem.

Serpentibus proprium eſt inter animalia eiuſdem generis, ut reliquo quieſcēte corpore caput uertere in auerſum poſſit,& uide cauſam in.4.de parti.anima.cap.10.

Serpentes,ſtelliones,lacerti, crocodili fluuiales, menſibus quatuor frigidiſſimis latent hæc, nec per id tēpus quicquā comedūt.libro.8.de natura animalium.cap.15.

Serpentes carent pene & teſtibus,& uide cauſam.1. de generatione animalium.cap.6.

Sepia eſt omnium molliū aſtutiſſima,ſola enim hæc ſuo utitur atramento,non modò cum metuit, uerum etiam abſcōdendi cauſa.9.de natura animalium.cap.37

Sepia plus ſeu copioſius atramētum habet q̃ polypus & loligo,uide cauſam in.4.de parti.animalium.cap.5.

Sermo iſte poteſt exiſtimari magis, ꝙ formę quarum actiones apparent in materijs, ſunt magis ſeparatæ, q̃ ſermo Platonis de ideis.7.metaphyſi.commen.51.

Sermones compoſiti ex accidentibus compoſitione ligata, quidam ſunt coniuncti per accidens, & quidam ſunt per ſe,ſcilicet per ſecundum modum prædicabilium eſſentialium,quæ enumerata ſunt in poſterioribus,in quibus ſubiectum accipitur in ſubſtantia prædicati.7.meta. com.11.

Sermo qui eſt genus ueri & falſi,eſt ex compoſitione, & cū compoſitio non fuerit, non erit neq; uerum neque falſum. quinto metaphyſi.commen.34.

Sermo uanus eſt, qui eſt ex falſis propoſitionibus & mala forma.primo phyſico.commen.10.&.22.

Sermones ſophiſtici facilius contradicuntur quàm diſputatiui.primo phyſico.commen.22.

Sermo per ſe dicit cōcludere in omni materia.1.phy.cō.25.

Sermo demonſtratiuus innatus eſt ſoluere omnes quæſtiones accidentes in re.1.phyſico.commen.71. conſimile quarto phyſico.commen.31.

Sermo irrationabilis eſt ut ſit cauſa naturaliter ignota.ſecundo phyſico.commen.47.conſimile.1.de generatione & corruptione.com.19.&.3.de anima.commen.4.

Sermones diſputatiui ſunt falſi ſecundum partem, & non ſecundum totum.3.phy.com.56.idem.1.phy.com.52.

Sermones dialectici apud Ariſtot.ſunt ſermones ueri, qui componuntur ex accidentibus uniuerſalibus non proprijs. octauo phyſico.commen.& tex.70.idem.1. cœli & mundi.commen.70.&.4.phy.87.

Sermo de principijs eſt ſermo de omnibus in potentia.primo cœli.commen.33.

Sermo poſteriorum debet eſſe rectior quàm ſermo priorum.quarto cœli. commen.11.

Sermo quidditatiuus debet ſoluere quęſtiones circa rem ſenſibiliter contingentes.1.de anima.commen.21.idem quarto phyſi.commen.31.&.8.phyſi.commen.22.idem.1.cœli,com.22.1.de anima.commen.11.& textu.

Sermo de nutrimento & augumento non perficitur niſi in pluribus libris.ſecundo de anima.commen.50. Vnde in libro de anima non eſt declaratus niſi primus motor, & inſtrumentum talium motuum,ut dicit Com.in com.

Sermo maximus authoritate Platonis debet eſſe in principio,quia paruus error in principio eſt cauſa maximi erroris in fine,ſicut dixit Ariſt.3.de anima.commen.4.

Sermo dicens ꝙ omnia ſunt neceſſaria,nullus eſt, & in metaphyſica contradicitur.2.phyſi.com.48.

Sermo de motu in libro phyſicorum non eſt ſecundum ꝙ eſt motus alicuius corporis.5.phyſico.commen.45.

Sermo de anima eſt multum ꝓfundus,ſed Deus appropriauit eum ſapientibus profundis ſcientia, & ideo dixit Iob: Simplex homo ſum ego,& ignoro animam meam.ex phyſicis diſputationibus.diſpu.in ſolutio.7.dubij.

Seſea differunt à contiguis, quoniam ſeſe eſt contiguum & ſequens.quinto phyſico.26.

Seſea poſſunt eſſe corpora & non corpora, ſed contigua neceſſariò ſunt magnitudines.5.phyſi.22.

Seuum eſt excrementum terreſtrioris ſanguinis, quàm ſit adeps.ex.2.de partibus animalium.cap.5.

Seuum immoderatum non confert ſanitati, & inducit ſeniū & mortem ibidem.

Sex differentiæ poſitionis ſunt manifeſtæ in homine per ſe, ſed in mundo indigent demonſtratione. Commentator. octauo phyſico.commen.64.

Sextus phyſicorum appellatur de motu, aut quia finis eius eſt perſcrutari de motu,aut quia plura quæ continentur in eo ſunt de motu,aut qa finis eius ſunt iſta duo.1.cœ.cō.57.

Si ſenex accipiat oculū iuuenis, uidebit utiq; ſicut iuuenis. primo de anima.tex.commen.65.

Si eſt,& quod quid eſt eiuſdem rationis, eſt manifeſtum facere.6.meta.tex.com.1.Intelligitur quando ſi eſt, inueſtigatur à priori,ut dicitur etiam in.2.poſteriorum.

Si non eſſet aliqua ſubſtantia præter naturam conſiſtens, phyſica utiq; eſſet prima ſcientia, ſed ſi eſt aliqua ſubſtantia imobilis,hæc prior,& philoſophia prima.6.meta. tex. commen. 31 Vide quæ ſcripſi in proprio Theoremate de hoc, & conſidera ꝙ ſcientiæ de ſubſtantia conſiderantes ſunt naturalis & ſcientia diuina:nam nulla mathematicarum de ſubſtantia conſiderat excepta aſtrologia, quæ quodammodo etiam naturali ſubalternatur. Et ideo ſi non eſſent ſubſtantiæ aliæ niſi naturales, ſequitur primam philoſophiam eſſe naturalem,quia prima philoſophia eſt primi entis ſimpliciter:tale autem eſt ſubſtantia non accidens, & ita ex parte obiecti ſimpliciter naturalis philoſophia eſſet prima philoſophia.

Si ſimile à ſimili pateretur, tunc idem à ſeipſo pati poſſet. 1.de generatio.& corruptio.tex.commen.48.

Si aliquod eſſet ſeparatum calidum,hoc nihil pateretur.1.de generatio.& corruptio.tex.commen.55.

Siccitas difficilior eſt ad humectandum q̃ humiditas ad exiccandum, ſicut frigiditas difficilior eſt ad calefaciendum q̃ caliditas ad infrigidandum.7.colliget.cap.25.& eſt ſententia Gale.in.9.de ingenio ſanitatis.

Siccitatis proprietas eſt quod difficulter retinet ab alio, & retinetur ex ſe.4.meteororum.tex.commen.primi &.2.de generatione & corruptione.tex.com.9.

Siccitas etiam fit à frigiditate quæ eſt in materia ſicca, nam frigiditas quæ eſt in materia humida, eſt frigiditas aquea, operatur humiditatem.4.meteororum.comment.1.

Siccitas producitur à colore,primò & per ſe.ibidem.

Siccitas innata eſt retinere formam longo tempore, licet ſit difficilis receptionis.ex libro de memoria & reminiſcētia.

Siccitas longè à uita remota eſt,humor uerò uiuificus eſt,ex 2.de generatio.animalium.cap.1.

Siccitas eſt bene terminabile termino proprio,difficile uerò terminabile alieno.ſecundo de generatione & corruptione.tex.commen.9.

Sicco opponitur humidum & udum. ſecundo de generatione. tex.commen.14.

Siccum & humidum dicuntur multifariam.ibidem.

Signa demonſtratiua ſunt illa quæ conuertuntur cum ſuis cauſis.ſ.cùm ponatur cauſa,ſequitur ſignum & è conuerſo 6.phyſico.commen.15.

Signa confici poſſunt ex propoſitionibus poſſibilibus & neceſſarijs,ſed neceſſe eſt ut maiores ſint neceſſariæ, ſi concluſio debet eſſe neceſſaria.7.phyſi.commen.2.

Signa membrorum intrinſecorum uniuerſaliter dare difficile eſt, & ideo medici iſtam partem dimiſerunt. quarto colliget. cap.2.

Signa uera ſunt poſteriora,& cùm fuerint poſita conſequūtur præcedentia,& cùm præcedentia fuerint poſita conſequuntur poſteriora.3.cœli.commen.69.

Simitas eſt in naſo de accidentibus eſſentialibus, ſed albedo in homine eſt de accidētibus nō eſſentialibus.7.metaphy.com.17.Sed obijciam,quia cū propoſitio per ſe ſit de omni,ut,ſi ita eſt,per naſus eſt ſimus,ſequitur omnem naſum eſſe ſimum,quod eſt falſum.Vide ſolutionem huius à Themiſtio.1.poſterio.cap.10.

Simia eſt forma ambigua inter bipeda & quadrupeda animalia,ut bipes cauda caret,ut quadrupes caret natibus.ex 4.de partibus animalium.cap.9.

Simia inter quadrupedes ſola cilia habet in inferiori palpebra. Ariſt in.2.de natura animalium.cap.8.

Simul & ſeorſum diffiniuntur.11. primę philoſophiæ. cap. 11.& in.5.phyſi.tex.com.22. Generalius autem diffinitur ſimul in prædicamentis.

Simul ſunt ſecundum locum quæcunque in uno loco ſunt primo.5.phyſi.tex.commen.22.

Simul eſſe opponitur ad eſſe ſolum, & tangere opponitur ad eſſe ſeparatum.5.phyſi.commen.30.

Simul in ſua diffinitione recipit locum.ibidem.

Simul quandoq; importat priuationē prioritatis & poſterioritatis in tempore,& quādoq; priuationē prioritatis & poſterioritatis in cauſa.2.de anima com.115. Nota etiam ꝙ quādoq; importat priuationem diuerſitatis ex parte locorum,ut.5.phyſi.tex.commen.21.Simul quidem igitur dicuntur eſſe ſecundum locū,quęcunq; uno loco ſunt primò.

Simbolum habentia facilè tranſmutātur.2. de generatione & corruptione.tex.commen.25.

Similia dicuntur multifariam. Vide. 10. metaphyſi. tex. commento. 10.

Similitudo parentum poſt plura genera redditur. Ariſt. in 1.de genera.animalium.cap.18.ubi dat exemplum de Elide quæ cum æthiope cōcubuerat,& non filiā forma ęthiopis peperit,ſed erat filia æthiopis.

Similia ſunt quorum qualitas una eſt.5. metaphyſi. in cap. de eodem & diuerſo,& in tex.com.20.

Simile fieri à ſimili,iſta propoſitio uerificatur tribus conditionibus,ut ſit in agente & non inſtrumento, ut ſit in propinquo & non remoto,& ut ſit eſſentialiter & non accidētaliter.12.meta.commen.24.authoritate Alex.

Similiter calidum & frigidum,aut durum & molle non ſentimus, ſed excellentias tanquam ſenſu, uelut medietate exiſtente eius quę in ſenſibilibus contrarietatis. ſecundo de animaa. tex.commen. 118.

Similitudo adeo in remotum procedit, ut ſolum commune relinquatur.4.de generatione animalium.cap.3.

Similes fiunt filij parentibus non ſolum in membris naturalibus,uerum etiam in non naturalibus, tandē in maiori parte rerum accidentaliū,ut narrauit Ariſt. de cicatrice quam habuit qdam pater in uno membro, quā filius reportauit in eodem mēbro. Ego quoq; uidi in filio meo maiori qui habebat ueſtigium in mammis ſuis, quod ſignum habuit auus ſuus ex matre in mamma, uerum in eo erat paruum, ſed neſcio utrum efficietur maius uel ne. Auer.in.1.de generatio.animalium.cap.de improbatione antiquorum.

Simplicia ita ſe habent ꝙ ueritas & falſitas in eis non eſt,ſicut in cōpoſitis,quia uerum in talibus eſt attingere: non attingere autem eſt ignorare,tale autem non eſt falli.9.metaphy.tex.commen.22.Et inde ſumitur ꝙ ſimpliciter ſimplicia aut ſimpliciter ſciuntur, aut ſimpliciter ignorantur, & intelligitur de ſimplicibus quæ ſunt abſtracta à materia,ſicut eſt Deus & intelligentiæ.

Simplicium ſubſtantiarū ignorantia non eſt, ſicut cæcitas, cæcitas.n.eſt,ut utiq; ſi intellectiuū omnino nō habeat aliquis.9.meta.tex.com.ulti. Inde elicitur ex mente Ariſt. intellectū noſtrū poſſe intelligere intuitiuè ſubſtantias abſtractas ꝓ ſtatu iſto:& Beatus Tho.in præſenti loco ab ipſa tandē ueritate coactus,hoc idem fatetur: inqt.n. ex hoc patere,ꝙ ſecundum ſententiā Ariſt. humanus intellectus poteſt ptingere ad intelligendū ſubſtantias ſimplices, qđ uidet ſub dubio reliquiſſe in.3.de anima.et tū in principio ſecundi ipſe & Scotus grauiter inſurrexerunt contra mentē Cōmenta.hoc aſſerentis,dum dicebat illud exemplū de ueſpertilione non oſtendere impoſſibililitatē,ſed difficultatem:& iam tu uidere poteris ꝙ illa Com.expoſitio eſt ſumpta ex p̄ſenti loco,qa Philoſophus dicit expreſſe ignorantiam talium in nobis non eſſe,qualis eſt cæcitas in oculo.

Simplicia carent potentia omnino,& illud in quo eſt potentia eſt compoſitum.9.meta.tex.com.2.

Simplicium non eſt quæſtio nec doctrina, ſed alter modus quæſtionis talium.7.metaphy.tex.commen.60.ubi dicit Commen.ꝙ eſt manifeſtum ꝙ in rebus ſimplicibus non compoſitis non quæritur,neq; per quare, neque per quid, ſed quæſtio in iſtis eſt alio modo.

Simpliciter quandoq; dicit communitatem & uniuerſalitatem.2.phyſi.commen.61.

Simpliciter poteſt ſumi pro communi ad id quod eſt eſſentialiter & accidentaliter.& illo modo dicit Ariſt.in.8.phy. tex.com.46.ꝙ primus motor non mouetur ſimpliciter,qa neq; per ſe,neq; per accidens.Poteſt etiam ſumi ſimpliciter,ut diſtinguitur contra ſecundum quid, & iſto modo dicitur id quod ſubſtantialiter tranſmutatur,ꝙ tranſmutatur ſimpliciter,quia tranſmutatio in ſubſtantia eſt uera tranſmutatio,tranſmutatio uerò in accidentibus eſt tranſmutatio ſecundum quid, ut patet primo phyſico.tex.commen. 62.& primo de generatione & corruptione.tex.commen. 17.Diſtinctio iſta colligitur ex commen.46. octaui phyſi. Placuit etiā nobis hîc adducere alias ſignificationes.Quandoq; ſumitur ſimpliciter,ideſt ruditer & inconſideratè, ut 3.de generatione animalium.cap.6.ubi dicit:Hæc enim & Anaxagoras & alij quidam naturales ſimpliciter ualde & inconſideratè,qui in auium ratiocinatione ita falluntur.Vnde ſimpliciter etiam apud Philoſophos diſtinguitur contra multipliciter,& ſic ſumpſit Philoſophus.2.de anima. tex. commen.61.ut exponit ibi Commen.& Porphyrius dum dixit: Videtur autem neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici.i.uno modo,ſed multipliciter,ut patet. Quandoq; ſumitur ſimpliciter.i. quo ad naturā, ut primo phyſicorum: Non eadem ſunt nobis nota,& ſimpliciter. Quandoq; ſumitur ſimpliciter pro uniuerſaliter,& in hoc ſenſu plerunque ſumitur apud Ariſt.Commen.2.phyſic.commen.61. ſimpliciter quandoque dicit: communitatem & uniuerſalitatem. Quādo ſumitur pro propriè,ut dicimus hominis generationem eſſe ſimpliciter,ideſt propriè. Quandoq; ſumitur,ut diſtinguitur contra per accidens, & ita ſumitur. primo phyſi.tex.commen.75.ubi dicit philoſophus: Nos autem & ipſi dicimus nihil fieri ſimpliciter ex eo quod nō eſt,ſed ſecundum accidens.& in.2.phy.tex.commen.54. ubi dicitur:Eſt autem ſicut accidens fortuna cauſa,ſimpliciter autem nullius.Quandoq; ſumitur pro manifeſtè, ut 1.de anima.tex.commē.13.ubi dicitur ꝙ Democritus ſimpliciter dicit animam & intellectum idem eſſe.i.manifeſtè, quia ponit ibi differentiam inter opinionem eius & Anaxagoræ,de quo infrà tex.commen.24.dicit: Anaxagoras autē minus certificat de ipſis. ubi litera Arabica dicit, latentius autem Anaxagoras loquebatur de illis. Sumitur

quandoq; ſimpliciter pro principaliter, & ſic ſumpſit Philoſophus in. 2. de anima. tex. commen. 40. & 41. contra antiquos qui aſſerebant nutritionem & augmẽtationem ſimpliciter eſſe ab igne, ideſt, principaliter. Ariſ. autem uult ꝙ ignis concurrit, ut concauſa ſeu inſtrumentum, ſed anima, ſicut cauſa principalis. Quandoq; ſumitur ſimpliciter. i. neceſſario, & ſic Ariſt. ſumpſit in. 2. phyſic. tex. commen. 57. ubi ponit conuenientiam inter caſum & fortunam dicẽs, ꝙ non ſunt in his quæ ſimpliciter, neque frequenter fiunt. Vbi expoſitores & Commen. per ly ſimpliciter, exponũt ea quæ fiunt neceſſario. Quandoq; ſumitur ſimpliciter. i. ſine diſtinctione, & ſic ſumitur. 2. de anima. tex. com. 55. ubi dicitur: Diuidendum autẽ eſt de potentia & actu; nũc enim utimur ipſis ſimpliciter. i. uſi ſumus hactenus iſtis ſine diſtinctione & determinatione.

Simplex quodlibet caret potẽtia, & qđ caret potẽtia eſt ſimplex. 8. phyſico. commen. 78. Vide in concordantijs.

Simplex & unum non idem ſunt. 12. metaphy. tex. commẽ. 37. ubi Commen. dicit, ꝙ unumquodq; dicitur duobus modis, uel abſolute, uel in cõparatione. Abſolutũ utriuſq; eſt illud quod caret materia, & omnino non eſt diuiſibile, ſimplicis famoſior ſignificatio eſt ſimplex abſolutum. Per ſimplex autem abſolutum intelligas id quod caret materia, & eſt omnino indiuiſibile: in hoc enim etiam eſt differentia inter ſimplex & unum, quia famoſior ſignificatio unius eſt illud quod dicitur de cõtinuo, & tale differt à ſimplici, quia ſimplex non eſt diuiſibile potentia nec actu, ſed unum dictum de continuo eſt diuiſibile in potentia, licet ſit unum in actu.

Simplex non permutatur, neq; ad aliam ſubſtantiam conuertitur. ex libro deſtructio. diſpu. 2. in ſolu. ulti. dubij. ubi adducitur authoritas Hippocratis in lib. de natura humana ſatis pulchra & ad propoſitum.

Simplex, pluribus modis dicitur, uel quia non componitur ex pluribus partibus, & tamen componitur ex materia & forma, & ſic appellantur corpora ſimplicia. Vel quia non componitur ex materia & forma, ut corpora cœleſtia. Vel tertiò quia diffinitio totius & partis eſt una, licet talia ſint compoſita ex quatuor elementis, ex libro deſtructio. diſp. 3. in ſolutione. 25. dubij.

Simplices res non habent cauſam actuum procedentium ab eiſdem, niſi naturas & formas earum. uerbi gratia: Terra non habet cauſam deſcenſus niſi ſuam ſimplicem naturam, ſcilicet terreſtreitatem, & ſic de alijs ſimplicibus: ſed compoſitæ res habent agentes cauſas præter ſuas formas, illæ ſunt cauſæ illarum ſecundum compoſitiones & compaginationes illarum & earum partium adinuicem. ex diſputatio. 14. in ſolutio. ultimi dubij.

Simplicia corpora ſunt quæcunq; motus principium habẽt ſecundum naturam. 1. cœli. tex. commen. 7. Et intelligitur de motu ſecundum locum, ut exponit Commen. in com. & in paraphraſi. in ſumma. 4. idem dicit. Vnde illa eſt diffinitio ſimplicis corporis, ex qua, ut aſſerit Commenta. intelligitur diffinitio corporis compoſiti, & eſt illud quod in ſe habet principia plura uno.

Simplicis cognitio dabit tibi cognitionem compoſiti. quinto colliget. cap. 58.

Simplicium corporum ſimplices ſunt motus, & mixti ſunt compoſitorum. 1. cœli. tex. commen. 7.

Simplicia cum compoſitis & compoſita adinuicem non ſunt eiuſdem naturæ. 3. cœli. commen. 8. Vbi collige ꝙ grauitas & leuitas in elementis non ſunt eiuſdem rationis inter ſe, nec cum compoſitis comparata, quia grauitas terræ non eſt eiuſdem naturæ cum grauitate aquæ, quia pars parua terræ eſt grauior aliqua parte maiori aquæ: nec grauitas ſimplicium eſt eiuſdem naturę cum grauitate compoſitorum, quia pars parua plumbi eſt grauior parte maiori terræ. Conſimilem ſentẽtiam tenet Alexan. in. 1. libro naturalium quæſtionum. De alijs etiam qualitatibus elemẽtorum quæſtio eſt, ubi tenet ꝙ ſiccitas terræ & ignis non ſunt eiuſdem ſpeciei, nec humiditas aquæ & aeris; & iſtã opinionem etiam ſequitur Simplicius in. 2. cœli.

Singularibus recedentibus à ſenſibus, neſcimus utrum ſint aut non ſint. 7. metaphyſi. tex. commen. 35. ubi Commen. in commen. dicit, quòd non habemus certitudinem ſed exiſtimationem.

Singularium non eſt diffinitio. 7. metaphy. tex. commen. 35. & 1. poſteriorum analyticorum.

Singularia aut intelligentia aut ſenſu cognoſcuntur. ibidem.

Singularia ſunt notiora apud nos quàm magis uniuerſalia. 7. metaphy. commen. 10. & tex. & primo poſteriorum. Vide in concordantijs ſuper primo phy. nuper æditis.

Singulum non uidetur aliud eſſe à ſuimet ſubſtantia. 7. metaphyſi. tex. commen. 20.

Singularium ſecundum actum ſenſus eſt, ſcientia uerò eſt uniuerſalium. 2. de anima. tex. commen. 60.

Singularia præcedunt uniuerſalia in eſſe, ſed uniuerſalia ꝑcedunt ſingularia in intellectu. 12. primæ philoſophiæ. cõmen. 27. authoritate Alexandri.

Singularium hominum differentia à materia proficiſcitur, formæ enim per quas ſunt homines, nulla inter ſe differentiam habere cernuntur. Alexan. in paraphraſi de anima. in cap. de intellectu in habitu. Idem ſentire Themiſt. in primo de anima. cap. 24. ubi habet ꝙ omnia quæ eadem ſpecie ſunt, participatione materiæ diſtinguuntur. Idem tenet Commen. in lib. deſtructio. in diſputatione.

Singularium ſubſtãtiarum ſenſibilium nec diffinitio nec demonſtratio eſt, quia habent materiam, cuius natura talis eſt, ut contingat & eſſe & non eſſe. 7. meta. tex. com. 53.

Situs qui eſt prædicamentum, dicit ordinem partium in loco: ſed ſitus qui eſt differentia quanti, dicit ordinem partiũ adinuicem. 5. metaphy. commen. 24.

Situs eſt ad aliquid, & ideo in prædicamento ſitus, impoſſibile eſt motum eſſe. 6. phyſi. com. 85.

Sitis eſt appetitus frigidi & humidi, fames uerò calidi & ſicci. 2. de anima. tex. commen. 28.

Socratis iunioris parabola de animali nõ bene ſe habet, abducit enim à ueritate, & facit ſuſpicari quaſi contingens ſit hominem eſſe ſine partibus, ſicut ſine ære circulum. 7. metaphy. tex. commen. 39. Vbi per iuniorem Socratem exponit Commen. Platonem, qui fuit Socratis diſcipulus: & quia Socrates fuit primus qui de ideis diſputare cœpit, ut recitat Euſebius in libro. 10. de euangelica præparatione; & quia illam opinionem Plato excoluit, licet multum ſit Platonis opinio diuerſa ab opinione Socratis, ut teſtatur Ariſtot. in. 13. primę philoſophię (nam Socrates nõ poſuit uniuerſalia ſeparata ſicut Plato.) Vnde Ariſtot. in. 1. de partibus animalium. cap. 1. dicit, ꝙ Socratis temporibus uſus quidem diffiniendi increuit, ſed indagatio rerum naturalium deſiit, nam omne philoſophandi ſtudium ad utilem uirtutem ciuilemq; uſum conuerſum eſt. Idem primo primæ philoſophię. tex. commen. 5. inquit: Socrate circa moralia philoſophante, & de tota natura nihil. Plato autem ubiq; locorum dum de ideis diſſerit, introducit Socratem diſputantem. quod notauit Philoſophus etiam in. 2. de generatione & corruptione, in tex. commen. 52. ubi ſcribit: Sed hi ſufficientem exiſtimauerunt ad generationem cauſam ſpẽrum naturã, quemadmodũ in Phædone Socrates.

Socrates circa moralia negociatus eſt, & de tota natura nihil. primo metaphyſi. tex. commen. 5. idemq; Commenta. in prologo primi phyſi.

Socratis temporibus homines perceperunt cauſam finalẽ, & ideo inceperunt regere ciuitates. 1. meta. commen. 50.

Socrates apud Athenienſes dubitãs ne à perfectione humana expoliaretur, elegit mortem præ uita, nam propter uirtutem mortuus eſt. Auer. in prologo phyſi. de hoc Diuus Plato fecit elegantem apologiam.

Socrati non fuerunt declaratę uiæ diſciplinæ cões & ꝓprię. Per uias intellige ſcientias ſpeculatiuas, ut declarat Com. 1. phy. com. 1. idem Philoſophus in. 1. meta. tex. com. 5. Socrates circa moralia philoſophante, & de tota natura nihil: Idem aſſerit de Socrate Gal. in lib. de hiſtoria Phorum.





Socrates contionans apud Athenienſes dixit: O homines ego non dico ꝙ ueſtra ſcientia ſomnialis diuina ſit falſa, ſed dico ꝙ ego ſum ſciens ſcientiam humanã. ibidẽ Auer.

Sol aut ſpiritus primordiũ generationis præſtat uermibus, & omnibus animalibus quæ ex uermibus proueniunt.

Sol & aliæ ſtellæ ſunt principium cuiuslibet uiui in natura. 12. metaphyſi. commen. 18. in colũ. 3.

Solis calor & ſtellarum diffuſus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione generata, & uniuerſaliter omnia q̃ non fiunt ex ſeminibus. 12. primæ philoſophiæ. com. 18.

Sol & aſtra ſemper agunt, & non eſt timendum ne quandoque ſtent. 9 metaphy. tex. commen. 17.

Sol & orbis decliuus ſunt principium generationis eorum quæ fiunt à non ſimili, ſed eorum quæ à ſimili eſt principium, ſimile in ſpecie una cum ſole & orbe decliui. 12. metaphyſi. commen. 40. & 13. & 18.

Sol, & luna, & aliæ ſtellæ, (ut dixit Themiſt.) aut ſunt formæ non in materia. i. corpora ſpiritualia, aut habent materiam æquiuocè cum iſtis. ultimo cap. de ſubſtantia orbis. idem. 8. primæ philoſophiæ. commen. 12.

Sol & ſtellæ calefaciũt duobus modis, unus eſt motus, alius eſt reflexio luminis. Commen. 1. meteoro. commen. 1. & 2. cœli. commen. 42. idem. 2. capite de ſubſtantia orbis.

Sol cùm calefacit terram, aſcendunt duo genera exhalationum, unum eſt exhalatio calida & ſicca fumoſa: aliud uerò eſt frigida & humida, aut calida & humida uaporoſa, primo meteororum, commen. 1.

Sol & aliæ ſtellæ cum aſcendunt in aere groſſo, uidentur rubeæ & ignis in ſumo. 1. meteororum commen. 1.

Solis maxima diſtantia & tarditas partium motus cœli ultima faciunt eſſe frigoris, è contrario de uelocitate & propinquitate. 2. meteororum cap. ſecundo in colum. 14. idẽ. ſecundo cœli. commento. 94.

Sol per totum annum æſtatem & hyemem facit, at uerò luna per menſem id agit non acceſſu diſceſſuq; lunæ, ſed alterum in creſcente luce, alterum in decreſcente. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. 2.

Sol eſt maximus ſtellarum & denſior & magis luminoſus. 2. cœli commen. 42.

Sol magis calefacit in æſtate quàm in hyeme. uide cauſam. 2. cœli commento. 42.

Sol unus quum ſit non tamen lumen ſuum æqualiter omnibus exhibet, aliter aerem, aliter aquam, aliter lapidem, aliter lignum, aliter argẽtum colluſtrat: item aliter color purpureus, aliter uiridis participat lumen. Themiſtius, primo de anima, cap. 24.

Sol ſecundum Ariſtot. eſt ſub Mercurio & Venere, ſed Ptolemæus & omnes Aſtrologi in hoc aduerſantur. Ariſtot. ſecundo cœli. commen. 58.

Solis motus non inconuenit ut ſit uelocior motu Mercurij & Veneris, quamuis ſit ſuprà propter abundantiam ſuæ potentiæ ſuprà potentias earum. 2. cœli. commen. 58.

Solem nullus mathematicorum aſſeruit eſſe pauciorum motuũ quam reliqua ſydera, ſicut nullus recuſat inferiorem eſſe alijs ſyderibus lunã. 2. cœli. in paraphra. ſum. 3. quæſi. 5.

Solem lunamq; admittendo paucioribus motibus moueri, & inferiora eſſe alijs ſyderibus propter duorum alterum euenit, aut quia nequeunt attingere eam dignitatum multitudinem, quam corpora media inter hæc & ſupremum orbem poſſidere ualẽt. qualis eſt diſpoſitio reliquorum animantium cum homine: aut quia nequeunt poſſidere niſi dignitates inferiores dignitatibus quas poſſident corpora intermedia, qualis eſt diſpoſitio planetarũ cum animalibus. Commen. in paraphraſi. 2. de cœlo, ſumma. 3. quæſito. 5. Et nota hoc quia in commen. magno hoc non aſſeruit, & eſt dictum ſubtile ualde, propterea quia diſtantiæ entium ſunt ualde diuerſæ.

Sol propinquus & remotus facit contraria. 12. metaphyſi. tex. commen. 33. & 34. & in. 2. de generatio. & corruptione tex commen. 56.

Sol ab antiquis uocabatur dominus uitæ. 12. meta. com. 34. & ibi uide cauſam, & etiam in commen. 53. ubi aduerte ꝙ hoc eſt in cauſa cur Homerus ſolem magnum Iouem appellat Iliados. 2. ἐννέα δὴ βεβάασι διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί. ζεὺς enim apud Gręcos dicitur παρὰ τὸ ζῆν qa eſt dator uię.

Solem & ſtellas dicere eſſe finitas & habere potentias infinitas, non eſt rectum. 12. metaphy. commen. 41. authoritate Themiſtiſt. Solis & ſtellarum potentia infinita in eis nõ eſt naturalis in eis neq; ſecundum quòd ſunt corpora, ſed aut pendet ex prima cauſa. aut ex alia exiſtente in eis ab illa potentia, quæ non eſt corpus. 12. metaphyſi. commen. 41. authoritate Themiſtij.

Soli antiqui dãt uitam, & Saturno res fixas. 12. meta. cõ. 44.

Sol propter magnitudinem eius & actionis eius in entibus, & propter hoc ꝙ apparet ꝙ motus aliarum erraticarum ordinantur ſecundum motum ſolis, & conſequuntur ipſum: uideẽ habere motorẽ priorem omnibus erraticis. ibidẽ.

Sol & luna (ut apparet) non habent retrogradationem & ꝓgreſſionem, ſed uelocitatem & tarditatem. 12. metaphyſi. commento. 47.

Sola hæc ponenda ſunt rationabiliter quæcunq; in multis aut in omnibus ſunt exiſtentia. 1. cœli. contra Platonem tex. commen. 102. ubi Auer. in commen. ſcribit: Non debemus credere aliquam diſpoſitionem eſſe in aliqua re, donec inueniamus illam diſpoſitionem in omnibus, aut in maiori parte illius rei.

Solicitudo diuina cùm non potuit facere iſta eſſe æterna ſecundum indiuiduum, miſerta eſt, & dedit uirtutem per quam poſſint perpetuari ſecundum ſpeciem. 2. de anima. commen. 34. & tex. com. 35. Idem primo cœli. com. 92. & 2. de generatione & corruptione. com. 59.

Somniauit quidam ſe in balneo ſanguineo balneari, cui Galenus præcepit, ut phlebotomaretur. At alij medici ſequentes uiam Eraſiſtrati prohibuerunt minutionem, & iniunxerunt abſtinentiam, & exercitium: & abſtinendo facta fuit diſſolutio humorum, & inde duplicatus fuit calor, & extinctus fuit, ſicut extinguitur lampas ex multitudine olei, quãdo ſuperabundat. ex. 7. colliget. cap. primo. Vnde percipitur in repletione quo ad uaſa fieri phlebotomiam, aut pharmaciam propinari: quia abſtinentia & exercitium in hoc caſu non ſufficiunt.

Somni tempore humiditates abundantes in cerebro mouẽtur, ut declarat Auer. authoritate Auenzoar. 4. colliget. ca. 45. de illo cuius fluxus multiplicabatur in ſomno, cui adhibita cura ad ſolum cerebrum ſanatus fuit.

Somnus et quies in animalibus ſunt propter laborem, labor autem in eis non eſt niſi quia in eis eſt principium contrarium motui animæ. 2. cœli. com. 3.

Somnolenti ſunt habentes uenas conditas & exiles. ex lib. de ſom. & uigi. & uide Themiſt. cap. 17.

Somnolenti ſunt nani & pueri. ibidem.

Somnus accidit contemplantibus. uide cauſam in libro de ſomno & uigilia. Themiſt. ibi. cap. 19.

Somno exiſtente ſuperiora & extrema corpora frigent, inferiora uerò & intrinſeca membra calent. Vide cauſam in libro de ſomno & uigilia. & Themiſt. ibi. cap. 20. & 21.

Somni operationes in corporibus ſunt digeſtio & humectatio. 6. colliget. cap. 4.

Somnus ſuperfluus extinguit calorem naturalem, & corpus inducit ad humidam diſpoſitionem. ibidem.

Somnus eſt profundatio ſenſus cõmunis à cerebro ad cor, uigilia autem eſt aſcenſus iſtius ſenſus à corde ad cerebrũ. 3. colliget. cap. 41. de accidentibus ſomni & uigiliæ.

Somnus non eſt omnis interceptio aut impotentia ſentiendi, ſed ſolùm ea quam euaporatio alimenti committit. ex libro de ſomno & uigilia. uide etiam Themiſt. ibi. cap. 14.

Somnus ẽ priuatio uigilię. ex lib. de ſom. & uigi. in principio.

Somnus eſt ligamentum uirtutum & confirmatio earũ, & uigilia eſt diſſolutio uirtutum & debilitas earum. ibidem.

Somnus perfectus & gaudium non inueniuntur niſi in habentibus ſenſum communem perfectum. ibidem.

Somni deſcriptio eſt priuatio motus, & uigiliæ deſcriptio

eſt continuatio iſtius motus,& poteſt dici ꝙ hic motus huius ſenſus eſt formalis cauſa ſomni & uigiliæ, & ſenſus cõmunis eſt ſubiectum ſomni & uigiliæ,& cor eſt radix, & cerebrum eſt ipſius primum iſtrumentum cum quo operatur.3.colliget.cap.41.de accidentibus ſomni & uigiliæ.

Somnia ſignificant ſuper dominium humorum.quarto colliget.capitulo.13.

Somnia apud Medicos ſignificant dominium humorum in corpore, uerbi gratia, uidere ignem ſignificat dominium choleræ, & ſomniare aquam ſignificat dominium phlegmatis.in commen.libri de diuinatione in fine.

Somnus talis ſua natura eſſe uidetur,ut uiuendi & non uiuẽdi interliminium ſit,& neq; omnino ſit qui dormit, neq; non ſit.Ariſt.in.5.de generatio.animalium.cap.primo.

Somnium multis animalibus ineſſe præter hominem oſtenditur.4.de natura animalium.cap.10.

Somnus quid ſit,& iuuamenta eius,& cui uirtuti animæ attribuatur,& quæ ſunt cauſæ eius,requiratur in.2. colliget. cap.21.& in libro de ſomno & uigilia ab Ariſt.

Sonus,uox,locutio, differũt.uide.4.de natura anima.cap.9.

Soni excellentes, deſtruũt etiam in animatorum corporum moles.2.cœli.tex.com.53.

Soni corporum cœleſtium authoritate Themiſtij,nihil operantur in iſtis inferioribus propter eorum remotionẽ: ſed hoc nihil eſt,quia nulla proportio eſt inter magnitudinem illorum corporum,& remotionem eorum.2.cœli.cõ.53.

Soni proueniunt ex ſpatijs longè maioribus quàm ſint corpora facientia illos.2.cœli.commen.53.

Sonum ex corpore cœleſti,ſi ibi ſonus eſſet, impoſſibile eſſet non peruenire ad nos; & calorem qui ex motu eorum cauſatur,peruenire.ibidem.

Sonus cauſari non poteſt ex corpore ligato cum alio,ut partes nauis in naui.2.cœli.tex.commen.54.56.

Sonus quodãmodo aſſimilat materiæ,quia eſt propinquius materiæ literarum,& quodammodo aſſimilatur formæ q̃ prædicatur de literis in quid.7.metaphy.commẽ.43. Vbi Ariſtot.dicit quòd genus non eſt præter generis ſpecie:& ſiquidẽ eſt,ut materia eſt,ut uox genus & materia lr̃arũ eſt.

Sonus duplex potentia & actu.2.de anima.tex.com.77.

Sonus multiplicatur ſecundum ſphericam figuram in aere, & ita eſt de colore & odore.2.de anima.com.78.&.97.

Sonus eſt motus factus à percutiente & percuſſo in aere.2.de anima.tex.commen.78.& commen.87.

Sonus quaſi eſt in capitulo de ad aliquid nõ in qualitate,ſed tangibilia & ſapores magis ſunt in capitulo de agere & pati q̃ in relatione.2.de anima.comen.126.

Sophiſtica ſola circa accidens uerſatur propter quod Plato non male dixit, dicens circa non ens uerſari ſophiſticum.11.metaphy.cap.7.&.6.primæ philoſophiæ.tex.com.4.

Socrates nihil aliud eſt q̃ animalitas & rationalitas,quę ſunt quidditates eius.7.meta.commen.20.

Socrates non in multis dicitur,quia non dicitur, omnis Socrates muſicus,ſicut dicitur omnis homo.5.metaphy.tex.commen.uacantis,in cap.de eodem & diuerſo immediate poſt tex.commen.15.uide in concordantijs.

Speculatiuarum ſcientiarum optimum genus.11.primæ philoſophiæ.cap.6.

Speculatiuarum ſcientiarum Theologia eſt optima, circa honorabiliſſimum enim eſt entium: melior autem & deterior unaquæq; dicitur ſecundum proprium ſcibile.11.primæ philoſophiæ.cap.6.idem in.6.primæ philoſophiæ.tex.commen.2.¶Ex quo patet iniuſtè aliquos taxare Auer. in 1.de anima.com.1.aſſerentem artes non differre adinuicẽ niſi altero modo,uel aut certitudine demonſtrationis aut nobilitate ſubiecti.Dicunt enim non eſſe differentiam ſciẽtiarum penes nobilitatem ſubiecti.O pauperes inquanto errore perſeuerant non animaduertentes ex ſtudio contradicendi,ꝙ dum Auer.euertere conantur,Ariſt. ipſum euertunt:nam quid aliud Auer.eſt,niſi Ariſtoteles trãſpoſitus?

Speculatio de proprijs poſterior ea, quæ de communibus eſt.3.phyſico.commen.& tex.primo idem primo phyſico.

tex.commen.4.&.57.

Species ſenſibilis diſtinguitur realiter à ſenſatione,quod uide in litera R.ubi notaui ꝙ recipere eſt aliud à iudicio.

Species una & eadem differens in æternitate & non æternitate inueniri impoſſibile eſt, nulla enim natura magis diſtat à natura generabili & corruptibili q̃ natura ęterna:ęterni enim à nouo diſtantia maior eſt q̃ diſtantia ſpecierum ad inuicem.ex diſputa.10.in ſolutione primi dubij.

Species prædicatur de pluribus differẽtibus numero in qd. primo metaphyſi.commen.28.idem Porphyrius in capitulo de ſpecie.

Species differunt quorũ idem eſt genus.10.meta.tex.cõ.12.

Species neq; mouet neq; mouetur.5.phyſi.tex.com.3.

Species & paſſiones ſunt ĩmobiles.5.phyſi.tex.com.5.

Species eadem non poteſt inueniri à natura & à caſu, quia illud quod fit à caſu eſt oppoſitum ei quod fit à natura.8.phyſico.commen.45.

Species nulla à caſu eſt.12.metaphy.commen.13.&.18.& 7.metaphyſi.commen.31.

Species nulla inuenitur à caſu.7.meta.commen.22.idem.6.meta.commen.4.&.6.idem.8.phy.commen.46.

Species eſt perfectio generis.3.metaphy.tex.commen.11.

Species eadem non poteſt generari ex propagatione & ex putredine.1.de generatione animalium Auer.cap.primo. & habetur in textu ab Ariſt. quicquid Latini ſenſerint in hoc uide etiam.8.phyſi.com.46.

Sperma non eſt principium nec perfectum; ſed homo.12.metaphyſi.tex.commen.40.

Sperma aſini eſt frigidum,& ſperma equi eſt calidum,ut dixit Ariſtot.in lib.de animalibus,& temperantur apud mixtionem,& fit illi natura media inter equum & aſinum.7.metaphy.commen.28.uide Ariſtot.in.2.libro de generatione animalium.cap.6.contra Democritum & Empedoclem de ſterilitate mulorum.

Sperma facit ſicut quæ ab arte,habet enim poteſtate ſpeciẽ, & à quo ſperma eſt aliqualiter uniuocum.7.metaphy.tex.commen.31.ubi in.4.de generatione animalium.cap.3.ſecundum tranſlationem Theodori.

Sperma uiri attrahitur à uulua mulieris per quandam uirtutem,quam habet à forma ſpecifica uel à tota ſpecie.2.colliget.authoritate Auencladis in libro de ſpermate.cap.10.

Sperma mulieris non habet effectum in generatione,& hoc probatur per ſenſum, quia multæ impregnantur ſine ſpermatizatione;& etiam per argumentum, quia tunc uir eſſet ſuperfluus in generatione.2.colliget.cap.10.de iuuamentis membrorum miniſtrantium generatiuè

Sperma in maiori parte animalium emittitur per eandem partem, per quam emittitur humidum excrementum.4.de partibus animalium.cap.9.& Auer.ibidem in cap.de pectore,& ibi uide cauſam.

Sperma mulieris eſt ſimile ſuperfluitati aquoſæ, & non ſolum hoc,ſed etiam pro certo eſt ſuperfluitas, & impoſſibile eſt,ut ex eo poſſint nutriri membra:eſt igitur ſuperfluitas diſcurrens propter delectationem, ſicut diſcurrit ſaliua alicuius famelici cùm uiderit aliquem comedere.ſecundo colliget.cap.10.

Sperma non eſt ex rebus quę ſunt pars membri,aut ſimplex aut aliquod aliud.2.colliget.cap.1.

Sperma eſt prius naturaliter animali.2.phyſi.com.81.

Sphæra ænea fit,ſed non ſphera nec æs.7.meta.com.32.Inde colligitur compoſitum per ſe generari non formã neq; materiam. Et hoc habet ueritatem tam in ſubſtantijs quã in alijs categorijs,ut dicitur in textu: Non fit enim lignum neq; quale,ſed quale lignum,neque quantum, ſed quantum lignum.

Sphæra ſenſibilis non tangit ſuperficiem ſenſibilem niſi in ſuperficie,licet geometer dicat ꝙ tangit eam in puncto.3.metaphy.tex.commen.7.&.1.de anima.tex.com.13.

Sphæra ſecundum ꝙ eſt ſphæra non eſt in loco ſimpliciter, niſi accidat ei hoc,ſecũdum ꝙ accidit ſphęris cœleſtibus, quas continet alia ſphæra.4.phyſi.commen.43.

Sphæra



Sphæra in eo quòd ſphæra non eſt nata moueri in ſphæra, & uniuerſaliter in continente, ſicut mobilia motu recto.4.phyſic.commen.45.

Sphæra non mutat locum ſecundum ſubiectum,ſed ſecũdũ formã.4.phyſi.com̃.45.&.6.phyſi.tex.com̃.85.

Sphæræ partes,quæ ſunt iuxta centrum,tardius mouentur partibus,quæ ſunt iuxta circũferentiam.6 phy.t.c.86.

Sphęra quodãmodo eſt quieſcens,& quodammodo eſt mota.8.phyſi.tex.cõmen.76.

Sphæra ſecundum totum mutat locum ſecundũ formam tãtum,& non ſecundum ſubiectum.ſed ſecũdum partes mutat locum & ſecundum formam & ſecundum ſubiectum.6.phyſi.com̃.85.idem.8.phyſi.com̃.76.

Sphæra non mouetur ſecundum partes,& quieſcit ſecundũ totum.8.phyſi.com̃.76.idem.4.phyſi.contra Them.com̃.43.idem.6.phyſi.cõmen.85.

Sphæra naturaliter diuiditur in duas partes,in centrũ & circũferentiam.8.phyſi.com̃.76.

Sphæra q̃ mouetur ſuper uno centro,non eſt contraria ſphæræ quæ mouetur ſuper alio centro.primo cœli.cõ.32.

Sphæræ quæ mouentur ſuper idem centrum, & ſuper polos diuerſos non ſunt contrariæ, q̃a non ꝓhibent ſe.ibidẽ.

Sphæra & ſuperficies ſecundum geometricam conſiderationem poſſunt tangere ſe in puncto,ſed in corpore naturali non poteſt eſſe contactus niſi in parte diuiſibili. Cõmen. primo cœli.cõmen.32.idem Ariſto.primo de anima,tex.cõmen.13.&.5.phyſi.30.

Sphęrica figura eſt ſubſtãtia & natura prima.2.cœli.t.c.22.

Sphæra ſic ſe habet in ſolidis,ſicut circulus in planis.ſecundo.cœli.tex.cõmen.23.

Sphæra ſola una ſuperficie continetur.ibidem.

Sphæræ locus naturaliter eſt conuexum centri circa quod reuoluitur.2.cœli.cõmen.27.

Sphærici corporis circũferentia minor eſt circũferentia corporis rectarum dimenſionum,æqualis ei in magnitudine, ut eſt oſtenſum in geometria.2.cœli.com̃.29.idem in paraphraſi ibidem ſum.2.quæſito.3.

Sphærico contiguum aut circa ſphæricum motum ſphæricũ eſſe neceſſe eſt.2.cœli.tex.com̃.30.

Sphærici corporis duo motus ſunt,uolutatio,& circũgiratio.2.cœli.tex.cõmen.48.

Sphæra habet naturam talem ut non moueatur ſecundum totum,ſed ſecundum partes.2.cœ.com̃.51.

Sphæricum corpus in rei ueritate non eſt in loco.2.cœli.cõ.51.uide.4.phyſi.cõmen.43.

Sphæricum corpus ferri poſitum in centro ſphæræ adamãteæ,neceſſario ſtaret in centro propter æqualitatem attractionis.2.cœli.cõmen.90.

Sphærarum numerus,aut ſunt quinquagintaquinq;, aut quadragintaſeptem.12.meta.tex.com̃.47.

Sphæricum corpus eſt finitum ex ſua natura ab una ſuperficie terminante ipſum,ſecùs eſt de corporibus rectarum dimenſionũ,quę non ſunt finita per ſe.ex libro deſtru.diſpu.prima in ſolutione.11.dubij.idem.3.cœli.tex.cõmen.67.& primo cœli.tex.cõmen.12.

Sphærarum cœleſtium q̃libet una eſt.& uide cãm ex libro deſtruc.diſpu.prima,in ſolutione.11.dubij.

Sphæra inquantum ſphæra oportet ꝙ habeat terminatos polos,& centrum terminatum.ex diſputa.3.in ſolutione.23.dubij.Vbi dicit ꝙ ſphæra cœleſtis eſt ſimplex,pro quantò non componitur ex materia potentiali & forma: & quodãmodo eſt heterogenea prout partes polorum non ſunt ab euentu,imo naturaliter ſunt terminatæ.

Sphęrę artificiales poſſunt indifferenter hr̃e q̃libet duo puncta pro polis, ſecùs de nãlibus & cœleſtibus.ibidem.

Sphæræ ſitus ĩuenitur duobus modis.ſ.ſecundum ꝙ continetur ab alia ſi fuerit huiuſmodi,& ſecundum ſphæram q̃ ipſa continet.2.cœli.cõmen.57.

Sphæræ duæ dum ſe ſecant,ſectio earum eſt arcualis.ſecundo cœli.commen.59.

Sphærica figura nõ contingit niſi in puncto.3.cœli.69.

Spinalis medulla non eſt in cæteris mẽbris ſeu oſſibus inuẽta medulla.ex.2.de partibus animalium.cap.6.

Spiritus & exhalatio differunt, require.4.meteo.tex.cõ.48.

Spiritus in animalibus non mouet̃ ſuperius, quia pars grauis magis dominatur in eo quã leuis, & pars leuis ſimpliciter quæ eſt in eo non ſit grauis,niſi ꝓpter mixtionẽ aeris. Et ideo cum iſtæ duæ partes ſegregabuntur,tunc moritur animal.4.cœli.com̃.39.

Spiritus nomen ęquiuocè dicitur de ſpiritu exñte in ſemine, & de ſpiritu exiſtente in corde. Auer.2.de generatione animalium.cap.2.in digreſſione contra Galenum.& Auic.

Spiritu retento uires augentur.ex ſecũdo de generatione animalium.cap.4.

Spirituale magis læditur per læſionem minus ſpiritualis,& non è contrà.ex libro de memoria & reminiſcen. ubi Cõmenta.dicit ꝙ ex læſione ſenſus communis læditur imaginatiua & non è contrà.

Spiritus eſt principium animæ inſtrumẽtum intellectus,ꝙ multi antiquorum opinati ſunt ipſum eſſe animã. Cõmen. 2.de paratibus animalium.in cap.de cerebro, & eſt dictũ Philoſophi ibidem.cap.7.

Spiritus natura alia eſt,alia aĩę,non enim ſpiritus aĩę genus eſſe poteſt,quum habeat per ſe ſubſiſtentiam: nullum autem genus eſt tale ut poſſit per ſe ſubſiſtere. Alexander in paraphraſi de anima.cap.4.ubi probat quòd anima eſt inſeparabilis à corpore.

Spiritus eſt uapor ꝓceptus in corde & cerebro.Auerroes.1.colliget,capitulo de anatomia membrorum.

Spiritus duo ſunt.ſ.apparens in corde, & apparens in cerebro,in hepate autem non apparet per uiam ſenſus. primo colliget,capitulo de ſpiritibus.

Spiritus uiſibilis poſtq̃ oculus recepit colores comprehendit eos.2.colliget,cap.15.ꝙ eſt de iuuamentis oculorum & partium eorum.¶Ex quo uidetur ſecundum Auerroem ſpiritum eſſe animatum. Auicenna etiã in tractatu de uiribus cordis uidetur idem tenere.

Spiritus eſt calidor res in corpore, poſt quem eſt ſanguis, poſtea caro.ſecundo colliget cap.de complexionibus mẽbrorum conſimilium.

Spiritus eſt mũdior ſanguine,quia attribuitur aeri, & aer eſt mundior aqua,& eſt declaratum in naturali philoſophia, ibidem.¶Et nota ꝙ etiam inter alias rationes iſta eſt una, propter quam Auerroes tenet cordis complexionem declinare ad humiditatem,rõne ſpiritus exiſtentis in eo: contra Medicos qui ponunt declinare perſiccitatem. Cõtra Medicos.

Spiritus ſunt inſtrumenta propinqua regimen corporis.ſecũdo colliget,cap.8.in fine.

Splenis caro rarior & leuior eſt q̃ caro hepatis,& tamen cũ nutriatur ſanguine groſſo melancholico deberet eſſe oppoſitum & uide cauſam in.4.de utilitate particula.cap.15.& ibi uide ſi ſplen eſt neceſſarium, contra Eraſiſtratum, & multa ibi de hoc etc.

Splẽ quare habeat multas & magnas arterias,uide tres cauſas à Gal.in.4.de utili.parti.cap.15.

Splen in febribus melancholicis ardet ſicut ignis, & hepar in febribus cholericis,& ſtomachus in phlegmaticis: ideo in iſtis tribus generibus febrium conueniens eſt dicta mẽbra confortare.7.colliget.cap.16.

Spongia an ſenſum habeat ambigitur.quinto de natura animalium.cap.16.

Spongiarum triplex genus eſt.ibidem.

Spongia marina ſimilis omnino plantis exiſtit. ex.4.de partibus animalium.cap.5.

Spongia oĩno plantis ſimilis eſt.8.de natura aĩalium.cap.1.

Spongiam ſenſum aliquem habere creditur argumento, ꝙ multò difficilius abſtrahuntur niſi clanculum agatur,ut referunt auulſores. Ariſto.in libro.1.de hiſtorijs aĩa.cap.1.

Stellæ ſecundum Aſtronomos, quædam ſunt fortunatæ, & quædam non ſunt fortunatæ,& hoc non eſt uerum:ſed tãtum poſſibile eſt intelligere de eis,ꝙ quædam ſunt meliores quibuſdam:hoc enim iuenitur in abſolutis à motu ne-

dum in rebus mobilibus. Cõmen. 9. met. cõ. 19. & elicitur ex intentione Ariſt. in textu, ubi habet ꝙ i ſempiternis nõ eſt malum, neq; peccatum, neq; corruptio.

Stellæ diſcurrentes fiunt duobus modis. 1. meteo. cõ. 1.

Stella ex habentibus caudam tempore hyemis aſcendit in terra Romanorum, ut dicit Ariſto. & fuit terræmotus magnus, & tempeſtas maris propter fortitudinem uenti. primo meteororum. cõmen. 1.

Stellæ in eo ꝙ ſtellæ de conſuetudine ſua naturali eſt accendere illud, quod eſt ſub eis exhalatione fumoſa, & attrahere hoc ad ipſas. Et cũ ſtellæ fuerint plures uel maiores operatio earum erit maior. & eſt ꝓpoſitio uera ꝑ uitã meam. Cõmenta. 1. meteo. cap. 3. in digresſione de uia lactea.

Stellæ cadentes non ſunt cœli. 1. cœli. cõ. 19. & 1. meteo.

Stellæ à conſiderantibus antiquo tempore inuentæ ſunt nõ eſſe diminutæ in quantitate. 1. cœli. tex. cõm. 22.

Stellarum & cœli ſubſtantia eadem eſt, & in hoc conueniũt omnes antiqui. ut dicit Ariſto. in lib. cœli & mundi. 2. cap. de ſubſtantia orbis. idem. 2. cœli. tex. cõm. 41.

Stellæ quæ dicuntur Aſſub, ſignificant abundantiam ſiccitatis. 2. cœli. cõmen. 42.

Stellæ ſi per ſe mouerentur, motu recto mouerentur. 2. cœli. cõm. 43. quam conſequentiam hac ratione ualere autumo: nam cum ſtella ſit pars rotundi non poteſt perfecto motu circulari moueri, & cum ibi nõ ſit niſi motus ſimplex, quia corporis ſimplicis motus eſt ſimplex, cùm motus ſimplex alius ſi circularis, alter uerò rectus: ſequitur ergo ꝙ motu recto mouerentur, cùm circulariter moueri non poſſint: & eadem ratione ſequitur de epicyclo.

Stellę apparẽt uiſui in circulatiõe moueri ſeu ſcintillare, ſicut nauſeam patientibus res geſcentes uidentᷣ omnia circũ giro ferri. 2. cœli. in paraphraſi, ſumma. 3. quæſito. 2.

Stellarum motus uidetᷣ per ſenſum, ſed motus totius cœli uidetur per exiſtimationem. 2. cœli. cõ. 43. cõſiľe cõm. 41.

Stellæ fixæ uidentur ſcintillare, & planetæ non, & ratio eſt propinquitas & diſtantia. uide. 2. cœli. tex. cõm. 48.

Stellæ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei in corporibus cœleſtibus. 2. cœli cõmen. 48.

Stellæ omnes ſunt eiuſdẽ ſpeciei. 2. cœli. tex. cõ. 59. uide quo modo ſit intelligendum in. 2. cœli. cõm. 49.

Stellæ ſi non eſſent ligatæ cum orbe cauſarent ſonum, quia iſta conuertuntur, uidelicet eſſe ligatũ & non cauſare ſonũ, & non eſſe ligatum & cauſare ſonum. 2. cœli. cõ. 56.

Stellarum erraticarum motores ſe iuuantes ad motum ſtellę erraticæ, oẽs reducuntur ad primum motorem illius ſtellæ, & intendunt motum illius primi motoris, ſicut diximus de motoribus omnium orbium cum primo motore totius. 12. metaphyſi. cõmen. 44.

Stellarum erraticarũ motus poſiti ab aſtrologis ſunt tribus modis. 12. metaphyſi. cõm. 44.

Stellæ interdiu ex foueis puteiſq; conſpiciuntur quandoq;. Ariſt. 5. de gene. aĩalium. cap. 1. & ibi uide cauſam.

Stellarum natura ſempiterna eſt. 12. meta. tex. cõ. 43.

Sterilitas mulierum dignoſcitur & ꝓbatur ſuffitu, ut odores ſubeuntes uterum efferantur ad locum ſpirandi & efficiãt halitum, atq; etiam illitu ut colores oculis impoſiti ſaliuã inficiant oris. Ariſt. 2. de generatione aĩal. cap. 5. in fine.

Steriles maximè ꝑſeuerant, cũ primo naturæ ortu tales conſtiterunt, gignuntur enim & mulieres uiragines, & uiri fœminares, alterius menſtrua deſunt, alijs uerò ſemẽ tenue & frigidum eſt. Ariſt. in. 2. de generatione aĩalium. cap. 5.

Sterilitatem faciunt, aut fœmineum partum aquæ crudæ & frigidæ. Ariſt. 4. de genera. animalium. cap. 2.

Sterilitatis multæ ſunt cauſæ tã in maribus ꝙ̃ in mulieribus. uide in. 2. de genera. animalium. cap. 5.

Stillare quid ſit. uide. 6. de natura animalium. cap. 18.

Stomachi tunica, quæ procedit ſecundum latitudinem, habet duas operationes cõtrarias; nã completa digeſtione expellit inferius uel ſuperius per uomitum. 2. colliget. cap. 9. de iuuamento. membrorum officialium.

Stomachus nutritur ex chilo, ex modica re quę potius attinet qualitati quàm quantitati: & non eſt impoſſibile ut ſit aliqua pars ſubtilis ex chilo, quæ nutriat propter aliquam humiditatem, quia tu uides multa animalia nutriri, licet non habeant ſanguinem, ibidem.

Stomachi attractio per modum ſenſus & appetitus ſeu motus, eſt contrarius motui attractionis eius per modum nutrimenti ſolùm. 3 colliget. cap. 33.

Stomachus ſolus ſentit euacuatione nutrimenti & diſſolutionem, & non alia membra niſi per ipſum, & uide cauſas pulchras ab Auer. ibidem. ubi inter alias cauſas dicit, ꝙ hoc membrum eſt tanquam ſpecies omnium membrorũ quæ debent ſentire hanc reſolutionem: ſicut nos uidemus ꝙ membra ſentiunt per neruum etiam in locis quæ non ſunt neruoſa, & ſicut diſcernit lingua cibos cõuenientes ab inconuenientibus toti corpori.

Stomachus habet operationem toti corpori cõmunicantem, & ideo appellatur princeps cõmunicãs. 7. colliget. cap. 26. ubi reddit cauſam quare in paſſionibus calidis ſtomachi, non debent frigidisſimis uti remedijs, & dicit experimentatores multum errare in tali cura.

Stomachus ſolus habet ſenſum ex indigentia nutrimenti, non autem alia membra. uide cauſam in. 4. de utilitate particula. cap. 7. à Galeno.

Sternutamẽtum eſt ſignum augurale unum, ex omnium ſpirituum generibus ſanctum & ſacrum. Ariſtote. 1. de natura animalium. cap. 11.

Stercus ſignificat ſuper bonitatem uirtutis nutritiuæ. quarto colliget. cap. 42.

Strutio partim auem, partim quadrupedem refert. ex fine. 4. libri de partibus animalium.

Subſtantia non antecedit alia prædicamenta niſi altero iſtorum modorũ, aut ſicut ea q̃ ſunt in eodẽ genere antecedũt ſe adinuicem, ſicut apud reputantes ꝙ hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis, ſicut numerus de duobus & tribus: aut ſicut res antecedit res quæ attribuuntur ei, & non ſunt in eodem genere, ut ſanitas antecedit ſanabilia. 12. metaphyſi. cõmen. 2.

Subſtantia dicitur ens ſimpľr, & alia dicuntur entia ſecundũ comparationem. 12. meta. tex. cõm. 3.

Subſtantia ſola eſt ſeparabilis & abſtracta, alia autẽ ſunt in ſubſtantia. 12. meta. tex. cõm. 3. & 1. phyſi. tex. cõ. 14.

Subſtantiæ tres ſunt, ſenſibilis corruptibilis, ſenſibilis æterna, & tertia immobilis. 12. meta. tex. cõm. 5.

Subſtantia immobilis ſecundum aliquos diuiditur: quidam enim poſuerunt ſpecies & mathematica in una natura, quidam uerò mathematica tantum. ibidem.

Subſtantia immobilis eſt principium & cauſa rerum naturalium. 12. meta. commen. 5.

Subᷓa æterna declarata eſt in fine. 8. phy. ſicut declarata ſunt principia ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis in primo iſtius libri. Cõmen. 12. meta. cõm. 5. eandẽ ſententiam Cõmenta. repetit in eodem cõmento aſſertiuè iuxta dimidiũ, ibi: Et nos dicemus quidem ꝙ Philoſophus inquirit quæ ſunt principia ſubſtantiæ ſecundum ꝙ ſubſtantiæ etc. ubi apertè dicit in. 1. phy. inueſtigata eſſe principia corporis cõpoſiti ex materia & forma. Sed in octauo fuit declaratum ꝙ mouens æternam ſubſtantiam eſt abſtractum à materia. ¶ Ex quo patet grauiter errare illos qui autumant in. 1. phyſi. inueſtigari principia oĩum nãliũ gñabilium & æternorum, cum hoc apertè nõ ſolum ſit contra Auerroem hĩc, & in fine primi libri ſuæ paraphraſi, ſuper. 1. cœli, uerũ etiã eſt contra intentionem Philoſophi ibidem. Nam. 1. phyſi. tex. cõm. 57. præmittit ſuam intentionem loqui de principijs cuiuslibet generationis in uniuerſali, & oſtendit illa eẽ contraria, & ſunt forma & priuatio, & quod etiam eſt ultra illa, eſt materia: in cœlo autem non eſt contrarium neque ſubiectum. primo cœli. tex. cõm. 20. & eſt etiam contra lucidisſimum Them. expreſſe in expoſitione tex. 50. & contra Simpli. in primo phyſi. in expoſitione textus eiuſdẽ, ubi expreſſe notat uniuerſaliter in omnibus natura conſtantibus, inueniri iſtam oppoſitionem ſecundum priuationem & habitum,



& habitum, exceptis rebus ſempiternis. Idem notauit Cõmenta. in primo phyſico. tex. cõmen. 43. ubi dicit illas dignitates quas poſuit ibi Ariſto. habere locum in omni generatione & tranſmutatione, quarum actio & paſſio eſt quaſi genus, quia actio & paſſio ſunt merito contrarietatis, & propriè non ſunt niſi in generatione rerum, & tranſmutatione corruptibilium.

Subſtantia ĩmobilis eſt ꝓpria primæ philoſophiæ. Cõmen. 12. meta. cõm. 6. authoritate. Alexandri.

Subſtantia q̃libet ſenſibilis tranſmutabilis eſt. 12. meta. tex. cõm. 6. & ibi declaratur ab Auer. in cõm.

Subſtantia cõpoſita eſt dignior ſubſtantia & magis ſubſtantia. Cõmen. authoritate Alexandri. 12. meta. cõ. 15. Iſtam etiam ſententiam ſequitur Simplicius in. 1. phyſi. in expoſitione. tex. 70. & in. 2. phyſic. licet Auerroes teneat formam eſſe magis dignã, ut notaui in cõtradictionibus nuꝑ ędditis.

Subſtantiæ generabilis & corruptibilis principia, non inquiruntur principali intentione in prima philoſophia: ſed intẽtio eius principaliter uerſatur circa principia ſubſtantiæ æternæ. Cõmen. 12. primæ pĥiæ, cõ. 1. & eſt ſnĩa Ariſt. in 7. primæ philoſophiæ, tex. cõ. 39. iuxta finem.

Subſtantiæ gñabilis & corruptibilis principia pertractantᷣ in tractatu ſcd̃o & tertio primæ philoſophiæ. i. in. 7. & 8. et etiam in naturalibus. Cõmen. 12. meta. cõm. 1.

Cõtra Sco. & ſeqᷓces.

Subſtantiæ generabilis & corruptibilis alio modo inquiruntur in ſcientia naturali, & alio modo in ſcientia diuina. Cõmentator. 12. metaphyſi. cõmen. 1. 5. & 29. & in. 7. primæ philoſophiæ. cõmen. 9. & 5. ¶ Dicit Subtilis Doctor in primo ſuæ metaphy. quæſtione prima, & Antonius Andreas, ꝙ quatuor cauſæ inquantum quælibet dat eſſe, circũſcribendo rationem motus & mutationis, ꝑtinet ad metaphyſicum: materia & forma inquantũ ſunt partes eſſentiæ: efficiens inquantum dãt eſſe circũſcribẽdo motum: licet enim non ageret niſi mouendo, tamen ratio dantis eſſe prior eſt rõne mouentis. Finis autem inquantum res ſecundum ſui entitatem ad illũ ordinantᷣ, licet illum nõ poſſunt attingere niſi per motum & operationem: prior tamẽ eſt ratio ordinis ſecundum eſſe q̃ ſecundum operationem. ¶ Dicimus nos cum Peripateticis ꝙ illud de materia ueritatem nõ habet, quia materia non dat eſſe: licet enim Peripatetici concedant materiã eſſe partem eſſentiæ, non tamen concedunt ipſam eſſe partem quidditatis: Differunt enim in cõceptis cum materia eſſentia, & quidditas, quia illud quod talẽ diuerſitatem cauſauit in compoſitis inter eſſentiam & quidditatem, fuit materia quæ eſt primò diuerſa à quidditate: ſola enim forma eſt rei q̃dditas. Et Auic. in. 5. ſuæ primę philoſophiæ hoc nõ uidit, quẽ ſecuti ſunt Thomas & Scotus, Et dicũt Peripatetici ꝙ eſſe eſt effectus formalis ipſius formæ, ſicut teſtaᷣ diuinus Boetius in libro de unitate & uno. Licet igitur materia ſit pars eſſentialis compoſiti, non tamẽ dat eſſe, ſed eſſe eſt à forma. Vnde materia recipit eẽ à forma in cõpoſito in quo exiſtit. Dicit enim Cõmen. 3. phy. cõm. 65. ꝙ materia inuenitur in alio ſicut accidentia & formæ: ſed differt ab illis, quia accidẽtia & formæ ſunt in ſubiecto, aut dicuntur de ſubiecto, ſed materia eſt ipſum ſubiectum, & non inuenitur per ſe, ſed in aliquo, ſcilicet in compoſito, & cum aliquo ſcilicet. cum forma, ſed materia inuenitur per formam ſecundum quòd eſt perfectio eius, & forma inuenitur per materiam ſecundum ꝙ eſt ſubiectum eius. Vbi patet ꝙ materia nullam aliam cauſalitatẽ habet niſi quia ẽ ſubiectum, ex quo fit aliquid: & hoc dixit lucidiſſimus Themiſtius in principio ſecundi de anima, ꝙ hoc eſt diſcrimen inter materiam & formã, quia res à materia habuerunt ut fierent, ſed à forma ut eſſent. Quam ſententiam imitatus eſt Cõmen. in. 7. primæ philoſophiæ. cõ. 35. dicẽs ꝙ cum materia fuerit, non erit res, ſed q̃d cũ forma fuerit, ſtatim eſt res. Et ſic intelligas frater mi, ꝙ uulgata propoſitio non eſt uniuerſaliter uera, ꝙ omnis cauſa dat eſſe, imo quædam eſt cauſa recipiens ipſum eſſe, ſicut materia. Ideo ut deducit Cõmenta. 2. phy. cõm. 12. materia nõ poteſt exiſtere ſine forma, alioquin q̃d nõ eſt in actu eẽt in actu. Qũo autem de quatuor cauſis agat diuinus, & qũo conſideratio ſua differat à conſideratione naturalis Philoſophi, alibi à nobis oſtenſum eſt.

Subſtantiæ naturales ſi primę entium ſunt, & utiq; ſcĩa naturalis prima ſcĩarum erit. 11. primæ philoſophiæ, cap. 6. Inde colligitur ſcientiam primam eſſe primi generis.

Subſtantiæ generabiles habent omnia quatuor genera cauſarum, & per omnia cognoſcuntur: ut ſi uelimus ſcire hominem uerè, oportet ſcire per omnes cauſas eius. 8. meta. tex. cõm. 12. aliter cognitio eius eſſet diminuta.

Subſtantiæ æternæ quia non habent potẽtiam ad corruptionem carent materia, ſed materia earum eſt aliquod demonſtratum in actu. ſ. corpus. Ideo dignius habent hoc nomen ſubiectum quàm hoc nomen materia. 8. meta. cõm. 12. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Subſtantia & ſubiectum apud Ariſto. quandoq; appellatione accidentis dicuntur, Themiſtius. ſecundo de anima, in expoſitione tex. 65.

Subſtantia eſt primum ens ad quod omnia alia prædicamẽta referuntur, nam ſecundum ſubſtantiæ rationem dicuntᷣ alia entia quantitas, qualitas, & alia ſic dicta omnia: nãq; habebunt rationem ſubſtantiæ. 9. primæ philoſophiæ, tex. cõmen. 9. ubi Cõmenta. exponit ꝙ multa dicuntur entia ſecundum ꝙ habent diffinitionem ſubſtantiæ, pro quanto in diffinitione apparet ſubſtantia. Vbi patet qualiter intelligẽda ſit allegata Philoſophi propoſitio, & ſatis uulgata in 7. primæ philoſophię, tex. cõmen. 2. ubi habetur: Alia uerò dicuntur entia eo ꝙ taliter entis hæc quidem quantitates, illa uerò qualitates, alia uerò pasſiones. quia Ariſt. dicit, ut diximus in primis ſermonibus, ubi Cõmen. exponit ſecundum antiquam diuiſionem. i. in. 6. & 7. i. in. 7. & 8. libro ſecundum diuiſionem noſtram. Male igitur quidam intellexerunt locum illum aſſerentes eius eſſentiali prædicatione non prædicari formaliter de accidẽtibus, ſed de ſola ſubſtantia, imo de utriſq; prædicatur, ſed ſecũdum prius & poſterius. Pro tanto enim alia dicuntur entia, pro quanto in diffinitione eorum apparet ſubſtantia; iſta enim eſt Magiſtri interpretatio. Patet autẽ ꝙ ſubſtantia non cadit in diffinitione accidentium, niſi pro quanto ſubiectum & cauſa eorum in generatione cauſæ materialis ſunt, ſicut ſcribit Cõmenta. in. 4. meta. cõmen. 2. cadit enim tanquam additum 7. meta. tex. cõm. 17. & infrà. Et ideo ſi accidentia dicuntur entia propter ſubſtantiã, hoc eſt, quia in diffinitione eorum ſumitur ſubſtantia quæ eſt ſubiectum eorum & materia, ſicut dicimus ꝙ homo eſt homo propter Deum, tanquam propter cauſam efficientem & finalem, tamen homo ſecundum ſe homo eſt, ut dicitᷣ in. 5. primæ philoſophiæ. tex. cõ. 21. Hominis multæ ſunt cauſæ, attamen homo ſecũdum ſe homo eſt, unde non quia Deus eſt Deus, ideo homo eſt homo, licet à Deo ſit homo, ut bene notauerunt ſubtiles: uide in Theorematibus in illo Theoremate: Accidentia ſunt entia eo quia taliter entis.

Subſtãtia dicitᷣ quatuor modis. 7. meta. tex. cõ. 44. & 8. met. cõmen. 2. ubi pondera ꝙ Cõmẽtator dicit ſubſtantiam famoſè diuidi in quatuor modos.

Subſtantiæ ſenſibiles non diuerſantᷣ in ſuis ſubſtantijs quãdo diffiniuntur, & quando non diffiniuntur. ſ. quoniã ſunt ſubſtantiæ, licet non diffiniantur etiam minus quàm quando diffiniuntur: ſicut eſt diſpoſitio inuiſibilibus, quoniam ipſa non ſunt minus uiſibilia, quando non uidentur quàm quando uidentur. 7. meta. cõmen. 46. & eſt expreſſa authoritas Ariſto. & Cõmen. etiam ibidem in tex. cõmẽ. 58. ubi dicit Philoſophus: Quãuis utiq; ſi non uideremus aſtra, nõ minus exiſtimatione forent ſubſtãtiæ ſempiternę poſt eas quas nos uidemus, ubi Cõmenta. ſcribit ꝙ ſenſibilia ſunt entia, licet non intelligantur, ſicut ſunt entia licet non ſentiãtur. ¶ Ex quibus locis manifeſtè colligitur ꝙ eſſe cognitum eſt aduentitium eſſentiæ rerum, & quòd nõ eſt de ratione intrinſeca rei cognitæ.

Eẽ cognitũ eſt aduẽtitiũ quidditati.

Subſtantiæ ſeparatę ſunt de genere rerum per ſe exiſtentiũ. 7. meta. cõmen. 48. & 57. contra modernos aſſerentes ſub

ſtantias ſeparatas eſſe formas inhærentes orbibus per informationem.

Subſtantia una actu impoſſibile eſt, ut ſit ex duabus ſubſtãtijs in actu. 7. meta. tex. com̃. 49.

Subſtantiæ ſolùm eſt diffinitio aut maximè. 7. met. t. c. 50.

Subſtantia una numero impoſſibile eſt ut de pluribus prædicetur. 7. meta. tex. cõmen. 52.

Subſtantia quam ſignificat diffinitio non habet generationẽ neq; corruptionem. 7. meta. tex. com̃. 53.

Subæ omnis perſcrutatio in ſcĩa diuina de ſuis ſpẽbus non eſt niſi per ſubam, quæ dicitur forma. 7. meta. cõ. 1.

Subſtantiarum quædam ſunt cõfeſſæ ab oĩbus, quædam uerò à quibuſdam. 8. meta. tex. com̃. 1.

Subſtantiæ naturales ſunt conceſſę ab oĩbus, ibidem.

Subſtantiæ ſenſibiles omnes materiam habent. 8. meta. tex. com̃. 3. ut dicit Cõmen. in com̃. ꝙ hoc eſt declaratum in ſcientia naturali. Vide. 1. cœli. tex. com̃. 92. ubi dicit, ꝙ omne ſenſibile in materia exiſtit.

Subſtantiarum ſecundum rationem hę quidem ſeparabiles, illæ uerò non, ibidem.

Suba compoſita eſt cuius ſolius eſt generatio & corruptio. 8. meta. tex. cõ. 3. & . 7. meta. 26. & . 27.

Subſtantia compoſita eſt ſeparabilis ſimpliciter. 8. met. tex. cõ. 3. ubi Cõmen. exponens hoc dicit, quia eſt ſeparabilis & ſecundum diffinitionem, & ſecũdum eſſe, ad differentiã formæ materialis, quæ ſolum ſecundum diffinitionem eſt ſeparabilis à materia & non ſecũdum eſſe: & etiam ad differentiam materiæ, quæ etiam ſecundum diffinitionem eſt ſeparabilis à forma. 12. meta. com̃. 39. Intellectus innatus eſt diuidere adunata in eſſe, ſicut diuidit materiã à forma, & formam à congregato ex materia & forma, ſed non eſt ſeparabilis ſecundum eſſe materia à forma, quia tũc quod non eſt in actu, eſſe in actu. 2. phy. com̃. 12. ¶ Beatus Tho. autem in præſenti loco in. 8. meta. ſuper expoſitione tex. 3. dicit, ꝙ materia nõ eſt ſeparabilis per intellectum ab ipſa forma, quia non intelligitur niſi ut eſt in potentia ad formã, ſed forma poteſt intellectu ſeparari à materia ſenſibili in diuiduante. Sed iſta opinio non ẽ Peripatetica, ſi abſolutè & omnibus modis hoc aſſerat Diuus Tho. nam licet in ſecunda ſui notiõne materia non poſſit intelligi niſi ut eſt in potentia ad formam, tamẽ in prima ſui notione bene põt ſine tali potentia intelligi, ſicut pulchrè declarauit lucidiſſimus Them. in. primo phy in digreſſione de potentia & priuatione materiæ. & Cõmen. primo phyſi. com̃. 71. & in primo cap. de ſubſtantia orbis.

Cõtra diuũ Thomam.

Subſtantiæ proprium eſt p̃exiſtere aliquã ſubam in actu, q̃ facit ut ſit aĩal ſi animal naſcitur, quale uerò aut quantũ nõ neceſſarium niſi poteſtate ſolum. 7. meta. tex. cõmen. 32. uide pro hoc cõmen. 42. in. 2. cœli & mundi.

Subſtantia ſimpliciter dicitur de materia ſubſtantiæ compoſitæ, & de forma, & de compoſito ex materia & forma. 7. metaphy. tex. com̃. 7. & . 34. idem. 2. de anima. tex. com̃. 2. & . 3. meta. tex. commen. 7.

Subſtantia maximè & primum & ſolum ut eſt dicere, in ſciẽtia diuina eſt conſideranda. 7. meta. tex. com̃. 5. cõſimile habetur. 4. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 2. ubi ſcribit: Vbiq; uerò primi ꝓpriè eſt ſcientia, & ex quo alia pendent, & ꝓpter quod dicuntur: ergo ſi hoc eſt ſubſtantia ſubſtãtiarum oportet principia & cauſas habere Philoſophũ. Conſimile habetur in principio. 12. meta. tex. com̃. 1. ubi dicitur: De ſubſtantia theoria eſt, quia ſubſtantiarum principia & cauſæ quæruntur. Ex quibus locis clariſſimè colligitur ꝙ tametſi ens inquantum ens eſt ſubiectum adæquatum primæ philoſophiæ, ſubſtantię tamen eſt ſubiectum principale, in quo ſaluatur principaliter natura entis.

Subſtantia prima eſt quæ non prædicatur de aliquo, & alia prædicantur de ipſa. 7. meta. tex. com̃. 7. & in prædicamentis idem habetur. Vide in Theorematibus meis in proprio Theoremate de hoc.

Subſtantia compoſita eſt poſterior duabus ſubſtantijs, ex q̃bus componitur, & ipſam eſſe ſubſtãtiam eſt manifeſtum per ſe. 7. meta. com̃. 9. & habetur ex textu.

Subſtantia alia eſt ſeparabilis, alia inſeparabilis. ibidem. & primo phyſi. com̃. ultimo.

Subſtantiarum diffinitione ſignificant unam intẽtionem accidentium uerò plures. 5. metaphyſi. cõmen. 34. uide. 7. metaphyſi. tex. com̃. 17. & infrà.

Subſtantiam cuiuslibet quod ſemel, ut ſex ſemel ſex, non autem eſt bis tria aut ter duo. 5. metaphyſi. tex. cõmen. 19. & eſt in capitulo de quali.

Subſtantiã quæ maximè ſignificare uidenť, ſunt aqua, ignis, aer, & terra, ex quibus compoſita componũtur: horum autem calores & frigiditates & ſimiles paſſiones nõ ſunt ſubſtantiæ. 3. metaphyſi. tex. com̃. 17. ¶ Et ex illo loco patet caliditatem & frigiditatẽ non eſſe formas ſubſtantiales in elementis, contra Alexandrum: ſed pro Alexan. ſunt rationes, quia Ariſto. inueſtigans principia corporis ſenſibilis. i. tangibilis in. 2. de generatione & corrup. tex. com̃. 7. & infrà, dicit ꝙ eſt prima mã & primæ contrarietates, ex his enim conſtãt uocata elementa, igitur qualitates primæ cum prima materia conſtituunt elementa. Amplius Ariſt. 2. de generatione & corruptio. dicit ignem eſſe contrarium aquæ, quod nõ eſſet, niſi forma ignis eẽt caliditas, & forma aquę eſſet frigiditas: nam licet Ariſto. in p̃dicamentis dixerit ſubſtantiam non eſſe contrariam ſubſtantiæ, illud habet locũ de ſubſtantia compoſita, & de ſuba ſimplici, ſicut eſt forma. Amplius diffinitio ſubſtantiæ non datur per accidentia. 7. metaphyſi. tex. com̃. 17. ſed in diffinitione ignis ponitur caliditas & ſiccitas, ut patet. 2. de generatione tex. com̃. 16. & in principio. 4. meteo. igitur ſunt ſubę. Amplius illud per cuius ablationem aufertur ſubſtantia, eſt ſuba rei, quia ſicut quod eo poſito ponitur rei ſubſtantia eſt ſubſtãtia: ita etiam quod ita ſe habet, ꝙ eo ablato aufertur ſubſtantia eſt ſubſtantia: eadem enim ſunt principia in quæ aliquid reſoluitur, & ex quibus componitur: ſed ad ablationem caliditatis aufertur ſubſtantia ignis, inquit enim Cõmen. in cõmẽ. 67. ſuper. 3. cœli: Ignis non inuenitur in actu niſi in fine caliditatis & ſiccitatis. Ex aduerſo autem contra Alexand. arguitur, nam in his quæ uniuocè dicuntur, impoſſibile eſt unum & idem reſpectu unius eſſe ſubſtãtiam, & reſpectu alterius eſſe accidẽs. Dixi notabiliter de uniuocè dictis, qa in his quæ dicuntur æquiuocè, aut ſecundum prius & poſterius, ſecùs eſt, ſicut ſcientia in Deo eſt ſubſtantia, in nobis autem eſt qualitas: æquiuocè enim dicitur ſciẽtia de ſcientia Dei & de ſcientia noſtra, ut dicit Cõmenta. 12. meta. com̃. 51. ex libro deſtruc. diſputa. 6. in ſolutione. 5. & . 6. dubij. Sed caliditas in elementis & mixtis eſt eiuſdem rõnis. uniuocè, conueniunt enim in nomine & ratione, ſimiliter rectus iudex de ſenſibilibus ſenſus eſt & tactus nullã differentiam ponit inter caliditatem elemẽti & mixti. Igitur cũ ſecundum Philoſophum quod uerè eſt nulli accidit. primo phyſi. tex. com̃. 27. & caliditas in elemento eſt ſubſtantia, in mixto non erit accidens. Dicimus igitur ꝙ ſubſtantia nõ componitur ex non ſubſtantijs. 2. de anima. tex. com̃. 2. & ideo elementa ſunt compoſita ex materia & forma ſubali: caliditas autem & id genus ſunt qualitates per quas elemẽta ſunt actiua & paſſiua, quia actio eſt merito contrarietatis. primo de generatione & corruptione. Et quia ignis, ut ignis eſt ſubſtantia, & ſubſtantia non habet contrarium: ideo Ariſto. dicit ꝙ ignis non agit ut ignis, ſed ut calidus. Et quia de ratione elementi uidetur eſſe ꝙ ſit actiuũ & paſſiuum, ut uidetur colligi de mente Philoſophi, in. 2. de generatione & corruptione, & in principio. 4. meteo. ſic Ariſ. ibi nãliter ꝯſiderãs elẽnta dicit ea ꝯſtitui ex mã prima, & ex primis contrarietatibus: quia ad naturalẽ non ſpectat quantum naturalis eſt conſiderare ipſa, ut ſunt ſubſtantiæ, quia ſubſtantia & accidens ſunt de primis differentijs entis inquantum ens, ſicut dicit Cõmenta. 2. phyſi. com̃. 4. Vnde etiam Cõmen. 4. meteoro. com̃. 1. expreſſe dicit ꝙ uirtutes per quas elementa ſunt elementa, ſunt hæ uirtutes quatuor uidelicet caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Elemẽtum enim dicitur relatiuè ad elementatum, & quia elemẽta non

Digreſſi an q̃litates primæ ſi ſubę in elementis.



ta non ſunt partes mixti niſi alterentur, alteratio autem eſt meritò qualitatum: mixtio enim eſt miſcibilium alteratorum unio. Et fortè hoc uoluit Alexand. nam ſi caliditas eſſet ſubſtantia & tranſmutatio in caliditate eſſet generatio ſubſtantialis & non alteratio: nam uniuocè dicitur in ſimplicibus & mixtis, per hoc patet ad primum. Ad ſecundũ Ariſt. 2. de generatione & corruptione. tex. com̃. 49. dicit ignem eſſe contrarium aquæ, & aerem terræ, ut contingit ſubſtantiam ſubæ contrariam eſſe: quod ideo dixit quia contrarietas in ſubſtantijs non eſt ſecundum eſſe ſubſtantiæ, ſed ſecundum qualitates & paſſiones inuentas in eis. Ad aliud dico ꝙ quando differentiæ ſubſtantiales rerum latent, tunc poſſumus circũloqui per paſſiones & proprietates inſeparabiliter conſequentes tales formas, ut dicit Cõmen. 7. metaphyſi. com̃. 41. & . 8. meta. com̃. 5. Ad ultimum reſpondeť ꝙ illud ad cuius ablationem primò & per ſe aufertur ſubſtantia rei, eſt ſubſtantia: ſed nego minorẽ, quia licet ad ablationem caliditatis aufertur ſubſtantia ignis, hoc non eſt primo & per ſe, ſed eſt mediante forma ignis: quia ablata forma primò aufertur ignis, ſicut ad ablationem trianguli primò aufertur habeř tres: ſed ad ablationem aufertur, ſed non primò, ſed mediante triangulo. Similiter hoc eſt per accidens, pro quanto forma non poteſt conſeruari in materia ſine qualitatibus.

Subſtantias eſſe contrarias ſecũdum formas nihil prohibet. primo phy. cõmen. 52. idem dicit in primo capitulo de ſubſtantia orbis. uide in concordantijs.

Subſtantia & accñs ſunt differentiæ entis ſecundum ꝙ ens. 2. phyſi. com̃. 4. Pondera reduplicationẽ illam, nam ut dicit Auicẽna in principio ſuæ logicæ, & in principio ſuæ primæ philoſophiæ, ens abſolutè diuiditur in ſubſtantiam & accidens: ſed ens ut cadit ſub opere animę, diuiditur in res quæ ſunt noſtra opera, & in res quę non ſunt noſtra opera: & talem diuiſionem appellat Cõmenta. ſecundum diuiſionem demonſtratiuam. 2. phy. com̃. 71. Aut dic ꝙ dixit illud propter diuiſionem limitatam, quia ens ſenſibile diuidiť in ſubſtantiam ſenſibilem, & accidens ſenſibile. ut innuit Cõmentator. 3. de anima, cõ. 5. in ſol. quæſtionis tertiæ.

Subſtantiæ ſimplices ſunt contrariæ ſecundum ſuas qualitates, & qualitates earum ſunt accidentia in eis. 5. phyſic. cõ. 10. idem. 8. meta. com̃. 5. contra Alexandrum.

Subſtantias quarum propria ſunt contraria, dicere cõtrarias eſſe aut diuerſas, conſiderandum eſt, ſed non in ſcientia naturali. Cõmen. 5. phyſic com̃. 10. Vide cauſam dicti eius in 4. primæ philoſophiæ. tex. com̃. 6.

Si ſubſtantiæ eſſent contrariæ ſecundum formas & ſecundũ ſubiectum, in eis nõ ſolum nõ eſſet motus, uerũ etiam neq; mutatio. Cõmen. 5. phyſi. cõ. 10. Vide cauſam huius conſequentię in. 1. de generatione & corruptio, tex. com̃. 43. & in 8. primæ philoſophiæ tex. com̃. 14.

Subſtantia dicitur de tribus. ſ. de materia, forma, & compoſito. 2. de anima. tex. com̃. 2. Nota ꝙ iſta diuiſio primitus fuit Architæ Tarentini, ut dicit Simplicius in prędicamentis, & in primo phyſi. in expõne tex. 70. & ab Archita Ariſto. ſumpſit iſtam: propria autem Ariſto. diuiſio fuit illa, quam poſuit in prædicamentis in primam & ſecundam.

Subſtantia eſt illud ad cuius ablationem aufertur ſubſtantia. 2. de anima. com̃. 2. & . 8. quod quomodo ſit intelligendum uide in. 8. primæ philoſophiæ. com̃. 5. contra Alexand. qui ſuper hoc fundauit intentionem ſuam, ad probandum qualitates primas eſſe formas ſubſtantiales elemẽtorum.

Subarum quædam ſunt ſine accidentibus, quædam uerò ſine accidentibus eſſe non poſſunt. 12. meta. com̃. 25. Inde collige in abſtractis ſubſtãtijs nullum eſſe accidens, niſi fortè in intellectu materiali.

Subſtantiarum quædam ſunt naturales, & quædam animatæ. 12. meta. tex. com̃. 25.

Subſtantiarum cauſæ, ut cauſæ omnium, quia deſtructa deſtruuntur. 12. meta. tex. com̃. 27.

Subſtantiam æternam imobilem eſſe Ariſto. declarauit propoſitionibus cõmunibus utriq; ſcientiæ. 12. metaphyſi. cõ. 29. uide in contradictionibus.

Subſtantia neceſſe eſt illud quod eſt prius ſubſtantia. 12. metaphyſi. tex. cõmen. 43.

Subſtantiæ primæ quandoq; dicuntur diuinæ ſubſtantiæ. ut 12. metaphyſi. tex. cõmen. 50.

Subſtantia dicitur multis modis, ſed famoſior ſignificatio eius eſt illa quæ dicitur de indiuiduo ſubſtantiæ; & uide cauſam in paraphraſi metaphyſi. Auer. tracta. primo, capitulo de ſubſtantia.

Subſtantia manifeſtè ponitur in diffinitionibus trium prædicamentorum, uidelicet ubi, ſitus, & habitus, quod patet ex eorum diffinitionibus. ex paraphraſi metaphyſi. tracta. 1. in principio.

Subſtantia in diffinitionibus quatuor prædicamentorum. ſ. quantitatis, qualitatis, relationis, & quando, nõ apparet, & prẹſertim quando ſumuntur, ut abſtracta per intellectum, & ſignificantur per noĩa in abſtracto, ut albedo dum diffinitur quod eſt color diſgregatiuus uiſus: & magis adhuc de magnitudine & figura. Nihilominus iam fuit oſtẽſum ipſa pro eſſe ſuo indigere ſubſtantia. ex eodem loco.

Subſtantia recipitur in diffinitione omnium accidẽtium uel potentia propinqua, ut eſt in illis prædicamentis accidentium, in quorum diffinitione non apparet relatio ad ſubſtãtiam, ut ſunt quantitas, qualitas, relatio, & quando: aut recipitur actu, ut in cæteris. ibidem.

Subſtantia reſpectu nullius poteſt eſſe accidens. Propoſitio eſt quæ ex Philoſopho ſumitur primo phyſi. quod uerè eſt nulli accidit ſecundum Alexan & Ioãn. Grãma. & ſequaces. Propoſitio locum habet de ſubſtantia perfecta quæ eſt compoſita ex materia & forma. Vnde ipſi tenent ꝙ ſit perfectior forma, quod etiam Latini noſtri ſequũtur in hoc aduerſantes Cõmentatori, qui aſſerit formam eſſe perfectionem ſubſtantiam q̃ compoſitum. Vnde fallit ſecundum iſtos Græcos expoſitores, propoſitio in ſubſtantia ſimplici ſicut eſt forma, propter formas elementarias quæ ſunt ſubſtantiæ in elementis: ſed in mixtis ſubſtantijs perfectis ſunt accidentia. Sic etiam gloſant Ariſt. dictum in prædicamẽtis, ubi aſſerit ſubſtantię nihil eſſe contrarium: quod uerum eſt in compoſitis, ſed fallit in ſimplicibus, quia formæ ſubſtantiales elementariæ ſunt contrariæ. Auerroes autem & Latini uniuerſaliter dicunt propoſitionem iſtam ueram eẽ, tam in ſimplicibus q̃ in compoſitis, in his tamen quæ uniuocè dicuntur, fallit autem in ęquiuocè dictis, aut ſm prius & poſterius: q̃a ſcia in Deo eſt ſubſtantia, & in homine eſt qualitas. gloſa Cõmentatoris in. 8. meta. cõ. 5.

Subſtantia ſola eſt ſeparabilis. 7. primæ philoſophiæ. tex. commen. 4. idem. 12. metaphyſi. tex. commen. 3. & primo phyſi. tex. cõmen. 14. & . 39.

Subſtantia eſt prior omni accñte tribus modis, diffinitione, cognitione, & tempore. 7. meta. tex. com̃. 4.

Subſtantia uniuſcuiuſq; rei eſt una eſſentialiter. 4. meta. com̃. 3. Contra illos qui dicunt unum non p̃dicari in primo modo dicendi per ſe de omnibus ſicut ens.

Subſtantia dicitur multis modis. 5. meta. tex. cõ. 15.

Subſtantiæ animatæ uidentur eſſe principia ſubſtantiarum naturalium. 12. meta. tex. com̃. 25.

Subſtantiæ tres ſunt, duæ phyſicæ, & tertia imobilis. 12. metaphyſi. tex. com̃. 5. & . 29. Nam ſubſtantia alia mobilis, & hæc duplex, quædam generabilis, & quædam ſempiterna, & de utraq; conſiderat naturalis: tertia autem eſt imobilis, & de iſta conſiderat diuinus.

Subiecto exiſtente uno, & potentia una, & agẽte uno, nulla prorſus erit multitudo. 12. meta. com̃. 11.

Subijci oportet ſemper aliquid in oĩbus oppoſitis mutationibus. 8. primæ philoſophię. tex. com̃. 4. Vide etiam. 1. phyſi. tex. com̃. 60. & . 63. & in. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Subiectum quod eſt in tranſmutatione ſubſtãtiali eſt ens in potentia, & ſuum eſſe eſt quaſi medium inter eſſe in actu & non eſſe: ſed ſubiectum in alijs tranſmutationibus eſt in actu. 8. metaphy. cõmen. 4. & . 1. phy. com̃. 63. & in. 1. cap. libri de ſubſtantia orbis, primo de generatione & corrup.

tex.cõmen.23.&.24.2.de anima.com̃.4.

Subiectum traſmutationis ſubſtantialis quando recipit formam aſſimilatur enti in actu, & quando dimittit formam aſſimilatur non enti. 8.meta.com̃.4.

Subiectum & uniuerſale differunt. 9.meta.tex.cõ.12.

Subiectum dupl'r ſubijcitur, aut ut hoc aliquid, ut aĩal paſſionibus: aut ut materia actui. 7.meta.tex.cõ.44.

Subiectũ formæ non habet eſſe niſi per formã, & ideo actio agentis dependet à ſubiecto ſcd'm q̃ ſubiectum dependet à forma, cũ actio agentis non dependet à forma neq; à ſubiecto ſine forma. 7.meta.com̃.31.

Si ſubiectũ formæ generetur ab aliquo agente & forma ab alio, tunc ſubiectũ & ſua forma eſſent duo in actu, & unũ actum ſecundum q̃ eſt unum actũm eſſet à duobus agentibus, quod eſt impoſſibile. Cõmen.7.meta.cõ.31. in digresſione contra Auicẽnam, Themiſtium, & Platonẽ, aſſerentes aliud eſſe agens diſponens materiam, & aliud eſſe generans, quod inducit formam in materia.

Subiectum primum maxime uidet̃ eſſe ſub̃a, tale uerò modo quodam materia dicitur. 7.meta.tex.cõ.7.

Subiectum aliarum rerum conceditur magis eſſe ſubſtãtia q̃ aliud. 7.meta.cõ.7.&.8.idem.2.phyſi.cõ.8.&.9.

Subiecta quæ ponuntur in diffinitionibus accidẽtium eſſentialium, non ſunt ſicut genera differentiarum, quia ſunt diuerſa ſecundum genus & ſecundum naturã, quod non contingit in genere & differentia, neq; illud quod congregatur ex accidẽtibus & ſubiecto eſt unum in actu, ſicut illud q̃d congregatur ex genere & differẽtia. 7.meta.cõ.17. Vbi patet genus & differentiam quę põntur in diffinitionibus ſpecierum eſſe eiuſdem gñis, & ſignificare eandem nãm ſecũdum rem. Contra Ioãnem de Gandauo ponentem tot formas reales, quot ſunt prædicata quidditatiua.

Subiectum eſt prius ꝓpria paſſione. Cõmen.5.meta.com̃.16, ubi dicit q̃ paſſiua paſſionibus proprijs ſunt ante paſſiones & accidentia: licet textus aliter iaceat in litera uera, quæ habet q̃ alio modo priora dicuntur paſſiones priorũ, ſicut rectitudo quæ eſt paſſio lineæ, eſt prior lenitate quæ eſt paſſio ſuperficiei, quia linea eſt prior ſuperficie.

Subiectum eſt terminus multiplex, & omisſis ſignificationibus quibus cõſueuit ſumi in logica, uidelicet pro ſubiecto de quo aliquid dicitur, & pro ſubiecto ſcientiæ de quo præcognoſcitur quid, & quia eſt: apud Philoſophos autẽ habet etiam multiplex ſignificatum. Nam ſubiectum quandoq; diſtinguitur contra materiam, quia nomen materiæ refert ad futura, nomen ſubiecti ad præſentia: materia enim ſenſibilibus qualitatibus informata ex materia tranſit in ſubiectum: Vnde æs ex quo fieri poteſt Mercurius, ante ſuſceptionem formæ materia Mercurij dici poteſt, introducta autem forma dicitur ſubiectum: ita notat Alexan. in principio libri meteo. ubi Philoſophus dicit, q̃ accidentium circa ipſum ignem & terram & ſyngenea his, ut in materiæ ſpecie eorũ quæ fiunt oportet putare: uult enim quatuor elementa reſpectu mixtorum eſſe, ut in materiæ ſpẽ. Ideo autẽ dicit, ut in materiæ ſpẽ, quia rectius dicuntur ſubiectum q̃ materia reſpectu mixti. Et hanc etiam differentiam notauit lucidisſimus Them. in libro primo phyſico, authoritate Boethi, in digresſione de potentia & priuatione materiæ. Sumit iterũ ſub̃m apud Pħos ꝓ ſub̃to formæ; & ſic equocè forma ſub̃alis dr̃ eẽ in ſub̃to & forma accñtalis, tũ q̃a ſubiectum formæ ſubſtantialis ſecundum q̃ eſt ſubiectum eſt ens in potentia, ut dicit Cõmen.2. de anima, com̃.4. ſubiectum uerò accidentis eſt ens in actu, precipuè accidentiũ terminatorum: tum quia ſubiectũ formæ ſubſtantialis ſubſtentatur in eſſe per formam, ſed accidentia ſubſtẽtatur in eſſe per ſuum ſubiectum. 2.phyſi.com̃.4.&.4.meta.cõmẽ.2. tum etiam quia ex ſubiecto & forma ſubſtantiali fit unũ per ſe, ex ſubiecto uerò & accidente quodcunq; accidens fuerit non fit unum per ſe, ſed unum per accidens. 7.meta.tex.com̃.17. Subiectum etiam in philoſophia quãdoq; ſumitur pro quocunq; termino poſitiuo & forma motus, ſiue ſit terminus à quo, ſiue ſit terminus ad quem: & ſic ſumitur 5.phyſi.tex.com̃.7. ubi dicitur q̃ omnis motus eſt de ſubiecto in ſubiectum. Dico autem ſubiectum ex affirmatione monſtratum. Sumitur iterum ſubiectum precisè pro termino ad quem intendit motus, & iſto modo ſumitur in.4.phyſi.tex.com̃.129. ubi dicitur: Dico autem uelocius mutari prius tranſmutans in ſubiectum ſecũdum idem ſpatium & regularem motum. ubi Themiſt. exponẽs inquit: Voco ſubiectum id quo tendit motus locum, formam, & qualitatem. ¶ Ex hoc poteris ſcire quantum errauerunt illi qui tenuerunt ſanitatem eſſe ſubiectum in medicina, ſumentes ſubiectum eo modo quo ſumunt logici pro ſubiecto ſcientiæ, de quo demõſtrantur proprietates & paſſiones, & ad quod omnia in ſcientia habent attributionem, propter authoritatem Galeni male intellectam, in principio lib. de ſectis, ubi habet q̃ medicinæ artis intẽtio ſanitas eſt, finis uerò eius adeptio: dicunt intentionem ſumi pro ſubiecto: ſed non animaduerterunt q̃ ſubiectum pro intentione eſt terminus in quem tendit intentio artis, ſicut Philoſophi terminum ad quem tendit motus, dicunt ſubiectum. Illud enim quod primò obijcitur intentioni artis medicinæ eſt ſanitas, quia eſt finis principaliter intentus ab arte: quia autẽ ars eſt iſta eſt factiua & non conſiderat ſanitatem tãquam rem ſpeculabilem ſicut facit naturalis, ſed ut eſt inducibilis per artem, ſic finis ultimatus illius artis ẽ ſanitatis adeptio: hoc enim eſt quãdo quis artem ad actum ducere uoluerit, ubi opus eſt duplici incedere inſtrumẽto, ratione, & experimento, ut dicit Galenus in cõmento primo primæ particulæ ſeparatorum ſermonum. Artis igitur in ſe intentio eſt ſanitas, i. finis principaliter intentus, ſed ſanitatis adeptio ẽ finis artis, ut habet deduci ad actum per rationem & experimentum. Vnde ipſe Galenus dicit corpus humanum eſſe ſubiectum medicinæ, ſic enim in diffinitiõe medicinę, dicit medicinam eſſe ſanorum, ægrorum, & neutrorum, & ſanitas eſt finis medicinæ ut dicit Ariſt. in principio libri ethicorum. Vnde Auic. in prima Fen primi, diffiniuit medicinam completè per ſubiectum & finem, dum dixit medicinam eſſe ſcientiam qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur ex parte qua ſanatur. Et ita dicit Hammonius ſuper Porphyrio, & Cõmentator Alexandrinus in illo lib. Vnde æquiuocatio decepit eos, quia quandoq; finis & ſubiectũ pro eodem accipiuntur, & intentio ut patuit, ſed non ſumit̃ ſubiectum pro ſubiecto de quo demonſtrantur paſſiones ad quod omnia conſiderata in ſciẽtia habent attributionẽ. Subiectum etiam apud Philoſophos quandoq; ſumitur ꝓ obiecto, ut patet.2. de genera. & corrup. tex. com̃.7. ubi dicitur q̃ uiſus eſt prior tactu: quapropter & ſubiectũ prius eodem modo ſumitur in.2. de anima. tex. com̃.144.&.136. & in.3. de anima. com̃.5. in ſolutione primæ quæſtionis. ubi dicit q̃ cõprehendere per ſenſum fit per duo ſubiecta, quorum unus eſt per quod ſenſus eſt uerus, & eſt ſenſatũ extra animam: aliud autem eſt ſubiectum per quod ſenſus eſt forma exiſtens, & eſt prima perfectio ſentientis, ubi in primo membro ſumitur ſubiectum pro obiecto, in ſecundo uerò pro ſub̃to q̃d ſubijcitur ſenſationi, & eſt recipiẽs.

Digreſſio de ſub̃to medicinæ.

Subiecta quidem natura ſcibilis eſt ſecũdum analogiam.1.phyſi.tex.cõmen.69. fuit dictum Timęi Pythagorici, ut inquit Simplicius. Vnde ſcire debes q̃ cũ prima materia non habet quidditatem in actu, ideo non eſt intelligibilis ſecũdum ſe ab intellectu, ut notabiliter ſcribit Cõmenta. in cõ. non enim habet intentionem intellectam ab ea.12.meta. com̃.14. Etenim cum obiectum intellectus ſit uniuerſale, & forma ſit ſubiectum uniuerſalitatis.1.cœli com̃.92. cum prima materia ſit primo diuerſa à forma, quia neq; eſt forma neq; formatum: ideo ſecundum ſe eſt ignota.7. primæ philoſophiæ. tex. com̃.35. Cognoſcitur autẽ duplici cognitione, prima eſt quam dat nobis prima cognitio naturalis dum procedimus à notioribus nobis ad nota naturę, & ſic cognoſcimus eam ex tranſmutatione ſubſtantiali. Nam ut ſcribit Cõmen.1.phy.com̃.63. cum uidemus idem corpus permanens in eodem loco transferri de carneitate in terreſtreitatem, & de terreſtreitate in uegetabilitatem, uidemus quòd amittit nomen & diffinitionem, & ſic cognoſcimus illud ſubiectum nõ habere formam & diſpoſitionem dantem ſibi nomen & diffinitionem, & tunc aſſimilamus talẽ naturam ſubiectum ad aliquod ens in actu quod eſt informe. Dicimus enim materiam ita ſe habere ad omnem formam, ſicut ſe habet æs ad ſtatuam, & ſicut lignum ad lectulum, & ſicut aurum ad annulum: & iſta conſideratio pertinet ad naturalem, & eſt prima quo ad nos: Tranſmutatio enim fecit cognoſcere naturam & motus localis locum.4.phyſi.38.com̃. Secũda cognitio de materia quo ad nos, eſt illa quam habemus ĩ prima philoſophia quæ eſt ultima uia doctrinæ quo ad nos, ut dicit Cõmen.7.meta.cõmen.39. & tunc primus Philoſophus habito & accepto eſſe primæ materiæ, quod fuit demonſtratum per ſignum naturale, uia ſcilicet tranſmutationis ſubſtantialis conſiderat ipſam, ut eſt ſubſtantia quæ pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, & ipſam negatione cognoſcit. Dicit enĩ Philoſophus.10. primæ philoſophiæ. tex. cõ.24. Materia negatione oſtenditur. Vnde conſiderat ipſam in ſua prima notione, ut eſt quædam ſubſtantia quæ non eſt forma neq; formatũ. Et iſta cognitio (ut dicit Cõmenta.) cum ſit per priuationem omnium formarum ſeu negationum, ſecundum hoc materia non habet eẽ extra animam, ſed in anima tantũ: natura enim non poteſt explorare materiam ab omni forma, ſicut facit intellectus.12. primæ philoſophiæ. cõmen.39. & iſta conſideratio (ut inquit Cõmenta.) non eſt de ſcientia naturali, ſed pertinet ad diuinum: & ideo dixit Cõmenta.7. primę philoſophiæ. cõmen. ultimo loquẽdo de prima materia: Quid eſt iſta natura? eſt illa cuius quidditas & forma eſt recipere formam. ac ſi dicat, licet materia nõ ſit neq; quid, neq; quantũ, neq; uniuerſaliter aliquod eorum quibus ens ẽ determinatum: tamen eſt natura quædam quæ eſt in potentia ad oĩa hæc. Et hoc (ut dicit Them. in digresſione) cpmpetit materiæ in ſecunda ſui notione quando comparatur ad alia, ſed in prima ſui notione ſecundum naturam non includit potentiã, ſed negatione cognoſcit̃: & hoc eſt quod Plato dixit, quòd intellectus primam materiam ratiocinio quodam illegitimo ſeu ambiguo quodammodo cognoſcit, ut tranſtulit Marſilius. Sed rectius iacet ad uerbum ſpuria ſeu illegitima cogitatione, quia per negatione cognoſcitur, & potius ẽ ignorantia ille modus quàm cognitio. Hoc bene expresſit Aurelius Aug.12. lib. confesſionũ, cùm dicit: Cognitio humana nititur eam noſcere ignorando uel ignorare noſcendo, non enim habet (ut ſcribit Cõmenta.) intentionem intellectam ab ea. Et nota bene & diſtingue de hoc modo duplici, aliàs nihil prorſus intelliges.

Subiectum non facit tranſmutare ſeipſum. ex erratis primi metaphyſicæ.

Subiectum iſtius artis. i. ſcientiæ naturalis, ſunt res ſenſibiles inquantum tranſmutantur. i. inquantum habent principium tranſmutationis & quietis. in prologo primi phyſi. Cõmenta. ex hoc loco ponderat rationem formalem ſubiecti ſcientiæ naturalis eſſe naturam. idem.6.meta.cõmẽ.1. Cogita, quia alibi dicit corpus mobile eſſe ſubiectum: & uide in concordantijs meis.

Subiectum principium eſt, & prius uidetur eſſe prædicato. primo phyſi. tex. com̃.52.

Subiectum in rei ueritate eſt materia, cuius eſſe eſt in potentia.1.phyſi.cõ.54.&.1.cap. de ſubſtantia orbis.

Subiectum eſt utrũq; extremum potentia pura. primo phy. cõmen.56. uide in concordantijs.

Subiectum gñationis ſubſtantialis. ſ. prima materia eſt unũ, quia non habet formam dantem ſibi nomẽ & diffinitionẽ.1.phyſi.com̃.63.&.12. metaphyſi. com̃.14.

Subiectum quandoque ſumitur pro termino motus, ut.4.phyſi. tex. com̃.29. ut ibi Themiſtius: quandoq; pro obiecto potentiæ, ut.2. de gñatione. tex. com̃.7.&.2. de anima, tex. commen.144. unuſquiſq; ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt: quandoq; pro recipiente, ut ſæpe in philoſophia: quãdoq; pro termino poſitiuo, ut.5.phyſi. tex. commen.7. Dico autem ſubiectum affirmatione monſtratum.

Subiectum generationis eſt unum numero, non habens forma aliquam ſubſtantialem ſibi propriam, ſed eſt in potentia omnes diſpoſitiones ſubſtantiales & accidentales. primo phyſico. commen.36 &.7. metaphyſic. tex. cõmen.8. & primo capl'o de ſubſtantia orbis.

Subiectum ſubſtentat formam ſecundum quòd forma non poteſt inueniri ſine ſubiecto, forma autem ſubſtentat ſubiectum, ſecundum quòd eſt complementum eius. primo phyſi. cõmen.70.&.2.phyſic. cõmen.30.&.3.phyſi.65.&.2. de anima. cõmen.4.

Subiectum primum & ſubiectum ſecundum cõueniunt, q̃a inuenitur generatum ex eis per ſe, ſed differunt quia ſubiectum ſecundum eſt in actu, ſed primũ eſt modo medio inter potentiam & actum.1.phyſi.com̃.82. idem.2.phyſi.cõ.10.&.3.cœli.com̃.67.&.2. de anima.com̃.4.

Subiectum corporis artificialis eſt corpus naturale.2.phyſi. com̃.2.&.2. de anima, com̃.3.&.8.

Subiectum huius libri primi phyſicorum eſt natura & principia naturalia, cùm ſint cõmunia omnibus rebus naturalibus.2.phyſi.cõmen.3.

Subiectum ultimum commune omnibus rebus naturalibus, eſt illud quod dicimus eſſe non formatum per ſe. ſecundo phyſi. commen.8.

Subiectum nõ formatum in reſpectu uniuſcuiuſq; ſunt materiæ propriè, utraq; propoſitio eſt.2.phyſi.cõ.8. Vide cõ ſimiles.3.cœli.cõmẽ.67.&.8.meta.11.12.&.14. idem.12.meta.com̃.11. idem.1.phyſi.com̃.1.&.82.

Subiectum caſus & uoluntatis eſt idem. ſecundo phyſi. commen.52. ubi aduerte quòd per caſum, ſecundum Arabes intelligitur fortuna: nam illud quod nos appellamus caſum, illi appellant ex ſe: & ſubiectum intelligas obiectum. ſecundo phyſi.48.

Subiectum gñationis ſubſtantialis eſt in potentia, ſed ſubiectum tranſmutationis accidentalis eſt in actu.5.phyſico. tex. com̃.8.&.2. de anima. com̃.4. & primo capl'o de ſubſtantia orbis. & primo phyſi. com̃.63.

Subiectum motus ſumitur dupliciter, uno modo pro mobili in quo eſt motus, alio modo pro termino motus. quinto phyſi. commen.15.

Subiectum accidentis non exit à ſua ſubſtantia exiſtente accidente ſicut eſt reſpectu formæ, & iſta eſt differẽtia inter formam & accidens.7.phyſi.com̃.15. idem.1.phyſi. com̃.63.& primo capl'o de ſubſtantia orbis.

Subiectum alterationis eſt quantũ neceſſario.7.phy.cõ.32.

Subiectum alicuius artis ſi negatum fuerit, artifex nullum habet ſermonem cum eo, cum non habeat principia per quæ loquatur cum eo.8.phyſi.cõmen.22.

Subiectum in alteratione non eſt aliud à ſubiecto in ſubſtãtia, alioquin quomodo contingeret ut ſubiecto in ſubſtantia ablato auferatur ſubiectum in alteratione? ſubiectum enim alterationis non eſt ei ſubiectum, niſi etiam inquantum eſt ſubiectum in ſubſtantia. primo de generatione & corruptione cõmen.1. quod qualiter ſit intelligendum, uide ibidem commen.24.

Subiectum alterationis eſt in actu, generationis uerò in potentia. primo de generatione & corruptione. cõmen.10.& tex. com̃.23.&.24.&.5.phy. tex. com̃.8.&.1.phyſi.cõ.63. & primo cap. de ſubſtantia orbis.

Subijci oportet ſemper aliquod quod fit, & hoc & ſi numero unum eſt, ſpecie tñ nõ unum eſt: dico autem ſpẽ & ratione idem.1.phyſicę auſcultationis. tex. cõ.60. ¶ Ex quo colliguntur duo, primum q̃ in omni tranſmutatione oportet ponere aliquod quod ſubijciatur, quod dicitur fieri & tranſmutari. & ita generatio ſubſtãtialis etiam, ut inquit Cõmen. in com̃. inquãtum eſt motus, indiget aliquo ſubiecto quod uerè generatur: quia motus eſt in moto, & denominat motum. Vnde elicitur q̃ cum ſubiectum generationis ſubſtãtialis ſecundum quod eſt ſubiectum uerè generatur, & tale cum ſit ens in potentia, & eſt ipſa prima materia, tunc iſta eſt concedendã q̃ materia prima uerè generatur, quia generatio eſt actus generabilis inquantum generabile, & de

bet denominare ſuum ſubiectum: cum autem hoc ſit prima materia, & non compoſitū ex materia & forma, materia igitur eſt illa quæ generatᷣ, ſed quia entitas eius eſt ignota propter ipſam non eſſe aliquam ſubſtantiam demonſtratam in actu, ſicut eſt ſubiectum motus. 5. enim phyſi. tex. cō. 8. quod generatur non eſt, ſed quod mouetur eſt. Ideo iſta uidetur nobis extranea materia. Prima uerè generatur, & illā paſſim cōcedimus ꝙ ſubiectum motus eſt id quod mouetur, & tamen ſecundum rei ueritatem propter eandem rationem utraqꝫ uera eſt: licet enim Ariſt. in fine primi phy. oſtenderit materiam non eſſe terminum generationis neqꝫ corruptionis, & in illo ſenſu negauerit materiam eſſe generabilem aut corruptibilem, non tamen negauit materiam generari, ſicut ſubiectū motus dicitur moueri, quia quilibet motus & quælibet trāſitio indiget ſubiecto cuius eſt actus. Aliud autem quod elicitur eſt, ꝙ in pręſenti authoritate per id quod oportet ſubijci omni tranſmutatione, Ariſt. non intellexit ſolam materiam circūſcripta priuatione, ſed materiā una cum priuatione, quia aliter id quod ſequitur in tex. non eſſet ad ꝓpoſitum. Sequitur enim & hoc uidelicet ꝙ oportet ſubijci, & ſi numero unum ſit. i. unum ſubiecto, ut exponit Cōmen. in cōmento: Specie tamen non unū. ubi Ariſt. ponit differētiam inter materiam & priuationem annexā illi ſecundum ſpeciem. & hoc bene fuit notatū per Simplicium in illo loco, & Cōmen. in com̄. etiam bene ponderauit illud, cum dicit: Iſtud quod eſt generatum in actu, licet ſit unum numero. i. ſubiecto, tamē non eſt unum ſecundū rationem. i. ſecundum diffinitionem. Apparent enim in eo duo, quorum unum eſt oppoſitum rei quod eſt principium generationis. i. priuatio, quæ opponitur formæ; & aliud eſt recipiens illam rem. i. materia. ¶ Sed tunc inſurgit maxima difficultas, quomodo hoc uerum eſſe poteſt, ꝙ materia & priuatio ſunt unum numero, & tamen ſint duo ſecundum ſpeciem. Per ſe notū eſt enim & ab omnibus cōceſſum, ꝙ ſemper maior unitas infert minorem: maxima autem unitatum eſt unitas materialis & uerisſima unitas. unde ex. 2. de generatione & corruptiōe. tex. com̄. 59. Ens eſt melius ꝗ̄ non ens, & ens uerum quàm non uerum, & uerum ſecūdum indiuiduum ꝗ̄ ſecundum ſpeciem. & 12. primæ philoſophiæ. com̄. 27. Verus reſpectus eſt reſpectus entis ꝑticularis, cum uniuerſalia non habent eſſe extra aīam. Confirmatur ex ſententia Philoſphi. 5. primæ philoſophiæ. tex. com̄. 12. ubi enumerans multiplicem unitatem, materialē, ſpecificam, genericam, & unitatem ſecundum proportionem, ponit regulam generalem ꝙ ſemper poſteriora præcedentia ſequuntur, ut quæcunqꝫ ſunt unum numero, ſunt unum ſpecie, ſed non è contra: & ita dicit cōſequenter de unitate ſpecifica ꝙ infert genericam, & non è contrà: & ita de unitate generica quod infert eam quæ eſt ſecundum proportionem, & non è contra. Implicat igitur in fundamētis eius dicere materiam eſſe unum numero cum priuatione, & non eſſe unum ſpecie. Amplius autem quomodo cū materia inferius ſit ſecundum ſui naturam, & creat omni ſpecie, priuatio etiam ſpecies aut forma non ſit, ſed ſit ſola ſpeciei ſeu formæ abſentia: quomodo igitur materia à priuatione ſpecie differre dicitur? Nam ſpecie propriè differre dicuntur, quæ in ſe rationem ſpeciei posſident, & ſunt aliquid formæ aut actus participantia, quod de neutro iſtorū dici poteſt. Materia enim prima, ut dicit Cōmenta. in libro de ſubſtantia orbis, ſubſtentatur per poſſe, ita ꝙ potentia eſt differentia ſubſtantialis eius. Actus etiam eſt primo diuerſus à priuatione, quia (ut inquit Cōmenta. primo phy. cōmen. 79.) priuatio non eſt accidens nedum ut ſit ſubſtātia. ¶ Niſi eſſet ꝙ, ut dicit Simplicius in expoſitione iſtius dicti primo phyſic. tex. cōmen. 60. quod Ariſto. animaduertens hoc propriè dictum non eſſe materiam ſpecie diſtingui à priuatione, ideo Ariſto. ſtatim addidit: Dico autē ſpecie & ratione idem, ac ſi ſpecies ſumatur pro ratione, & nō in propria ſignificatione: & tunc ſenſus erit quod materia & priuatio ſunt unum numero, & differūt ratione, ideſt diffinitione. ſicut Cōmenta. exponit in cōmen. ¶ Sed tunc inſurgit Plotinus aduerſus Peripateticos in. 4. libro cap. 14. ubi de materia pertractat. Nam ſi Peripateticus aſſerit materiam & priuationem eſſe unum ſubiecto & duo ratione, debuit prius utriuſqꝫ rationem adducere & uidere per ſufficientem diuiſionem, utrum neutrum ponatur in ratione & diffinitione alterius, uel utrūqꝫ ponatur in ratione utriuſqꝫ, uel unum in ratione alterius & nō è contra, quodcūqꝫ duorum fuerit: Non enim poteſt etiamſi fingendi daretur licentia, alius modus, quod ſi neutrum aſſumitur in ratione alterius, ſequitur ergo quòd non erunt unum ſed duo erunt ambo, atqꝫ materia erit alterum quàm priuatio, licet priuatio accidat materiæ. Si autem ita ſe habeant ut unum uiciſſim ponatur in diffinitione alterius, ſicut eſt naſus ſimus cū ſimo, ſic etiam duo erunt & nō unum, ſicut etiam eſt de relatiuis, licet ipſe non dicat: Relatiua enim uiciſſim ſe diffiniunt, & tamen non unum ſed duo. ſi uerò ita ſe habeant ut unum ſumatur in diffinitione alterius, & non è contra, ſicut ſe habet ignis & calor: calor enim ponitur in diffinitione ignis, ut patet. 2. de generatione & corruptione. & in. 4. meteoro. non autem ignis ponitur in diffinitione caloris. Eodem modo ſi priuatio ponitur in ratione materiæ, & materia non ponitur in ratione priuationis, tunc igitur priuatio erit qualitas materiæ, & ita adhuc ſequitur ꝙ erunt duo & non unum. Amplius quæ diffinitione uacant, diffinitione differre nequeunt, ſed materia prima cum ſit ſimplex diffinitione uacat: diffinitiones enim ſunt compoſitorum. 8. primæ philoſophiæ. tex. cō. 16. & 7. metaphyſi. cōmen. ultim. in ſimplicibus non quæratur neqꝫ per quare, neqꝫ per quid, & ſic ualde arduum uideť Ariſt. poſſe defendi in hoc. ¶ Pro ſolutione igitur iſtarum rationū oportet prænotare aliqua, nam ubi eſt multiplicitas, ibi eſt cōfuſio intellectus. primo cœli. tex. cōmen. 110. Dico ꝙ unum numero apud Peripateticos eſt terminus multiplex, nam. 4. cap. primi topicorū Ariſto. dicit, quòd unum numero dicitur tribus modis, proprijsſimè quidem, quod eſt idem numero nomine aut diffinitione: ſecundò quod eſt idem numero ꝓprio: tertiò unū numero accidente. Secūda diſtinctio ꝙ unum numero poteſt intelligi dupliciter, poſitiuè, & priuatiuè, illud dicitur unum numero poſitiuè, quod eſt unum per unam formam dātem ſibi unitatem numeralem: illud uerò dicitur unum numero priuatiuè, quod de ſe nō habet aliquam talem formam per quam ſit hoc & unum numero, ſed eſt bene in potentia ad omnem talē formam: Stantibus iſtis dico primā materiam eſſe unum numero, non ſecundum eſſentiam & diffinitionem cum priuatione, quia quæcūqꝫ ſunt unum numero illo modo, ſunt etiam unum ſpecie & unum genere: ſic enim intelligitur dictum Ariſto. 5. primæ philoſophiæ. tex. cōmen. 12. ꝙ unitas numeralis infert unitatem ſpecificam. Secundum dictum eſt ꝙ materia & priuatio ſunt unū numero accidēte, quia priuatio accidit materiæ, & iſto modo dicimus ꝙ homo & immuſicum ſunt unum numero: & talem unitatem Peripatetici appellant unum ſubiecto: & ſic Cōmenta. expoſuit in cōmen. & lucidiſſimus Them. & Alexander, & Simplicius. Nam pro quanto priuatio ſeorſum à materia conſiſtere nequit; pro tanto materia & priuatio ſunt unum numero uel unum ſubiecto. Vnde uniuerſaliter quodlibet accidens cum ſuo ſubiecto dicitur unum numero illo modo, pro quanto à ſuo ſubiecto cōſiſtere aut ſeparari non poteſt. Immo addo etiam quòd duo accidentia fundata in eodem ſubiecto, poſſunt dici unum ſubiecto: accidens enim accidenti non accidit niſi pro quāto eidem accidunt. ut dicitur. 4. primæ philoſophię. tex. cōmen. 14. Accidens accidenti non accidit, niſi pro quāto eidem accidūt, ut album & dulce ſunt eadem ſubiecto, & ſunt unum numero ex ſubiecto illo modo. Etenim ut dicitur in poſterioribus analyticis, in capľo illo in quo quæritur ſtatus in p̄dicatis, p̄dicatio per accidens eſt tribus modis, uel quādo p̄dicatur accidens de ſubiecto, uel qn̄ ſubiectum de accidente, uel quando accidens prædicatur de accidēte, licet nullus modus ſit ſm curſum naturalem niſi primus, ubi prædicať accidens de ſubiecto: ut notauit bene Cōmenta. in cōmē.





14.4. metaphyſicæ, & ideo talia quæ ſunt unum numero ex ſubiecto, uel uno modo, uel altero, poſſunt diſtingui ſpecie & etiam diffinitione. Vnde Cōmetator. 5. phyſi. com̄. 47. dicit ꝙ illa quæ ſunt unum ſubiecto & differunt ſcd̄m diffinitionem, non ſunt contraria. ¶ Per hæc igitur patet ſolutio ad inſtantias, quia ex æquiuocatione pro edūt. Dico etiam ꝙ materia eſt una numero priuatiuè non poſitiuè, qa ſi eſſet una numero poſitiuè, tunc eſſet aliquod īdiuiduum demonſtratum in actu compoſitum ex materia & forma, & non eſſet ſubſtātia ſimplex. Ad aliam difficultatem reſpondetur ꝙ materia & priuatio dicuntur unum ſubiecto & ſpecie, ideſt rōne diſtincta, quia priuatio non poteſt ſeorſum comparare à materia, & ideo ſemper eſt in materia ut in ſubiecto: tamen ratio ſeparat ea quæ natura non poteſt ſeparare, ut dicit Cōmenta. 12. primæ philoſophiæ. cōmē. 39. & ſic exponit lucidisſimus Themiſtius: Nam ītellectus apprehendit rationem materiæ ſeorſum à ratione priuationis, quia ratio materiæ eſt ratio entis permanentis in tranſmutatione recipiens trāſmutationem & terminum, ſed ratio priuationis neqꝫ tranſmutationem recipit neqꝫ terminū tranſmutationis. Amplius materia eſt pars generati, priuatio non eſt pars. Amplius materia eſt ſubſtantia, quia pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia: priuatio autem non eſt accidēs, nedum ut ſit ſubſtantia 1. phyſi. commen. 79. ad rationem Plotini. Vnde nota ꝙ quādo duo comparantur adinuicē, & aliud habet quid rei, aliud quid nominis, ſicut ē materia & priuatio, (materia enim habet qd rei. 1. phyſi. 8. eſt enim ex quo fit aliquid ut inexiſtente: priuatio habet quid nominis, eſt enim abſentia formæ in ſubiecto apto nato) talia ſunt duo in ratione, & non ſunt duo in eſſe. unde. 4. primæ philoſophię. tex. cōmen. 2. Ens tranſcendentisſimè ſumptū dicitur de priuationibus, & uniuerſaliter tam de primis ꝗ̄ de ſecundis intellectis, & de affirmationibus & negationibus, licet purè æquiuocè dicatur. 7. meta. com̄. 15.

Subiectū tranſmutationis ſubſtantialis non eſt ens in actu. primo capitulo de ſubſtantia orbis. primo phyſic. cōmen. 62. ſecundo de anima. cōmen. 4.

Subiectum unum habere niſi unam formam ſubſtantialem eſt imposſibile. ibidem.

Subiecti recipientis formas ſubſtantiales natura. i. primæ materiæ eſt natura potentiæ, ſcilicet ꝙ potentia eſt differētia ſubſtantialis eius. ibidem.

Si ſubiectum aliquod fuerit, quod non recipit niſi unam formam, ſemper eſt unum numero ſimplr̄, ita ꝙ in eo non eſt multitudo aliqua oīno, nec in actu, nec in potētia, & ꝙ ſubiectum illud non diuiditur ſecundum formam, neqꝫ forma per eius diuiſionem. primo cap. de ſubſtantia orbis.

Subiecti ſignum Pħi ſumpſerunt ex pasſionibus, & ſignum formæ ſumpſerunt ex operationibus: imposſibile enim eſt ꝙ actio & pasſio ab una & eadem natura ꝓcedat. ex libro deſtru. diſputa. 6. in ſolutione. 6. dubij.

Subtile eſt repletiuum & eſt humidi, groſſum uerò ſicci. 2. de generatione & corruptione. tex. com̄. 9.

Sudore cruento nonnulli exudarunt. tertio de natura animalium. cap. 19.

Sufficientia quando non fuerit ſubſtētata per aliquid, eſt de modis propinquis ueritati certæ: ſed quando fuerit ſubſtentata per demonſtrationem, tunc erit complementum illarum rationum. 1. cœli, cōmen. 22.

Sufficientia appellatur ratio quæ compoſita eſt ex ſenſus teſtimonio, & talis inquantum eſt compoſita ex ſenſus teſtimonio, eſt ſufficientior ſermonibus probabilibus, & inquantum ipſam intrat teſtimonium deſcendit à ſermonibus demonſtratiuis. Cōmen. primo cœli. cōmen. 22. uide in contradictionibus.

Summa in ſermonibus demonſtratiuis, eſt ſicut concluſio in orationibus ſupple rhetoricis. 8. phyſi. cō. 77.

Sumptum & principale differunt, quia ſumptum ſignificat illud quod ſignificat principale & magis: uita enim ſignificat aliquid non in ſubiecto, uiuum autem ſignificat aliquid in ſubiecto, ſ. formam in materia, & habitum in ſubiecto, 12. primæ philoſophiæ. cōmen. 39.

Supꝑficies & figura ſunt termini dimenſionis interminatę. 5. phyſi. cō. 15. ¶ Vltima enim, ut ſuperficies, linea, & pūctus, non transferuntur in ubi, niſi per accidens. 4. phyſi. cō. 9.

Superficies non eſt colorata, eſt iſta ꝓpoſitio per ſe. 5. meta. tex. cōmē. 23. & eſt in capitulo de per ſe, ubi dicitur quòd quando aliquid attribuitur alicui ſine medio, attribuitur illi per ſe. Et nota ꝙ iſtum modum Ariſt. non poſuit in pręedicationibus per ſe eſſentialibus, ꝗ̄ deſeruiunt demonſtrationi ſimpliciter dictæ: ut notauit ibi lucidisſimus Them.

Superficies non circularis quæ continet æquale ei quod continet circularis, neceſſario maior eſt circulari. ſecundo cœli. cōmen. ultimo.

Superficies eſt uiſibilis per ſe nō primo nec ſecundo modo. Them. 2. de aīa, in expōne tex. 65. ubi nota dari tertium motum non poſitum ab Ariſt. in poſterio. analyticis.

Superius non eſt idem in omnibus rebus & in mundo. ſecūdo de anima, tex. cōmen. 38.

Superius in plantis ſunt radices. ibidem.

Superius eſt principium motus augmenti in plantis & animalibus. 1. cœli. tex. cōmen. 8.

Superius ſimplr̄ & naturaliter eſt, ꝙ nunꝗ̄ ſecundum eius ſitum uariatur reſpectu noſtri, ſecus eſt de ſuperiori ſecundum comparationem. 4. cœli. tex. com̄. 4.

Superius ad id quod eſt ſub ipſo, ſemper ſe habet ſicut ſpecies ad materiam. tex. com̄. 23.

Surſum & deorſum contraria ſunt in longitudine, dextrum & ſiniſtrum in latitudine, ante & retro in altitudine. quinto phyſi. tex. commen. 50.

Surſum eſt principium longitudinis. 1. cœli. tex. cō. 8.

Surſum & deorſum non in omni corpore ſunt. ſecundo cœli. tex. commen. 9.

Supercilia per ſenectutem nōnullis adeo hirſuta redduntur, ut tondenda ſint, q̄d propterea euenit ꝙ cohæſioni appoſita ſunt oſſium, quæ ſeneſcente ætate laxantur, & inde plus humoris tranſmitti patiuntur. 3. de natura aīal. cap. 11.

Supercilium dextrum magis attolliť ꝗ̄ ſiniſtrum, & magis arcuatum eſt. uide cām in. 3. de partibus aīalium. cap. 9.

Surdi à natiuitate etiam muti ſunt, hiqꝫ uocem emittere poſſunt, ſed locutionem nullam. Ariſtoteles in. quarto de natura animalium. cap. 9.

Sus ſola inter multipara ꝑfectos generat fœtus, alia uerò inarticulatos, ut leæna, canis, lupa, lupus ceruarius. ex. 4. de generatione animalium. cap. 6.

Sus maximè radicum appetens eſt, & quomō ſues pingueſcant, uide. 8. de natura animalium. cap. 6.

Sus ex omnibus quæ nouimus animalibus grandiores concipit. 8. de natura animalium cap. 21. & ibi require morbos & remedia eorum.

Syllogiſmus non fit ex ſub̄a indiuiduali, ſed uniuerſali. primo meta. tex. com̄. 27. uide primo phyſi. com̄. 5.

Syllogiſmi hypothetici uſitantur ad declarandum ea, quæ indigent modicula innuitione ſecundo phyſic. cōmen. 5. 4. phyſi. commē. 39. & primo priorum in digresſione de ſyllogiſmo hypothetico.

Syllogiſmi ducentis ad inconueniēs propōnes aliæ ſunt categoricæ, aliæ hypotheticę. 7. phy. cō. 2. uide in primo priorum in digresſione de ſyllogiſmo hypothetico.

¶ De litera T.

TALPA uidetur ſub pelle oculos habere. ſecundo de anima. tex. cōmē. 131. idem. primo de natura animalium. cap. 9.

Talpa ut narrauit Galenus, in oculis ſuis habet omnes tunicas præter telam araneam in qua fit uiſio. Auer. primo de generatione animalium, cap. primo in quo ponitur improbatio antiquorum, in columna ſeu facie. 11.

Talpam quodammodo oculos habere dixerim, cùm tamen omnino habere negem; quippe cum omnino quidem non uideat, nec perſpicuos habeat oculos. uerum ſi quis pretentam membranam detrahit, locus oculorũ apparet, & pars nigra eorũdem, ſitus deniq; & deſcriptio eadem, quam legitimam conſpicui oculi obtinent, utpote cum obducta cute oculi presſi, cõfuſi, oblæſiq; eſſent dum crearētur. Ariſt. in primo de natura animalium, cap. 9. uide etiam ibidem in. 4. libro cap. 8. ¶ Ex hac authoritate patet contra Simplicium in. 2. de anima, in expoſitione tex. commen. 131. ubi uidetur tenere talpam habere uiſum debilem & ſubobſcurum.

## ¶ DIGRESSIO DE TALPA, AN aliquo modo habeat uiſum.

¶ Ariſtoteles in. 2. de anima. in tex. cõmen. 130. ubi adducit rationem ſecundam, ad probandũ ꝙ non detur ſextus ſenſus ex parte organi, dicit ꝙ omnes ſenſus habentur à non imperfectis & non orbatis; uidetur enim talpa habere oculos ſub pelle. Vbi Simplicius ĩ illo loco notat ꝙ nõ eſt credendum talpam oĩno priuatam eſſe uiſione, ſed manifeſta & clara: fruſtra enĩ natura oculos dediſſet pelle ſeu tunica tectos, ſi ſub tunica operari nõ poſſent. Videt igiẽ talpa ꝑ tunicam, ſicut in nobis cõtingit per limẽ palpebrarum uel per ocularia, & habet uiſum debilem, ſicut animalia q̃ noctu uagantur & paſcuntur. Vnde pro hac opĩone poſſunt adduci rationes, & prima eſt quã inuit, quia & Deus natura nihil fruſtra faciũt: ſi igiẽ natura dedit ſibi oculos, igitur dedit ſibi uirtutem uiſiuam, quia fruſtra eſt calciamentum, cuius non eſt calciatio, ut dicit Cõmentator primo cœli cõ. 32. & confirmatur, quia Ariſto. in ſecundo cœli & mundi. tex. cõmen. 50. ubi loquitur de aſtris, inquit: Quòd ſi natura dediſſet aſtris uirtutem motiuam per quã poſſet eſſentialiter trãsferri de loco ad locũ, utiq; dediſſet ſibi organa, quia natura nihil fruſtra et temere facit. igitur à pari, natura aĩali cum dedit organum, illi etiam dedit & uirtutem, alioquin fruſtra organum fuit datum: & præterea natura nõ deficit in neceſſarijs. Sed talpa cùm ſit animal quod nutritur rebus habentibus ſaporem, eſt enim mobilis de loco ad locum, & licet ſub terra maneat, tamen non terra nutritur: ſed ut refert Albertus in. 22. lib. de animalibus. cap. de talpa, dicit ꝙ ipſe expertus eſt talpam nutriri libenter ex buffonibus & ranis, & ſe inueniſſe talpam per pedem tenere fortiter magnum buffonem, & buffo fugiens iam de terra tenebat totum corpus extra terram, & clamabat fortiter ꝓpter morſum talpæ & comedit etiam uermes, qui lũbrici terræ nuncupantur: & ſi fameſcit comedit radices plantarum & præcipuè frugum, & uerũ eſt, nam in patria noſtra comedit crocum: modo uiſus huic animali ad uenandum huiuſmodi animalia ſub terra uidetur eſſe ſibi neceſſarius. ¶ Ad oppoſitum autem eſt ſentẽtia Ariſt. 1. de natura animaliũ. cap. 9. & in libro. 4. ibidẽ. cap. 8. ubi expreſſe habetur ꝙ talpa omnino non uidet. Albertus in præſenti loco uideẽ dicere, ut notat pater Gaetanus, ꝙ talpa, licet non uideat ſenſibilia cõmuniter occurrentia, & quia utplurimum moraẽ ſub terra, nõ indiget oculis, & raro eſt ſupra terram, & ꝓpter conſuetam operationem terræ & tenebram ſuſtinere lumen nõ poſſet, niſi oculos tectos pelle haberet: ob quod in loco oculorũ exterius pilos non habet pellis eius, ut magis ſit ſpiſſa, unde ex his uerbis colligiẽ ex intẽtione Alber. ꝙ quando talpa eſt ſupra terram, percipit ſe eſſe ſuper terram per lumẽ reflexum à pelle eius. Sed mihi uidetur quòd iſta non ſit Alber. opinio, quia Albertus in. 22. lib. de animalibus. cap. de talpa, dicit ꝙ eſt animal paruum de genere muris, quod & mus terrenus & cæcus dicitur, & eſt breuium crurum & acuti unguis, quinque ante & quatuor poſteriores habens digitos coloris nigri, pili mollis & breuis, ſed ſpiſſi: loca oculorum habens non oculos, unde pellem in loco oculorum non habet piloſam. Vnde ex hoc elicitur clarè Albertum tenuiſſe talpam eſſe cęcam & non uidere, cum dicat ſolum loca oculorum habere & nõ oculos. Nec uerba illa Alber. aſſerunt expreſſe illam ſententiam quam ſibi imponit Gaetanus, qa Alber. dicit ꝙ pellis eius nõ eſt piloſa, ut ſit magis ſpiſſa, & ſi utereẽ ea, deberet eſſe oppoſitum, ut eſſet rarior & perſpicua, & ideo ne alteretur à lumine non alteratione ſpirituali, ſed reali natura dedit ſibi ſpiſſam pellem, quia lumen per ſui reflexionem calefacit. ¶ Sed eſt in Alberto cõtradictio & Ariſt. quia Ariſt. in. 4. libro de natura animalium. cap. 8. expreſſe dicit de talpa, ꝙ omnia animalia perfecta habent omnes ſenſus, niſi quid lęſum laceſſitumq; ſit, quale genus talparum cui uiſus deeſt. Non enim oculos in aperto id habet, cute tamen detracta, quæ craſſiuſcula obtenta ſedem luminum opacat, oculi intus laceſſit: impeditiq; uidẽtur, ſed ita ut partes eaſdem habeãt omnes quibus oculi integri conſtant: habent enim nigricantem illum oculi orbiculum, & ꝙ intra eum cõtinetur, quam uocãt pupillam, atq; etiam portionis albidæ ambitionem, ſe non tam liquidò q̃ oculi conſpecti & eminentes, nec in partem exteriorem apparere hæc poſſunt ꝓptẽr cutis obductæ corpulentiam, utpote cùm natura inter generandum lædatur atq; ita opus inchoatum relinquatur. Et Auerroes in paraphraſi ſuper primo de generatione animalium. cap. primo, authoritate Gale. dicit talpam habere omnes tunicas oculorum excepta tela aranea, in qua ſit uiſio, & expertum eſt hoc. Et dico ꝙ Albertus in hoc non eſt ſuſtinendus, ſed magis Ariſto. & Galeno eſt adhærendum aſſerentibus talpam habere oculos ſub pelle, licet læſos & laceſſitos, ut diximus. Vnde Gaetanus noſter ſolebat dicere in lingua latina duos uiros illuſtres fuiſſe mẽdaces in rebus particularibus, quorũ alter fuit nobilis, alter ruſticus: nobilem aſſerebat Plinium quia in multis mentitur, ſed ſolet tunc dicere, ut aiunt: alter uerò ruſticus eſt Albertus, qui dicit ſe expertum, & in multis talibus nõ uerũ dicit. ¶ Dico igitur talpam nullo modo uidere cõtra Simplicium & Gaetanum, qui hoc malè imponit Alberto propter authoritates Ariſto. Et tunc ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primum reſpondetur ex ſententia Philoſophi. 2. phyſico. tex. cõmen. 82. ꝙ licet ea quę à natura ordinata ſunt, & ſint propter finem, tamen raro cauſaliter exeũt ordinem. & eſt gloſa etiam Cõmen. in. 8. phyſi. in cõmen. 15. propter impetum quod prouenit à materia. Et ad hoc animaduertens Cõmentator dixit in præſenti loco, ſcilicet cõmẽ. 15. ꝙ talpa non habet uiſum, quia non indiget, cum maneat ſub terra, & etiam cum hoc materia eius nõ potuit hoc recipere, quia materia illa cum ſit multum terreſtris non eſt perſpicua, ſicut requirit inſtrumentum uiſionis: & ſic reſpõdetur etiam de organo, quia eſt uerum niſi aliquid impediat: Vnde natura uolens ſibi dare inſtrumentum uiſus, cum ſit animal perfectum, ex hoc ꝙ mouetur de loco ad locum, fuit in generatione læſa, ex impedimento materiæ, ut dicit Ariſt. in pręallegatis locis præſertim. 4. de natura animaliũ. cap. 8. & quando dicitur: Igitur ſunt fruſtra. Reſpondeẽ ꝙ ſunt ad aliquam utilitatem, & eſt ad replendum uacuũ, & ideo non ſunt omnino fruſtra. ¶ Diuus Thomas aſſerit naturam dediſſe oculos talpę ad hoc ut aſſimiletur ſuo generi; ſed qa non indiguit uiſu, ideo non dedit, quia non abundat in ſuperfluis: nam eſt de genere animalium perfectorum. & ideo Ariſt. dicit in tex. iſto ꝙ hæc. ſ. organum uiſus, & auditus, habent animalia quædam. ſ. perfecta ad differentiam imperfectorum, & ſunt illa q̃ ſunt ĩmobilia, & addidit: & in nõ orbatis propter talpam; quæ licet ſit inter perfecta, cùm localiter per ſe moueatur, tamen eſt læſa, quia non habet materiam idoneam quæ poſſet recipere ultra hoc quod non indiget. ¶ Ad illud quod indiget cibo: concedo, ſed cibum quærit per auditum, ut inquit Albertus, & etiam poteſt dici per olfactum, & ſic natura non fuit ſibi auara in neceſſarijs.

Talum utrũ omnia animalia habeant in pedibus, & de hoc uide differentiam inter talos, ueneres, canes, & antennas; ſunt enim oſſa in pedibus ſic dicta in. 2. de natura aĩaliũ. capite primo ultra dimidium capituli.

Tangens



Tangens quodlibet finitum eſt, & nõ omne finitum eſt tangens. 3. phyſi. tex. cõmen. 74.
Tangentia ſunt quorum ultima ſunt ſimul. quinto phyſico. tex. commen. 22.
Tangens eſt poſterius nãliter conſequenter ſe hñte, & eſt prius nãliter reſpectu continui. 5. phyſi. tex. cõ. 27.
Tangentium alia ſolo nomine nuncupantur, ut præteritum dicitur attiguum futuro, alia re ipſa tangũt ut corpora. Themiſtius. 5. phyſi cõmen. 28.
Tactus eſt in hñtibus ſitum & poſitionem, cõſecutio etiam in ſitu carentibus. 5. phyſi. 292. uide Them. ibidem.
Tactus & locus eſt ĩ mathematicis corporibus. primo de generatione & corruptione. tex. cõmen. 44.
Tactus in mathematicis dicitur ſecundum poſterius à uerò tactu, qui eſt in naturalibus. ibidem.
Tactus uerè eſt in habentibus poſitionem. ibidem.
Tactus dicitur in rebus naturalibus cõiter & ꝓpriè. 1. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 45.
Tactus poteſt ſeparari à reliquis ſenſibus, ſicut nutritiuum poteſt ſeparari à reliquis uirtutibus animæ. ſecundo de anima. tex. cõmen. 17.
Tactus ſm opinionem Ariſt. eſt pluſq̃ unus ſenſus, & caro eſt quaſi medium. 2. de anima. cõmen. 108. Vide etiam ꝓ hoc lucidiſſimum Themiſtium. ibidem. cap. 39
Tãgibile agit in ſenſum ſimul cum medio. 2. de aĩa. cõ. 115. Secùs eſt de uiſibilibus & ſanatiuis, ubi per ſimultatẽ non intelligas ſimultatem temporis, ſed ut notat Cõmen. illud refertur ad cãm, ita ꝙ importat priuationẽ prioritatis & poſterioritatis in cauſa, non in tempore.
Tactum impoſſibile eſt carere ſimpliciter calido & frigido, & ſicco & humido, ſicut uiſus colore, & auditus ſono: & ĩdeo iſti ſenſus comprehendunt ſua ſenſibilia ſecũdum totum, ſed tactus non comprehendit niſi extrema. ſecũdo de anima. cõmen. 118. & habetur in tex. et etiam infrà in tex. cõmen. 119. &. 3. de anima. tex. cõmen. 66.
Tactus eſt de uirtutibus paſſiuis. 3. colliget. c. 31.
Tactus dolor, & delectatio contraria dolori, unde cauſentur contra Gal. & Auic. uide ibidem.
Tactus eſt tangibilis & imaginabilis. 2. de aĩa. tex. cõ. 120.
Tangibilis cuiuslibet paſſiones tactu nobis ſenſibiles ſunt. 2. de aĩa. tex. cõ. 128. & ſimiliter eſt ut dicit Cõmẽ. de alijs qualitatibus uiſibilibus & audibilibus & olfactiuis, ꝙ omnes ſunt comprehenſæ à nobis.
Tactus non indiget medio extrinſeco, ut alij ſenſus, & uide cauſam in paraphraſi de anima ab Alexãdro cap. de tactu. tres cauſas aſſignat.
Tactus differenter dicitur medietas & alij ſenſus. ſecũdo de anima. tex. cõmen. 119.
Tactus organum ſecundum Ariſt. eſt in corde. Them. 2. de anima. cap. 40. uide pro hoc Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſato, & in. 2. de partibus aĩalium. cap. 10.
Tactus organum eſt caro. 2. colliget. cap. 3.
Tactus oĩum tangibiliũ ſicut medietas eſt. 2. de anima. tex. cõmen. 118. ubi uide Themiſtium ꝙ nõ eſt medietas ſicut uirtus inter uitia. 3. de anima. tex. cõmen. 66.
Tactus ſolus ex ſenſibus per ſeipſum, alij uerò per medium ſentiunt. 3. de anima. tex. cõmen. 66.
Tangibilium excellentia corrumpit animal. tertio de anima. tex. commen. 67.
Tactus quidam eſt cõmunis omnibus membris, & eſt ille qui eſt ꝑceptiuus caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis: & quidam eſt proprius uni mẽbro, ut eſt os ſtomachi, quod ſentit reſolutionem factam ĩ eo, & iſte ſenſus appellatur fames & ſitis: ſed fames eſt ſenſus reſolutionis ſubſtantiæ calidæ & ſiccæ, & ſitis eſt ſenſus reſolutionis ſubſtãtiæ frigidæ & humidæ: & ſic ſenſus iſte proprius eſt duplex, & etiam eſt ſenſus tactus in capite uirgæ propter titillationem contingentem in hora coitus. 2. colliget. cap. 13. de inſtrumento ſenſus tactus.
Tactui & guſtui appropriaẽ ꝙ non indigẽt medio. Cõmen. in libro de ſenſu & ſenſato, uide in concordantijs.
Tactus & conſolidatio differunt. 5. meta. tex. cõ. 5.
Tangere diffinitur in. 11. primæ philoſophiæ. cap. ultimo, & 5. phyſi. tex. cõmen. 22.
Tactus primum ſenſorium non caro, non pars aliqua eiuſmodi eſt, ſed aliquod intimum. Ex ſecũdo de partibus animalium. cap. 10. idem, 2. de anima. cõ. 108.
Tactus ſenſorium utrum geminum ſit aut unũ, latet. ibĩdẽ.
Tactus in parte corporis ſimilari conſiſtit ut in carne, aut in aliqua generis eiuſdem. Ariſt. in. 1. de hiſtorijs animalium. cap. 4. Et nota ibi differentiam pulchram quæ elicitur ibi inter potentias actiuas & paſſiuas, quia actiuæ attribuunẽ diſſimilaribus, paſſiuæ uerò ſimilaribus.
Tempus eſſe infinitum latet, quia ſubſtãtia temporis latet. 3. phyſi. commen. 56.
Tempus nullus antiquorum generat. ibidem. quod quomodo ſit intelligendum, uide. 8. phyſi. cõmen. & tex. 10 idem 3. phyſi. cõmen. 31.
Tempus quodlibet habet proportionem ad aliud tempus, dũmodo ſint finita. 4. phyſi. tex. cõmen. 73.
Tempus eſſe eſt manifeſtum per ſe. 4. phy. cõmen. 87.
Tempus nihil eſt in actu niſi inſtans. 4. phy. 89.
Temporis pars in rei ueritate eſt tempus & non inſtans. 4. phyſi. cõmen. 90. &. 89.
Tempus impoſſe eſt ut imaginetur ſine motu. 4. phy. cõ. 95.
Tẽpus non diffinitur per tempus. 4. phyſi. tex. cõ. 96.
Tempus eſt quantum & non quale. 4. phyſi. cõ. 96.
Tempus non percipitur à nobis cum nihil ipſi mutamur ſecundum intelligentiam. 4. phy. tex. cõmen. 97. ubi Them. dicit: Nos ex motus cogitatione deuenimus in cognitionẽ temporis. & ibi uide quõ impugnat Galenum male interpretantem uerba Ariſt. ut ſæpe facere conſueuit.

Galenus consueuit sepe male interpretari Aristotele.

Tempus non poteſt imaginari extra motum, ſed bene è cõtra. 4. phyſi. cõmen. 97.
Tp̃s dormientibus & opus delectabile agentibus ſit breue. 4. phyſi. 97. tex. 29. & ibi Cõmen. reddit rationem.
Tempus non eſt motus, ſed eſt accidens per ſe conſequens motũ. 4. phyſi. cõ. 97. conſimile. 8. cõmen. 10. &. 12. meta. cõmen. 29. 5. phyſi. cõmentis. 3. &. 35.
Tẽporis quantitas ſequitur quantitatẽ, motus. 4. phy. cõ. 99.
Tempus non percipitur ab illo qui percipit unum inſtans. 4. phyſi. tex. cõmen. 100. ¶ Nota tamen. ꝙ Them. 4. phyſi. ſuper tex. 101. tenet ex perceptione unius inſtantis poſſe tẽpus percipi, uerũ non abſolutè, ſed quotiẽs illud pro initio & fine ſumitur. Vide tamen in oppoſitum Auer. 4. phyſi. cõmen. 106. & pondera bene in hoc.
Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. 4. phyſi. tex. cõmen. 101.
Tempori eſſentiale eſt numerare & mẽſurare motũ, ſed eſt ei accñtale numerari & menſurari. 4. phyſi. tex. cõ. 102.
Tempus eſſe numerum motus quomodo ſit intelligẽdum, uide ibidem.
Tempus continuatur per inſtans, & diuiditur per inſtãs, ſed numerus diuiditur per unitatem, ſed non continuatur per unitatem. 4. phyſi. cõmen. 105.
Tempus habet aliqua propria continui & aliqua ꝓpria numeri. 4. phyſi. tex. cõmen. 108.
Tempus habet tria propria, non eſt uelox, neque tardum: ſecundum quia poteſt dici multum & paucũ, tertium quoniam eſt longum & breue. 4. phyſi. tex. cõ. 109.
Tempus & motus non ſit niſi quando mẽs diuidit prius & poſterius. 4. phyſi. cõmen. 109. &. 104. &. 88.
Temporis ſubſtantia ſicut forma eſt numerus, & ſicut materia eſt motus continuus. 4. phyſi. com̃. 109.
Tempus eſt compoſitum ex duabus menſuris continua, ſcilicet & diſcreta, & iſta compoſitio accidit menſuris quãdo diuiduntur. 4. phyſi. cõmen. 109. Iſta autem compoſitio tẽporis, ex duabus quantitatibus non eſt ſicut compoſitio mediorum colorum ex extremis, ſed eſt ſecundum participationem proprietatum, & eſt ſcd̃m ſimilitudinẽ, ſicut eſt de elementis medijs quæ dicũtur eſſe compoſita ex extremis. uide modum in. 4. cœli & mundi. in cõmen. 26.

Tempus eſt numerus numeratus, non numerus quo numeramus. 4. phyſi. tex. com̃. 110.
Tempus ſequitur motum circularem non motum rectum. 4. phyſic. commen. 111.
Tp̄s etiam motu menſurari pōt. 4. phy. tex. com̃. 112.
Tempus per ſe menſurat motum, ſed per accidens menſuratur à motu. 4. phyſi. com̃. 112.
Tempus menſurat motum quo ad quantitatem & eſſe. 4. phyſico. commen. 114.
In tempore aliquid eſſe contingit dupl'r, uel eſſe quando tp̄s eſt, uel à tempore menſurari. 4. phyſi. tex. cō. 115. & 116.
Tempus licet non ſit numerus numerans, habet tamen ꝓprietates numeri numerātis, utiq; enim tempus eſt unum. Them. 4. phyſi. 107.
Tempore continentur quæcunq; in tempore eſſe dicuntur, 4. phyſi. tex. com̃. 117. uide ibi Them. quomō ſit intelligendum, dicit enim: Generationis cauſa efficiēs nota eſt, ut generatio domus eſt ab opiſice, & in tempore eſt, ſed lapſus domus & in tempore eſt, & iniuria temporis accidere dicitur, ita ꝙ utrunq; tempori aſcribitur.
Tempus eſt cauſa corruptionis ſenij & obliuionis. 4. phyſi. tex. commen. 117.
Tempus eſt cauſa per accidens generationis & corruptionis, ſed reſpectu generationis eſt cauſa per accidens accidentis. 4. phyſic. cōmen. 117. & tex. commen. 128. & uide Them. ibi bene declarantem.
Tempus eſt menſura quietis per accidens. 4. phyſi. 118.
Tempus menſurat motum primò, quietē uerò ſecundò, & per accidens. 4. phyſi. com̃. 118. & 130. & 119.
In tempore eſſe eſt tempore menſurari. 4. phyſic. tex. com̃. 129. & tex. commen. 114.
Tempora priuationum rerum terminantur per tēpora ſubiectorum ſuorum propinquorum. 4. phyſi. cō. 120.
Tempus eſt menſura motus & quietis, ſed motus per ſe quietis per accidens. 4. phyſic. 118. uide Themiſt. ibi, ubi dicit; Quòd non ſi aliquid eſt in accidente, erit ꝓpterea in eo cuius eſt accidens. unde quies eſt in tempore, & ex hoc non ſequitur ut ſit in motu, quia tempus motus non eſt, ſed numerus & accidens motus.
Tempus non poteſt auferri niſi ponatur tempus. 4. phyſic. tex. cō. 124. idem. 8. phyſi. tex. cō. 10. & 11.
Tempus ſemper in principio eſt. 4. phy. tex. cō. 125.
Tempus per accidens menſurat quietem, quia eo tempore quo res quieſcit alibi peragitur motus, quem tempus ꝑ ſe menſurat Them. 4. phyſi. 118. Et uide etiā Them. 4. phyſi. in tex. 130. ubi declarat quomodo tempus eſt in mari, cœlo, & terra, ubi dicit ꝙ ſicut quæq; ſe hn̄t ad motū, ita ſe habent ad tp̄s. Vnde res potentia mobiles potentia intelligūtur eſſe in tp̄e cuius ſunt res quę quieſcunt, quæ uerò iam actu mouentur actu ſunt tempore.
Tempus motus & quietis menſura dici poteſt, ſed non eſt tempus numerus niſi motus tantum; prius enim & poſterius, quorum numerus tempus eſt in motu ſpectantur non in qete, utpote cuius eēntia nō conſiſtat in prioris alicuius ad aliquod poſterius tranſitu. Them. 4. phyſico. 118. & eſt ſententia Alexand. licet Simplicius oppoſitum teneat, & Paulus Venetus ibi.
Tempus non eſt animo dempto, imo neq; motus ipſe quoque cōſtabit, cum circularis motus finis & origo ſit omnis motus, ſed motus circularis ab intelligentia cauſatur. Themiſtius. 4. phyſi. tex. com̃. 130.
Tempus & motus ſimul ſunt, & ſecundum potentiam & actum. 4. phy. tex. com̃. 130.
Tempus nō eodem ordine inuenitur in quibus eſt: ſed quoniam primò inuenitur in cœlo, & inuenitur in alijs motis, ſecundò propter hoc ꝙ inuenitur in cœlo, & inuenitur in quieſcente, quia inuenitur in moto. 4. phyſi. commen. 130. & 132. & conſimile. 128.
Temporis latentia eſt, quia eſt ens diminutum. 4. phyſi. cō. 131. conſimile de motu. 3. phyſi. com̃. 15.
Tempus licet ſit numerus cuiuslibet motus, tn̄ non eodem modo, ſed ſecundum prius & poſterius. 4. phyſi. cō. 131.
Temporis diſpoſitio cum primo motu eſt ſicut diſpoſitio cōſequentis cum ſubiecto, & cum alijs motibus eſt ſicut diſpoſitio cum rebus numeratis reſpectu numeri. quarto phyſico. commen. 132.
Tempus ſequitur motum diurnum, et iſte motus ponitur in diffinitione eius. 4. phyſi. com̃. 132.
Tempus eſt continuum continuitate motus. ibidem.
Tempus Ariſt. uocat affectionem & accidēs motus. Them. 4. phyſi. in digreſſione in tex. 132. ubi uide Ariſt. 4. phy. tex. cō. 130. Vbi uocat tempus paſſionem & habitum motum, paſſionem quidem, quia eſt accidens motus, habitum uerò qua habetur à motu ut notat ibi Simplicius.
Tempus p̄ſens in rei ueritate eſt cōpoſitum ex duobus tp̄ibus, uidelicet præterito & futuro. 6. phyſi. cō. 24.
Tempus minimum datur in quo aliquid tranſmutatur. 6. phyſi. tex. commen. 50.
Tempus primum eſt in cuius omnibus partibus eſt motus. 6. phyſico. commen. 51.
Tempus & longa eius aptiſſima & efficaciſſima eſt ad ueritatis indaginem ratio. Them. in. 2. phyſi. ſuper. 43.
Tempus eſt extrinſecum à re, & non ſequitur ex æqualitate eius æqualitas motuum, ſi æqualitas non fuerit in ſubſtantia motuum: ſeptimo phyſi. com̃. 31.
Tempus facit prius & poſterius in rebus quæ non mouentur, in rebus autem quę mouentur prius & poſterius exiſtit per ſe. octauo phyſi. com̃. 10.
Tempus aut eſt motus, aut ſequitur motum, & hoc eſt manifeſtum per ſe, octauo phyſi. cōmen. 10. idem. 4. phyſico. cōmen. 98. & 12. metaphyſi. cōmen. 29.
Tempus eſt in prædicamēto quantitatis per ſe non primò, ſed rōne motus, & motus ratione magnitudinis. Auer. in paraphraſi metaphyſi. trac. primo, cap. de accidenti.
Tp̄is nihil eſt accipere p̄ter nunc. 8. phyſi. tex. cō. 11.
Tempus primò & eſſential'r non ſequitur niſi motum diurnum. 8. phyſi. cō. 11. idem. 4. phyſi. tex. cō. 132.
In tempore eſſe conuenit dupliciter, uel quādo tempus eſt, uel ſicut in numero. 4. phyſi. tex. com̃. 115.
In tēpore prius & poſterius, & nunc ita ſe habent, ſicut unitas & impar, & ſuperfluus in numero, ibidem.
Tempus ueraciter formæ nō attribuitur, ſed materiæ. quarto colliget. cap. 38. quomodo ſit intelligendum declaraui tibi in litera F.
Tempus motus uiolenti impoſſibile eſt maius eſſe tempore motus naturalis. 8. phy. cō. 15. idem. 1. cœli. tex. cō. 15.
Tempus & locum nullus gn̄are poteſt. 8. phyſi. cō. 15.
Tempus apud Platonem ſequitur motum cœli, ſicut apud Ariſt. 1. cœli. cō. 104. Vide in concordantijs.
Tempus infinitum eſt terminatū quoquo modo. primo cœli. cōmen. 133. & tex. ubi Cōmen. dicit quod hoc eſt accidentaliter. idem com̃. 134. ibidem.
Tempus infinitum dicitur æquale aliquo modo tempori infinito, cum unum infinitum nō ſit maius alio infinito. 2. cœli. cōmen. 38. ubi pondera ly aliquo modo.
Tempus diſpoſitionis naturalis æquale eſſe tempori diſpoſitionis præter naturam impoſſibile eſt, & eſt contrarium ſenſui. 2. cœli. cōmen. & tex. 38.
Tempus diſpōnis naturalis eſt maius in tempore diſpōnis præter naturam, ſicut tempus ſanitatis eſt maius tempore ægritudinis. 3. cœli. tex. cōmen. 24. idem. 2. cœli tex. cōmē. 38. facit pro opinione Pluſquācōmentatoris.
Tp̄s infinitū inueniri extra aliud tp̄s infinitum, ex parte qua eſt infinitum, impoſſibile eſt. 3. cœli tex. cō. 52.
Tempus ab homine per ſe percipitur; ab alijs autem ex accidenti. Themiſtius. 3. de anima. cap. 64.
Tempus & uita uniuſcuiuſq; habet periodū. ſecundo de generatione & corruptione. tex. com̃. 57.
Tempus iuuentutis eſt æquale tempori ſenectutis. ſecundo de generatione & corruptione. cōmen. 57. & habet ex tex. cōmen. 58. ubi habetur tēpus generationis æquale eſſe tempori corruptionis.

Tempus



Tempus aut motus eſt, aut eſt motus quædam paſſio. 12. metaphy. commen. & tex. 29. Notanter autem dixit quædam paſſio, quia plura ſunt motus accidētia & paſſiones, ſicut notat Commen. in. 4. phyſicæ auſculta. in tracta. de tempore in tex. commen. 98. in numero quorum eſt ipſum tempus. Vide etiam infrà in tex. commē. 101. & in. 8. phy. tex. commen. 10.
Tempus & motus circularis non poſſunt denominari à pari uel impari, niſi ut ſunt in anima; extra animam enim eſſe eorum eſt infinitum & in potentia, & non terminantur niſi per animam. ex libro deſtructionum diſputatio. prima, in ſolutio. dubij. 6.
Tempus præteritum non poteſt concipi ab anima niſi finitum, & ideo opinantur homines ꝙ quodlibet præteritum tempus extra animam ſit huiuſmodi, quia quando quædā res fuerit in anima cum quadam denominatione, credunt ipſi ꝙ eodem modo extra animam inueniri poſſit. ibidem. Et conſimile dicit Commen. de Platone in poſitione idearum, in. 2. phy. com. 19. quia uidit uniuerſalia per opus animæ poſſe ſeparatim intelligi ſine ſingularibus, credidit quod ita eſſet in re ipſa extra animam. Sed Commen. dicit. 12. metaphyſi. commen. 39. ꝙ intellectus poteſt multa contangere quæ natura non poteſt, & multa ſeparat intellectus quæ natura non pōt. Alia cauſa erroris fuit apud homines, ꝙ eadem quæ ſunt coniuncta in eſſe, credunt ꝙ ſint eadem ſecundum eſſentiā & rationem formalem, ut dicit Commen. in. 4 phy. in cōmen. 95. Multotiens illud ꝙ ſequitur res, exiſtimatur ꝙ ſit res: ideo Stoici errarunt credentes quantitatem non eſſe rem realiter diſtinctam à ſubſtantia, & nominales cum eis.
Tempus ſi imaginetur ad inſtar lineæ rectæ, intellectus errare poſſet circa eius æternitatem: nam cum linea habeat poſitionem & ſit in actu, neceſſe eſt ipſam eſſe finitam. Auer. in paraphraſi metaphy. tracta. 4. col. 2.
Tempus & motus ſe conſequūtur, & tempus eſt quid actū ab anima cum motu, non tamen motus neq; tempus ceſſant. ex libro deſtu. diſpu. 1. in ſolutione. 15.
Tempus non ſequitur motus, ſicut finis ſequitur magnitudinem; finis enim ſequitur magnitudinem inquantum in ea ſemper actualiter inuenitur ſicut accidens in ſubiecto, ſed tempus cum motu non ſic ſe habet, quia ſequitur ipſum, ſicut numerus ſequitur numeratum. Sicut enim numerus non permutatur permutatione ſubiectorum numerabilium, neq; multiplicatur eorum multiplicatione, ita nec tempus. ex libro deſtructio. diſputatione prima in ſolutio. 16. dubij. uide in contradictionibus nuper æditis.
Tempus non eſt aliud niſi id quod comprehenditur ab intellectu de prædicta prolongatione, uel duratione motum menſurante. ex libro deſtruc. diſputa. 1. in ſolutio. 8.
Tempus coniunctionis luminarium diuerſum eſt à tempore oppoſitionis eorum, quia coniunctionis tempus frigidū exiſtit ſimilaturq; tempori hyemis: oppoſitionis uerò tempus eſt calidum ſimile æſtati. Auer. in. 2. de generatione animalium cap. 1. utrum ſemen ſit animatum, & eſt mens Ariſt. ibidem. cap. 4.
Tempora omnium & grauiditatum & generationum & uitarum, dimenſionem circuitibus obtinent optima ratione. Ariſt. in. 4. de generatione animalium. cap. ultimo. idē in. 2. de generatione & corruptione tex. commen. 57. ubi ſcribit tempus & uita uniuſcuiuſcunq; conſtare periodo: ſtat enim ſua cuiq; dies, ut poeta teſtatur.
Temporum & regionum complexio, & an clima quartum ſit temperantius quinto, & utrum ſub æquinoctiali ſit temperatum, requiratur in. 2. colliget. cap. ultimo.
Tempora quatuor ſunt cum quatuor humoribus, cum quatuor elementis; quia ſi tempora reſiſtunt, ut unum elementum aliud nō uincat uel ſuperet, ſic reſiſtunt ut unus humor alium non uincat. 4. colliget cap. 14.
Tempus ſecundum Alexandrum Ariſt. interpretem ab homine creatur, quaſi nihil aliud tempus ſit quā hominis nuda cogitatio & mera expunctio ſupputatioq;, & cui nulla in re confirmatio, & ſoliditas aut euidentia reſponderet, quæ tamen neq; uera ſunt, neq; conſentanea iis quę Ariſt. uolumine. 4. auſcultatoriæ inſtitutionis prodidit. Themi. 3. de anima. cap. 64. concordat cum Themiſt. Commen. in 4. phyſi. in commen. 97. ubi notat ex textu ſignificari tempus ſecundum Ariſt. habere eſſe extra animam, & uide ibidem. in tex. commen. 130.
Temporis longitudo eſt neceſſaria in comprehenſione ueritatis. 2. metaphy. com. primo.
Temperamētum eſt magis dignum ut ſit proportio quàm extrema. 2. de anima. tex. commen. 143.
Termini ſolùm illius ſunt cuius ſunt termini. 4. phy. tex. cōmen. 107. ibidem etiam commen. 42. & commen. 120. & tex. commen. 129.
Termini duo oppoſiti diuidentes uerū & falſum, cōparati ad duos alios oppoſitos diuidētes uerum & falſum, ſi unus unius ordinis conuertatur, cum reliquo alterius ordinis, ēt reliquus conuertitur cum reliquo, & eſt locus generalis. 1. cœli. cōmen. 126. & habetur in. 2. priorum. cap. 22. idem. 1. cœli tex. commen. 129. & 131. unde iſtius regulæ duæ ſunt conditiones. ut dicit Commenta. 1. cœli. commento. 129. ut poteris uidere.
Terminantis proportio ad terminatum eſt ſicut proportio formæ ad materiam. 2. cœli. tex. commen. 74. idem. 2. de generatione & corruptione. tex. commen. 50. & 4. cœli. tex. commen. 23. & 35.
Terminus non eſt niſi eius quod eſt in actu. 4. metaphyſi. tex. commen. 15. ubi dicitur ꝙ ens in potentia eſt indefinitum, & ſine termino. idem. 1. cap. de ſubſtantia orbis, & primo cœli. commen. 72.
Terminus refertur ad terminum. primo phyſic. 18. & Themiſtius ibi clarè.
Terminus eſt quod eſt cuiuſq; ultimum, & cuius extra nihil eſt. 5. meta. tex. commen. 22.
Terminus tot modis dicitur quot principium, & adhuc amplius, quia omne principium terminus eſt, ſed non omnis terminus eſt principium. 5. metaphy. tex. commen. 22.
Terminum uniuſcuiuſq; rei non oportet quærere, ſed proportionale conſpicere. 9. meta. tex. commen. 10.
Terminus eius quod ab intellectu ſit actu ex potentia ente, quando uolitum ſit nullo exteriorum prohibente, ut in eo quod ſanatur. ex. 9. metaphy. tex. com. 12. ubi dicit Commentator, ꝙ licet iſta diffinitio ſit inducta de ſanitate, eſt tamen uniuerſalis omnibus actis ab arte, quia quilibet artifex cùm uoluerit & non fuerit impeditus, aget ſuū actum.
Ternarius numerus perfectus eſt. primo cœli. tex. commē. tertio & commen. 6.
Terra quieſcit in medio, quia natura eius exigit hoc. 3. phy. commen. 51. & 8. phyſi. 32.
Terra non mouetur ad concauum aquæ niſi ſecundum ꝙ illud eſt medium totius. 4. phyſi. commen. 41. uide clarè cauſam in. 4. cœli. in tex. commen. 22. & infra.
Terra eſt in ultimo aquę, aqua in ultimo aeris, aer in ultimo ignis, ignis in ultimo orbis tanquam in loco. 4. phyſico. tex. commen. 46.
Terra ſecundum ſe totam eſt quieſcens, & ſecundum partes eſt mobilis. 1. cœli. com. 57.
Terræ ſi infinitæ numero inueniri poſſent, poſſibile eſſet ꝙ ex omnibus fieret una terra per contactum. 1. cœli. cō. 57.
Terræ partes non feruntur ad totam terram ubicunq; fuerit, nam ſi ita foret tunc motus eius eſſet ſicut motus ferri ad magnetem, & tunc poſſibile eſſet ꝙ terra moueretur naturaliter ſuperius. 1. cœli. commen. 81. uide pro hoc. 4. cœli. tex. commen. 22.
Tota terra fertur quo unus bolus, & totus ignis quo una eius ſcintilla. 1. cœli. tex. commen. 73.
Terram & alia elementa non moueri, neq; attractione, neque expulſione, ſcire hoc eſt propinquum principijs naturalibus. 1. cœli. commen. 81. uide pro hoc in. 2. phyſi. com. 3. de diffinitione naturæ.
Terra quantò magis appropinquat medio, tantò citius de-

ſcendit: & ignis quantò magis appropinquat loco qui eſt ſurſum uelocius aſcendit. 1. cœli.tex.com.88.

Terræ ſuperficies eſt tanquam naturalis locus aquæ in quo quieſcit & mouetur inde uiolenter. Commen.in paraphraſi.2.de cœlo.ſumma.2.quæſito.3.uide in concordantijs.

Terra comprehendit ſine operatione.i.per quietem ſuam nobilitatem propter ſui utilitatem.2.cœli.tex.commẽ.66.

Terre mouetur ad medium ex ſua potentia naturali, & medium non eſt cauſa motus eius ad mediũ.2.cœ.tex.cõ.92.

Terra mouetur ad medium inquantum eſt medium totius, non inquantum eſt medium terræ.2.cœli.tex.com.99.

Terræ medium ſiue centrum idem eſt cum centro totius, et hoc accidit ita eſſe.2.cœli.tex.com.100.

Terra eſt ſphærica ut declaratum eſt à geometricis, quoniã lapides cadentes ex diuerſis partibus cadunt ſuper angulos rectos, & hoc ſignificat ꝙ omnes intendunt idem punctum terræ, ſcilicet centrum, & ꝙ terra eſt ſphærica.2.cœli.tex.commen.100.&.30.&.1.cœli.44.

Terra quieſcit in medio à ſua forma, & non ab extrinſeco. 2.cœli.tex.commen.102.

Terra quieſcit in medio, ſed cauſa quietis eius non eſt medium niſi accidentaliter: grauitas enim eſt cauſa ꝙ terra quieſcat in medio, & medium non cauſa eſſendi graue ſm ꝙ eſt medium, ſed ſecũdum ꝙ eſt medium corporis quod circulariter mouetur. Et ſi conceſſerimus ꝙ medium ſit cauſa, erit cauſa remota. Et melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa conſeruans quietem quàm agens.2.cœli.commen.102. cõtra Themi.pro quo uide quantum ad ultimum dictum commentum primum quarti de cœlo & mundo. Colligitur.n. hîc ꝙ æterna potius dicuntur habere cauſam conſeruantẽ quàm cauſam agentem, quod ſic intelligẽdum eſt, ut agẽs eſt in rebus generabilibus, in quibus agens tempore præcedit actum: ſed natura eſt cauſa conſeruans, & ut contra diſtinguitur contra tale agens, inuenitur in rebus æternis & non cauſa agens, ſed ſumendo agens quod natura præcedit actum, tunc idem in æternis eſt cauſa agens & cauſa conſeruans. Limitatio eſt Auer.ex ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis.

Terra eſt grauiſſimum elementorum, quia locus eius eſt remotiſſimus ab orbe, & ignis eſt leuiſſimus, quia eſt locus eius propinquiſſimus orbi.2.cœli.102.&.94.&.1.cœ.97.

Terra uno modo dici poteſt habere grauitatẽ in actu dum fuerit extra medium, & in potentia dum fuerit in medio: alio modo poteſt dici quod habet grauitatem in actu tam in medio q̃ extra mediũ.uide quomodo.2.cœli.com.104.

Terra inquantum corpus non eſt impoſſibile ꝙ generetur ſecundum totum, quemadmodum & ſecũdum partes, ſed eſt impoſſibile, ut eſt unum quatuor elementorum conſtituentium mundum.2.cœli.com.104.

Terra reſpectu cœli eſt tanquam punctum in ſphæra. ſecundo cœli.com.110.

Terræ quietis æqualitas diſtantiæ medij non eſt cauſa, neque propinqua, neq; remota, & eſt cauſa mathematica formalis non efficiens; ſed cauſa efficiens quietis terræ naturalis eſt grauitas eius. Commen.in paraphraſi ſecũdi de cœlo, ſumma quarta, cap.5.

Terra non facilè figuratur, quia non facile patitur niſi ſit pulueroſa, uidelicet cuius partes non retinent.3.cœli.com.67.

Terra eſt magis ſicci quàm frigidi. ſecundo de generatione & corruptione.tex.commen.23.

Terra quidem aeri, igni uerò contraria eſt aqua, ut contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe.ex.2.de generatione & corruptione.tex.commen.43.

Terra eſt in concauitate aquæ, aqua in cõcauitate aeris, aer in concauitate ignis, & ignis in concauitate cœli, ut declaratum eſt in libro de cœlo. Commenta. in principio libri meteororum.

Terra Aegypti, ut dicit Ariſtot. nunc procedit ad corruptionem, ipſa enim fuit mare, ut narrauit Homerus & alij, & poſtea arida ſeu terra, & ipſa nunc procedit ad ſiccitatem donec corrumpatur, & ideo non deſcendunt in ea pluuiæ ex ſecundo meteoro.cap.1. Commentator.

Terræ ex quatuor quartis eius nõ uidetur eſſe habitabilis niſi hæc pars, ut ſit locus rerum generabilium & corruptibilium, de quorum natura eſt ut ſit ſuper terram iſte locus: et cauſa ſiccitatis iſtius partis non eſt tantum ſol, uerum etiã multitudo ſtellarum in hac parte: nam maior pars ſtellarũ uidetur eſſe in hac parte quam uidemus. Commen.in ſecũdo meteororum.cap.2.in col.12.

Terræmotus & uentorum eadem eſt materia, & huius ſignum eſt ꝙ terremotus non contingit niſi in temporibus in quibus inueniuntur uenti, ut in autumno, & uere.2.meteororum, cap.2.de terræmotu.

Terræmotus in Corduba fortes tempore Auerrois durauerunt per annum, & non ceſſauerunt niſi poſt tres annos.2. meteororum.cap.2. prope finem, ubi agit de terræmotu.

Terra & ignis ſemper agunt, quia in ipſis habent motum. 9.metaphyſi.tex.commen.18.

Terræ propria omnia ſicca ſunt. ex ſecundo de partibus animalium.cap.3.

Terræ naſcentia quædam ſunt diminuta, & quædam perfecta.5.colliget.cap.30.

Terræ naſcentia quædam quæ ſunt calidæ complexionis naſcuntur in terris frigidis, ut pineæ quæ naſcuntur in Sclauonia: quædam uerò frigidæ complexionis naſcuntur in regionibus calidis, ut tamarindi qui naſcuntur in Arabia, et uide huius problematis duas cauſas.5.colliget.cap.30.

Terræ naſcentia perfecta ſunt illa qua naſcuntur in montibus, quia apparet ab eminentia montium, ut debeat generare plura terræ naſcentia quam alia loca; dummodo montes ſint temperati cum bona euaporatione, & cum bona mixtione caloris cum humiditate, ut debet eſſe hoc in eis, quia habent aſcenſum in aere, & ſunt propinquiores influẽtiæ corporum ſuperiorum: & illa terræ naſcẽtia habent cõplementum florum, foliorum, & fructuum.ibidem.

Teſtes in mulieræ non habent effectum in generatione, neque ſemen mulieris, ſicut mamillæ in uiris ſecundo colliget capitulo.10.

Teſtes ſecundum Ariſtot. non ſunt neceſſarij propter ſperma inquantum ſperma eſt, & uide rationes eius in.1.de generatione animalium: cap.4. & ab Auer.ibidem.cap.1. Vbi adducit etiam Galeni ſententiam oppoſitam Ariſto.

Teſtes in piſcibus & ſerpentibus non ſunt, nec in animalibus quæ pedes non habent niſi in his quæ animal intra ſe formare poſſunt.3.de natura animalium.cap.1.

Teſtibus exectis immutatur uox & quare, uide. quinto de generatione animalium.cap.17.

Teſtium ſitus & penis unus eſt in habentibus utrunq;.1.de generatione animalium cap.5.

Teſtium natura ita meatibus ſeminalibus dependet quemadmodum textrices faciunt, quæ cùm ſtamnia diſtenderint annectunt quas lenas uocant.5. de generatione animalium.cap.7. Vbi per lenas, ut exiſtimat Ioã. Gramma. uel lapides, uel ſiniſtras manus mulierum intelligas: nam unius literæ mutatio habet in lingua Græca utrunq; ſenſum, recipit enim lagas & lecas.

Teſtes omnia animalia quæ animal generant, habent antè uel intus uel extra excepto herinaceo, q ſolus habet teſtes lumbis adhærentes, & uide cauſam. primo de generatione animalium. cap.6.

Teſtes & penis non ſunt in ſerpentibus, uide cauſam.ibid.

Teſtata omnia ſponte naturæ in limo diuerſa pro differentia limi oriuntur, nã in cœnoſo oſtrea, in arenoſo conchæ. &c.5.de natura animalium.cap.15.

Teſtudines marinæ habent os omnium robuſtiſſimum, quicquid enim in os ceperint, ſiue lapidem, ſiue quoduis aliud perfringunt ac deuorant.8.de natura animalium.cap.2.

Teſtudo inter cortice intecta enumeranda eſt, & mus fluuiatilis.8.de natura animalium.cap.17.

Teſtudo cum uiperam ederit mox cunillam edit, quod cum quidam ſæpius factum animaduertiſſet, ut guſtata cunilla uiperã teſtudo repeteret herbam euulſit, quo facto teſtudo interijt,



do interijt.9.de natura animalium.cap.6.

Thales Mileſius opinatus eſt omnia eſſe plena dijs.1.de anima.tex.commen.86.ubi Themiſt.cui illud de proximo cõgruebat: Iouis omnia plena compita & omne forum fortaſſe uerò hoc ſit quod & Zenoni uidetur, qui Deum meare per omnem ſubſtãtiam cenſuit, atq; in intellectuali Deum eſſe intellectum, in animali animam, in naturali naturam, in affecta affectionem & habitum. De hac Thaletis opinione, licet Ariſt.eum impugnat, hîc tamen quodammodo ueritate participat. nam Ariſtot.in.3.de generatione animalium.capitulo.11. affirmat quodammodo omnia eſſe plena animæ.

Thales philoſophiæ Princeps aquam aſſeruit omnium eſſe principium. ex erratis primi meta.

Thales Mileſius, & Anaximander fuerunt primi qui poſt diluuium philoſophiæ ſtudium in Græcia excitarunt. Simplicius in prologo phy. & eſt ſententia etiam Galeni in libro de hiſtoria Philoſophorum.

Tauri & apri ſunt animoſi, & taurorum ſanguis citiſſimè coagulatur, & uide cauſam in.2.de parti.anima.cap.4.

Taurus quidam cum ſtatim à caſtratione inijſſet, impleuit. Ariſt.in primo de generatione animalium cap.4.idem.3. de natura animalium.cap.primo. Vbi aduerte ꝙ eſt mirabile hoc de illo tauro quomodo ſtatim poſt caſtrationem habuerit appetitum coeundi, uidetur tamen minus eſſe remotum ab illo. Auer. figmento de puella impregnata in balneo in quo mali homines ſperma proiecerunt. Taceo mirandam Petri Pomponacij ſpeculationem credentem Plinio gallinaceum fuiſſe loquutum, & Valerio maximo aſſerentem bouem loquutum fuiſſe latine: Roma caue tibi. ubi naturales cauſas inueſtigat, in re chimerica naturaliter loquendo, ubi tamen fuit indagator ſolertiſſimus naturæ, ut ita temere mortalem animam eſſe pronuntiet.

Themiſtius dixit cœlum non eſſe in loco ſecundum totum, ſed ſecundum partes.4.phyſi.commen.43. uide etiam.6. phyſi.commen.85 &.8.phyſi.commen.67.

Themiſtius exiſtimauit ꝙ ignis non tranſmutatur in aquã niſi per medium, & eſt contra Ariſtot.in ſecundo de generatione & corruptione.5.phyſi.commen.10.

Themiſtius peccauit in hoc ꝙ credidit demonſtrationem factam in principio ſeptimi eſſe ſuperfluam.7.phyſi.commen.9.pro quo uide.4.cœli.commen.25.

Themiſtij defenſio pro Platone de cauſa quietis terræ ab argumentis Ariſtot. & eiuſdem confutatio requiratur. ſecundo cœli. commen.91.

Themiſtius in.6. ſuæ abbreuiationis de anima dixit, ꝙ anima non eſt illud in quo ſunt omnes formæ tantum, ſcilicet ſenſibile & intelligibile, ſed eſt illud quod ponit omnes formas in materia & credit eas 7.meta.commen.31. & Commen.uerè dicit, nam hæc ſunt uerba Themiſti. in 3.de anima, in cap.52. Eodem modo animam dicere formam formarum par eſt, quia reliquæ formæ per animam cognoſcuntur. Non ſolum autem rectè dicitur naturam eſſe omnia propterea quia formas omnium cognitione complectitur, ſed etiam propterea ꝙ materiæ formas exhibet, & uultus imponit: ipſa enim anima eſt quæ materiam rudem ſignificatione & impreſſione formarum inſignit. Nã uiuacitas omnis & uigor q plurimus in materia cernitur, ab anima uidetur ortum habere: atq; hoc in animalibus quidem uidetur conſpicuum, incontrouerſumq; eſt, ſed in plãtis & elementis obſcurius, & nota ꝙ ut dicit Commenta. Auicenna etiam fuit iſtius opinionis.

Themiſtius dixit ꝙ ſol & luna & ſtellæ, aut ſunt formæ ſine materijs, aut habent materias per æquiuocationem, ſicut eſt diſpoſitio in materia intellectus.8.meta.com.12.

Themiſtij expoſitio ſuper tex.2.in.12.primę philoſophię impugnatur per Auer.ibi.commen.2.

Themiſtius non abbreuiauit niſi expoſitionem Alex. Commen.12.metaphy.commen.2.

Themiſtius non uidetur intellexiſſe quomodo fiat generatio, & quomodo generatum dicitur fieri à conuenienti in nomine & in diffinitione.12.primæ philoſophiæ.com.18. in prima parte digreſſionis, ubi ĩpugnat opinionẽ Themi.

Theoricæ finis eſt ueritas, practicæ uerò opus. ſecundo metaphyſi.tex.commen.3.

Thoracem appello partem eam quæ à collo ad pudenda uſq; trunca pertendit.1.de natura animalium.cap.7.

Thoracem medici appellant quod à coſtis determinatur in alterutris partibus, antè quidem uerſus pectus & præcordia peruenientibus, retro uerò uerſus dorſum flexis. Galenus.6.de utilitate parti.cap.2.

Timæus aſſeruit animam rationalem compoſitam eſſe ex duobus elemẽtis, uidelicet ex eodem, & diuerſo: quod quomodo ſit intelligendum, uide Themiſtium primo de anima.tex.commen.26.in cap.12.

Torpedo piſces quos appetit afficit ea ipſa, quam continet in ſuo corpore, facultate torpendi, atque ita retardos præ ſtupore capit, & ueſcitur. Abdit ſe in arena, & limo, tum piſces qui adnatantes obtorpuerint corripit, quam rem plerique conſpectam à ſe tulerunt. Paſtinaca etiam ſeipſam occultat, ſed non ſimili modo. Argumentum hoc piſces ſic uiuere adduci poteſt, ꝙ ſæpe habentes in uẽtre mugilem, capiunt uelociſſimum piſcem cum tardiſſimi ipſi ſint.9.de natura animalium. cap.37. ¶ Ex quo elicitur ꝙ Ariſt.teſtimonio, licet omnis alteratio paſſiua ſecundum quam rei ſubſtantia tranſmutatur, fiat per quatuor primas qualitates, ſunt tamen etiam aliæ qualitates mirabiles effectus inducentes, ſicut eſt in hoc caſu, & ſicut eſt de magnete, qui attrahit ferrum non per caliditatem, neq; per frigiditatem, neq; per humiditatem aut ſiccitatem: ſicut etiam eſt de piſciculo quodam qui ſua proprietate retinet nauigia, unde remora dictus eſt à remorandis nauibus, ut ſcribit Ariſtot.in.2.de natura animalium.cap.14.

Totum nihil aliud eſt quàm congregatio partium.1.phyſi. commen.17.idem.4.phyſi.commen.43.&.3.cœli.com. 8. ꝙ quomodo ſit intelligendum, uide in concordantijs.

Totum eſt unum in actu & plura in potentia, quemadmodum eſt poſſibile ut plura in actu ſint unum in potentia. primo phyſico.commen.21.

Totum poteſt moueri ſecũdum ſuas partes ipſo remanente in eodem loco, ut aer.primò phyſico.commen.24. Vide in contradictionibus.

Totum conſequitur partes quo ad magnitudinem, & quo ad paruitatem.1.phyſi.tex.commen.36.

Totum eſt cui nihil abeſt.3.phyſi.tex.commen.63.

Totum & perfectum, aut idem penitus ſunt, aut ſecundum naturam proxima ſunt. tertio phyſico.tex.commen.64.& primo cœli.tex.commen.tertij.

Totum & perfectum duo hæc uocabula ſanè, aut eandem omnino, aut cognatiſſimam ſignificationem habere uidentur: nam totum uocamus facta ad partes relatione, quarũ nulla deſit abſituè, perfectum uero facta relatione ad finẽ & terminum de eodem quoq; prædicantur totum & perfectum.3.phyſi.Themi.in tex.64.

Totum ſignificat ꝙ extra ipſum nihil eſt.4.phy.45.idem.5. metaphyſi.tex.commen.31.

Totum omne, & perfectum, idem ſignificant, ſed differunt ſecundum materiam: nam in quantitate continua eſt totum in diſcreta eſt omne, in forma & qualitate eſt perfectum.1. cœli.commen.3.& elicitur ex textu. idem habet Commẽ. in paraphraſi.1.cœli.ſumma ſecunda.

Totum omnibus modis eſt perfectum, ideſt uniuerſum, nã & inquãtum corpus perfectum eſt, & pro quanto non cõtinetur ab alio corpore, & pro quanto eſt unum numero, ſed partes totius ſunt perfectæ ex parte qua ſunt corpora, ſed pro quanto continentur, & ſunt plures ſic ſunt diminutæ.1.cœli.com.4.& elicitur, ex textu talis differentia.

Totum & pars in idem feruntur ſecundum naturam. primo cœli tex.commen.19.

Totum eſt forma, & partes ſunt materia.5.metaphyſi.tex. commen.3.&.2.phyſi.tex.commẽ.31.idem.7.metaphy. tex.commen.35.&.4.phyſi.com.49.

Totum & uniuerſale ſunt ſimilia, quia ſicut totum continet partes, ita etiam uniuerſale continet particularia, 5. metaphyſi. tex. commen. 31. & eſt in capitulo de toto, idem primo phyſico. tex. commen. 4.
Totum dicitur multis modis. ibidem.
Totum uerius in continuis, & omne uerius in diſcretis dicitur. ibidem.
Totum magis præcedit partes quàm partes totum, quia prioritas totius ad partes eſt prioritas formę ad materiam, & prioritas partium reſpectu totius eſt prioritas materiæ ad formam. 7. metaphyſi. tex. commen. 35. & 39. & 4. phyſico. commen. 49.
Totum in compoſito & forma differūt ratione, licet ſint eadem ſubiecto. uide Themiſt. 2. phyſico, 31. & ibi etiam inuenies differentiam inter totum & uniuerſum.
Tranſitio de non eſſe ad eſſe per medium fieri ſolet. Ariſtot. in 5. de generatione animalium. cap. primo. uide in contradictionibus nuper æditis.
Trachea arteria eſt cauſa ſpiritus. 3. de partibus animalium. cap. 3. 7. de utilitate particu. cap. 3. ubi etiam dicit Gale. ꝙ in animalibus naturaliter diſpoſitis eſt ſine ſanguine. Et ibi nota ꝙ habent annulos completos in parte ſuperiori, ſed in partibus inferioribus ſemicompletos contra Mundinū.
Tractatus præcedentes ſeptimum primæ philoſophiæ ſunt quaſi præparatorij. Commen. in prologo. 7. metaphy.
Tranſmutatio ſubſtantialis facit amittere nomen & diffinitionem, 1. cap. de ſubſtantia orbis. primo phyſi. commen. 63. & 7. phyſi. commen. 15. & 2. de anima. com. 8.
Tranſmutatio duplex in ſubſtantia & in accidētibus. primo phyſico. commen. 63. & 1. cap. de ſubſtantia orbis.
Tranſmutatio ſubſtantialis & accidentalis habent aliqua communia in quibus conueniunt, & ſunt quatuor, & habēt aliqua propria qbus differunt ex. 1. cap. de ſubſtātia orbis.
Tranſmutatio in artificialibus magis eſt de genere eius ex quo eſt, quam de genere eius ad quod eſt, aut ſaltē eſt magis famoſum quàm ſit de eo. ex. 2. phy. tex. com. 14.
Tranſmutatio in ſubſtantia fecit cognoſcere materiam. quarto phyſi. tex. commen. 38. & 1. phyſi. commen. 63. & commen. ultimo. & 2. phyſi. commen. 22. & 9. metaphyſi. 4. & 12. commen. & 12. metaphy. commen. 10.
Tranſmutatio in loco fecit credere locum eſſe. 4. phyſi. tex. commen. 28. & 32. & 61.
Tranſmutatio quælibet aufert ſubſtantiam tranſmutati in quacunq; ſpecie fuerit tranſmutatio, præter tranſitionem quæ eſt in loco. 4. phyſico. tex. commen. 128. & idem in 8. phyſico. tex. commen. 59.
Tranſmutatio non eſt cauſa eſſe & generationis niſi per accidens; eſſe enim eſſentialiter non eſt in aliquo ente niſi à generante & agente, quod eſt aut natura aut anima aut intellectus. 4. phyſi. commen. 128. ¶ Ex iſto poteſt fieri argumentum ſatis efficax, ꝙ Deus glorioſus totius entis cauſati non ſolum ſit uera cauſa per modum finis, (ut uoluit Eudemus, & Alexander, & Henricus de Gandauo et Gregorius Ariminen. & Ioan. de Baccone) uerumetiam per modum cauſæ efficientis & producentis. Nam ſi uere efficere perfectionis eſt, et alia attribuuntur natura animę & intellectui, multò magis etiam ipſi Deo qui intellectus puriſſimus eſt aut propriè loquēdo etiam eſt ſupra intellectum, Sicut. n. conſueuit Ariſtot. in pluribus locis argumentari de corporibus cœleſtibus aſſerens illa eſſe animata, & ſub prouidētis, & ꝙ ibi ſit magis ratus & certus ordo quàm in iſtis inferioribus, quia ſunt nobiliora corporibus animatis, quæ ſunt hîc, ſicut patet in. 2. phyſi. in tex. commen. 45. ubi dicit, ꝙ eſt magna admiratione dignum ꝙ antiqui poſuerūt animalia, & plantas quæ ſunt hîc, non eſſe à fortuna & caſu, ſed bene corpora cœleſtia. Et cōſimilem ſententiam de uita & animatione cœlorum, aſſerit in. 2. cœli & mundi in tex. commen. 60. ubi dicit: Nos autem ut de corporibus ſolum & unitatum ordinem habētibus, in animatis aūt, omnino perquirimus; oportet autem tanquam participantibus exiſtimare à nomine et uita. Et idem ſolertiſſimus naturæ rimator animaduertens ad id, quod modo dixi, in primo de partibus animalium inquit: Quamobrem uerisſimilius dixerim cœlum & factum eſſe ab eiuſmodi cauſa ſi factum eſt, et eſſe ob eam cauſam, quā animalia caduca atq; mortalia, & reddit cauſam ſubdens: Ordo enim & ratus certusq; ſtatus longè magis in rebus patet cœleſtibus quā in nobis: incerta autem & inconſtans fortuitaq; conditio in genere mortali potius eſt. At illi genus animaliū quodq; natura conſtare extitiſſeq; cēſent, Cœlum autem ſorte ſpōteq; tale eſſe uolunt, in quo nihil fortunæ, nihil temeritatis deprehēdi pōt. Vbi patet ꝙ loqtur ſuper illo fundamēto noſtro cōtra antiquos, cōtra quos ēt loquitur. 2. phy. loco pallegato. Valeant igitur qui aſſerūnt Ariſtot. non eſſe cauſam totius entis efficientem, ſed finalem tantum: nam in prooemio metaphyſi. expreſſe teſtatur Deum eſſe omnibus principiū & cauſam. & in. 1. de cœlo & mūdo, in tex. com. 32. dicit Deum & naturam nihil fruſtra agere, & fuit authoritas quàm ponderauit Simplicius, & ante ipſum Dux eius Ammō. Dicere etiam Deum eſſe finem, & non efficiens nihil eſt dicere: nam, ut ſcribit Commen. in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, & immorari in hoc amplius eſt ſuperfluum.

Contra negātes Deū eē uerū efficiens totius entis cauſati.

Tranſmutatio dicitur ęquiuocè de tranſmutatione p ſe, quę eſt in tempore, & de tranſmutatione, quę eſt finis tranſmutationis. 4. phyſi. com. 129. & 6. phyſico. commen. 32.
Tranſmutatum eſt tribus modis, aut per ſe, aut ſecundum partem, aut per accidens. 5. phy. tex. com. primi.
Tranſmutatum ſecundum partem reducitur ad tranſmutatum per accidens, & eſt quaſi medium inter tranſmutatum per ſe & tranſmutatum quod eſt uerè per accidens, ſic intellige. 5. phyſico. commen. 1.
Tranſmutatio eſt ante tranſmutationem nō eſſentialiter, ſed per accidens. 5. phyſi. com. 13. & 1. cœli. 22. & 8. phy. 47.
Tranſmutatio ſimpliciter eſt inter contraria ſimpliciter, & tranſmutatio quodammodo eſt inter contraria quodammodo. 5. phy. tex. commen. 19.
Tranſmutationes quæ non ſunt motus, reperiuntur in ſubſtantia & in alijs prædicamentis præter tria. 4. phy. cō. 21.
Tranſmutatum eſſe diuiſibile aut indiuiſibile in eodem ordine eſt cum tranſmutatione, an ſit diuiſibilis uel indiuiſibilis, ſed dignius eſt, ut ſit latentius tranſmutatum eſſe diuiſibile per tranſpoſitionem indiuiſibilem: quia exiſtimatur ꝙ tranſmutatio indiuiſibilis ſit, aut eſſe debeat indiuiſibili. Commen. 6. phy. commen. 31.
Tranſmutationis ſunt duobus modis, uidelicet exiſtens per ſe, & non exiſtens per ſe, ſed conſequens aliam tranſmutationem. 6. phyſi. commen. 32.
Tranſmutabile quodlibet non in tempore eſt tranſmutabile in tempore 6. phyſi. commen. 32.
Tranſmutationis finis non eſt tranſmutatio. 6. phy. com. 32.
Tranſmutatio æquiuocè dicitur de illa quæ fit in tempore, & non in tempore. 6. phyſi. commen. 32. & 5. phyſic. commen. 21. & 4. phyſi. commen. 129.
Tranſmutatio quæ eſt in ubi, numeratur in quantitate. 6. phyſi. commen. 39. uide in concordantijs.
Tranſmutatio in ſubſtantia dicitur principaliter tranſmutatio. 6. phyſi. commen. 41.
Tranſmutatio quæ eſt in ſubſtantia, fit in non tempore. ſ. prouentus formæ ſubſtantialis.
Tranſmutari ad nihilum aliquid eſt impoſſibile, quia tunc motus eſſet ocioſus. 6. phyſi. commen. 93.
Tranſmutatum quodlibet tranſmutatur in tempore non in extremo temporis. 8. phy. commen. 23.
Tranſmutationum quædam diſponūtur ſimpliciter, & quædam ſecundum ad aliquid. 8. phyſi. com. 24. Quod pro tanto dixit, quia ſubiectum alicuius tranſitionis ſimpliciter denominatur à termino, ut quod tranſmutatur ad nigredinē denominatur nigrum: quandoq; uerò non, quia in motu locali quod tranſmutatur in ubi, non dicitur ubi, ſed in ubi.
Tranſmutatio ſimpliciter eſt tranſmutatio in ſubſtantia, qa illa eſt uera tranſmutatio, ſed in accidentibus eſt ſecundū quid. 8. phyſi. commen. 46.
Tranſmutatum in tempore tranſmutationis non dicitur eſſe illud ad quod tranſmutatur. 8. phyſi. tex. commē. 69. idē. 5. phyſi. 13. & 16. idem. 6. phy. 39.
Tranſmutatio quædam fit in tempore, & eſt quæ fit per alterationem, quædam ſine tempore, & iſta intrat capitulum relationis, ut illuminatio. 1. cœli commen. 21. Quod ideo credo dictum fuiſſe tales inſtantaneas mutationes intrare capitulum relationis, quia acquiruntur modo quo acquiritur relatio in qua nō eſt per ſe motus, ut habetur in. 5. phy. tex. commen. 10. Vnde tales ſemper ſunt conſequētes motus præuios, & ſunt fines aliorum motuum, ut ſcribitur in digreſſione pulchra ab Auer. commen. 32.

Nota quō tranſmutatio inſtātanea intrat capitulum relationis.

Tranſmutatio non accidit niſi propter corporeitatem, & ideo entibus ſpiritualibus non accidit tranſmutatio. primo cœli. commen. 100.
Tranſmutatio quæ fit in ſenſibus indiget tribus, ſicut tranſmutatio in loco, uidelicet motore non moto, motore moto, & poſtremo moto: differunt tamen quia medium in tranſmutatione ſenſuum quieſcit in eodem loco, ſecùs in motu locali. 3. de anima. tex. commen. 65.
Traſmutans quando tranſmutat habet aliquam ueram rationem non exiſtimari eſſe. 4. meta. tex. commen. 22. Inde elicitur authoritate Philoſophi quod de rebus in tranſmutatione & uarietate exiſtentibus, poſſunt formari propoſitiones per ſe et neceſſarię, ex quibus ſcientia haberi poteſt de talibus rebus contra antiquos.
Tranſmutatio eſt media inter eſſe & non eſſe. quarto metaphyſi. commen. 28.
Tranſmutatio in ſubſtantia fecit nos ſcire materiam primā eſſe, ſed tranſmutatio in loco fecit nos ſcire ꝙ corpora cœleſtia ſunt habentia potētias in ubi. 8. metaphy. tex. com. 12. Idem in principio libri de ſubſtantia orbis, & quarto phyſico. commen. 38.
Tranſmutatio eſt in re diuiſibili neceſſario, ut eſt oſtenſum in ſermonibus uniuerſalibus de natura. 2. tracta. metaphy. col. 15. & habetur. 6. phy. tex. com. 32.
Tranſmutabilium in ſubſtantia, quædam habent communem materiam, & iſtorum proprium eſt, ut unumquodq; ſit in potentia ſuum contrarium: quædā uerò habent materias diuerſas, & talia ſecùs ſe habent. Nam uiuum licet ſit in potentia mortuum, tamen mortuum non eſt potentia uiuum. ibidem in paraphraſi. trac. 2. col. 17.
Tranſmutabilia adinuicem habent materiam communem. 10. metaphy. tex. commen. 12.
Tranſmutationes ſunt quatuor. 12. metaphyſi. tex. commē. 7. & 3. phyſi. tex. commen. 4.
Tranſmutatio quęlibet eſt ex ente in potentia in ens in actu 12. primæ philoſophiæ tex. com. 8.
Tranſlatio in corpore molli eſt facilis ut in aere, in duro autem eſt difficilis, aut impoſſibilis. 4. phyſi. tex. commē. 86.
Tranſlatio alia à natura, alia ex anima, & alia recta, alia circularis. 6. phyſi. commen. 92.
Tranſlatio animaliū non eſt de contrario in cōtrariū. ibid.
Tranſlationis differētia debet eſſe de natura generis in quo eſt tranſlatio. ſ. de natura ubi. 7. phyſi. commen. 30.
Tranſlatio alia prior, alia poſterior. 8. phyſi. tex. com. 55.
Tranſlatio eſt primus motuum, & de illis circularis. 12. metaphy. tex. commen. 38.
Tranſlaticia uerba in ſcientia demonſtratiua uſitari non debent, Ariſt. documento in. 2. poſteriorum analyticorum aſſerentis non eſſe diffinēdum per metaphorica uerba: Ideo Auer. 1. cœli. commen. 105. dicit Ariſto. accuſare plerūq; Platonē, aut quia malè opinabatur, aut quia malè docuit. Conſueuit enim Plato loqui metaphoricè, ideo uidemus Ariſtot. etiam in. 4. de genera. animalium. cap. 8. ubi de lacte diſſerit reprehendere Empedoclem, qui trāslaticio uerbo uſus eſt, appellans lac pus album. Et id genus maximè uitandum eſt in rebus arduis; ſcribit enim lucidiſſimus Themiſt. in. 1. de anima. cap. 20. ubi Ariſt. inuehit contra Thimæum ſeu Platonem, & iniquit: Nō eſt æquum in altiſſimis philoſophiæ quæſtionibus aliud ſentire, aliud dicere, cum enim ſemper res digna homine eſt ne à mēte uera diſſentiant, tum id maximè in rebus obſcuris & crepe ris obſeruandum, quo ea quæ ſuopte ingenio remota & condita uideantur, uerbis illuſtribus, & quam maximè poteſt declarantibus uendicentur à tenebris.
Tremor qui accidit in hora mortis aſſimilatur motui, qui nō habet principium, neq; finem, neq; cauſam. 3. colliget. cap. 30. & ibi uide differentiam inter tremorem, & rigorem, & horripilationem.
Triorcha genus accipitrum Butheo eſt ſic dictum à numero teſtium. 9. de natura animalium. cap. 36. inde patet animal dari habens tres teſtes.
Trinitas principiorum quam poſuit Plato, eſt alia ab illa quam poſuit Ariſto. uidelicet unum, magnum, & paruum. primo phyſi. commen. 80.
Trinitatis forma ineſt rebus per naturam, ideo inſtitutum fuit nobis magnificare Deum glorioſum numero trino, ꝗ quidem ſtatuimus legem opera ſequendo naturæ. Auer. 1. cœli. in ſumma ſecunda ſuæ paraphra. idem habet in com. 2. 1. cœli. & eſt ſententia Philoſophi in textu authoritate Pythagoræ. Concordant Theologi noſtri in primo ſententiarum ponentes ueſtigium trinitatis in creaturis.
Trigonum ſemper habet duobus rectis angulos æquales, ſed tamen eſt aliqua perpetuitatis huius altera cauſa, contra Democritum. 8. phy. tex. commen. 15. Hinc patet error illorum qui aſſerunt neceſſaria non habere cauſam.
Turturem nemo per hyemem uidiſſe dicitur, latent enim, & præpinguis latere incipit, & quanquam pennas in latebra dimittat, tamen pinguedinem retinet. 8. de natura animalium. cap. 16.
Thus liqueſcit & inflammatur. 4. meteo. tex. com. 48.
Typus propiè eſt id, quod eſt eminentia & depreſſione redditur, aut ſchema figuráue quæ à re figurante in rem figuratam inducitur, ſicut ex ſigillis expreſſa ſimulachra ſe habere conſpicimus. Alexan. in paraphraſi. de anima. in capitulo de phantaſia.

¶ De litera V.

VACVVM eſt locus corpore priuatus. 4 phyſi. tex. com. 6.
Vacuum eſſe neceſſarium apud eos qui generant mundum ſecundum totum. ibidem.
In uacuo non eſt ſuperius, neq; inferius naturaliter. 4. phyſico. com. 30. 36. & 42. 64. & 65. & 66.
Vacuum ponentes ſunt bipartiti, quidam enim ponunt uacuum ſeparatum à corporibus, quidam non. quarto phyſico. commento. 43.
In uacuo nō eſt natura eadem neq; diuerſa. 4. phy. com. 48.
Vacuum eſt ſimilis naturæ. 4. phyſico. commen. 64. Vide in concordantijs.
Vacuum aut eſt priuatio omnium decem prædicamentorū, aut eſt dimenſio ſeparata. 4. phyſi. commen. 65.
Vacuo dato, mobile quod poneretur in eo ubicunq; poſitum quieſceret. 4. phyſi. tex. commen. 66.
Vacuum eſt infinitum, & ideo non habet ſuperius, neque inferius. 4. phyſico. tex. commen. 67.
In uacuo non eſt diuerſitas, quia uacuum eſt non ens, & nō ens priuatio, & in priuatione non eſt diuerſitas. quarto phyſico. tex. commen. 67.
Vacuo dato mobile, aut ſemper quieſceret, aut ſemper moueretur. 4. phyſi. tex. commen. 69.
Vacuo dato, comparato inter ipſum & rem motam eſſet una & ſimplex, quia uacuum eſt unum & ſimplex. quarto phyſico. commen. 69.
Vacuum oportet ponere illos, qui aſſerunt corpus generari ex non corpore ſimpliciter. 3. cœli. commen. 29. idem quarto phyſico. tex. commen. 6.

Vacuum dato ꝙ eſſet, non eſſet cauſa naturalis, cauſæ enim naturales ſunt quatuor famoſæ. 4. cœli. commen. 20.

Vacuum eſt cùm non fiat illud, cuius cauſa factum eſt. ſecũdo phyſi. tex. commen. 62.

Vapor quid ſit, require. 4. meteororum. tex. commen. 48.

Vaporatio eſt duplex. 5. colliget. cap. 26.

Vaporabiles res ſunt aereæ, & ſunt calidę & humidæ, ibid.

Vas plenum cinere tantum recipit de aqua, quantum recipit quando eſt uacuum. 4. phyſi. commen. 56. & uide ibi cauſam iſtius problematis ab Auerroe.

Vas cupreum non deſcendit in aqua, licet cuprum deſcendat, & cauſa eſt figura uaſis, quia aer penetrat in ipſo. ſecundo cœli. commen. 79.

Vbicatio aut ponitur in diffinitione grauis & leuis, aut eſt actio intentionis quę collocatur in diffinitione eorum: leue .n. & graue deſcribũtur per hanc actionem. 8. phy. com. 32.

Vbi fuerit aliquod magis uerum quàm aliud, neceſſe eſt ibi eſſe aliquod uerum ſimpliciter. 4. meta. com. 18.

Vbi eſt principium alicuius uirtutis, ibi etiam eſt principiũ organi ſeu inſtrumenti illius uirtutis. ex. 3. de partibus animalium, in cap. 4. & etiam Commen. ibidem. in cap. de corde, & Gale. conceſſit illam propoſitionem, ut dicit ibi Auer. & dixit ꝙ conuertitur ꝙ ubi eſt principium inſtrumenti, ibi etiam eſt principium uirtutis. Et nota ꝙ Auer. ibi limitat illam propoſitionem de primo organo, nam organum per quod uirtus operatur, aliud eſt principium & primum, aliud remotum & ſecundum.

Vegetabilem potentiam neceſſe eſt ineſſe in omnibus uiuẽtibus generabilibus & corruptibilibus. tertio de anima. tex. commento. 59.

Velocitas & tarditas non ſunt motus additi aut diminuti ab eo, ut putauit Auempaces. Commenta. 4. phy. com. 71.

Velox & tardum tempore determinãtur. 4. phy. tex. cõ. 96.

Velocitas & tarditas, neq; ſpecies motus, neque differentiæ ſunt. 5. phyſi. tex. commen. 44.

Velocius in æquali tempore pertranſit maius ſpatium. ſexto phyſico. tex. commen. 11.

Velocitatis diuerſitas inuenitur tribus modis. 6. phy. 61.

Velocitas in ſphæra eius quod uicinatur centro, & eius qđ eſt extrà, non eſt eadem uelocitas. 6. phyſi. tex. cõmen. 86.

Velocitas æquiuocè dicitur de motu recto & circulari, & multò magis de motu locali, & alterationis. 7. phy. cõ. 24.

Velocitas propria uniuſcuiuſq; motus ſequitur exceſſum potentiæ motoris ſupra rem motam. 7. phy. tex. commen. 35.

Velocitas & tarditas motus non ſunt niſi propter diuerſitatem proportionis motoris ad rem motam. ſecundo cœli. commen. 36. & habetur in tex.

Venter ieiunus et inanis calidus eſt, ſaturatus uerò frigidus. ex libro de ſom. & uigi. Vide cauſam ibi in Them. cap. 21.

Venenum duplex, quoddam à qualitate prima, quoddam à tota ſubſtantia. 5. colliget. cap. 18.

Venena ſunt res relatiuæ, quia aliqua ſunt uenena alicui animali, alicui uerò ſunt cibi. ex ſexta diſputatio. in ſolu. 6. & in. 3. phyſico. in prologo ſuo.

Venenum operatur in corpore quatuor operationibus uirtutum, uidelicet qualitatibus primis, ut oppium quod ſua frigiditate interficit à tota ſubſtantia, ut aurum quod eſt conuerſum in calcem: quædam fortitudine attractionis interimunt, ut elleborus niger: & quædam remouendo calorem naturalẽ, & hæc ſunt q̃ purgant ſanguinẽ. 5. colliget. ca. 22.

Venarum origo requiratur. 3. de natura animalium. cap. 2. 3. & 4. ubi ponuntur opiniones Syẽneſis Cyprij, & Diogenis Apolloiatæ, & Polybij ſententiæ & improbantur, & ponitur uera Ariſt. opinio.

Venarum natura ſimilis eſt naturæ oſſium, neq; uena una ſeorſum inueniri poteſt, ſed omnes partes ſunt unius. ex ſecundo de partibus animalium. cap. 9.

Venarum non pulſatiliũ principiũ & ſanguinis, ſm Gale. eſt iecur, ſm Ariſt. aũt eſt cor, propter duas rationes quas uide in. 3. de partibus animalium. in cap. de corde.

Venarum pulſatilium & ſpiritus principium, ſecũdum Gale. eſt cor. ibidem.

Venæ meſeraicę omnes ad uenenam portã in hepate terminantur, quæ ſunt in inteſtinis, ſed uenæ quæ ſunt in inteſtino quod meſenterion dicitur non terminantur ibi, & uide cauſam 4. de utilitate particularũ. cap. 19. quia illa defert ſanguinem pro nutritione inteſtinorum omnium, ſed meſeraicæ deferunt nutrimentum ad hæpar, ubi digeratur.

Vena perueniens ad pulmonem eſt arterialis, & arteria eſt uenalis, uide cauſam. 6. de utilita. particu. cap. 10.

Venæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, cuius eſt cor, & uenæ ſecundum Ariſt. non tranſeunt per ſubſtantiam cordis, & Gale. uidetur idem fateri (ut imaginor) præterquam de arteria uenali, quæ inter cor & hæpar exiſtit. 3. de partibus animalium. cap. de corde.

Venæ conditæ & exiles arguunt ſomnolentiam, uenæ latæ & conſpicuæ arguunt oppoſitum. ex libro de ſomno & uigilia. uide Themiſtium ibi cap. 17. & 18.

Venæ quædam cor adeunt, quædam uerò à corde proueniunt; quæ cor adeunt ſunt miniſtrę, ut quæ à iecinore ſanguinem incoctum & imperfectum conuehant, ſed quæ à corde proueniunt ſanguinem iam perfectum in corde generatum diſtribuant per totum corpus. Themiſtius in cõmen. ſuper libro de ſomno & uigilia. cap. 13. ex hoc multa Medicorum argumenta ſolues. Iſtam diſtinctionem Themiſtius dicit eſſe in libro de nutrimento, licet apud nos liber ille non extet. Conſimile diſtinctionem ſcribit Alexã. cuius Themiſtius fuit abbreuiator, in paraphraſi de anima. in ultimo cap. ubi agit in qua parte corporis conſiſtat animæ principatus, & ibi reddit cauſam, quia uenæ circa cor inueniuntur latiores, et quantò magis diffunduntur, tantò magis ramificantur, & redduntur anguſtiores.

Venarum principium eſt unum, & eſt còr, quod etiam eſt principium caloris naturalis & ſanguinis: & demonſtratio datur ſecundum cauſam, & eſſe: de hoc uide Ariſt. 3. de partibus animalium. Auer. in cap. de corde. & Ariſt. ibidẽ in cap. de corde.

Venæ duæ oriuntur à corde quia natura ſanguinis eſt duplex, uenalis & arterialis. ex. 3. de partibus animalium. Cõmentator in capitulo de corde.

Vena magna quæ exit à dextro uentriculo cordis, eſt præſtantior uena aorta quæ exit à ſiniſtro: & ideo uena magna procedit ad anteriora, uena autem aorta ad poſteriora, quia anteriora ſunt præſtantiora poſterioribus. ex. 3. de partibus animalium. ibidem.

Venæ ſunt multæ ꝑꝑ membrorum nutrimentum. ibidem.

Vena chilis ab Hippocrate uocatur uehiculum nutrimenti Galenus in. 4. de utilitate particu. cap. 5.

Venæ non pulſatiles componuntur una tunica, præter unã & inuentæ ſunt per ſenſum tactus ꝙ ramificantur ab hepate. Vide in concordantijs nuper æditis. 1. colliget. cap. de anatomia uenarum non pulſantium.

Venæ aliæ pulſatiles, aliæ non pulſatiles, & uenæ pulſatiles omnes componuntur ex duabus tunicis, excepta una. 1. colliget. cap. de anatomia uenarum pulſatilium.

Venæ, nerui, oſſa, ungues, & mẽbranæ, & id genus ingroſſantur & fortificantur à calido & congelantur à frigido.

Vento ſeptentrionali Hippo. adoptat ſiccitatem, & meridionali humiditatem, eo ꝙ natura iſtorum uentorum eſt has duas facere diſpoſitiones. 4. colliget. cap. 14.

Ventus ſeptentrionalis aerem refrigerat, licet ſit ſiccus, & ſimpliciter pluuia. ibidem.

Ventus eſt de numero eorum quæ mouentur naturaliter, cũ non moueatur niſi à generante. 8. phyſi. com. 35.

Ventoſitas generatur à calore debili, calore enim fortis diſſoluit materiam diſſolutione non manifeſta: nec etiam fortis frigiditas generat uentoſitatem, quia nõ eſt eo ꝙ nõ habet à ſua natura ut generet uentoſitatẽ. 3. colliget. cap. 26. de accñtibus ſupuenientibus uirtuti nutritiuę in generali.

Venti & fluuij conſtituuntur per motum. 1. de anima. com. 36. idem habet Themiſt. primo de anima. cap. 19. & eſt ſuper tex. 44.





Venti fumoſi ſunt quatuor, orientalis, occiddentalis, ſeptentrionalis, & auſtralis ſeu meridionalis. ex. 2. meteo. cap. 2.

Ventus eſt exhalatio fumoſa mota circulariter, uel ſecũdum circuitum circa terram. ibidem.

Venti utplurimum non fiunt in tempore caliditatis intenſę, nec in tempore frigiditatis intenſæ. ibidem.

Ventus auſtralis & ſeptentrionalis magis inueniuntur quã orientalis & occidentalis. ibidem. & ibi uide cauſam.

Ventus auſtralis eſt calidus & humidus, uentus autem ſeptẽtrionalis eſt frigidus & ſiccus: orientalis autem & occidentalis ſunt medij inter iſtos. ibidem.

Venti orientales putantur de eis ꝙ ſunt calidiores quam occidentales. ibidem.

Venti aſſimilantur fluminibus in hoc, ꝙ quantò magis diſtant à ſui origine & principio, tanto maiores fiunt. ibidem. columna. 7.

Venti meridionalis proprietas eſt congregare nubes, & cõmouere eas, ſeptentrionalis uerò proprietas eſt deſtruere nubes, & ſeparare partes earum. 2. meteororum. cap. 2.

Ventorum diuerſitas eſt per diuerſitatem locorum. octauo metaphycæ. tex. commen. 5.

Ventus eſt de numero illorum entium, quorum ſubſtantialis diffinitio conſiſtit in motu. ex libro deſtru. diſputatione. 3. in ſolutione octaui dubij.

Ver eſt tempus in quo operationes nutritiuę ſunt perfectiores. 2. colliget. cap. ulti. de complexionibus temporum.

Veris temperamentum attenditur penes corpus humanum ſecundum Medicos. ibidem.

Veræ concluſiones nõ declarantur niſi à propoſitionibus, & propoſitiones à ſenſu. 8. phy. tex. commen. 22.

Verum duplex, neceſſarium, & poſſibile: uerum neceſſariũ opponitur falſo impoſſibili, & uerum poſſibile opponitur falſo poſſibili. Commen. in paraphraſi primi de cœlo ſumma. 10. parte. 3. & colligitur ex tex. commen. 119. primi de cœlo & mundo.

Veritas ſicut dicit Ariſtot. conuenit, & teſtatur ſibi omni modo. 3. de anima. commen 5. iuxta dimidium, & eſt authoritas Ariſt. primo ethicorum. cap. 10. Verum uero conſonat ex omni parte falſum autem ſtatim diſſonat uero.

Verum & falſum ſunt in eodem genere cum bono & malo. 3. de anima. tex. commen. 34.

Veritas & falſitas quæ ſunt in intellectu ſpeculatiuo, ſunt aliæ ab his quæ ſunt in intellectu operatiuo. tertio de anima. tex. commen. 34.

Veritas quæ eſt in intellectu ſpeculatiuo eſt bonum ſimpliciter, & falſitas eiuſdem eſt malum ſimpliciter: ſed ueritas quæ eſt in intellectu operatiuo eſt bonum in reſpectu, & falſitas in eodẽ eſt malum in reſpectu. 3. de anima. cõ. 34.

Veritatis comprehenſio non eſt impoſſibilis in multis rebus, & hoc eſt manifeſtum apud omnes. ſecundo metaphyſi. commen. primo. & textu.

Veritatis comprehenſio quodammodo eſt facilis, & quodammodo difficilis. ibidem.

Veritatis comprehenſio indiget longitudine tẽporis. ibidẽ.

Veriſſimum eſt quod poſterioribus cauſa eſt, ut ſint uera. 2. metaphyſi. tex. commen. 4.

Vero primo quod affinius eſt, illud eſt magis uerum. 4. metaphyſi. tex. commen. 18. conſimile. 2. meta. tex. com. 4.

Verum aut nihil eſt, ut Democritus ait, aut non eſt nobis manifeſtum. 4. metaphyſi. tex. com. 21.

Veritatem expectare à dicentibus ſermones falſos eſt uolantia perſequi. 4. metaphy. tex. commen. 21.

Veri & falſi diffinitio requiratur. 4. mela. tex. com. 27.

Verum affirmationem habet in compoſito, negationem uero in diſiuncto. 6. metaphy. tex. commen. 8.

Verum & falſum ſunt in mente, & bonum & malum in rebus. 6. metaphy. tex. commen. 8.

Vera affirmatiua ſignificat compoſitionem, & uera negatiua ſignificat diuiſionem.

Veritas eſt adæquatio rei intellectum, ut colligitur ex. 9. primæ philoſophiæ.

Veritas, ut declaratum eſt in ſua declaratione, eſt adequatio rei ad intellectum. ſ. ꝙ ita ſit in anima ſicut eſt extra animam. ex libro deſtructio. diſp. 1. in ſolutio. 22. dubij. in tex. commen. 21. ubi dicitur: Putans diuiſum diuidi, & compoſitum componi uerus eſt: mentitur autem contrario ſe habens atq; res ipſæ ſe habent. & parum infrà: Dicitur non propter nos exiſtimare te album eſſe, tu albus es, ſed propter te eſſe album, nos hoc dicentes, uerum dicimus.

Verus reſpectus eſt particulariter, quia uniuerſalia non habent eſſe extra animam. 12. metaphy. commen. 27. idem ibidem. commentis. 4. & 14. & alibi.

Veritas eſt cunctis rebus magis naturaliter deſiderata à uirtute intellectuali. ex libro deſtructio. diſputatione prima in procemio.

Veritas quæ eſt in intellectu potẽtię eſt oppoſita falſitati, ſed ueritas quæ in intellectu agente & ſeparatis intelligentijs eſt ueritas ſimplex, cui minimum opponitur mendacium. Themiſt. 3. de anima. cap. 45. & habetur ex tex. ibidem. tex. commen. 25. Vbi collige non omni ueritati opponi falſitatem, ſicut & de bonitate diximus in proprio loco.

Veritas nequit utplurimum oſtendi, niſi illis qui per ſuam uiam rectè ambulauerint, & ideo multæ, quæ ſapientibus pateſiunt demonſtratiuè, apparent uulgo ſomnia, & dat exemplum de ſole qui eſt maior tota terra centum ſexaginta ſex uicibus. ex libro deſtructio. diſpu. 3. in ſolu. 18. dub.

Veſica præciſa coire non poteſt niſi ad ipſum exordium fuę ceruicis. quanquam non ignoro ita aliquando contigiſſe ut uulnerata ueſica ſolideſceret, ſed quod admodum rarò contingit, parum id admodum conſiderandum cenſeo. Ariſtot. in. 3. de natura animalium. cap. 15. facit pro opinione Auer. aſſerentis in. 3. colliget. in ægritudinibus monſtra contingere quandoque.

Veſica non eſt data niſi animalibus habentibus pulmonẽ, & uide cauſam. 3. de parti. anima. cap. 8.

Veſica inter animalia corticata omnia carent, excepta teſtudine marina, quæ pulmonem habent carnoſum & ſanguineum, & terreſtres, quę proportione maiorem habent pulmonem. ibidem. fallit tamen in teſtudine lutaria nuncupata, quia talis & renes & ueſicam habet, ut dicit ibi. cap. 9.

Veſica carent animalia pennata & corticata, exceptis teſtudinibus. ibidem.

Veſica quare animalibus data ſit, uide Gale. 4. de utili. parti. cap. 18. authoritate Platonis.

Veſpertilio uidetur ancipitis naturæ inter uolucres & terreſtria animalia, ex quarto de partibus animalium. capitulo. 11. prope finem.

Veſpæ uidentur generari ex corporibus equorum mortuorum, & apes ex corporibus uaccarum mortuarum, & ranę ex putrefactione aquæ, & muſciliones ex uino corrupto. 12. metaphyſi. commen. 18. in principio digreſſionis, ubi ponitur opinio Themiſt. uide de ueſparum generatione Ariſtot. in. 5. de natura animalium. cap. 20. Vide in contradictionibus nuper æditis.

Veſtes quæ mundiſſimæ ſunt, certiſſimè inquinantur: nam purum diligenter monſtrat quicquid exceperit. ex libro de inſomnijs Ariſtote. & dicit, quòd ita etiam conuenit in animo. Vnde poeta:

Omne animi uitium tantò conſpectius in ſe.

Crimen habet, quantò maior qui peccat, habetur.

Via doctrinæ eſt triplex genus demonſtrationis, ſcilicet demonſtratio ſigni, & demonſtratio cauſæ, & demonſtratio ſimpliciter. Auer. in prologo primi phy. Vbi aduerte ꝙ demonſtratio ſigni eſt ab effectu ad cauſam, & dicitur demonſtratio, quia eſt uel à ſigno ſuper effectum, uel etiam per cauſam remotam, ut colligitur ex proceſſu Ariſt. in primo poſterio. Demonſtratio cauſæ tantum, ſeu propter quid eſt quando eſſe effectus ſeu inhærentia paſſionis in ſubiecto, eſt per ſe nota ante demonſtrationem, ſed ignoratur ꝑpter quid illius huius exemplum accommoda

tum exhibetur in octauo phyſic.tex.commen. 65.ubi demonſtratur propter quid eſt,quòd ſi duo mobilia æqualis uelocitatis per idem ſpatium in eodem tempore moueanť, ſi unũ moueať directè motu continuo pertranſeundo totũ ſpatium, alterum uerò reflectat replicando medietatem bis,cuius pertranſit primum totum ſpatium quàm ſecundum medietatem replicatam:& eſt quia inter duos motus contrarios cadit quies media. Patet enim ꝙ per talem demonſtrationem non adgeneratur de nouo ipſius, quia eſt aliqua cognitio, ſed propter quid tantum, & ideo dicitur demonſtratio propter quid ſeu cauſæ tantum.Demonſtratio uerò ſimpliciter ſeu demonſtratio dans cauſam & eſſe, ſeu demonſtratio potiſſima eſt quãdo, ut dicit.Themi. in 2.poſteriorum.cap.2.ut communi examine utranq; abſoluat cognitionem,& ut ſit,& quàmobrem ſit. Et ideo ab Auer.dicitur plerũq; demõſtratio dans cauſam et eſſe,quia ſimul & ſemel facit cognoſcere inhęrentiam paſſionis, & cauſam inhęrentiæ,& iſta eſt notabilis uia Cõmenta.clare in ſecundo cœli & mundi.in com̃.35.Et Latini expoſitores in libro poſteriorũ nõ uidentur intellexiſſe huiuſmodi differentiam.Conſidera etiam ꝙ,ut ſcribit Cõmenta.in.1. cœli.com̃.95.ꝙ demonſtrationes ducentes ad impoſſibile ſunt de numero ſignorum,quia cùm omnes ferè demonſtrationes,quæ fiunt in ſcientijs mathematicis ſint ducentes ad impoſſibile, tunc ibi erunt demonſtrationes ſigni, quod communiter non eſt conceſſum.

Via in rebus generabilibus per naturã eſt de ſpecie eius ad quem terminatur,ſed differunt ſecundũ magis & minus. 2.phyſi.com̃.14.idem. 5.phyſi. commen. 9.&.3.phyſi. commen.4.

Via ad rem eſt aliud ab ipſa re.3.phyſi.cõmen.4.

Via quæ eſt inter potentiam & actum eſt de illo genere de quo eſt actus,& ē idẽ cum actu, ſed non differunt niſi ſecundum magis & minus.5.phyſi.commen.9.

Via legis differt à uia Philoſophorũ.quia uia legis ſimplex & narrata ponitur,ex diſpu.6.in ſolutione.6.

Vinum aromaticum eſt melius quod reperiri poteſt in ſyncopi,& hoc eſt quod ſua caliditate penetrare poteſt per totum corpus,quod eſt ſine amaritudine & ſtipticitate,& eſt illud uinum quod eſt uinoſum, quod eſt pungitiuum in principio,& pòſt eſt delectabile ſine amaritudine & ponticitate,& Sarracenis in hoc caſu licet uinum bibere,quamuis eis prohibitum ſit.7.colliget.cap.16.de cura ſyncopis.

Vinum digeſtioni citius pręparatur omnibus alijs cibis & medicinis,ita ꝙ dicitur ꝙ in ſtomacho non moratur ad digerendum,ſed in hepate ſolum.ibidem.

Vinum dulce exhalat,pingue enim eſt & non coagulatur à frigore & uritur.ibidem.

Vinum quodcunq; paruam habet exhalationem, ideo emitit flammam.ibidem.

Vinum nouum habet plus terræ quàm antiquum.4.meteororum.tex.commen.43.

Vinum unum dicitur & aqua una inquantum indiuiſibile ſecundum ſpeciem.5.metaphyſi.tex.commen.9.

Vinum natationem cibi in ſtomacho uetat, uentoſitatẽ reſoluit, urinam prouocat & ſudorẽ,animam lętificat, & ad iuuat naturam ad expellẽdũ ſuperfluitates.7.colliget.cap.6.

Vina temporibus calidis fęce ſubuerſa deprauantur.3.de generatione animalium.cap.2.

Vinũ & ceruiſia duabus reſiſtunt choleris,& eas à corpore expellunt.melancholiæ uerò à tota ſpecie reſiſtunt.6. colliget. cap.6.

Vinum nouum abſolutè eſt calidius antiquo,ſed in comparatione corporis humani uinum antiquum eſt calidius nouo.Auer.in.2.de generatione animalium.cap.2.ubi in ſimili conciliat dicta Medicorum cũ dictis Ariſto.aſſerentium albumen oui eſſe frigidius uitello,cuius tamen oppoſitum ſentit Ari.inquit enim ꝙ multę res abſolutè ſunt calidiores alijs,quę in comparatione corporis humani ſunt frigidiores.Et nota ꝙ per hoc fundamentum multæ apparentes cõtradictiones inter Philoſophos & Medicos,conciliari poſſunt in ſimilibus:nam Medici ſimplicium & compoſitorum complexiones graduant in reſpectu corporis humani.Medicina enim eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones noſcũtur,ut inquit Princeps,ex parte qua ſanatur,aut ab ea remouetur,ut habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetur.uide etiam in.2.de anima.cõmẽ.105.

Vini & olei natura maximè alienos odores ſuſcipit. Ariſt. in libro de inſomnijs.

Violẽtia non intelligiť niſi in reſpectu naturę.1.cœli.cõ.62.&.14 & elicitur ex textu.

Vis ſenſibilis eſt in corde.Ariſt.3.de partibus aialium,cap. de corde,& uide etiã pulchrè Alexã.in paraphraſi de anima cap.ultimo,ubi arguit in quo loco,aut in qua corporis parte ſit animę principatus.

Violentũ & id quod eſt pręter naturã,non eſt in rebus ſempiternis.5.metaphyſi.tex.cõmẽ.6.idem.2.tex. cõmen.18.

Violentum non eſt manſiuum.12.meta.com̃.54.&.2.cœli. tex.com̃.18.

Vires retento ſpiritu augentur.ex.2.de generatione animalium. cap.4.

Violentum præter naturam eſt.Ariſto.in.5.de generatione animalium.cap.ultimo.

Violentię intẽtio nõ eſt niſi ut res moueatur cõtrario modo ſuæ naturæ tertio cœli.com̃.18.& elicitur ex textu.

Violenter motum mouetur ex alio.3.cœli.28.

Violentia in rei ueritate eſt,ut aliquod corpus moueat alterũ corpus ab extrinſeco,ita ꝙ in natura illius corporis motoris non ſit,ut moueat illud quod ex eo mouetur ſemper,ſed in aliqua hora.Cõmen.3.cœli.com̃.20.¶ Ex quo patet ꝙ propoſitio Põponacij nõ eſt uniuerſaliter uera, ꝙ omne ꝙ mouetur ab extrinſeco,moueatur uiolenter,etiam in motoribus corporeis.

Vipera ſola aĩal ędit,poſtquã intra ſe oua ędidit,cùm cætera ſerpentũ oĩa genera oua ędant in lucem,quo fit,ut uiperę uni uulua,ut chartilagineis ſit.3.de natura aĩalium.ca.1.

Vipera ſola ex ſerpentibus aĩal gignit.1.de hiſtoria animali. cap.6 & 5.libro.cap.ultimo.

Viperæ uino uenantur.8.de natura animalium.cap.4.

Viriditas eſt principium nigredinis,& ideo cauſæ quæ faciũt nigredinẽ,ſunt eædẽ cũ cauſis facientibus uiredinem, excepto ꝙ in uiriditate ſunt debiliores.4.colliget.ca.22.Et aduerte ibi ꝙ nigredo à calido & frigido cauſari poteſt.

Viri & mulieres pingues ſunt minus fœcundi,uide cauſam. 1.de generatione animalium.cap.18.

Virtus quæ ſimplices terminationes apprehendit,pluris eſt atq; præſtantior uirtute quæ componit & diuidit: nam in complexione modò ueritas,modò falſitas continet Intelligentia uerò ſemper uera eſt. Amplius intelligentia attingimus rem & amplectimur,ſed per cognitionem quæ in complexione cõſiſtit circuimus rem atq; luſtramus & circunſpicimus nõ accedẽdo. Themiſt.1.de anima.cap.26. ubi ponit differentiam inter intelligere & cognoſcere.

Virtus ſenſibilis princeps communis,quãuis ſit in corde,tamen nõ completur eius operatio manifeſtè niſi in cerebro, nucha,& neruis.3.colliget.cap.31.

Virtus augmentatiua non habet alia membra à membris uirtutis nutritiuę,ſed eadem membra ſunt utriuſq;. 2.colliget.cap.10.de iuuamentis membrorum officialium miniſtrantium uirtuti generatiuę.

Virtutes iſtæ quatuor uel quinq;.ſ.attractiua,retentiua, digeſtiua,& expulſiua,& diſcretiua,ſunt in unoquoq; membro deſeruientes uirtuti nutritiuæ principali exiſtenti in illo membro,& non ſunt ſeparatæ,ſed ſunt ſicut multi operarij ſuper unum opus.2.colliget.cap.9.de iuuamen.membrorum officialium. Nota tamen ꝙ iſtud eſt uerum ut in pluribus,ſunt enim aliqua membra in quibus non apparent eſſe omnes illæ quinq; uirtutes, ſicut dicit idem Auer. de inteſtinis in quibus non eſt manifeſta uirtus attractiua. Et ideo non habent tunicam longitudinalem,neq; uillos longitudinales lõgitudinales q̃bus ſit attractio,quia cibus digeſtus in ſtomacho per uirtutem expulſiuam ſtomachi,per portonariũ tranſmittitur ad inteſtina.

Virtutis digeſtiuæ operatio non completur niſi per quietem,& uirtutis expulſiuæ operatio perficitur per motum. 6.colliget.cap.2.Ideo Hippo.dixit:Si uis elleborum ducere,moue corpus,motus enim corpora turbat, declarat autem nauigatio.

Virtus & malitia ad aliquid ſunt.7.phyſi.tex.com.17.

Virtus eſt indiuiſibilis.7.phyſi.tex.commen.18.

Virtus cognitiua quemadmodum alia primatum obtĩnet, alia uerò famulatur,ita & in parte practicæ, ſiue actiua cõperies:uis enim qua impellimur & appetimus,quæ impulſus atq; appetitus dicitur, principatu fungitur: uis autem quæ neruis inſita eſt, qua corpus actionibus quæ ab impulſu & appetitu proueniunt mouetur famulatu ſuo ac miniſterio obſequitur. Alexan.in paraphraſi de anima. cap. de impulſu & uirtute impulſiua.

Virtutis & uitij nullum eſt medium.7.phyſi.tex.com.13.

Virtus & uitium ſunt duo habitus qui acquiruntur conſuetudine paſſionum laudabilium,aut illaudabilium.ſeptimo phyſico.tex.commen.19.

Virtus & uitium ſequuntur paſſionem.ibidem.

Virtus uegetalis eſt propter ſenſile, ſenſilis propter appetitum,appetitus propter intellectũ eſt. Alexan.in paraphraſi de anima.in cap.de impulſu & ui impulſoria:nam ſemper uilius eſt nobilioris gratia.

Virtus moralis maximè operatur in hoc uidelicet ad ſciẽtiã, & maximè caſtitas.7.phyſi.commen.20.

Virtus rationalis eſt magis ſpiritualis quàm imaginatiua, quia apprehendit uniuerſalia.2.colliget.cap.7.

Virtutes quæ apprehẽdunt particularia habitudinibus imaginatis ſunt tres.ſ.æſtimatiua, & imaginatiua, & reminiſcibilis.2.colliget.cap.7.

Virtus motiua uoluntariè non eſt alia à uirtute motiua in loco,ut dicunt Medici.2.colliget.cap.7.

Virtutes naturales agunt unum cõtrariorum per ſe,& aliud per accidens,ſed uirtutes rationales agunt utrunq; contrariorum per ſe.8.phyſi.tex.commen.8.&.9. primæ philoſophiæ.tex.commen.2.

Virtutes rationales non quieſcunt quandoq;, & mouentur quandoq;, niſi propter aliquam innouationem factam in anima,aut in corpore.aut in extrinſecis. octauo phyſico. commen.8.&.15.

Virtutes quinque ſunt nutritiuæ animæ.ſ.attractiua,retentiua,digeſtiua,expulſiua,& diſcretiua.2.colliget.cap.7.

Virtus autem excellentiæ eſt.1.cœli.tex.commen.116.ubi accipitur ꝙ definitio potentiarum eſt per ſummũ in quod poſſunt.Et aduerte ꝙ,ut dicit dominus Albertus,propoſitio locum habet in omnibus potentijs & uirtutibus, quæ habent rationem totius poteſtatiui tam in naturalibus q̃ in moralibus,habet etiam locum in uirtutibus animæ ſecundum Diuum Thomam.uide in.2.de anima.49.

Virtus creſcitiua eſt quaſi finis nutritiuæ, & generatiua eſt quaſi finis creſcitiuæ.2.colliget.cap.7.

Virtutes quæ ſunt in homine, ut dicunt phyſici & medici, ſunt tres,uidelicet naturalis, uitalis, & animalis. ſecundo colliget.cap.7.

Virtutes actiuæ & paſſiuæ corporeæ diuiduntur ad diuiſionem corporis,& ideo omnes ſunt finitæ.Commen.in paraphraſi primi de cœlo ad finem.

Virtus pulſatilis eſt uirtus cibatiua,ſicut aliæ quinq; uirtutes ei attributæ,uidelicet attractiua, retentiua, digeſtiua, expulſiua,& diſcretiua.2.colliget.cap.7.

Virtutes actiuæ & paſſiuæ differunt,quia uirtutes actiuę nõ indigent motore extrinſco ut exeant ad actum, ſed uirtutibus paſſiuis motor extrinſecus eſt neceſſarius.4.cœ.cõ.2.

Virtus qua iudicamus iſtum eſſe Socratem aut filium Socratis,eſt ſuperior ad uirtutem ſenſus.2.de anima.com.134.

Virtus quælibet exiſtens in corpore compoſito, aut attribuitur primis qualitatibus, ſcilicet formæ complexionis, aut erit uirtus exiſtens in forma complexionali. tertio de anima.commen.6.

Virtus imaginatiua eſt in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio,& rememoratiua in poſteriori, & hoc non tantum dictum eſt à Medicis, ſed dictum eſt in ſenſu & ſenſato: ubi per illud intellige librum de memoria & reminiſcentia,ubi uide ipſum in col.2. ſententia Commen. eſt.tertio de anima.commen.6.

Virtus cogitatiua apud Ariſtot. eſt uirtus diſtinctiua indiuidualis,quæ diſtinguit intentionem rei ſenſibilis à ſuo idolo imaginato.3.de anima commen.6.& commen. 20. & 33.&.2.de anima.commen.63.

Virtus cogitatiua eſt de genere uirtutum exiſtentium in corpore.commen.6.&.3.de anima.& commen.7.

Virtutes indiuiduales ſecundum Ariſt. ſunt diſtrubutæ in quatuor ordinibus,in primo eſt ſenſus communis, deinde eſt uirtus imaginatiua,deinde cogitatiua, poſtremo eſt rememoratiua.3.de anima.commen.6.

Virtus rememoratiua eſt magis ſpiritualis, deinde cogitatiua,deinde imaginatiua,poſtremò ſenſus communis.ibidẽ.

Virtus imaginatiua & cogitatiua & rememoratiua nõ ſunt niſi in loco uirtutis ſenſibilis,& ideo non indigetur eis niſi in abſentia ſenſibilis.3.de anima.commen.7.

Virtutes animæ mixtæ nõ iudicant niſi finitas intentiones, & ſecundum conuerſionem oppoſiti,illud quod non iudicat intentiones finitas neceſſe eſt ut non ſit uirtus animæ mixta.3.de anima.commen.19.

Virtus apprehendens ſimplicia & componens ea eſt una & eadem uirtus:contra Auempacem, qui tenuit uirtutem compoſitiuam eſſe aliam ab imaginatiuam. tertio de anima.commento.22.

Virtus cogitatiua quando iuuatur per uirtutem informatiuam & rememoratiuam, innata eſt preſentare ex imaginibus rerum aliquam quam nunquam ſenſit.3. de anima. commen.33.idem commen.20.& commen.5.

Virtutis cogitatiuæ intentio nulla eſt niſi ut ponat rem abſentem à ſenſu quaſi rem ſenſatam, & ideo comprehenſibilia humana diuiduntur in hæc duo, uidelicet incomprehenſibile cuius principium eſt ſenſus, & in comprehenſibile,cuius principium eſt cogitatio.3.de anima.com.33.

Virtus cogitatiua non eſt intellectus materialis, neq; eſt intellectus in actu, ſed uirtus particularis materialis. tertio de anima.commen.33.

Virtus cogitatiua non componit intelligibilia ſimplicia,ſed intellectus materialis.ibidem.

Virtus cogitatiua hominis habet inſtrumentum terminatũ, & eſt medius uentriculus cerebri.3.de anima.com.33.

Virtutes ſenſibiles quædã ſunt neceſſariæ animalibus,quædam uerò ſunt propter melius,& omnes diuerſantur ſecũdum fortitudinem & remiſſionem.ex principio commenti libri de ſenſu & ſenſato,uide in concordantijs.

Virtus conſeruatiua & memoratiua ſunt unum in ſubiecto, & duo ſecundum modum. ex commento libri de memoria & reminiſcentia.

Virtus imaginatiua eſt in horizonte anteriori cerebri, & uirtus diſtinguẽs eſt in medio,in poſteriori uerò cerebri,ē uirtus memoratiua & conſeruatiua.ibidem.& in ſecũdo colliget.cap.20.de iuuamentis cerebri & partium eius.

Virtutes non mouentur niſi ſecundum ſuum ſubiectum. ex commento libri de ſomno & uigilia.

Virtus rememoratiua & cogitatiua nõ agunt in ſomno, ſed uirtus imaginatiua eſt quæ ſemper eſt in motu & actione continua, & ideo actio ſomniandi ipſi attribuitur. ex libro de ſomno & uigi.Commen.

Virtutes interiores ſunt perfectiones apud quietem uirtutũ exteriorum.Commenta.in commen. libri de diuinatione ſecundum quietem.

Virtutes ſenſibiles profundè cogitantibus contrahuntur interius,adeo ꝙ accidit ſomnus magnus.ibidem.

Virtutes interiores in his qui nati ſunt ſine auditu & uiſu, ſunt perfectiores ibidem.

Virtutes interiores quando mouebuntur forti motu, contrahentur uirtutes exteriores adeo, ꝙ forte accidet ex hoc epilepſia aut ſyncopis, & ideo accidit in diſpoſitione ſimili epilepſiæ, ibidem.

Virtus quælibet in materia exiſtens eſt finitæ motionis. 3. cap. de ſubſtantia orbis, &. 8. phyſi. tex. commen. 79. 12. primæ philoſophiæ. tex. commen. 41.

Virtutes actiuæ ſunt caliditas & frigiditas, paſſiuæ autem ſunt humiditas & ſiccitas. 4. meteororum. tex. commen. 1. &. 2. de generatione & corruptione. tex. com. 8.

Virtutum rationalium alia opinatrix, alia ſcientifica. 6. ethicorum. cap. 2. uide pulchrè Alexandrum in paraphraſi de anima, capite de uirtute rationali.

Virtus altrix eſt in corde. uide Ariſtot. in. 3. de partibus animaliũ. cap. 4. de corde, & Alexã. pulchrè in para. de anima. cap. ulti. ubi agit in qua parte cordis ſit principatus animę.

Virtus regitiua corporum eſt uirtus nutritiua, & dicitur natura à Medicis, & uide cauſam in paraphraſi metaphyſi. tracta. 1. cap. ultimo.

Virtus informatiua non format alia membra niſi mediante calore cordis, ſicut uirtus nutritiua non facit ſuas operationes niſi mediante complexione ſua. 4. colliget. cap. 2.

Virtutes informatiuæ in ſeminibus exiſtentes, ſunt ex habente ſemen & ſole: illa autem quæ eſt ex putrefactione, eſt à ſole tantum. 12. metaphyſi. commen. 13.

Virtutes naturales generatiuæ ſimiles ſunt uirtutibus artificialibus. 7. metaphyſi commen. 23. uide ſecundo phyſic. commen. 75. &. 7. meta. commen. 31.

Virtutes informatiuæ exiſtentes in ſeminibus ſunt uirtutes diuinæ, & ſecundum Ariſtot. in libro de animalibus, aſſimilantur intellectui in hoc ꝙ non agunt per inſtrumẽtum corporale, & in hoc differunt à uirtutibus naturalibus quæ ſunt in corporibus animalium; iſtæ enim non agunt actione intellectus operatiui, ſed agunt per imprimenta terminata & membra propria. 7. metaphyſi. commen. 31. uide Ariſtot. authoritatem in ſecundo de genera. anima. cap. 3.

Virtus informatiua non agit per membrum proprium, & ideo dubitauit Galenus, & dixit: Neſcio utrum ſi uirtus ſit creator aut non. 7. metaphy. commen. 31.

Virtus informatiua agit per calorem qui eſt in ſemine, nõ ita ꝙ ſit in ſeminibus, ſicut anima in calore naturali, ſed ita ꝙ ſit incluſa in eis ſicut anima in corporibus cœleſtibus: & ideo Ariſt. magnificat hanc uirtutem, & attribuit illã principijs diuinis nõ naturalibus. 7. metaphy. commen. 31. Inde colle intelligentiam non eſſe in corporibus cœleſtibus, ſicut anima eſt in calido naturali. contra rudes.

Virtus ſenſualis ab altrice differt, quia ſeparãtur in eſſe ut in ſtirpibus. Item altrix eſt in omnibus partibus corporis, ſecus ſenſualis, quia capillis, unguibus, oſſibusq; nullus eſt ſenſus. Amplius ſenſualis utitur cogitatione & iudicio, altrix uerò actione ſola. Amplius non ſemper utimur ſenſuali, & uacatio eius eſt ſomnus: ſemꝑ uerò utimur altrice, & uacatio eius mors eſt. Vnde altrix ẽt in ſomno operatur & uiget magis, ſenſualis uerò tunc feriatur & qeſcit. Alexan. in paraphra. de anima, in cap. de impulſu & ui impulſoria.

Virtutes quædam animæ, ut cibabilis, ſenſitiua, & imaginatiua, & deſideratiua, non habent eſſe niſi cum materia. 12. metaphyſi. commen. 17. authoritate Alexandri.

Virtutes quæ ſunt in ſeminibus quæ faciunt animata, non eſt neceſſe ꝙ ſint animatæ in actu ſed in potentia, ſicut domus quæ eſt in anima domificatoris eſt domus in potentia, & non eſt domus in actu. 12. meta. commen. 18.

Virtutes exiſtentes in ſeminibus aſſimilantur uirtutibus artificialibus, & ſecundum Ariſt. in lib. de animalibus ſunt uirtutes diuinæ, quæ habent potentiam dandi uitam & ſimiles uirtutibus quæ dicuntur intelligentiæ, quia perducũt ad finem. 12. primæ philoſophiæ. commen. 18. idem. 7. metaphy. commen. 31.

Virtus quæ dat animam, à Galeno uocatur formatiua, & quidam ſapientum dicunt ꝙ iſta uirtus eſt ſeparatum principium, quidam uerò iſtorum dicunt ꝙ eſt intellectus, & quidam ꝙ eſt anima, & quidam ꝙ eſt corpus cœleſte, quidam dicunt ꝙ non eſt aliud niſi Deus: & ideo Galenus dubitauit utrum agens iſtam actionem ſit ipſemet Deus, aut aliud. ex lib. deſtructio. diſputa. 3. in ſolutione. 18. dubij. idem in ſeptimo metaphy.

Virtus quælibet corporea finita eſt prout diuiditur diuiſiuẽ ſui ſubiecti. ex libro deſtructionum, diſputatione tertia in ſolutione. 18. dubij.

Virtus uoluntaria motiua duplex, communis & eſt in corde, id eſt, in muſculo mouente cor; & particularis, & eſt in muſculo proprio uniuſq; membri. 2. colliget. cap. 18. de iuuamentis membrorum motus uoluntarij, contra Petrum Pomponacium.

Virtutis animalis principiũ ibi eſt ubi eſt primũ animæ inſtrumentũ quod eſt ſpiritus, tale autẽ eſt cor. contra Gale. in. 2. de partibus animalium, cap. de cerebro Auerroes.

Virtus uitalis eſt in corde ſecundum Gale. & eſt diuerſa à uirtute animali ſenſitiua & motiua quæ eſt in cerebro, & à uirtute nutritiua quæ eſt in hepate: & dicit iſtam fuiſſe quæſtionem Platonis & Hippocra. Cõmen. 3. de parti. animalium in cap. de corde, in digreſſi. de principatu membrorũ.

Virtus tertia dati non poteſt, alia uidelicet à nutritiua & ab animali, ut poſuit Galenus, quia tunc daretur tertia actio diſtincta à nutritione, ſenſatione, & motu. 3. de partibus in cap. de corde.

Virtus augmentatiua animalium eſt maioris ramificationis quam uirtus augmentatiua plantarum. Auerroes in. 3. de partibus animalium, in capitulo de corde.

Virtus informatiua exiſtens in ſemine non eſt anima nutritiua, ut imaginatus eſt Auicen. Auer. in. 2. de generatione animalium, cap. quo quærit utrum ſemen ſit animatum.

Virtus informatiua non eſt ſubſtantia ſeparata, ut imaginatus eſt Abubacher ſecundum ſententiam Ariſt. ibidem.

Virtus informatiua eſt ſimilis arti & intellectui. ibidem. & in. 7. primæ philoſophiæ. commen. 31.

Virtutes quædam partiales animæ nutritiuæ inſunt corporibus plures exiſtentes, quarum quædam eſt attractiua cibi, quædam expulſiua excrementi cibi, alia retẽtiua ipſius alimenti donec fiat concoctio, alia eſt diſcretiua excrementi ab ipſo alimento. Auer. in. 2. de generatione animalium, cap. 2. in quinta pagina.

Virtus quęlibet actiua aut paſſiua requirit in operatione ſua quantitatem terminatam & qualitatem terminatam. ex. 2. de generatione animalium Auer. in cap. 3. ubi declarat quomodo fœtus in utero animalium augeatur.

Virtutis bonitas & malitia ſequuntur bonitatem & malitiã cõplexionis, & propterea à Medicis ponunt in eodẽ genere. 7. colliget. cap. 9. de cura putridarum febriũ in generali.

Virtutum actiuarum gradus ſuper unam eandem complexionem ſunt ſecundum comparationem graduum uirtutũ paſſiuarum. Auerroes in. 2. colliget. cap. de complexionibus membrorum conſimilium.

Virtus diſcretiua & ſeparatiua differunt in eſſe & tempore. 3. colliget. cap. 16.

Virtutum diuerſitas eſt cauſa diuerſitatis inſtrumentorũ, & non ẽ contra. Auerroes in. 4. de generatione animalium. cap. primo & elicitur ex textu.

Virtutes apprehendentes materiales. ſ. ſenſitiuæ non apprehendunt ſeipſas neq; finem ſuæ diſpoſitionis. ex libo de continuatione intellectus abſtracti cum homine.

Virtus eſtimatiua eſt quæ apprehendit eſſentiam particularium exiſtentium ſub uniuerſali, & uirtus reminiſcibilis eſt recordatiua illorum particulariũ quæ ſunt comprehẽſa ab illa uirtute propria, & uirtus imaginatiua eſt illa, a qua eſtimatiua apprehẽdit ſuam impreſſionem. Auer. ſecundo colliget. cap. 7. Ex illo loco intelligis dictum eius in. 3. de anima. commen. 6. ubi Commen. poſuit uirtutem memoratiuam magis ſpiritualem alijs uirtutibus interioribus. Nã ſententia eius eſt ꝙ imaginatiua apprehendit confuſè ipſum particulare, ſed eſtimatiua ſeu cogitatiua eſt quæ diſtinctè elicit ſpeciem particularis & cognoſcit eſſentiam particularis: ſed uirtus reminiſcibilis uerſatur circa facere reminiſci illius particularis comprehenſi cognitionem, ita ꝙ obiectum reminiſcibilis eſt in altiori gradu ſpiritualis: quia obiectum eſtimatiuæ eſt eſſentia rei particularis, ſed obiectum reminiſcibilis eſt illius particularis cognitio reuocata auxilio eius.

Virtus attractiua non eſt in granis quando ſeminãtur & naſcuntur, niſi quando ſeminantur integra, & ſi ſeminarẽtur fracta non naſcerẽtur: quia hæc uirtus attractiua eſt in eis quaſi forma ſpecifica in totalitate totius grani fixa, hoc eſt quando partes ſunt continuè coniunctæ ſimul, & hoc eſt ſimile calori ſmeraldi uel alterius lapidis precioſi, qa quãdo partes ſunt coniunctæ in eis, & quando ſeparatæ ſunt priuantur ab eis. Et Auenzoar reprehendit Medicos facientes aquam hordei ex hordeo prius fracto, deinde infuſo in aqua. 5. colliget. cap. 31.

Vis ſenſualis differt ab appetitu, quia illa utitur iudicio, hæc uerò actu: appetitus enim ad actiuam partem ſpectat, quãdoquidem animalium motionũ cauſam habet. Appetitus etiam à ſenſuali differt ordine functionum & tẽpore: priores enim ſunt actiones quæ à ſenſu & ſenſum conſequente imaginatione proueniunt actionibus appetitus, & ante appetitum omnino ſenſus eſt, non autem ſemper poſt ſenſum appetitus eſt: & ideo non ubi eſt ſenſus, ibi & appetitus eſt. Amplius uis ſenſualis in paſſione quadam ſiue affectione eſt, appetitus uerò agendi & operandi facultatem habere uidetur. Alexander in paraphraſi de anima, capitulo de impulſu & ui impulſoria.

Viſus comprehendit album per ſe & nigrum per accidens, ut eſt priuatio albi, & hoc eſt uniuerſaliter in comprehenſione habituum & priuationum. 4. phy. commen. 118.

Viſibilia mouent media quouſq; motus eorum perueniat ad uirtutem corporalem. 2. cœli commen. 12. &. 7. phyſi. commen. 12. &. 2. de anima. commen. 115.

Viſio aliquibus cõtingit à remotis melius, aliquibus à propinquis, & uide cauſam. 3. colliget. cap. 38. Vbi reprobatur quæſtio illorum, qui aſſerunt cauſam illorum, qui melius uident à remotis eſſe propter ſpiritus groſſitiem.

Viſus uniuerſaliter non dicitur ꝙ ſit fortis, niſi quando uidet res remotas, ſicut dicit ꝙ turtur habet oculos ſimiles colori rubini, & uidet multum longè, & dicit ꝙ habet fortem uiſum, & hoc accidit ei propter claritatem inſtrumenti & bonitatem ſenſus. 3. colliget. cap. 38.

Viſus proprietas eſt ꝙ non recipit colores denudatos à materia. 3. colliget. cap. 38. de ſenſu uiſus & de accidentibus, & uide in concordantijs nuper æditis.

Viſus media ſunt duo elementa, uidelicet aer & aqua: hæc enim media ſunt inter materialia & formalia, quãuis ignis ſit ueracius medium inter materiam & formam. tertio colliget. capitulo. 38.

Viſus accidentia habent cauſas naturales ueras in naturali philoſophia declaratas, ſed cauſæ date à Medicis ſunt fundatæ ſuper falſa fundamenta. ibidem.

Viſus eſt prior tactu, quapropter & ſubiectum eſt natura prius. 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 7. Vbi aduerte ꝙ ſubiectum ſumitur pro obiecto, ſic etiam ſumitur. 2. de anima, commen. 144. &. 136. &. 3. de anima; in commen. 5. in ſolutione primæ quæſtionis.

Viſibile quoddam in lumine, & quoddam in tenebris. ſecũdo de anima. tex. commen. 72.

Viſibilia in obſcuro non uidentur ſecundum colorem proprium. 2. de anima. commẽ. 73. &. 72. Vbi nota ꝙ talia colores nõ ſunt quæ in tenebris uidentur & nõ in luce, & nõ comprehendũtur in diffinitione coloris: ſiquidem color eſt qui actu perſpicui mouẽdi facultatem habet, ut notat Alexander in paraphraſi, cap. 12. ubi agit quæ ſit ſenſibilia per ſe & quæ per accidens.

Viſio non poteſt fieri per uacuum contra Democritum. 2. de anima. tex. commen. 74.

Viſu non ſentimus nos uidere, nec auditu quum audimus. ex libro de ſomno & uigi. Contra Thomam de Garbo & Petrum Pomponacium, qui ponunt ſenſus apprehendere ſuas actiones proprias. Vide Themiſtium ibidem cap. 6. & in. 2. de anima, in expoſitione tex. commen. 148. & ſecundum diuiſionem Græcorum & Themi. eſt in. 3. de anima. cap. 8. Vide Alexandrum in paraphraſi de anima, capite de ſenſu communi.

Viſus eſt dignior tactu. Ariſt. in libro de inſomnijs. ubi Themiſtius ibi, cap. 1. dicit ꝙ uiſus eſt acrior et certior tactu. Vide in concordantijs nuper æditis.

Viſibile magis in ſe non ſequitur ut ſit magis uiſibile apud nos: ſol enim eſt magis uiſibilis quàm color, ſed non eſt magis uiſibilis à uiſu noſtro propter mixtionem uiſus noſtri cum materia. 3. de anima, commen. 36.

Viſus, olfactus, & auditus, indigent medio extrinſeco, proprium tamen uiſus eſt quod indiget cum medio luce: non enim uidet in obſcuro. ex libro de ſenſu & ſenſato.

Viſum qui argumentantur à lineis radioſis exeuntibus ab oculo ad rem uiſam, dico ꝙ inuentio talium linearum nõ habet intentionem ſecundum ſenſum, ſed ſecundum intellectum ut intelligatur quaſi ut exeant ab oculo. 3. colliget. cap. 38. Vbi uide quomõ uiſio fiat, et ibi pulchra inuenies.

Viſio fit per lineas & pyramidem & hoc eſt uerum, ſed huiuſmodi menſuræ nullum habent ſubiectum niſi medium diaphanum. Commentator in libro de ſenſu & ſenſato.

Viſus per pupillam ita paruam comprehendit maxima corpora, ita ꝙ comprehendit medietatem ſphæræ mundi, & hoc oſtendit ꝙ colores non recipiuntur in eo ſecundum extenſionem corporalem ſpiritualem. Commen. in libro de ſenſu ꝙ ſenſato: & pondera bene hoc.

Viſus non igni ſed aquæ in omnibus tribuendum eſt. Ariſt. contra Empedoclem in. 5. de generatione animalium, ca. 1.

Videre acutè dicitur duobus modis, aut quod procul poteſt cernere, aut quod differentias rerum quæ cernuntur quàm maximè cernat. 5. de generatione animalium. cap. 1. &. 2. & ibi uide differentiam.

Viſibilia non ſunt minus uiſibilia quando uidẽtur ꝗ quando non uidentur. 7. metaphyſi. commen. 46. & eſt authoritas expreſſa Ariſt. ibidem in tex. commen. 58.

Viſibilis uirtus uidet ſe in ſpeculo ſine alteratione, & ſi hoc poſſibile eſt de uiſu, quantò magis illud erit de intellectu? 12. metaphy. commen. 39. authoritate Alexandri.

Videre quamuis nobilius ſit quàm non uidere, tamen hoc non eſt ſimpliciter, ſed in nobilioribus præſtat non uidere uilia quam uidere. 12. meta. tex. commen. 51.

Viſus ſedes ſeu organum eſt in cerebro, & quare, uide in. 2. de partibus animalium. cap. 10.

Viſus aquæ naturam obtinet. ibidem. & in ſecundo de anima. tex. commen. 130.

Viſus optimus inter multum & parum humoris moderatus conſtat. Ariſt. in. 5. de generatio. anima. cap. 1.

Viſum uidere ſeipſum eſt ſermo in ultimo ſophiſticationis & inuolutionis. ex diſputationibus phyſicis, in ſecunda diſputatio, in ſolutio. 6. dubij.

Viſcera multiplicant & uentres in animalibus ꝓꝑ quatuor cauſas, aut omnes, aut alteram ipſarum. 3. de partibus animalium. in cap. de uentre ab Auer. & habetur ab Ariſtot. ibidem in cap. 14.

Vitulus marinus & delphinus & cetarum genus, medium uidetur eẽ inter aquatilia animalia & terreſtria. quarto de partibus animalium, cap. 11. prope finem.

Vitulus marinus animal generat, & habet lac, parit ſingulos aut geminos, ut & plurimum tres, & mammis quas geminas habet, educat fœtum ritu quadrupedum. 6. de natura animalium. cap. 12. Ex quo patet non ueram eſſe Galeni ſententiam in libro de interioribus, quòd natura tot mammas animalibus tribuit, quot proles utplurimum concipere poteſt.

Vitulus marinus ſolus inter animalia quadrupedia uiuipera auribus caret, & uide cauſam in quinto de generatione animalium. cap. 2.

Vide quando nimio alimento luxuriant, parum ſunt fœcũ

ctiæ,& tunc hircire dicuntur & uide cauſam in.1. de generatione animalium.cap.18.idem in. quinto de hiſtoria animalium.cap.14.

Vitis quædam eſt quam alicui capneum uocant, quæ cùm uuam albam ſoleat ferre ſi nigram tulit monſtrum id eſſe non putant,quoniam ſæpiſſimè id facere ſoleat. Cauſa eſt, ꝙ ſua natura inter albam & nigram eſt, Ariſtot.in.4.de generatione animalium.cap.4.

Vitrum rarum eſt & eſt durum, & uitrum leue eſt ſed non humidum: & ſimiliter uitrum graue eſt & rarum. contra Alexandrum.2.de generatione.commen.15.

Viuum omne organicum eſt inſtructumq́; eſt, de mortalibus & genitis loquor, quibus ad uitam præſidio cibi ſit opus. Themiſt.2.de anima.cap.5. in expoſitione diffinitionis animæ. Vbi ſcire poteris quantum deuenient à uia Peripateticorum illi,qui aſſerunt diffinitionem animę competere intelligentiæ,cum(ut inquit Themiſt.)anima non ſit actus cuiuſcunq; corporis ſed naturalis, neq; cuiuslibet ſed uiui. Viuum autem omne organicum eſt ex corruptibilibus:unde in cœlo quod eſt uiuum & animatum non eſt organizatio,quia illa non idiget. Licet enim ſtella ſit nobilior pars orbis,tamen ea non eſt organum ex ſimplicibus compoſitum, ſed eſt eiuſdem ſimplicitatis ſicut & orbis. Idem habetur à Themiſt.primo de anima.cap.24.

Viuentia & inanimata in rei ueritate indigēt motore extrinſeco,ſed eſt latentius in rebus habentibus animas.8.phy.commen.17.& tex.commen.20.

Vita & tempus uniuſcuiuſq; menſuratur periodo.2.de generatione & corruptio.tex.commen.57.iuxta illud poetę: Stat ſua cuiq; dies.& ſcriptura dicit: Numerus dierum ſuorum apud te eſt.Hîc tamen conſidera de quæſtione Medicorum, an uita naturalis beneficio artis medicinæ poſſit protelari naturaliter.

Vitæ actionis ſunt quatuor genera, quorum unum eſt intelligere,ſecundum ſentire,tertium moueri & quieſcere in loco,quartum nutriri, augeri, & diminui.2. de anima.tex.commento.13.

Viuere in lingua græca dicitur de omni habente uirtutem nutrimenti.2.de anima.cōmen.17.et habetur ex tex.ibidē.

Viuentia quælibet ſiccis,humidis,calidis, & frigidis, aluntur.2.de anima.tex.commen.28.

Viuere uiuentibus eſt eſſe.2.de anima.tex.commen.37.

Vitæ naturalis menſura eſt ſecundum menſuram humiditatis radicalis in quolibet indiuiduo proportionato proportione duplici, ut eſt declaratum in libro de cauſa breuitatis & longitudinis uitæ.3.colliget.cap.11.

Vita diffinitur nutritione & auctione.2.de anima.tex.com.3.idem Alexander in paraphraſi.cap.8. & in fine.ubi etiā agit,de ordine potentiarum animæ.

Vita æquiuocè dicitur de ſuperioribus & de iſtis.3. de anima.commen.60.&.2.cœli.60.&.71.

Vitæ hominum ſequuntur cordis proportionem complexionalem.ex com.libri de longitudine & bræui.uitæ.

Vita eſt in anima & ſimiliter fœlicitas,quia qualis quędam uita fœlicitas eſt.9.metaphy.tex.commen.16.

Vita æquiuocè dicitur de rebus æternis & corruptibilibus. ex diſputa.11.in ſolutione primi dubij.

Vita procedere non poteſt ab eo quod uitam non habet: ſi enim hoc eſſet poſſibile, ſequeretur ꝙ entitas procederet ab eo quod non eſt ens.ex diſpu.11.in ſolutio.primi dubij.

Vltimum exigit id cuius eſt ultimum.2.phyſi.com.18.

Vltimum uult non omne eſſe finem,ſed optimum.2.phyſi.commen.& tex.23.&.31.&.2.metaphy.tex.commen.8.&.5.metaphyſi.tex.commen.3.

Vltimum nobile conuertitur cum fine.2.phyſi.commē.23.

Vltimum intētum in rebus uoluntarijs uiuetur bonum, ſed non eſt in rei ueritate: ſed ultimum intentum in rebus naturalibus eſt ſemper bonum.2.phyſi.commen.31. uide cauſam.12.primæ philoſophiæ.commen.18.

Vltimum duplex,nobile & ultimum proueniens ex neceſſitate materiæ: primum eſt finis motus, ſecundum eſt ſicut mors.2.phy.com.23. Vide etiam.2.phyſi.tex.com.87. uide differentiam inter iſta ibi com.23.in calce commenti.

Vltima ſunt in loco per accidens. Commen.5.phy.com.22.

Vltimum & cuius eſt ultimum alterum eſt.6.phy.com.1.

Vltima ſunt in habentibus ultima.6.phyſi.commen.26.

Vltimum in intentione eſt principium in actione.3. de anima.tex.commen.49.idem.2.phyſi.tex.commen.89.

Vltimo non eſt ulterius.10.meta.tex.commen.14.

Vltima unius diſtantia plura q̃ duo eſſe non poſſunt. ibidē.

Vltimum non eſt niſi unum, quemadmodum & primum.10.metaphy.commen.14.

Vltimum concaui lunæ eſt locus ignis, & iſtud uocatur ab Ariſtot.ultimum:& ultimum concaui ignis eſt locus aeris, & aeris aquæ,& aquæ terræ, & hoc ultimū concaui aquæ Ariſt.uocauit mediū.4.cœli.com.23.idē.4.phy.com.46.

Vltima ut ſuperficies,linea, & punctus non transferuntur in ubi,niſi per accidens.4.phyſi.commen.9.

Vmbilicum habentia omnia,per umbilicum augentur.7.de natura animalium.cap.8.

Vmbra ſecundum Philoſophos non propriè ſed largo modo dicitur cauſari à corpore, & uide cauſam libro deſtructio.diſpu.3.in ſolutio.2.dubij.

Vngues ſunt propter duo iuuamenta,unum quod eſt commune & eſt propter conſeruationem extremitatum digitorum,ſicut ponitur ferrum in extremitate haſtæ:ſecundū eſt ꝓpter ſuſtentamentū extreme carnis digiti qū capit aliqd, & iſtud eſt magis proprium unguibus manus q̃ unguibus exiſtentibus in pede.2.colliget.cap.8. Ex quo patet ſolutio ad motiua Galeni contra Ariſtotelem.

Vnum numero quandoq; in ſcientia diuina dicitur de ſubſtantijs ſeparatis,quibus plus conuenit dici ꝙ ſint unū numero q̃ alijs,qa ſunt indiuiſibiles ſm qualitatem,qa nō cōponuntur ex materia & forma, & ēt ſecundum quantitatē. Et iſte modus uidetur ꝙ ſimilatur partim uni indiuiduali, & partim uno ſpecifico indiuiduali, quia non p̄dicatur de multis,neq; dicitur ullo pacto de ſubiecto:aſſimilatur autē uni ſpecifico inquantū eſt una res ꝑ ſe intelligibilis. Auer. in tracta.1.in paraphraſi metaphyſicæ.¶ Ex quo ſcire poteris utrum unitas numeralis & numerus in intelligētijs ſeparatis ſit accidens,& in p̄dicamento quantitatis, de quo multi Theologi noſtri dubitauerunt. Et nota ꝙ iſtius rationis eſt unitas numeralis quæ demonſtratur de mundo, in primo cœli ab Ariſtotele.

Vnum opponitur multitudini pluribus modis,uidelicet primò ſecundum diuiſibile & indiuiſibile, quæ eſt oppoſitio ſecundū priuationē & habitum: & alio modo inquantum proprietatis unius opponuntur proprietatibus multitudinis. Vnum.n.habet quaſdam proprietates, ut eſſe idem in ſubſtantia,& æquale in quantitate, & ſimilia in qualitate: multitudinis uerò in proprietates ſunt oppoſitæ illis. ex paraphraſi metaphyſicæ,tracta.3.colum.12.ibi. Et dicamus ꝙ unum opponitur multitudini multis modis.

Vnum quod eſt principium numeri, impoſſibile eſt ꝙ opponatur multitudini per motum contrarij,quia eſt ſibi cōtrarium paucum.tracta.3.in paraphraſi, in colum.14.ibi: Et dicamus ꝙ impoſſibile eſt ꝙ unum opponatur multo per modum contrarij.et uide ibi etiam alias rōnes ad hoc.

Vnum opponitur multitudini & priuatiuè & relatiuè, ſed duobus modis uarijs.ibidem.

Vnum menſurat multitudinem,ſed iſta menſuratio non eſt de eſſentia unius,ſed accidit ei ſicut ignis eſt cauſa rerum ignearum,& tamen eſt ignis abſq; hoc ꝙ ſit cauſa. Ex eo igitur ꝙ ignis eſt, eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ſed ex eo ꝙ eſt cauſa,eſt in prædicamento relationis.ibidem.

Vni cùm unum tantum dicatur eſſe contrarium, quomodo æquale opponitur paruo & magno? Soluitur hoc dubium quia opponitur eis per inæquale,ibidem.col.15.

Vnum non ordinatur niſi ab uno, habet ueritatem de agente inquantum eſt agēs, non inquantum eſt forma & finis, quia forma & finis dicuntur agentia quodammodo ſimilitudinis.tractatu.4.in paraphraſi meta.col.14.

Vnum



Vnum reperitur in omnibus prædicamentis,& ſimiliter numerus:uerūtamen unum quod eſt principium quantitatis diſcretæ,non eſt illud unum quod dicitur ſecundum prius & poſterius de omnibus generibus:neq; etiam ille numerus qui eſt in quantitate,eſt illud numerus,qui reperitur in unoquoq; genere. Auerro.in paraphraſi.3.meta.tracta.4.colū.6.& in principio ſeptimæ,uide etiam pro hoc contra Auicen.4.meta.cōmen.3.

Vnum numero dicitur multis modis. Auerro.in paraphraſi.metaphyſi.tractatu.3.colū.6.

Vnum quod eſt ſynonymum enti differt à nomine entis in modo tantum:nam qū capitur qdditas eius ex eo ꝙ eſt indiuiſibilis eſt unum,ſed ſi ſumitur ut eſt quidditas tm̄, tūc nuncupatur eſſentia & ens.ibidem.tractatu.3.col.7.

Vnum numero in quantitate,& multa conſiderantur à mathematico,& etiam à diuino: ſed duobus modis diuerſis. ibidem.columna.7.

Vnum numero cùm concipiatur per priuationem multitudinis,& ipſum ſumitur in diffinitione multitudinis q̃ eſt numerus,uidetur quòd ſit diffinitio circularis. Et fuit dubium Auicen.ad quod Cōmentator reſpōdet,ꝙ hoc eſt ſicut de diffinitione relatiuorum,quia talia licet ſeipſa diffiniant,tamen unum eſt cauſa alterius, & ideo non eſt circulus. Sed tunc cogita,& replica contra Auerroem, quia nō uidetur ſimile,quia unum nō uidetur eſſe cauſam numeri. Cogita, & fortè diceret Cōmentator ꝙ cauſa eſt anima ipſa, qa numerus eſt opus animæ ex iteratione unitatis cārum.

Vnum quod eſt ſynonymū enti nō eſt accñs, neq; eſt illud quod eſt principiū numeri.contra Auicēnam. & uide fundamenta Auicēnæ impugnationem eius ibidem.

Vnum abſolutum & multitudo abſoluta, differunt ab uno numerali & multitudine numerali.ibidem.

Vnum numerale & ipſa unitas numeralis, eſt quid fabricatum ab anima in ipſis indiuiduis à motu,& ſi non eſſet ipſa anima neq; etiam unitas numeralis inueniretur neq; numerus penitus.ibidem.¶ Vbi aduerte inter alias differentias quæ ſunt inter Auicen.& Auerroem de uno & numero eſt iſta,quia opinatur Auer.talia eē ab opere animæ:& ideo uult ꝙ quātitas continua eſt materialior q̃ numerus, quia quantitas continua,ut linea,& ſuperficies, & corpus, habent aliquam naturam extra animam. Nō autem eſt ſic de uno quod eſt indiuiſibile quantitate,qualitate,& ſitu,qa tale non eſt niſi intellectu abſtrahēte: & ſimiliter numerus reſultans ex reiteratione talis indiuiſibilitatis eſt ab intellectu. Et ideo Ariſt.dicit ꝙ nihil poteſt numerare niſi anima aut animæ intellectus.4.phyſi.tex.com̄.132.& ſi non eſſet anima,neq; numerus eſſet. Sed Auicēna uoluit(cuius opinionem multi Latinorum ſequuntur)ꝙ iſta ſignificant naturam aliquam extra aīam,ſicut linea ſuo mō. Et nota bene hoc ultra alias differentias notas,quia Auic.nō diſtinxit inter unum abſolutè,& tale quod eſt in prædicamento quātitatis,quod dicit reſpectum in diuiſionis.

Vnumquodq; entium naturalium habet in ſe principiū motus,quod non eſt in artificialibus.2.phyſi.tex.cō.1.&.3.& cōmen.23.&.5.phyſi.2.&.3.de anima.com̄.18.

Vnum eſt indiuiſibile,& cauſa in hoc eſt, quia omne quod eſt unum,eſt per ſuam formam, & forma eſt per ſe indiuiſibilis.3.phyſi.cōmen.63.

Vnum eſt indiuiſibile ſi uerè unum eſt.3.phyſi.tex.cōmen.68.&.4.metaphyſi.tex.cōmen.5.

Vnigeneæ res cùm fuerint continuæ adinuicem non agunt, ſed cum fuerint contiguę.4.phyſi.cō.48. Vide in primo de generatione & corruptione.tex.cōmen.78.

Contra cosiuide turqui essentiaz distinguuntur aliqui dubitate diquoni de hoc 66. folio 70 columna 1a.

Vnum eſſentia & quidditas idem ſignificant.5.phy.cō.34. idem.4.metaphyſi.cōmen.3.contra Auicēnam.

Vnumquodq; diuiditur in ea ex quibus eſt.6.phy.t.c.3.

Vniuoca ſunt quorum diffinitiones ſunt eadem uoce & ratione.7.phyſi.tex.cōmen.26.idem in prædicamentis.

Vniuocorum alia comparabilia ſunt,alia uerò nō. ſeptimo phyſi.tex.cōmen.27.

Vnus homo de triginta non mouet nauem ſolus,ſed extrahit in actu illud de præparatione & potentia,quod largiuntur uiginti nouem.7.phyſi.tex.cōmen.37.

Vnum uni cōtrarium eſt.1.cœli.tex.cōmen.10.& habetur in.10.primæ philoſophiæ.tex.cōmē.14.&.17. Quod quomodo ſit intelligendum,uide duas limitationes poſitas ab Auerroe in.8.phyſi.cōmen.62.

Vnumquodq; quorū eſt opus,eſt gratia operis.2.cœli.tex.cōmen.17. Et aduerte ꝙ(ut inquit Simplicius in cōmento ibidem)iſta propoſitio eſt tanquam dignitas. Nota tamen ꝙ ſecùs eſt in entibus neceſſarijs & ſempiternis, ſecùs in corruptibilibus:nam diſpoſitio entis neceſſarij non eſt ut ſit propter ſuam actionem, ſed ut actio ſit propter ipſum 2.phyſi.com̄.74.& eſt etiam notatum per Auer.in.2.cœli com̄.17.&.21.& in.12.primæ philoſophiæ.com̄.36. Secùs autem eſt in corruptibilibus,intelligitur etiā,ut gloſat Cōmentator ibi,dum finis fuerit paſſio non actio.

Vnum in quolibet genere eſt prius multitudine,& ſimplex compoſito.2.cœli.tex.com̄.22.

Vnum habet tres modos prioritatis.ſ.quia ē unū ſimplex, & quia eſt prius diffinitione, & quia ē prius numero.ideſt in ordine numeri.3.cœli.com̄.25.

Vnumquodq; aptum eſt ferri ī ſuīpſius regionem.ex.2.de generatione & corruptione.tex.com̄.50.

Vnum & eſſe cùm multipliciter dicunt,quod uerè eſt actus eſt.2.de anima.tex.cōmen.7.

Vnum ſubiectum habere niſi unam formam ſubſtātialem eſt impoſſibile.primo cap.de ſubſtantia orbis. Vbi conſidera ꝙ ſecundum uiam Peripateticorum locum habet propoſito de formis iunctis ſeu perfectibilibus, ꝓpter animā intellectiuam,quæ ſecundū Auer.& Themiſtium non eſt forma dans eſſe,ſed extrinſecus perficiens. Hoc etiam eſt uerum in uia Themiſtij.1.de anima.cap.24.ponētis animā mundi,ubi inquit: Vt enim nihil uetat duas habere pfectiones perſpicui corporis,quarum perfectior una ſit ſol,altera imperfectior lumen,ita dici de anima poteſt nihil obſtare duas eſſe animalium formas,qua una pfectior ſit ut anima ea quæ foris eſt,altera imperfectior,ut ea quæ intus ad ſingulas pertinet. Simplicius etiam in libro cœli,et in libro de aīa,plerūq; idē affirmat apud Peripateticos eſſe duplex genus formarū.ſ.intrinſecè & extrinſecè pficiens.

Vnum numero non p̄dicatur de pluribus.primo metaphy.tex.cōmen.28.idem in prædicamentis in caplo de ſubſtātia,& Porphyrius in caplo de genere.

Vnum in numero non inuenitur in pluribus.1.meta.tex.cō.31.cōtra Platonem ponētem Ideam. Cogita,quia uidetur procedere etiam contra unitatem intellectus.

Vnum quòd eſt īmateriale non iteratur ſcd̄m indiuiduum.1.meta.com̄.40.idem.1.cœli.com̄.4.

Vnumquodq; maximè aliorum dicitur ſecundū ꝙ alijs ineſt uniuocatio.2.meta.tex.com̄.4.idem.1.poſteriorum,propter quod unumquodq; tale & illud magis.

Vnumquodq; ſicut ſe habet ut ſit,ita & ad ueritatem.ibidē.

Vnum ſecundum formā ſunt illa,quæ ſunt unum ſcd̄m diffinitionem:unum ſecundum numerum ſunt illa,quę ſunt numerata ſecundum locum.3.meta.com̄.2.

Vnum numero ſynonymum eſt cum particulari.tertio metaphyſic.commen.14.

Vnum eſt cā unitatis eſſentialiter & primò.3.meta.cō.16.

Vnum & ens ſunt magis uſia alijs.3.meta.tex.cō.16.

Vnum apud antiquos non ſignificat niſi unam intētionem dictam uniuocè,& ideo tot quæſtiones eis contigerunt.3.metaphyſi.commen.16.& iſtæ quæſtiones ſoluuntur per hoc,quia hęc nomina,ens & unum dicuntur multipliciter, ſecundum ꝙ Ariſto.contradixit Parmenidi in primo phy. Vide primo phyſi.tex.cōmen.14.& infra. Contra ponentes uniuocationem entis apud Ariſto.

Cōtra Scō de entis uniuocatione.

Vnius quot ſunt ſpecies,tot & entis.4.meta.tex.cō.3.

Vnitas de perfectis rebus iuſtius q̃ de imperfectis habet. Themiſtius.5.phyſi.42.

Vnum ſignificat negationē & eſt priuatio diuiſibilitatis.4.meta.com̄.3.& decimo metaphyſi.com̄.8.

Vnum & ens ſecundum Auicen. ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ, ibidem.

Vnius eſt oppoſita ſpeculari. 4. meta. tex. com̄. 4.

Vnum aut ſignificat negationem multitudinis, aut priuationem abſolutam. 4. meta. cōmen. 4.

Vnum opponiẽ multo, & idem diuerſo, & ſimile diſſimili, et æquale inæquali. 4. meta. tex. com̄. 4.

Vnius inquantum unum, & entis inquantum ens eædẽ ſunt ſecundum ſe paſſiones. 4. meta. tex. com̄. 5. Principia enim contrariorum ſunt unum & pluralitas. 4. meta. tex com̄. 6. Et ideo ibidem dicitur ꝙ omnia alia contraria uidentur reduci ad unum & pluralitatem.

Vniuoca habent multitudinem rōne materiæ. ex paraphraſi meta. tracta. 4. col. 8. ubi colligitur ex mente Auer. expſſe in abſtractis à materia nihil de multis poſſe uniuocè dici. Sic enim ibi probat principium de ſeparatis intelligentijs non dici uniuocè, & ſic genus uniuocū apud ip̄m, quod eſt genus prædicamentale, non comprehendit niſi materialia. ut patet ſecundo cœ. cōmen. 49. & ſuper Porphyrio in cap. de ſpecie.

Vnum non ſignificat unā intentionem uniuocè in oībus rebus, neq; eſt intentio diuerſa in omnibus rebus: iſti enim duo modi ſunt impoſſibiles, ſed dicitur ſecūdum prius & poſterius. 4. meta. tex. cōmen. 6.

Vnum non intelligentem nihil contingit intelligere. quarto metaphyſi. tex. cōmen. 10.

Vnum ſignificare nō idem ſignificat quòd de uno, alioquin muſicum, & album, & homo idẽ ſignificarent. quarto metaphyſi. tex. cōmen. 11.

Vnum dicuntur quorum genus unum eſt, & prope hūc modum quorum materia una eſt. 5. meta. tex. cō. 10.

Vnum uniuerſaliter eſſe dicuntur quæcunq; nō habent diuiſionem inquantum non habent. 5. metaphyſi. tex. cōmẽ. 11. Ex illo loco patet unū ſupra ens non addere niſi indiuiſionem, ut tenet Cōmen. 4. meta. cō. 3. contra Auicēnam.

Vnam materiam habent quæ inuicẽ tranſmutātur. 5. meta. tex. com̄. 11. idem. 1. de genera. tex. cōmen. 43.

Vnum ſecundum continuitatem, & unum ſecundum perfectionem ſeu formam differunt. 5. meta. tex. cō. 11.

Vnum aut quantitate, aut ſpecie indiuiſibile. 5. metaphyſi. tex. commen. 12.

Vnitas & punctus nullatenus diuiſibilia ſunt ibidem.

Vnū ſunt alia numero, alia ſpẽ, alia gñe, alia analogia. ibidẽ.

Vnum numero ſunt quorum materia una. ibidem.

Vnum ſpecie quorum eadem ratio. ibidem.

Vnum gñe quorum eadem eſt figura p̄dicationis. ibidem.

Vnū proportione quæcunq; ſe hn̄t ut aliud ad aliud. ibidẽ.

Vnitas maior, ſemper infert minorem. ibidem.

Vnum q̄d eſt metrum in oī genere non eſt unū. ibidem.

Vnum quod eſt principium numeri, & unum numero differunt. ibidem.

Vnum ſm formam, aliud eſt ſcd̄m formā gñalem, aliud ſecundum formam ſpecialem. 5. meta. com̄. 12.

Vnum opponitur multitudini, & quot modis dicitur unum, tot modis dicitur multitudo. 5. meta. tex. cō. 12.

Vnum aliquid per ſe, aliud per accidens. 5. meta. cō. 13.

Vnum numero non habet diffinitionem, ſed cognoſciẽ ſenſu. 7. meta. tex. cō. 39. uide in concordantijs.

Vnitas hoīs ſi eadem eſſet cum unitate equi, forma hominis & forma equi eſſet eadem. 7. meta. tex. com̄. 38.

Vnitas in rebus non eſt quia omnia ſint in uno: ſi enim oīa eſſent unum, quia continentur in uno, totus mundus eſſet unum eſſentialiter, quia oīa ſunt in cœlo, quod ẽ unum. 7. metaphyſi. cōmen. 42. & elicitur ex textu. ubi dicitur quòd partes diffinitionis quæ ſunt plures, non ſignificant unum quia ſunt in uno.

Vnum ſecundum diffinitionem infert unitatem materialẽ, quia oīa quæ ſunt unum ſecundum diffinitionem, ſunt unū numero: quia diffinitio eſt ſermo unus qui ſignificat unam naturam, ſeu ſubſtantiam. 7. meta. tex. com̄. 42.

Vna ſecundum diffinitionẽ ſunt unum ſpecie. 7. metaphy. cōmen. 45. uide in concordantijs.

Vnum quod eſt principium numeri, ſignificat rem quæ eſt extra eſſentiam, & uniuerſaliter accidens quod cōſequitur rem in imaginatione. Vide diligenter in paraphraſi, tracta. primo cap. de uno, in metaphyſi. contra Auicẽ. uide etiam tracta. 2. ibidem. col. 7.

Vnum numero non prædicatur de pluribus. 7. meta. t. c. 55.

Vnum & ens non contingit ſubſtantias rerū eſſe, ſicut neq; elemento, aut principio eſſe. 7. meta. tex. cō. 57.

Vnum apud multa ſimul non erit, quod autem cōmune, ſimul apud multa exiſtit. 7. meta. cōmen. & tex. 57. Vnde eliſcitur ratio ardua contra unitatem intellectus perſidi Auerrois. Ariſto. enim arguit contra ideas Platonis, & eſt ualde difficile euadere ab huiuſmodi ratione: & qui tenent in uia eius animam intellectiuam, & eſſe formā dantem eſſe formaliter homini, nullo pacto hn̄t aliquam apparentẽ reſpōſionem ad hoc, ſicut patet intelligenti.

Cōtra unitatẽ intellꝰ pſidi Auer.

Vnum numero in quantitate, eſt illud quod ſecundum intellectum eſt indiuiſibile quantitate, qualitate, & poſitione. tractatu. 3. metaphyſi. col. 7.

Vnum dicitur ſicut & ens. 7. meta. tex. com̄. 57.

Vnitas in cōpoſitis ex mā & forma eſt per ſuas formas, ſed res carentes materia non hn̄t aliam cām à ſeipſis, in hoc ꝙ ſunt ens & unum. 8. meta. tex. cōmen. ultimi.

Vnum licet multis modis dicaẽ, capitales tamen modi ſunt quatuor. 10. metaphyſi. tex. com̄. 1.

Vni eſſe indiuiſibili eſt eſſe. 10. metaphy. tex cōmen. 1. & 3. phyſi. tex. cōmen. 68. Vnum eſt indiuiſibile uerè, cùm uerè unum ſit, ut unus homo.

Vno aut numero cognoſcitur quantitas in eo quòd quantitas. 10. metaphyſi. tex. com̄. 2.

Vnum primum eſt metrum & menſura in unoquoque genere. ibidem.

Vnum non eſt numerus, ſed principiū numeri. 10. metaphy. tex. commen. 2.

Vnum eſt indiuiſibile, aut ſimpliciter, aut inquātum unum. 10 meta. tex. commen. 5.

Vnitatis eſſentia ſimpl'r & principaliter eſt ī uno q̄d eſt in quātitate, deinde in qualitate. 10. meta. tex. cō. 5.

Vnitatis neglecta diſtinctio fuit cauſa erroris illorū, qui opinati ſunt ꝙ unum, quod eſt in quātitate diſcreta, eſt ſubſtātia, & quod eſt principium entium, quod ꝑpter hoc numeri ſunt ſubſtantiæ. Et iſta etiam fuit cauſa erroris Auicennæ opinātis ꝙ unum eſt principium numerorū, eſt genus decem p̄dicamentorum, ita ꝙ eſt accidẽs cōmune eis. 10. metaphyſi. cōmen. 5. & 8. & 4. meta. com̄. 3.

Vnum ſecundum Pythagoricos & Plato. eſt ſubſtantia quędam. 10. meta. tex. cōmen. 6. Et Commenta. dicit ꝙ poſuerunt unum eſſe ſubſtantiam aliam ſeparatam à ſenſibili parte exiſtentem.

Vnus homo non prædicat alterum ab homine aliquid. 10. metaphyſi. tex. cōmen. 8.

Vni eſſe quod unicuiq; eſſe. ibidem.

Vnum & ens ſunt ſynonyma. Cōmen. 10. meta cō. 8. Nam p̄dicamenta æqualiter diuiduntur ſm ea, & habetur in tex.

Vnum & ens ſignificant accidẽs in rebus ſecundum Auicẽnam, cuius impugnationem uide. 10. metaphyſi. cōmen. 8. & 4. metaphyſi. com̄. 3.

Vnum opponitur pluri, magis q̄ ſcd̄m unum modum oppoſitorum quatuor. 10. primæ ph̄iẽ. tex. com̄. 9.

Vnum & multa ſunt oppoſita ſecūdum priuationem & habitum. 10. meta. tex. cōmen. 9.

Vnius ſunt idẽ & ſimile & æquale, multitudinis uerò diuerſum, & diſſimile, & inæquale. 10. meta. tex. cōmen. 10. ubi Cōmentator dicit ꝙ ſunt propria.

Vnum per artificium eſt multa, quia unū per artem eſt unū per accidens, & unū per accn̄s eſt multa. 10. meta. cō. 11.

Vni nō cōtingit plura eſſe contraria. 10. meta. tex. cō. 14.

Vnum & multa ſunt principia & gñ̄a cōtrariorum, alia nāq; ad hæc reducuntur. 10. meta. tex. com̄. 17.

Vnum numero dupl'r, priuatiuè & poſitiuè. 12. primæ ph̄iẽ, cō. 14.





cō. 14. ubi declarat quō materia eſt una numero, per priuationem cuiuslibet formæ indiuidualis dantis unitatem numeralem. idem. 1. phyſi. cōmen. 63.

Vnum & ſimplex nō idem ſunt. 12. meta tex. cō. 37.

Vnum quod dicitur de continuo, differt à ſimplici, quia continuum eſt unum in actu & plura in potentia: omne enim continuum eſt diuiſibile in plura, ſed ſimpliciter eſt indiuiſibile actu & potentia. 12. meta. com̄. 37.

Vnum & ſimplex, aut dicuntur ſimpliciter, aut in comparatione. ibidem. cōmen. 37. ubi dicit Cōmenta. ꝙ abſolutum utriuſque eſt illud cui non admiſcetur materia, neque eſt omnino diuiſibile.

Vnius famoſior ſignificatio eſt, dum dicitur de continuo. ibidem. cōmen. 37.

Vnum ſecundum Ariſto. quodammodo eſt cauſa unitatis, & alio mō eſt cā multitudinis. ex diſp. 3. in ſol. 12. dubij.

Vnitas entis nullam aliam ſignificationem habet niſi priuatiuam. ſcilicet priuationem diuiſionis. ex libro deſtru. diſp. 3. in ſolutione. 14. dubij.

Vnum ens eſt à quo una ſimplex influitur uirtus, à qua omnia entia eſſe habent: & quia multa ſunt entia procedētia ab illo uno inquantū unum, ſequitur multitudo neceſſario. ex diſpu. 3. in ſolu. 12. prope finem. Et adde dictum eius in hoc ex ſolutione. 18. dubij, in eadẽ diſputatione prope finẽ. Vbi dicit ꝙ non ſequitur ꝙ ex extenſione unius uirtutis in pluribus rebus, ꝙ ſit ī ipſa uirtute pluralitas, ſicut quidam opinati ſunt, ꝙ ab uno principio primo influitur unum, & ab illo influitur pluralitas: Iam enim ab uno poteſt prouenire pluralitas. Vbi animaduerte mentem Auer. fuiſſe ſine dubio Deum glorioſum eſſe illum, qui dat entitatem & unitatem cuilibet enti, ſecundum capacitatem naturæ cuiuslibet, & ad iſtarum unitatum productionem in latitudine tali reſultat multitudo colligata ꝑ unitatem uirtutis diffuſę in omnibus, per quā conſiſtit uniuerſum & ordo eius: & iſto modo intelligas quō eſſe ſit effectus Dei creatoris.

Vnum agens ſolum unum effectum eſt, propoſitio qua utiẽ Auicen. Alpharabius, & Algaçel, & eſt falſiſſima: nam ſequeretur ꝙ omne generabile debeat procedere à decẽ agẽtibus, quod eſt abſurdū cogitare. Quilibet enim effectus in rebus nobis præſentibus ab uno efficiente fit, licet participent cum eo decem prędicamenta. ex libro deſtru. diſpu. 3. in ſolu. 23. dubij.

Vnum eſſe q̄ plura ubicūq; fieri poteſt melius eſt. 3. de partibus aīalium. cap. 4. & eſt capitulū de corde. Vide etiam in paraphraſi meta. ex Auer. tracta. 4. col. 8.

Vnumquodq; eſt unum per ſuam & unicam formam, alio quin aliquid eſſet unum per aliquid poſterius ad ſuum eẽ. ex. 3. de partibus animalium. cap. de corde.

Vnum ex his fieri non pōt, quorum alterū agens, alterū uerò patiens eſt, ut agẽs in eo ꝙ in ſit, aut motor in eo q̄d mouetur. Ariſt. 1. de generatione aīalium. cap. 20.

Vniuerſalia quodāmodo ſunt ī ipſa anima. 2. de aīa. tex. cō. 60. Auer. perſcrutans locum ipſum aſſeruit ponderādo iſtū modum loquēdi cum illa clauſula, & dixit ꝙ ideo hoc fuit dictum, quia poſtea declarabitur in. 3. de anima. in tex. cō. 30. ꝙ phantaſmata ita ſe habent ad uirtutem intellectiuam ſicut ſenſibilia ad ſenſum. Etenim ut mouetur ſenſus à ſenſibilibus, ita intellectus à phātaſmatibus: & quia phantaſmata ſunt intellecta in potentia non actu, & ſunt in phātaſia non in intellectu, ideo dixit ꝙ uniuerſalia iſta. ſ. in potentia ſunt quodāmodo in anima, quia intētio imaginata quæ mouet intellectum eſt alia ab intentione uniuerſali, q̄ mouet imediatẽ. ¶ Simplicius autem aliter iterpretatur locum iſtum. Nam uniuerſalia non ſunt ſecundum prædicationem in anima ſed in ſingularibus, ſed in anima ſolū ſunt ſecundum conſiderationem. Et ita etiam Hāmonius interpretaẽ locum iſtum, ꝙ uniuerſaliter ſecundum ſubſiſtentiam ſunt in ſingularibus, ſed ſecundum cogitationem merito ſuę cōmunitatis ſolū in anima ſunt. Dat etiam Simplicius aliam expoſitionem, quō uniuerſalia quodāmodo ſunt in anima; uult eni uniuerſalia hic ſumi eo mō quo in. 6. primæ ph̄iẽ ſumpſit Ariſt. ipſum uniuerſale, ubi aſſeruit: Quòd ſi fuerit aliqua ſub̄a immobilis, hæc prior & ph̄ia prima & ul'is, ſic nāq; ſunt ſeparata à materia & partibilia; talia enim ſunt cauſæ ſenſibilium & diuiſibilium, unde tales ſpẽs ſeipſis & undiq; indiuiſibiles ſunt ſubſtātiæ. Quæ autem in anima ſubſtentātur ſolum ſcd̄m rōnalem redditionẽ, & nō ſunt, indiuiſibil'r unita, & non ſunt principal'r cāæ, ſed ſcd̄ariò ꝑpea ul'r ea quæ ſunt omnium primæ cauſæ, ſunt intelligibilia, in quę per intellectum ſcīa colligitur. Intellectu enim terminos cognoſcimus, termini autem ſunt ſpẽs ſeu ideæ ipſæ, hæ autem nō primò ſunt in aīa ſed ſecūdariò, & ſunt quodāmō couniti intelligibilibus: & ideo dicūtur quodāmodo eſſe in aīa, qm̄ ſecūdum colligantiam uel cōiunctionem ad intel'm. Tenuit enim Simplicius ſcd̄m Ariſto. ſpẽs ideales eſſe primus in mente diuina, & ſecundariò in aīa rationali. Aliter expoſuit Hāmonius, ꝙ uniuerſalia ſunt in aīa quodāmodo ſicut in loco, quia Ariſt. laudat antiquos. 3. de anima, dicẽtes aīam quodāmodo eſſe locum ſpẽrum nō totam, ſed intellectiuam. Aut dic ꝙ ſunt in aīa quodāmodo, quia ſunt ſicut cognitum in cognoſcente, & non ſunt ſicut forma in materia, & ideo nō denominaẽ lapideus intellectus, licet lapis in eſſe abſtractionis ſit in eo; lapis enim nō eſt in aīa, ſed ſpecies lapidis. 3. de anima. 38.

Vniuerſalia ordine doctrinæ ſunt p̄ponẽda particularibus: ideſt minus uniuerſalibus exn̄tibus ſub eis ꝑpter tres cās, tum quia ſunt notiora, tum ut tractatus & demōſtratio ſit uniuerſalis & ſcd̄m ꝙ ipſum, tum etiam ut non fiat repetitio in ſcīa. Auerrois ſnīa in prologo primi phyſi. & in prologo ſuper cōmẽto magno, ſuper. 1. poſteri. & 1. phy. cō. 57.

Vniuerſum quodāmodo in loco nō eẽ dicitur, & quodāmō dicitur eſſe. Eudemi ſnīa in. 3. uolumine naturalium rerum. Nam pro quāto nō habet ambiẽs extra ſe corpus, ſic in loco eſſe non dicitur, pro quanto uerò in extimo, ſcilicet cœlo aſtra et reliqua hn̄tur, locabūtur proculdubio in illius extremis ea parte qua cōtinet ipſam: ſed quę ita & in aliquo ſunt in loco eſſe dicuntur. Them. 4. phyſi. 43.

Vniuerſum & totum differunt, nam uniuerſum eſt aggregatum ex omnibus ſuis partibus, ſed totum eſt ipſa rei abſolutio atq; perfectio, quæ partibus ſuperueniens ſpectatur in omnibus, quæ comparatio materiæ forma dicitur. Themiſtius. 2. phyſic. 31.

Vniuerſum. i. totum aliud eſt ſpecies quæ componiẽ ex ſuis cauſis, aliud quod eſt uniuerſale quod cōponitur ex ſuis ſpeciebus, aliud uerò eſt uniuerſum in rei ueritate quod eſt indiuiduum demonſtratum, quod componitur ex ſuis partibus ſecundum qualitatem. i. ex partibus eſſentialibus. i. ex materia & forma. primo phyſi. commẽ. 5. Vbi aduerte ꝙ ideo indiuiduum dicitur totum ſeu uniuerſum in rei ueritate, quia uera & maxima unitas ẽ unitas naturalis. Vnde Cōmen. in. 2. de generatione & corrup. tex. cō. 59. Ens eſt melius q̄ nō ens, & ens uerum q̄ non uerum, & uerum ſecundum indiuiduum q̄ ſecūdum ſpeciem. idem. 12. meta. cōmẽ. 27. Verus reſpectus in particularis, cùm uniuerſalia non habeant eſſe extra animam.

Vniuerſale notum eſt ſcd̄m rōnem, ſingulare autẽ ſecūdum ſenſum. 1. phyſi. tex. cō. 49. & 1. phyſi. tex. cō. 4.

Vniuerſalium cauſæ ſunt uniuerſales. 2. phyſi. tex. com̄. 38. idem. 5. metaphyſi. tex. com̄. 3.

Vniuerſaliter omnia duo, quæ nō cōmunicant in eadem natura non habẽt comparationem neq; proportionem: diuerſa enim ſecundum magis & minus neceſſario cōmunicant in eadem natura. 4. phyſi. com̄. 71.

Vniuerſaliter manifeſtum eſt ꝙ cauſa diuerſitatis & æqualitatis, motuum eſt diuerſitas & æqualitas ꝑportionis motoris ad rem motam. ibidem.

Vniuerſaliter omne quod impoſſibile eſt tranſmutari, impoſſibile eſt ipſum incipere in tranſmutatione. 6. phyſico. cōmen. 92. idem. 1. cœli. tex. cōmen. 58. & 3. cœli. tex. com̄. 19. & 4. cœli. tex. com̄. 33.

Vniuerſalis cognitio fit in nobis per conſiderationem particularium. 7. phyſi. tex. cōmen. 20. idem in fine ſecundi po

ſterio.&.12.metaphyſi.cōmen.4.

Vniuerſale eſt ab intellectu.1.de anima.cō.8.&.12.meta. cōmen.4.&.3.de anima com̃.18.

Vniuerſale eſt magis notū apud nos ꝙ proprium.2.de anima.com̃.34.idem.1.phyſi.tex.com̃.4.&.57.

Vniuerſalitas & indiuidualitas comprehenduntur ab intellectu.ſcilicet diffinitio uniuerſalis & diffinitio indiuidui.2.de anima.cōmento.65.

Vniuerſalia ſcd̃m Platonē non ſunt gn̄abilia neq; corruptibilia,& ſunt exñtia extra mētem.3.de aīa,in ſolutio.qōnis 2.iuxta finem.&.3.de anima.com̃.18.

Vniuerſalia nō habent eſſe extra aīam quod intendit Plato. Nam ſi ita eſſet non opus eſſet ponere intellectum agentē.3.de anima.com̃.18.idem.12.metaphyſic.com̃.4.&.14.27.28.& primo de anima.commen.8.ſecundo de anima.cōmento & tex.60.7.metaphyſi.57.

Vniuerſalia ferè ſunt hominibus difficillima ad cognoſcendum,nam à ſenſibus ſunt remotisſima.ex prooemio primæ philoſophiæ,uide in concordantijs.

Vniuerſale ſic deſcribitur,quod eſt prędicatum de pluribus.1.metaphyſi.com̃.27.idem.1.peri hermenias.

Vniuerſale non habet eſſe,niſi ſecūdū quod eſt ſciētia, ideſt ſecundū quod eſt in anima.& ſimiliter affirmatiuum & negatiuum.primo metaphyſicæ.com̃.27.

Vniuerſalia nō ſunt generabilia & corruptibilia niſi per accidens.primo metaphyſi com̃.27.

Vniuerſale itellectum eſt prius ſcd̃m cauſam & ſcd̃m tempus,illo quod eſt ſub eo.1.metaphyſi.com̃.28.

Vniuerſalis intētionis ſub̃alis mixtio cum particularibus eſt fortior mixtione accidētium cum ſuis ſubiectis.primo metaphyſi.tex.com̃.31.¶ Ex hoc ſequitur ꝙ inhærentia accidētis ad ſubiectum,ſiue aptitudinalis,ſiue actualis, nō eſt de intrinſeca ratione accidentis,contra Ioānem de Gandauo,& contra Modernos. Vide quæ ſcripſi in theorematibus,& ultra rationes quas ibi adduxi addo hīc:Sicut non eſſe in ſubiecto non conſtituit ſubſtantiam, ſed eſt ſub̃æ proprietas quædam. Quod oſtēditur ratione & authoritate,ratione quidem,quia effectus poſitiuus debet habere cauſam poſitiuam;nō exiſtere aūt in ſubiecto nō eſt aliquid poſitiuum formaliter loquēdo:authoritate aūt hoc patet ex prędicamētis,ubi Ariſto.inueſtigās proprietates ſubſtātiæ inter alias aſſignat iſtā,inquit enim:Cōmune eſt autem omni ſub̃e in ſubiecto nō eſſe,igitur pariformiter eſſe in ſubiecto erit ꝓprietas accidentis,diuerſorum enim entium diuerſæ ſunt proprietates.Et fuit etiam ſnīa Auic.in.2.ſuæ primæ philoſophiæ.Amplius Alexāder(de quo Cōmentator in.3.de aīa.com̃.14.aſſeruit ꝙ nullus olim Peripateticus reputabatur qui nō eſſet Alexādreus)in principio libri priorum,ubi declarat quomō modus abſtrahēdi mathematicus in quāpluribus locis deſeruit naturali Ph̃o dicit;Sicut ē de forma quæ eſt ſeparabilis à materia ſcd̃m rationē,ut patet in.2.phyſi.tex.com̃.12.& ſicut eſt de accidētibus, quæ licet ſint in ſubiecto ſecūdum eſſe,ſunt tn̄ ſeparabilia à ſubiecto ſm rationem.quod nō eſſet uerum ſi inhærentia eſſet de quidditate accn̄tis,quia abſtrahentium nō eſt mēdacium.ex.2.phyſi.tex.com̃.18.Amplius Cōmen.in.5.metaphyſi.in.cō.14.dicit,ꝙ hoc nomē ens quod ſignificat eſſentiam rei,eſt aliud ab ente quod ſignificat uerum:& ideo expoſitores diuerſantur in.2.topicorum,in quæſito ſimplici.ſ.dicere aliquid eſſe,utrum collocetur in quæſtionibus gn̄is,aut collocetur in quæſtionibus accn̄tis.Qui intelligit de ente id q̊d eſt cōmune decem gn̄ibus,dicit ꝙ collocatur in quæſtionibus generis:& qui itelligit de ente id quod dicitur de uerò dicit ꝙ collocatur in queſtionibus accidētis.Et idem habet Cōmenta.in libro deſtruc.deſtruc.in diſpu.8.in ſolutione primi dubij ubi determinat quid quærit quæſtio ſi eſt,quę eſt quæſtio ſimplex,inquit enim:Id nāq; quod pręcedit in nobis quidditatē rei,eſt id q̊d ſignificat eſſe uerum;& ideo quādo quærimus ſi res eſt ens,uel ſi habet eē,& illa res habet cauſam inferētem ſuū eſſe,tm̄ ualet quātum dicere utrū habet cauſam,uel nō,ut patefecit Ariſto.in principio ſecūdi poſteriorū,Sed ſi illa res nō habet cauſam,tm̄ ualet quātum dicere,utrū res habet cōſequēs ſuū eſſe:ſed quādo intelligitur de ente,id quod intelligitur de re uel ſubſtantia,tūc ſumitur modo generis analogicè dicti.Ecce quomodo ex mente propria uult quòd ens ut ſignificat ſubſtātiam uel eſſentiam rei,eſt genus analogicè dictum de decem prædicamētis,& dicitur ī primo modo dicēdi per ſe,unde accn̄tia ſunt entia formaliter in primo mō.Et cōfirmatur, quia Cōmenta.primo phyſi.com̃.27.dicit,ꝙ dicere aliquid eſſe.ſ.ꝙ ſit ens,nō eſt prædicatio per accidēs, ſicut prædicatio albedinis,Amplius primo phyſi.cō.25.ubi Ariſt.declarat rationem Parmenidis eſſe malam de materia dicit, ꝙ quādo Parmenides aſſumit illam propoſitionem:Quicquid eſt p̄ter ens eſt nō ens.dicit,ꝙ iſta eſt falſa,quia utitur eo quod eſt multipliciter dictum,ac ſi eſſet ſimpl'r dictum: ſi enim ens ſignificat ſubſtātiam tātum aut quātitatem tātum,non ſequitur ꝙ qcquid eſt p̄ter ens ꝙ eſt ſub̃a, aut quātitas, ſit nō ens,Vbi colligitur ꝙ ens formal'r dicit̄ de oībus p̄dicamētis,& nō ſolum de ſubſtātia ut iſti aſſerunt.

Vniuerſalia Platonica ſi darētur, daretur quarta ars ſeu ſcīa ſpeculatiua.1.metaphyſi.tex.com̃.47.

Vniuerſalia nō ſunt īnata iterari,itellectum enim aīalis nō inuenitur magis uno.1.metaphyſi.com̃.40.

Vniuerſalia Platonica ſi darētur ad quæ intellectus aſpicit, ſicut ſenſus aſpicit ad ſenſibilia, & comprehēſio ſenſibiliū eſt naturalis ī nobis,cùm nō acquiritur ex præexiſtēti cognitione,neceſſe eſſet ut ītellecta eſſent naturalia in nobis & nō ut quædā ſint naturalia,& quædam accepta per doctrinam,primo metaphyſi.com̃.49.¶ Ex quo patet quātū deuiāt à ueritate illi qui tenēt ex mēte Ariſtotelis & Com̃. Auer.noſtrum ſcire eſſe reminiſci,ſicut poſuit Plato. Vide cōtra opinionem iſtorum etiam Auerroem ī paraphraſi ſuper primo poſteriorum,ī cōmēto ſecūdo,& in.7.metaphy.com̃.58.&.6.phyſi.com̃.59.& eſt cōtra Ariſto.Etiam in fine ſecūdi poſteriorum ī illo capl'o,de principijs autem, ubi habet pro incōuenienti, quòd habitus primorum principiorum qui eſt adeo nobilis,& certior ſciētia,ſit nobiſcum congenitus,& lateat nos;& idem habetur hīc in tex.com̃.49.ſuper primo metaphyſi.

Error ponē tiū nr̄m ſci re eē remi niſci ď mē te Ariſt.

Vniuerſalia Platonica ſi darētur ad quæ intellectus aſpicit, ſicut ſenſus ad ſenſibilia,ſequæretur quod cæcus à natiuitate haberet ſciētiam de coloribus,& ſurdus à natiuitate poſſet habere ſciētiam de ſonis primo meta.com̃.49.¶ Ex quo patet cōtra illos q dicūt oppoſitū, ꝙ cæcus à natiuitate poteſt habere ſcīam naturaliter de coloribus, Vide etiā Ph̃m primo poſterio.in illo capl'o;Manifeſtum eſt quod diſtinctè ſenſu.& in ſecūdo phyſi.tex.com̃.6.

Vniuerſale comprehēdit res infinitas in potētia non in actu.ſecūdo metaphyſic.com̃.13.idem.3.de anima.com̃.19.&.12.metaphyſi.cōmentis.14.&.51.

Vniuerſale & indiuiduum ſunt duę naturæ,hoc enim eſt intellectum,illud uerò ſenſibile,3.metaphyſi.cōmē.10.item Boetius: Vniuerſale eſt dum intelligitur, & ſingulare eſt quod ſentitur.

Vniuerſale eſſe nō eſt dubium,ſed dubium eſt quid ſit natura eius,3.metaphyſi.tex.com̃.12.

Vniuerſalia ſeparata in rebus artificialibus & accidentibus nullus poteſt ponere.3.metaphyſi.tex.com̃.12.

Vniuerſalia ſunt communia,quia ſunt in pluribus.tertio metaphyſi.commen.ultimo.

Vniuerſalia ſunt priora ſecundum rationem, ſingularia autē ſecūdum ſenſum,5.metaphyſi.in tex.com̃.16.in capl'o de priori.Vniuerſale eſt ſimile toti,quia cōtinet particularia, ſicut totum continet partes.5.metaphyſi.tex.cōmen.31.& primo phyſi.tex.commen.4.

Vniuerſale commune eſt quod aptum natum eſt in pluribus ineſſe.7.metaphyſi.45.

Vniuerſalia diffinitiones hn̄t aliquā diſpōnem ſub̃arum exiſtentium extra aīam,& qualitatem accidētem eis,7.meta.cōmen.46.Inde colligitur uniuerſale ſumi dupliciter, pro prima & pro ſecunda intentione.

Vniuerſaliter exiſtētium nihil utiq; ſubſtātia eſt.7.metaphy.tex.cō.48.Vbi expſſe colligitur ꝙ uniuerſalia apud Ariſt.nō ſunt ſubſtātiæ rerum,ſed ſunt notiones ſeu cōceptus declarātes ſubſtātias rerum,ſicut notauit Commētator etiam primo metaphyſic.com̃.45. Vnde Ariſto.iſtam quæſtionem latè examināt cōtra Platonem in.7.metaphyſi.à tex.com̃.44.uſq; ad tex.com̃.50.

Vniuerſale eſt in capitulo ad aliquid,& ſubſtantię Socraticæ ſunt de genere rerum per ſe exiſtentium,& ideo uniuerſale non eſt ſubſtantia ſeparata.commento.48.Vide etiam ibidem.commen.57.

Vniuerſale quod prædicatur in quid de re,nō ſignificat eam ut eſt indiuidua,ſed ut eſt in ea natura ſimilis naturæ, quæ eſt in quolibet indiuiduorum.7.metaphyſi.com̃.48.Vide etiam.12.metaphyſi.com̃.4.

Vniuerſaliter omnis natura congregata ex duabus naturis conueniētibus,neceſſe eſt ut ſit de natura componentium.7.metaphyſi.commen.48.

Vniuerſale nullum eſt ſeparatū à ſingularibus.7.metaphyſicæ.tex.cōmen.57.

Vniuerſalia impoſſibile eſt ut ſint ſubſtātię rerum,quia uniuerſalia rerum ſunt cōmunia,& nullū cōmune eſt ſubſtātia.7.metaphyſi tex.com̃.57.&.tex.cō.58.& hoc eſt quod notauit pulchrè Cōmētator in primo metaphyſi.com̃.45.idem.9.metaphyſi.tex.com̃.6.

Vniuerſale & particulare ſunt ad aliquid 7.meta.cō.57.

Vniuerſale & ſubiectum ſeu materia differūt,quia ul'e p̄dicatur eſſentialiter de re,materia aūt ſeu ſubiectum nō p̄dicatur niſi denominatiuè.9.meta.tex.com̃.12.

Vniuerſale nullū ſubſtātiam eſſe poſſibile eſt.9.metaphy.tex.cōmē.6.& habetur in ſermonibus de ſubſtātia & ente primo,in.7.metaphyſi.tex.com̃.44.& infrà.

Vniuerſalia apud Platonem ſunt ſubſtātię abſtractę,& ſunt principia ſubſtātiæ ſenſibilis.12.meta.com̃.4.

Vniuerſalia apud Ariſto.ſunt collecta ex particularibus in intellectu,qui accipit inter ea cōſimilitudinem,et facit ea ītētionem unam.Plato autem ponebat uniuerſalia extra animam exiſtētia per ſe.12.metaphyſi.com̃.4.&.3.de anima com̃.18.& primo de anima com̃.8.

Vniuerſalia ſunt priora in intellectu particularibus,quæ cū auferuntur,auferūtur particularia.12.primæ philoſophiæ, authoritate Alexandri.commēto.27.Vide in contradictionibus nuper æditis.

Vniuerſum differens de omnibus dicat neceſſe eſt. Ariſto. in.5.de generatione animalium.cap.ultimo.

Vniuerſalia cū ſint abſtrahibilia à ſingularibus, & ſint accidētia,qūo poterūt notificare ſubſtātias rerum ſingulariū, uide in ſolutionibus in paraphraſi metaphyſi.trac.2.col.11.ibi;Sed hoc dubium facilè ſoluitur.

Volūtas eſt appetitus rationi & deliberationi coniunctus. Alexander in paraphraſi de anima cap.ultimo.

Voluntas non eſt extra cognitionem conſimile.in.12.primę philoſophiæ.cōmento.39.

Volūtas nō poſtponit facere quod ītēdit, niſi ꝓpter eſſentiā alicuius in re intēta quæ ante nō erat.8.phyſi.com̃.15. Et nullus hoc fundamētum negare poteſt per rationem ſuam intrinſecam,ſed extrinſecam.ibidem.

Volūtatis nouæ mouere quod ſequitur à uolēte eſt nouum neceſſario,ſed mouere quod ſequit̄ uolūtatem antiquam, eſt æternum neceſſario.8.phyſi.com̃.15.

Voluntas appetitus eſt.3.de anima.tex.com̃.50.

Volūtaria operatio nō fit niſi cogitatione & uolūtate.2.colliget.cap.19.de iuuamētis membrorum anhelitus.

Volūtas eſt ꝓpter itellectum.12.primæ ph̃iæ.com̃.36.

Volūtas eſt quodam deſiderium de duobus oppoſitis æqualiter depēdens,& deſiderium illud ceſſat, quādo deſideratum deductum eſt ad actum.Ex libro deſtruct.diſputa.prima,in ſolutione ſecundi dubij.

Voluntas infinita de natura neceſſariarum rerum reputari poteſt.ibidem.

Volūtas ſi eſſet in antiquo,nouū ab antiquo ꝓuenire poſſet, ex libro deſtruc.diſpu.prima.in ſolu.10.dubij.

Volūtas quum fuerit ad inueniēdum aliquid in aliqua hora, neceſſe eſt ut in ea fiat in illa hora in agente cōcupiſcentia, quæ ante non erat.8.phyſi.com̃.8.

Voluntarius motus non eſt impoſſibile, ut ſit ſine muſculo contra Gal.2.colliget.cap.18.

Volūtas æquiuocè reperitur in corruptibili,& in Deo,& in abſtractis.ex diſpu.3.in ſolu.primi dubij.

Voluntas eſt paſſio & mutatio in corruptibili.ibidem.

Voluptates nō ſunt de diſpoſitionibus neceſſarijs in eſſe hominum,neq; de perfectionibus eorum,ſed ſunt conſequētia ex neceſſitate materiæ.Auerro.in prologo phyſi.quod ideo dixi quia,ex.2.phyſi.quædam ſunt ex fine,& quædā ex materia ut mors & corruptio:ſimiliter homo nō eſt propter uoluptatem tāq; finem.Sequitur igitur ut ſint ex materiæ neceſſitate.Vnde Cōmen.2.phyſi.com̃.88.Illa enim q̃ inueniūtur in rebus naturalibus de neceſſitate nō propter aliquid,ut mors aīalis,ſunt propter materiam, & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid ſunt propter formam & diffinitionem.Cùm igitur uoluptates corporis nō ſint hominis finis,neq; perfectio,ut demonſtratum eſt in ſcientia morali,non ſunt igitur propter formam, relinquitur igitur ut ſint propter materiam:& illum locum pauci intellexerunt ut poteris uidere.

Voluptas alia eſt reſpectu præteriti,alia reſpectu præſentis, alia reſpectu futuri.7.phyſi.com̃.19.

Voluptas præteriti eſt per rememorationem futuri,per ſpeciem præſentis,per ſenſum in actu.ibidem.

Voluptatis cā eſt comp̄hēſio.12.meta.tex.cō.39.ubi ponit̄ probatio à ſigno,qa ſenſus & uigilia & intellectus ſunt nobis delectabiles & uoluptatem afferentes.

Voluptas ītellectus noſtri qui quādoq; eſt in potētia,& quādoq; in actu,differt à uoluptate aliarum ītelligētiarum, quę ſemper actu intelligūt:quia noſtra eſt ad tempus, & illarū eſt ſempiterna.12.metaphyſi.tex.com̃.39.

Voluptati quæ eſt in Deo nulla opponitur triſtitia. Cōmē. authoritate Alexādri,quia nō cōſequitur paſſionē,cū comp̄hēſioni eius nō opponatur ignorātia.12.meta.com̃.39.

Volētem ſi poneremus aliquē unum oppoſitorū ab æterno retinētem,remoueremus uolūtatis diſpōnem ibidem.

Volēti ſi duo ſimilia æqualia proponātur,nō magis unum q̃ aliud eligeret,niſi aliquo modo diſſimilia ſint,& fuerit aliqua denominatio in uno & nō in alio.Si enim omnimodè ſimilia forent,& non eſſet ibi cauſa inclinās, tunc uoluntas reſpiceret ambo æqualiter.ex libro deſtructio. diſputatio. prima,in ſolutione.10.dubij.

Volucrum alia pēnis uolāt, ut aquila: alia mēbrana ſicca, ut apes, & ſcarabei: alia cute,ut ueſpertilio.1.de hiſto.ca.5.

Vox & locutio differūt,quibus enim locutio data eſt,ijs etiā & uox,ſed nō quibus uox,illis etiam locutio ineſt.Ariſt.in 4.de natura animalium.cap.9.Locutio etiam nō perinde à natura eſt ſicut uox,ut ibidem habetur.

Vox eſt ſonus animalis.2.de anima.tex.com̃.88.

Vox & ſonus ſi in directum ſemper ꝓgrederet̄,nemo ſeipm̄ loquētem audiret,nec etiā qui eēt à tergo loquētis. Them. 2.de anima.cap.27.& eſt ſuper tex.com̃.80.

Vox elementorum,genus eſt & materia.7.meta.tex.cō.43.

Vox tum mariū tum fœminarum īmutatur,cū ſemē ferre incipiūt.7.de natura aīalium.cap.1.Vide cauſam in.4.de generatione animalium.cap.8.ubi de lacte differit.

Vox eſt exercitium pulmonis.6.colliget.cap.2.

Vox non eſt neceſſaria in eſſe noſtro,ſed eſt ad bene eſſe.2.colliget.cap.19.

Vox eſt materia orationis.Ariſto.in quinto de generatione animalium.cap.7.

Vox alia acuta,alia grauis.ibidem.

Vox fœminarum,ſenum,ægrorum,eſt acutior utplurimum uoce marium,iuuenum,& ſanorum.ibidem.Et uide ibi cauſam,uide etiam de uoce fœminarum ꝙ ſit acutior,utplurimum.5.de natura animalium cap.

Vox exectis teſtibus īmutatur in animalibus. uide cauſam.

5. de generatione animalium. cap. 7.

Voces propriæ ſingulis aïalibus ad initū & uenereum coitū accōmodatæ. Ariſt. in. 4. de natura aïalium. ca. 9.

Vocalis arteria eſt organum reſpirationis, ex ſecūdo de anima textu cōmenti. 89.

Vocis eſſentia non eſt aliud niſi percusſio aeris anhelati ad membrum, quod cāna dicitur ab expulſione animæ imaginatiuæ uoluntariæ, quæ eſt in iſtis membris. 2. de anima. cōmen. 90. & elicitur ex tex.

Voci figuram ineſſe putari poteſt propter aerem qui in uoce elidenda percutitur. Themiſtius. 2. de anima in expoſitione. tex. cōmen. 108. & in cap. 37.

Vocis inſtrumentum appropriatum eſſe epiglottum oſtenditur ſigno, quia cum inſufflamus epiglottū formatur uox ſimilis illius animalis. 2. colliget. cap. 19.

Vocis grauitas uidetur eſſe naturæ generaſioris, Ariſtote. in quinto de generatione animalium, cap. 7. Et nota ꝙ hoc eſt ex opinione antiquorum contra quos inuehit, ut notat ibi Ioānes Grammaticus.

Vrinæ & ſeceſsiones & catarri, oma ſeu cruda dicunt̄ eo ꝙ non ſunt obtenta à caliditate. 4. meteo. tex. cō. 22.

Vrinæ diſpoſitio ſignat principaliter ſuper hepate & uenis, ſecūdario uerò ſuper renibus & ueſica. cap. 21.

Vrſus animal omniuorū eſt, & cum tauro cōgreditur, & uide modum. 8. de natura animalium. cap. 5.

Vrſus hyeme conditur ſed utrum propter frigus, an alia de cauſa ambigitur, 8. de natura aïalium. cap. 17.

Vrſa fœtu grauida, uel à nemine, uel à pauciſſimis capta eſt, & tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt. 8. de natura. cap. 17.

Vrſum latebram egreſſum aiunt Arū herbam dictam deguſtare, ut inteſtinum laxetur, & hiet. ibidem.

Vrticarum duo ſunt genera. 4. de natura aïalium. cap. 6.

Vrtica nulla excrementum habet, in hocq; eſt ſimilis ſtirpibus. ibidem.

Vſus quo utit̄ rhetorica & dialectica enthymemate & exēplo, alius eſt ab uſu quo utitur illis ars demōſtratiua. Auer. in prologo phyſi. Vide quomodo hoc ſit intelligendum in 2. priorum cap. 23. & in. 8. phyſi. com̄. 33. & in. 2. phyſico. com̄. 80. Et animaduerte ꝙ conſimilis differentia cōtingit de locis topicis, quia aliter uſitātur apud rhetores, & aliter apud dialecticos, ſicut bene notauit Seuerinus Boetius in fine quarti libri de differentijs topicis.

Vſtibilia & inuſtibilia q̄ ſint, require. 4. meteo. tex. cō. 48.

Vſtibilium quædam ſunt inflammabilia, quædam uerò non. ibidem.

Vtentes hoc nomine ens, pro principio nō perceperunt, niſi principium materiale tantum, & non formale. 1. phyſi. cō. 7. & 2. phyſi. com̄. 9. Vide etiam. 4. phyſi. cō. 1. & tex. cō. 7. & in. 4. meta. & 7. meta. com̄. 8. & 2. de anima.

Vtrū in corporibus ſimplicibus motor & res mota ſint idē, hoc indiget declaratione, non autem utrum ab intelligētia moueantur. 2. phyſi. com̄. 3. & 7. phyſi. com̄. 2. & 4. phyſi. com̄. 71. & 8. phyſi. 32. & 3. cœli. 28. & 4. cœli. 22. 24. & 25. & 1. cœli. 81. & 89. & 17. & 5. phyſi. 18.

Vter inflatus plus trahit uacuo. 4. cœli. tex. cō. 30.

Vtrum particula, quando eſt interrogationis nota non quæritur, niſi de oppoſitis quæ ſimul eſſe nō poſſunt. 10. meta. tex. cō. 17. Dixi quādo eſt interrogationis nota, quia aliquādo eſt nota ſolutionis apud Ariſto. præſertim & iſta ſnīa Ariſt. in. 10. meta. tex. com̄. 18. ubi dicit: Semper in oppoſitis eſt interrogatio ipſius utrum etc.

Vteri ſeu uuluę aut matricis mulieris ſitus eſt inter inteſtina & ueſicam. 1. de natura animalium. cap. ulti.

Vuam albam cum ſoleat ferre uitis quam capnium uocāt, ſi nigram tulit monſtrum id eſſe non putāt, qm̄ ſæpisſimè id facere ſoleat: cā eſt ꝙ ſua natura īter albam & nigram eſt. Ariſt. in. 4. de genera. animalium. cap. 4.

Vulpes quum partum ædiderit, lingua lābēdo refouet & cōcoquit 6. de natura animalium. cap. 34.

Vuluæ pars interior loci, & uterus appellatur, unde fratres uterinos dicimus; oſtium uerò & ceruix matrix dicitur. 3. de natura animalium. cap. 1.

Vuluas aut uteros omnia animalia intus habent, teſtes uerò quædam intus, quædam uerò extrà. Vide cauſam in primo de generatione animalium. cap. 12.

Vulua attrahit ſemen, uel propter uirtutem attractiuam exiſtētem in uillo, uel propter caliditatem, uel propter utrāq; iſtarū ſimul. Auer. in. ſecundo de generatione animalium. cap. 2. in. 7. pagina.

Vulua an habeat uirtutem immutatiuam, hoc indiget ſpeculatione, tamen uirtus informatiua non poteſt dici ꝙ ſit in uulua, quia nō eſt ipſa, quæ creat membra embrionis, ſed uerius forma quæ eſt in ſemine: in uulua aūt non eſt uirtus imutatiua, niſi loco cōſeruātis, cùm attingit aer ſperma corrumpit eius complexionem. 2. colliget. cap. 10.

Vultures nidificāt in altisſimis rupibus, ꝓpterea & ex ignoto orbe, aduenire Herodotus Bryſſonis rhetoris pater opinatus eſt, & ꝙ multi exercitū ſequentes repēte apparēt. 6. de natura aïalium. cap. 5. idem in. 9. de natura. aïalium.

Vultures habent fortem uiſum, ita quòd dicitur de eis quòd ipſis exiſtentibus in Damaſco uidebant morticinia Babyloniæ. 3. colliget. cap. 38.

Vulgus non intelligit de non eſſe, niſi illud quod non comprehenditur uiſu. 8. phyſi. com̄. 4.

Vulgo non ſunt propalanda diuina. Vnde laudanda eſt ſententia illus qui dixit, ꝙ cōmunicans uulgo ſecreta ſcientiæ, eſt ſicut tradens uenenum quibuſdā corporibus. ex diſpu. 6. in ſolutione. 6.

## De litera X.

XYLOPHTHOROS ē uermiculus à corrodēdis lignis dictus, quem (ut Theodorus Gaça) ligniperdi appelles. Vide de eius generatione. quinto de natura animalium. cap. 32.

## De litera Y.

YDEAE Platonis nuſquam ſunt. 3. phyſic. tex. commen. 25.

Ydeæ nō proſunt nec ad ſcientiam, nec ad generationem. 7. meta. tex. cōmē. 20. uſq; ad tex. com̄. 22. Probatur ꝙ nō proſunt ad ſciētiam, ſed à tex. com̄. 22. uſq; ad tex. cō. 33. oſtenditur ꝙ non proſunt ad generationem. Vide pro hoc. Cōmen. in cō. 20. & 22. & in cō. 33. allegatis.

Ydeas aſſerentes numeros illas eſſe inquiunt. 12. metaphy. tex. commen. 42.

Ydeam non contingit diffinire, ſingularium enim eſt idea, ut dicunt, & ſeparabilis eſt. 7. meta. tex. cōmē. 53.

Ydeas eſſe rationes ſeparatas in intellectu creatoris opinatus eſt Plato, ut teſtat̄ Hāmonius i. 1. de aïa. i expōne tex. 8. & Simplicius. 1. cœli. & ꝓ hoc uide. 1. cœ. ipm tex. cō. 19. & eſt opinio Ioā. Grāma. & multi uiri illuſtres, ut Beſſario Cardinalis, & Boetius, ex Latinis i. 2. editiōe libri de iterp̄tatione ait, non eſſe dr̄iam in hoc, nec in alijs inter Ariſto. & Platonem, niſi in uerbis ſolum. Vnde quod Ariſto. uiderit etiā tales rōnes ideales eē i mēte diuina, iſto mō aſtruūt, quia Ariſto. 12. meta. tex. com̄. 52. dixerit quod quēadmodum duplex eſt ordo, unus qui eſt in Duce, alter qui eſt in exercitu, & ille qui eſt i exercitu eſt cauſatus ab illo qui eſt in Duce: ſic duplex eſt bonum uniuerſi, unum inuentum in ipſo, & ordo duplex, aliud eſt in cōditore, ubi autem eſt ordo ibi eſt iudiciū. Amplius. 7. primæ philoſophiæ. tex. cō. 23. dicit Ariſto. ꝙ forma domus in materia fit à forma domus ſine materia, & ſanitas in corpore īfirmi fit à ſanitate quę eſt in anima Medici. Amplius Ariſt. 3. de anima. tex. com̄. 6. laudat antiquos qui poſuerunt intellectum eſſe locū ſpecierum, multò magis intellectus diuinus. Et confirmatur, quia Ariſt. 3. meta. habet pro incōuenienti ꝯtra Empedoclem



doclē Deū nō cognoſcere oia, ſed hoc nō eſſet niſi haberet in ſe rationes ideales oium. Et cōfirmatur authoritate Cōmēta. in. 12. meta. com̄. 37. ubi dicit, ꝙ opinio dicētiū Deum oïa ītelligere, quodāmō eſt uera. & quodāmō nō, nā ſub ratiōibus ſingularibus q̄ īfinitæ ſunt nō eſt uera, ſed bene ſub rōnib⁹ ſpālib⁹: ita ergo ꝯcludit̄ ꝙ q̄libet ſpēs hēt ꝓpriā ideā in diuino intellectu Et confirmatur authoritate Cōmenta. 12. metaphy. cōmen. 36. ubi habet ꝙ forma habet duplex eſſe, materiale & abſtractum: & hoc eſt ꝙ uolūt dicere ponentes ideas. Amplius Ariſto. in. 2. phyſico. deſcribens genus cāæ formalis, aſſerit ipſam eſſe rōnē & exēplar, ſed cā exēplaris non eſt niſi cā idealis. Propter has & conſimiles rōnes uoluerunt ſupradicti uiri non eſſe diſcordiā inter magiſtrū. ſ. Platonē & diſcipulū Ariſtotelē, niſi in uerbis tātū, quia Ariſtoteles uoluit ut idea hoïs homo diceretur, qa homines ex nominibus facile cū eorū phantaſia concurrunt ad id qđ per nomen importatur, & conſuetudo eſt ut homo ſignificet hoïem qui eſt in materia ſenſibili. uñ Aug. in libro. 83. quæſtionū. q. 46. inquit: Non eſt uериſimile, aut nullos ſapientes ante Platonam exticiſſe, aut formas quas Plato ideas nominauit non intellexiſſe, ſi quidem tanta uis in eis ſita eſt, ut eis non intellectis ſapiens quis eſſe nō poſſit. Dicimus nos eſſe hoc maxima admiratione dignum, ſi Ariſt. non diſcrepat niſi in uerbis tm̄, in poſitione idearum, ſed in ſolis uocibus, cur igit̄ in ipſa logica eas inſectatur? dicit. n. in libro primo poſteriorū: Gaudeant ideæ Platonis, monſtra. n. ſunt. Cur in p̄bia naturali, ut in. 2. phyſic. tex. com̄. 26. & primo cœli tex. cōmen. 92. cur in ſciētia morali primo ethicorum. cap. 7. facit illam proteſtationem in illa q̄ſtione. de per ſe bono? quum dicit eſſe perdifficilē ob amicos qui ideas introduxerunt, & dicit ꝙ duobus amicis exiſtentibus magis piū eſt ueritatem in honore præferre. Cur in primo & in. 7. primę p̄bię oſtendit ideas, neq; ꝑꝑ ſcientiā, neq; ꝑꝑ generationē eſſe neceſſarias? Nunqd illa eſt diſpoſitio de uocibus & non de rebus? O per uitā meā q̄uo præclara ingenia hallucinātur in re clariſſima, eſt ne ꝓceſſus ille de uocibus, an de rebus? Diſcurrāt quæſo, & parūper conſiderēt. ſi diſpoſitio illa eſt de uocibus uel de rebus. Lucidiſſimus Themiſtius in primo de anima. ca. 20. ſcribit: In altiſſimis præſertim p̄biæ q̄ōnibus, non ęquum eſt aliud dicere, aliud ſentire. Manifeſtum aūt eſt inter altiſſimas p̄biæ quæſtiones eſſe illam de ideis. Altiſſimum enim, inq̄t Porphyrius, eſt hmōi negociū, & maioris indigens inq̄ſitionis. Quapropter teneo Ariſto. nedū uocibus, uerūetiā intellectu diſſentire, alioquin oportuiſſet ipſum ſoluere rationes, q̄ de rebus ipſis ꝓcedūt. Et iō pro ſolutione omniū authoritatū quas ipſi adducunt, ſcias formam hr̄e duplex eſſe, materiale & abſtractū, ut forma coloris in corpore materiali habet eſſe materiale, ſed in ſenſu ſpirituale, quia in ſenſu eſt comprehenſio, & in hoc eſt latitudo, quia nobilius eſſe habet in uirtute imaginatiua q̄ in ſenſu cōi, & in cogitatiua q̄ in imaginatiua, & in memoratiua q̄ in cogitatiua. 3. de aïa. cō. 6. & in intellectu noſtro adhuc eſt in altiori gradu, & in intelligentia lunæ adhuc altius, & ita gradatim aſcendunt formarū perfectiones uſq; ad formā formarū q̄ eſt prima, & eſt diuina ētia in qua omnia unitiuè continent̄ & eminenter. 12. metaphy. cō. 37. Eſt. n. in ſupremo gradu unitatis ſimplicitatis & nobilitatis, uñ Deus eſt oïa entia nobiliori & diuiniori mō qui eſſe pōt, & iſto mō P̄ bi dixerunt in diuina eſſentia uniri & contineri nobiliori mō q̄ ſint in ꝓpria forma. Vñ ens ꝑ ꝑticipationē. cōtinet̄ eminenter. i. nobiliori mō ſimpl'r q̄ ſit in ſeipſo, et qa licuit ſemꝑ P̄bis in rebus arduis exēplis uti, ut teſtatur Cōmen. in fine primi phy. cō. 82. & in. 3. de aïa. in cō. 14. ꝑꝑea imaginari ꝙ ſicut hn̄s aureū dr̄ hr̄e marcellū & ſoldū & ęreū obolū, & nobiliori modo preciū & ualor taliū poſſidet̄ in forma aurei q̄ ſi poſſiderent̄ in forma propria, ſic diuinus intellectus ſolā diuinā eſſentiā intuitiuè intelligendo dicitur oïa entia intelligere diuiniori modo, q̄ ſi eadē in formalibus & ꝓprijs earum rōnibus attingeret, & ē modus qui non pōt attingi ab aliquo alio intellectu, ut bñ dicit Cōmen. in libro deſtructionū, & iſta eſt Ariſto. ſnïa, & hoc eſt quod dicit Cōmen. ꝙ oēs formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore, quia ſunt in uirtute actiua eius in qua continet̄ in ſup̄mo gradu unitatis, ſimplicitatis, & nobilitatis. Et iſtæ ſunt ideæ quas cōmmiſcebat̄ Plato. & 12. meta. cō. 36. Forma habet duplex eſſe, materiale & abſtractū, & hoc eſt ꝙ uolunt dicere, ponentes ideas, ſed non perueniunt ad hoc. Vide igitur magnā eſſe differentiā inter Ariſ. & Platonē, dato ꝙ Plato poſuiſſet iſtas ideas in intellectu diuino, quia Plato poſuit ideas ſub formalibus & diſtinctis rōnibus in diuino intellectu, & Theologi noſtri hoc aſſeuerant. Vnde Diuus Augu. dicit: Alia rōne conditus eſt equus, & alia rōne conditus eſt hō. in libro. 83. q̄ōnū. q. 46. Sed hoc non uidit Ariſ. nec eius ſequaces, ſed uoluerunt nullū aliud eſſe intellectū à diuino intellectu, niſi ſuā eſſentiā mō p̄dicto, quia ibi nō eſt aliqua multitudo, nec ſcd̄m rē, nec ſm rōnem. Et ꝙ iſta fuerit opinio Ariſt. ex intentione Auer. oſtendit̄ manifeſte ex uerbis eius in paraphraſi meta. trac. 2. in col. 7. ubi dicit, ꝙ licet in artificialibus eſt magis manifeſtum, omne quod generat̄, generat̄ à ſibi ſimili, qa forma ſanitatis in corpore fit à forma ſanitatis in aïa Medici, & domus forma in materia, fit à forma domus ſine materia, quę eſt in aïa ædificatoris, ut dr̄ in. 7. primæ p̄biæ ubi ſubdit ꝙ in naturalibus ēt rebus res ita ſe ur̄ hr̄e, ꝙ earū principia ultima ſit conceptio per intellectum. Aliter. n. unde euenit eis ꝙ ſunt ex ſui natura aptæ, ut intelligātur à nobis? Nā hoc eſt ſibi qd eſſentiale & inhærens naturæ earum, id aūt ꝙ eſt eſſentiale alicui ꝑuenit qdē ipſi enti à cā efficiente de neceſſitate, nihil aūt datur quo ſenſibile euadat intelligibile in potentia & quod de ſui natura eſt, ut intelligat̄ niſi eius ḡnatio fiat ex intellectuali apprehenſione, licet ſuū eſſe ſenſibile ſit cōceptū à ſuis principijs ſenſibilibus, quēadmodū in artificialibus contingit. Nā accidit rebus per artē cōfectis ꝙ intelligātur ab illo q non operat̄ eas, ꝑꝑea qa ſunt ordinatæ ab intellectu q̄ eſt ipſa forma exiſtens in aïa artificis: aliter. n. eſſent intellectæ per accñs, & ſil'r res ſe habet in natura & in rebus naturalibus. Hinc apparet ḡnatim ꝙ dant̄ formæ ſeparatæ q̄ ſunt cā ob quā ipſa ſub̄a ſenſibilis eſt intelligibilis, p̄ſtant aūt ipſi ſenſibili formā ſub̄alem qua ſit intelligibile potētia ꝑ ipſam naturā, & ꝑ corpora cœleſtia, & tales formæ ſunt formæ corporū cœleſtiū, & hoc eſt ꝙ q̄rebant ponentes ideas, ſed non peruenerūt ad illđ. Et cōſimilē ſnïam, ut dixi, habet̄. 12. meta. cōmē. 18. prope finē. Amplius Cōmē. in eodē. 2. trac. in paraphraſi. col. 9. ibi Themiſtius reddit rōnē ꝓ Platone, ubi recitat ꝙ ideæ ſunt neceſſariæ ꝑꝑ ḡnationē aïaliū & plantarū ſponte naſcentiū quibuſdā interpoſitis, ſcribit enim: In q̄buſdam tñ entibus exiſtimari pōt, ꝙ neceſſitas cogit ponere formas ſeparatas in generatione indiuidui, ut in aïali nō gigniuo, in q̄buſdā tñ non ur̄ hoc neceſſarium, neq; ur̄ ꝙ indigeant ipſo inquantū ſunt ḡnabilia: uerū tñ ſi conſiderētur formæ generatę inq̄tū accidit eis ꝙ ſint intelligibiles, & tandem hn̄tes ordinē, apparebit neceſſariū ponere uel intromittere hanc formam cunctis rebus, ut prius diximus, ſed hmōi principium alio mō ſe habet q̄ ponitur à ponētibus ideas. Dicebāt. n. ꝙ intelligibile ipſius eq & eius q̄dditas, ut eſt in materia, eſt idē extra mām, & ſic ſequitur neceſſario, ut ſit & detur equus hīnibilis ſine mā & ignis cōburens, & ſi ſic intelligunt, errant oïno: & ſi ipſi uelint de eſſe rerum ſeparatarū id quod Ariſt. intēdit, ut exiſtimauit eorū fautor. ſ. Them̄. errauerunt tandē, qa tranſtulerunt dicta ſcientifica in dicta poetica q̄ non ſunt uera, & ſunt ad docēdū populū. Vbi clarè patet ſm mentē Auer. Ariſto. res generabiles rōne qua ſunt generabiles & ſenſibiles non indigere, ut ſic agente ſeparato, qa generans apud Ariſt. neceſſario eſt corpus aut uirtus in corpore, ut dicit hic Cōmē. & in. 7. meta. com̄. 31. & idē eſt agens ꝙ tranſmutat materiā, & ꝙ inducit formā. Sed ſi conſiderent̄ res generabiles & ſenſibiles ꝓ quanto ſunt intelligibiles in potentia, qa ex ſui natura habent aptitudinē ut intelligantur, & tandē ut hn̄t ordinē

quia ordo iſte in ſenſibilibus generabilibus eſſe non pōt à principio, ex quo ſortiunt̄ ſenſibilitatē, & eſt materia, quia illa eſt cauſa inordinationis, oportet ex hoc ꝙ iſte ordo dependeat tanq̄ à primordiali principio ab agente ſeparato, & eſt primū principium à quo cœlū & tota natura dependet. 12. meta. tex. com̄. 38. & 52. Vbi oſtēditur ꝙ ordo uniuerſi eſt ſicut ordo in exercitu, q cauſat̄ & dependet ab ordine in duce, & bonū eius eſt à bonitate ducis, & ſub iſta rōne bene generabilia oīa, & cum ſemine & ſine ſemine, immo oīa quæ ſunt, indigent iſto agente ſeparato quod ſui uirtute continet & influit eſſe intelligibilitatē & ordinē oībus. Sed Platonici, quia ipſi uidētur aut hoc intellexiſſe qd̄ intellexit Ariſt. ut dicit Themi. & oēs ferè poſteriores expoſitores, ut Hāmonius, Philoponus, Simplicius, & id genus, & tunc Plato peccat, qa in ſcientia demōſtratiua & ſpeculatiua non debemus uti metaphoris. Vn̄ ex hoc ꝙ equus ē in uirtute actiua Dei mō p̄dicto, non ppea illa uirtus debet equus appellari, aut aſinus. Si aūt ipſi intelligunt ꝙ quidditas equi in materia, eſt eadē cum quidditate equi intelligibili ſeparata, tunc eſt error clarus, quia daretur equus ſine materia, & iō qūocunq; intelligant Platonici & defenſores Platonis, non pn̄t euadere ab inconuenientibus. Sed, ut dixi, uī mihi ꝙ Ariſt. impugnet ipſos in re, & non in ſermone tm̄. Ad illud aūt. 2. phyſi. tex. com̄. 28. reſpondetur ꝙ, ut notat luciditſimus Themi. ibi forma appellat̄ exēplar apud Ariſt. non eo mō quo hi qui ideas poſuere ſeparatas quaſdā ſpēs, atq; ipſas p ſe nullo innexu materiæ ſubſiſtentes, ſed ppea qa definita p̄ſcriptaq; eſt eorū oīum forma q̄ à natura pueniunt hoīs, equi, bouis, fici, oleæ, platani, etiā illud principiū, unde hæc oriunt̄, eatenus pgit mouēdo, & exercendo materiā, donec forma ipſa & ſpēs coaptetur & congruat plenè atq; perfectè. Vbi patet clarè authoritate Themiſtij Ariſtotelē non poſuiſſe formā exēplarē, ſicut poſuit Plato. Et mirū eſt de Simplicio qūo audet dicere Ariſ. in hoc diſſentire à Platone, quū ipſe in plogo primi phyſicæ auſcultationis expreſſe dicat cās apud Ariſtotelicos eſſe efficientes & fines, concauſas uerò materiā & formā. Verūtamē Plato cauſis addidit exēplarē, & concauſis inſtrumētariā, ſiue officialē, & ex illo loco patet ipm̄ non ſecūdū Ariſtotelicos loq, dū cōfitet̄ ēt cām exēplarē more Platonicorū. Amplius Ariſt. in. 2. phy. tex. cō. 19. arguit cōtra Platonē, & ponentes ideas, ꝙ ad eorū poſitionē ſeqtur, ut quæ non ſunt ſeparabilia ſcd̄m rōnē, à materia ſint ſepata ſecūdū rōnē: & tn̄ latet eos hoc contingens, qa cùm formæ naturales ſint ſeparatæ ſcd̄m eſſe à materia ſcd̄m ponentes ideas: igit̄ ſunt ēt ſepabiles ſcd̄m rōnē & diffōnē, quia, ut inqt Cōmē. in com̄. qcqd ſeparat̄ ſcd̄m eſſe, ſeparatur rōne, ſed non cōuertit̄. Modò ſi p iſtā opinionē Ariſto. concordat cū Platone in pōne idearū, ipſe eaſdē in hoc pateret anguſtias, & iō hoc argumētū debuit ſolui ab ipſo, qa ęquè pcedit cōtra opinionē eius, ſicut pcedit cōtra Platonē. Vn̄ iſti q nō pn̄t cape Ariſt. uerè cōtradicere Platoni audiant Themiſtiū. 1. de aīa. cap. 20. ubi ſcribit: Certè ſupinas illas opiniones q̄ aīam, aut ignē, aut aquā faciūt, aut ſanguinem, aut atomos rotūdas, & leues inceſſere, aut impellere: nulla laus eſt, qa in id quis ingenio, utcūq; pingui atq; tardo, nedū Ariſt. uir tātus diligētia & doctrina ſuffecerit. pinde ſi Ariſt. q ſn̄iam uetuſtiſſimā, & pximè accedētē ad uerū reprhēſurus taxaturuſq; erat, illuſtrē in p̄bia pſonā citauit cui & Plato dialogos ſuos aſcripſerit, nemo ei tanq̄ malè aīato in Timæū, aut in Platonē iurè ſuccēſuerit. Ferè. n. eius tota oratio nō in hoīum, ſed in cōfutatiōe opinionū uerſat̄, & ſi ex his q̄ ſcripſerint ſuſpicari licebat id ſe qd̄ ſcriberēt & ſentire &c. In eadē ſn̄ia Themiſt. in ſimili taxat Porphyriū & Andronicū aſſerētes Ariſt. in primo de aīa non taxare mētē Xenocratis, ſed uerba dū dixit, aīam eſſe numerū ſeipm̄ mouentem, ut eſt uidere in cap. 27. in Themiſtio, & eſt in primo de anima. ſuper tex. cōmen. 67.

Finis Tabulę dilucidationum. M. Antonij Zimaræ in dictis Ariſtotels & Auerrois.

TABVLA OMNIVM DIVISIONUM Totius philoſophiæ Ariſtotelis ab eodem authore collecta.

APPETITVS alius naturalis, alius animalis. 1. phy. commen. 81.

Alteratio quādoq; ſumit̄ largè, & tūc ſupponit̄ tā p tranſmutatione in ſubſtātia, q̄ pro trāſmutatione in q̄litate: quādoq; uerò ſumitur pprìè, & tūc eſt trāſmutatio in qualitate, & in tertia ſpecie qualitatis, & ſic diſtinguitur contra alias tranſmutationes. colligitur ex. 2. phyſi. cōmen. primo & ex. 2. phyſi. cōmen. 32.

Artes ſunt duobus modis, q̄dā ſunt in quibus principiū eſt extrinſecū à ſubto in quod agit ars neceſſario, ut ars ędificādi: q̄dā uerò ſunt in qbus per accidens poteſt cōtingere, ꝙ principium efficiens ſit in ſubiecto in ꝙ agit, ut medicina, quia aliquis poteſt ſeipſum ſanare per artem medicinę. 2. phyſi. commen. 3.

Artes ſunt duobus modis, quædam ſunt à quibus proueniunt actiones tantum, quædam à quibus proueniunt acta. 2. phyſi. commen. 3.

Artium quædam faciunt formam, quædam pręparant materiam. 2. phyſi. tex. cōmen. 24. & 25.

Artes ſunt tribus modis. 2. phyſi. cōmen. 25.

Agens æternū producit effectū neceſſario, in gn̄abilibus uerò agens producit in maiori parte. 2. phyſi. cōm. 74.

Artiū q̄dā utunt̄ cognitiōe, q̄dā uerò nequaq̄. 2. phy. cō. 86.

Alia eſt potētia qua eſt in potentia ſtatua, alia qua magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum. 3. phy. 57. & 58.

Aliqua cōpetūt primo, aliqua uerò ſecūdo. 4. phy. te. cō. 14.

Alia ſunt in loco ſm̄ actū, et aliq̄ ſm̄ potētiā. 4. phy. te. cō. 44

Accidentis ſunt duo modi. 4. phy. com̄. 45.

Augmētatio contingit aut ingrediente aliquo, aut ex alteratione, ut ſi ex aqua fiat aer. 4. phyſ. tex. cō. 63. & tex. cō. 34.

Alteratio ſumit̄ dupliciter, p tranſmutatione in qualitate, & pro tranſmutatione in ſubſtantia. 5. phy. cōm. 15.

Alteratio alia ſpiritualis, alia corporalis. 7. phyſi. cō. 11. & 2. de anima. tex. cō. 57. & 58. & 3. de anima. tex. cōmen. 28.

Actione cōcurrere ad aliquod nouum contingit dupliciter, uel per ſe, uel per accidens: p ſe ſunt finitę, per accidens uerò actiones poſſunt eſſe infinitæ. 8. phyſi. cōmen. 15.

Agens & mouens eſt duobus modis, naturale et uoluntariū. 8. phyſi. com̄. 15.

Accidentale quandoq; opponitur naturali, quandoq; ſumitur ut opponitur eſſentiali. 1. cœli. cōm. 14.

Alteratio duplex, paſſiua, & eſt quàm ſequitur generatio & corru. & talis requirit ſubiectum, & ueram contrarietatem & fit in tempore: quedam uerò nō requirit contrarietatem neq; fit in tempore, ut illuminatio. 1. cœli. com̄. 20.

Augmentatio largè & impropriè. primo cœli cōmen. 22.

Augmentatio ſumitur tribus modis. ibidem.

Agens bipartitū eſt ſicut mouens, uidelicet agens impaſſibile, & agens ꝙ patitur. primo de generatione. tex. cōm. 53.

Animæ paſſiones aliæ ſunt proprię, & aliæ communes. 1. de anima. cōmen. 3.

Auditus & ſonus ſunt duobus modis 2. de anima. 139.

Aliquid eſſe nō corpus dicitur quatuor modis, uel uirtus in corpore. 3. de anima. cōm. 5. contra Alexan.

Actio intellectus duplex, formatio & fides. 3. de anima. 21.

Antiqui ſunt bipartiti, quia quidam dixerunt nihil generari, quidam uerò omnia generari, & iſti ſunt bipartiti etiam, uide. 3. cœli. cōmen. 3.

Accidentia de quibus artifex cōſiderat, quædā primò inſunt ſuo ſubiecto, & quędā p uiā ſimilitudinis. 3. cœli. cōm. 7.

Agens prius tpe & agēs prius natura. 2. cap. in lib. de ſubſtātia orbis & 1. cœli. comen. 105. & 106.

Aquæ duæ ſpecies, una ſub terra, alia ſupra terrā: & q̄libet iſtarū ſpērū, uel fluit, uel ſtat. primo meteororum. cap. 5.

Accidentiū cōſequentiū ens incptū ens, q̄dā ſunt opinabilia, & quædam entia. 4. meta. commen. 6.

Ad



Ad aliquid alia ſunt per ſe, alia per accidens. 5. meta. 20.

Accidentia ſunt in ſubiectis duobus modis. 7. meta. cō. 18.

Artes operatiuæ q̄dā rōne, q̄dā conſuetudine, q̄dam utroq; modo acquiruntur. 9. meta. cōmen. 10.

Appetitus alius ab intellu, alius ab imaginatiōe. ibidē. c. 10.

Actio alia imanens, alia tranſiens. 9. meta. tex. cōmen. 16.

Agentia ſunt duobus modis, uidelicet agentia ſemp unum tm̄, & talia ſunt naturalia: & agētia unū, & q̄nq; eius contrarium, & talia agunt cū electione & meditatione. ex diſ. 1. in lib. deſtr. in ſol. 1. du.

Animalium alia gignunt animal perfectum, alia ouum, alia uermē. 1. de hiſto. animal. cap. 5.

Cauſa alia per ſe, alia p accidens. 2. phyſi. tex. cōmen. 33.

Cauſa alia in potentia, alia in actu. 2 phyſi. 34.

Cauſa alia ſimplex, alia cōpoſita. 2. phyſi. tex. cōmen. 36.

Contingētia dr̄ de cā agēte & recipiēte. 2. phyſi. cōmen. 48

Cauſa agens aut eſt naturalis, aut uoluntaria, & non datur tertia. 2. phyſi. commen. & tex. 65.

Continuatio alia naturalis, alia artificialis, alia mathematica. 5. phyſi. commen. 26.

Comphēſio q̄dam eſt ex diſciplina, & quædam ſine diſciplina. 5. phyſi. commen. 31.

Cōtinuū quodlibet dupl'r dr̄, finitū aut infinitū, uel ſecūdū diuiſionē, uel ſecundū ultima. 6. phyſi. tex. cōmen. 19.

Contradictio aliqua in ſciētiis eſt ſm̄ ſermonem, & aliqua eſt ſm̄ rem. 6. phyſi. cōmen. 19.

Contrarium generari ex contrario dupliciter, uel ex ſubiecto, uel ex termino. 8. phyſi. cōmen. 4.

Cā pp quā q̄ mouent̄ ab extrinſeco, q̄nq; mouent̄, & q̄nq; qeſcunt, triplex eſt, uel abſentia motoris, uel diſtantia eius, uel præſentia impedimenti. 8. phyſi. cōmen. 19.

Cōtrariorū alia cōtinēt, alia uerò cōtinent̄. 1. phy. tex. cō. 49.

Cētrū aliud eſt mathematicū, & ē pūctus: aliud naturale, & eſt corpus circa quod reuoluit̄ corpus ſphęricū octauo phy. commen. & tex. 76.

Cauſę q̄dā ſunt ſimpliciū, & q̄dā ſunt cauſæ cōpoſitorum. 1. cœli. commen. primo.

Corporū q̄dā nō continent̄ in alijs, ut totus mūdus, & q̄dā continent̄, ut partes mundi. 1. cœli. tex. cōmen. 4.

Cœlū aliqui opinati ſunt eſſe primā cām, aliqui uerò quod eſt cauſatum à prima cauſa. 1. cœli. cōmen. 20.

Corpus quodlibet aut eſt ſimplex, aut cōpoſitū. 1. cœli. 34.

Corpus infinitū non intelligitur niſi quia aut unū, aut plura ſimplicia ex quibus cōponit̄, ſunt infinita: uel qa ſunt infinita numero, licet ſint finita magnitudine. primo cœli. 34.

Cœlū ſumit̄ tripliciter. 1. cœli. com̄. 55. & tex. cōmen. 96.

Corpus oē aut finitū, aut infinitū, aut anomœomerū totū, aut homœomerum. 1. cœli. tex. cōmen. 56.

Corpus cōpoſitū ex graui & leui, aut eſt cōpoſitū per mixtionē, aut p ptiū uicinitatē, ſeu iuxta poſitionē. 1. cœli. cō. 57.

Corpus oē aut eſt actiuū, aut paſſiuū, aut utroq; participās. 1. cœli. cōmen. 63. & tex. cōmen. 68.

Corpus aliud ſenſibile, aliud intellectuale. 1. cœli. tex. cōm. 69. & Cōmen. 3. meta. cōmen. 17.

Corruptio alicuius eſt duobus modis, uel ex ſe propter defectū nāę, aut à ſuo cōtrario, ut corruptio ignis. 3. cœli. 52.

Compoſitorū differentiū in grauitate & leuitate, q̄dā magis grauitāt q̄ quędā in eodem loco, & quædam in locis diuerſis. 4. cœli. commen. 28.

Cōprehēſibilia humana diuidunt̄ in duo. 3. de aīa. cōm. 33.

Corruptibile tripliciter. 1. cœli. tex. cōmen. 113.

Corporis potentia dupliciter pōt dici, finita, aut in duratiōe, aut i uelocitate motus. Cō. in paphraſi. i fine primi de cœ.

Corpora quędam ſunt rotunda, ex ſe ſui natura, quædam ex continente. 2. cœli. cōmen. & tex. 26.

Comphēnſiones contingentes in ſomno, quædam dicunt̄ ſomnia, quædam diuinationes, & quædam prophetiæ: in libro de ſomno & uigilia.

Cognitio p̄cedens cognitionē creditā & intellectam, eſt duplex agens & p̄parans, ex libro de diuinatione.

Corruptio dupliciter aut natura, aut accidente. ex libro de longitudine & breuita. uitæ.

Corporum quoddam eſt compoſitum, quoddam uerò minimè. 3. cap. de ſubſtantia orbis.

Calor duplex, nālis & extraneus. 4. meteororū. cōmen. 1.

Cauſa difficultatis eſt duplex. 2. metaphy. tex. cōmen. primi.

Cōtrarietas dupl'r, potētia & actu. 4. metaphyſi. tex. cō. 20.

Compoſitio exiſtens in eadem re, quædam eſt prima, & q̄dam non prima. 5. meta. cōmen. 4.

Contraria ſunt tribus modis. 10. meta. tex. cōmen. ultimi.

Cauſę aut conueniunt ſpē & differunt numero, aut conueniunt in genere uero & differunt ſpecie, aut conueniunt in gn̄e ſm̄ pportionē & differūt in uero gn̄e. 12. meta. cō. 27.

Cauſæ ſunt tres, duæ phyſicæ, & alia immobilis. 12. meta. tex. cōmen. 5. & tex. commen. 29.

Compoſitio triplex. ex. 2. de partibus animaliū. cap. primo.

Calidum, frigidum, humidum, & ſiccū, quatrupliciter. cap. 3. in. 2. de partibus animalium.

Diuiſibilitas mobilis duplex, ſecundum ultima, & ſecundū accidentia contraria. 6. phyſi. cōmen. 31.

Duplex eſt motus inſeparabilis ab aīalibus intrinſecis q fit ab anima nutritiua per calorem naturalem, & extrinſecus qui fit à continente. 8. phyſi. tex. cōmen. 20.

Diuiſio motus alia eſt in potentia & eſt infinita, quia non eſt accipere primū: alia eſt in actu & finita, & in ea eſt accipere primum. de prima Ariſto. egit in. 6. phyſi. de ſecunda in octauo. tex. cōmen. 23.

Dialectica uſitatur in alijs ſcientiis dupliciter. Auer. cōmē. 70. & 1. phyſi. cōmen. 35.

Diſſolutio fit dupliciter. 3. cœli. tex. cōmen. 52.

Differentiæ ſex poſitionis inueniuntur ueræ & non uerę: nō ueræ, & ueræ, aut ex ſimilitudine, aut ex reſpectu tantum Cōmen. 2. cœli. tex. cōmen. 10.

Diffinitionum ſcientia poteſt haberi dupliciter, per diſſolutionem, & per compoſitionem. 2. meta. 11.

Diſpoſitionum ſm̄ Auic. quædā ſunt intentiones, quædam naturales ſeu eſſentiales. 4. meta. cōmen. 3.

Demonſtratio alia ſimplex, alia compoſita. 5. meta. cōm. 4.

Diuiſio alia ſm̄ quātitatē, alia ſm̄ qualitatē. 5. meta. 30.

Diffinitiones ſunt duobus modis, aut ſicut ſimi, aut ſicut cōcaui. 6. meta. tex. cōmen. 2.

Diffinitiones ſunt duobus modis, quorū unus eſt primò & ſimpliciter, & iſte eſt ſubſtantiarū: alter eſt non primò & ſimpliciter, ſed modo contingenti naturæ cuius eſt diffinitio. 7. meta. cōmen. 15. & tex.

Diffinitio pōt ſumi dupliciter. 7. metaphy. cōmen. 19.

Diuerſitas duplex, q̄dā eſt p cōtrarietatē, & tales res diuerſę non poſſunt eſſe in eodē ſubiecto: & q̄dā ſine, & tales res eſſe poſſunt in eodem. 10. meta. cōmen. 24.

Dicētes gn̄ationē eſſe & agens aliquod ſunt bipartiti & ual de contrarii, & habent medios. 12. meta. cō. 18. in. 2. col.

Diffinitio duplex ex genere uniuoco, & ex genere analogo. ex diſ. 7. in ſol. pri.

Elementū aūt pro principiis exiſtentibus in re, ut ſunt materia & forma, cā autem pro fine. Cōmen. 1. phyſi. cōmen. 1. Vide cauſam in contradictionibus meis.

Entium q̄dā fiunt ex natura, & q̄dam ex aliis cauſis, puta ab intellectu & caſu. 2. phyſi. cōmen. 1. & tex.

Entia naturalia inueniuntur in potentia & actu altero triū modorum. 3. phyſi. cōmen. 8. & 9.

Ens dr̄ tribus modis, potentia & actu, & ſm̄ cōpoſitionem ex potentia & actu. 3. phyſi. cōmen. 58.

Aequalitas dupl'r ſm̄ cōtinentiā, & ſm̄ cōem menſurā qua æqualia menſurantur. 4. phyſi. cōmen. 43.

Aequalitas duplex, ſecundum dimenſiones, & ſecundū continentiam. 4. phyſi. cōmen. 77.

Ens & non ens ſunt duobus modis, ſemper & non ſemper. 4. phyſi. tex. cōmen. 120.

Eſſe quod eſt in re eſſentiale eſt ab agente & generāte, qd̄ eſt aut natura, aut aīa, aut intellectus. 4. phyſi. cōmen. 128.

Aequiuocorū alia ſunt quorū diffōnes ſunt diuerſæ, uerè & ratione, alia uerò quorum diffinitiones ſunt æquiuocæ ſicut

nomina.7.phyſi.cõmen.26.

Aequiuocationes aliæ ſunt multũ diſtantes, aliæ uerò habẽtes quandam ſimilitudinem,aliæ uerò proximæ aut genere,aut ſimilitudine.7.phyſi.tex.cõmen.31.

Entiũ q̃dã ſemꝑ mouenẽ,ut cœlũ,q̃dã ſemꝑ q̃eſcũt, ut terra,q̃dã q̃n⁊ mouenẽ & q̃n⁊ quieſcũt,& ſunt q̃ ſunt infra cœlũ & ſupra terram.8.phyſi.cõmen.19.

Entia naturalia ſm motũ & quietem diuidi poſſunt quinq; aut ſeptem diuiſionibus.8.phyſi.21.

Expellentis duo ſunt modi,aut.n.ſeparanẽ ab expulſo, & ex pulſio remanet in motu,aut nõ ſeparaẽ ab eo.8. phyſi.tex. cõmen.85.idem.7.phyſi.tex.cõmen.10.

Elementa alia ſunt reſpectu ſimpliciũ & cõpoſitorum, alia uerò reſpectu cõpoſitorũ tm̃.3.cœli.cõmen.31.

Exhalationũ duo gña,ſumoſa & uaporoſa.cõ.1.ꝑmi meteo.

Eorum quæ ſunt,quædam ſunt actu tm̃,quædam uerò potentia & actu.3.phyſi.tex.cõmen.3.

Ens dr̃ dupl'r,potentia & actu.4.meta.tex.cõmen.20.

Ens aliud ſm ſe,aliud ſm accidens.5.meta.tex.cõmen.13.

Exiſtens in aliquo,aut exiſtit ut ſubſtantia, aut ut accidens, & ultimũ iſtorum,aut cum medio,aut ſine medio.5.metaphyſicæ.tex.commen 23.

Ex una materia fieri plures contingit dupliciter, uel in eodẽ ordine ſm magis & minus,uel in diuerſis.8.meta.t.cõ.11.

Entiũ q̃dã ſunt ſeparabilia,q̃dã inſeꝑabilia.12.met.t.cõ.25.

Eternorũ quoddã ſemꝑ facit unam annotationẽ, quoddam annotationes diuerſas.12.meta.tex.cõ.33.&.2. de generatione & corruptione.tex.cõmen.56.

Extremũ aliud humidũ,aliᵭ ſiccũ.1.de hiſtoria aĩaliũ.cõ.2.

Fieri aliud ſimpliciter,aliud ſm quid:fieri ſimpliciter ẽ ſubſtantiarũ,ſm quid uero accidẽtiũ.1.phyſi.tex.cõ.62.&.1. de genera.& corrup.tex.cõmen.18.

Formarum aliæ ſunt in materijs,aliæ nõ in materijs.1. phy. cõ.ulti.&.12.meta.cõmen.25.

Finis alius eſt cuius gr̃a,ut forma eſt finis materiæ, alter uerò eſt cui,ut hõ eſt finis rerũ creatarum ꝑꝑ ip̃m,ut dr̃ in.2. phyſi.tex.cõ.24.uide idẽ.2.de aĩa.tex.cõmen.37.

Forma quandoq; ſumitur largè, quandoq; propriè, quandoq; magis propriè.5.phyſi.cõmen.5.

Falſum duplex,poſſibile & impoſſibile.

Finis duplex,prima intẽtio,& ſecunda.2.cœli.17.&.21.& 12.metaphyſi cõmen.36.

Finis ſeu cuius cauſa,duplex eſt.2.de anima.35.

Feri aliquid ex aliquo dicitur dupliciter.2.meta.tex. cõmen. 7.idem.1.phyſi.tex.cõmen.58.

Finis generationis & finis rei generatæ.2. phyſi.70. &.24.

Formarum ſunt multi ordines,abſtractæ à materia & non abſtractę.2.phyſi.cõmen.16.&.1.phy.cõmen.ulti.

Falſum duplex,ſemper,& falſum q̃n⁊.5.meta.tex.cõ.34.

Falſum duplex,eſſentialr̃ & ꝑ accñs.Cõmẽ.cõ.34.5.meta.

Fieri hoc ex hoc eſt duobus modis.8.phyſi.tex. cõmen.11.

Formarũ q̃dã ſubſtãtiales,q̃dã nõ: & ſubſtãtialiũ q̃dã materiales,quędam non.12.meta.cõmen.37.

Generabile & corruptibile dupliciter,per ſe & per accidẽs. 1.phyſi.cõmen.82.& tex.

Generatio eſt tribus modis,aut ſimpliciũ, aut organicorũ, aut cõpr̃onis & mixtionis.6.phy.cõmen.59.

Generatio alia ſimplex,& eſt quando unum fit ex uno: alia compoſita,& eſt quando unum fit ex pluribus.1.phyſi.cõ. & elicitur ex textu.45.

Grauitas & leuitas ſumuntur quandoq; pro forma & habitu,qui eſt principium motus, & quandoq; pro accidente, ut uulgariter ſumitur.primo cœli.cõmen.17.

Generatio triplex,& ſimiliter corruptio,ſimplicis ex ſimplici,cõpoſiti ex ſimplicibꝰ,cõpoſiti ex cõpoſito.1.cœ.cõ.20.

Graue aliud ſimpliciter, aliud in relatione.1.cœli. in paraphraſi.ſumma.5.& inde ex.4.cœli.tex.cõmen.26.

Generabile tripliciter.primo cœli.112.

Generatio uera & ſophiſtica.3.cœli.cõmen 56.

Graue & leue,aliud ſimpl'r,aliud ad alterũ.4.cœli.tex.cõ.3.

Gña ĩ diffõnibus,aut uniuoca,aut analogica.2. de aĩa.cõ.30.

Gentes diuerſanẽ dupl'r, ſm nãm, & ſm opiniones legum quas ſequunẽ.ex cõmen.libri de diuinatione.

Genera rerum ſitarum,aut ſunt ſpeculatiuę,aut artes operatiuæ,aut uirtutes cogitatiuæ particulares.

Genus aliud ꝓpinquũ,aliud remotũ.5.meta.tex.cõ.10.

Gñatio q̃libet aut à natura,aut ab arte, aut à caſu.7. meta. cõmen.22.& tex.

Gñabilia ab arte ſunt in duplici dr̃ia, q̃a q̃dã ab arte & à nã gñari pñt,q̃dã uerò ab arte tantũm.7.meta.19.

Generatio alia ſimpliciter,alia ſm quid.1.de genera. & corrup.tex.cõ.18.&.1.phyſi.tex.com̃.62.

Generationes quædam neceſſariæ,quædam contingentes. 2.de genera.tex.cõmen.66.

Habitus diuiduntur in habitus quieſcentes,& in habitus mobiles.5.phyſi.commen.9.

Homines multi non poſſunt recipere primas propoſitiões propter tres cauſas.1 cœli.com̃.22.

Inſtans quandoq; ſumitur trãſumptiuè, q̃n⁊ uerè.4.phy. com̃.& tex.122.&.6.phy.com̃.24.

Indiuiſibile duplex, uidelicet illud cuius genus innatum eſt diuidi,ut corpus cœleſte:& illud cuius genus non eſt innatum diuidi,ut uox.6.phyſi.92.

Illud qᵭ eſt ꝑ accñs eſt duobus modis,principalr̃, & ſecundario in motis & mouẽtibus ꝑ accñs, & tale ſecũdariò eſt illud quod mouet, aut mouet per ſuam partẽ.8.phy.c.27.

Illud quod eſt per accidens eſt duobus modis,ſemper uidelicet & rarum.4.phyſi.com̃.20.

Ingenitum tripliciter dicitur.primo cœli.tex.com̃.111.

Impoſſibile dupliciter.ibidem.

Inordinatum & informe dupliciter.3.cœli.tex.com̃.25.

Inſtrumentum in modo uſitaẽ ꝑꝑ duo.3.cœli.tex. com̃.28.

Infinitum duplex,ſm circulũ & rectè.2. de gña.tex.cõ.67.

Iuuamentum ſcientiæ de anima eſt tribus modis.

Id quod alit,eſt duplex.2.de anima.50.

Inſtans duplex,uidelicet in quo aliquid dr̃,& inſtans in quo aliquid comprehenditur.2.de anima com̃.146.

Intellectus dr̃ quadrupl'r,de intellectu materiali,agẽte,in habitu,& uirtute imaginatiua.3.de anima.com̃.20.

Indiuiſibile dupliciter,actu & potentia.3.de anima.23.

Intellectus qui eſt in nobis,habet duas actiones, una eſt de genere paſſionis,alia de genere actionis.3.de aĩa.26.

Intelligentiæ in nobis ſunt duobus modis,naturaliter & uoluntariè.3.de anima.36.

Indiuidua ſubſtãtię,q̃dã ſunt ſubſtãtiarũ ſimpliciũ, q̃dã cõpoſitarũ;& indiuidua ſubſtantiarũ cõpoſitarũ,q̃dã ſunt aĩata,q̃dã ſunt carẽtia aĩa.ex com̃.libri de diuinatõe ſm getẽ.

Indĩdua accidẽtiũ q̃dã à cã nãli, q̃dã à uolũtaria et nãli.ibi.

Infinitum dicitur dupliciter.3.cap.de ſubſtantia orbis.

In aere ſunt duo loca,ſuperior in quo generantur cometę & flãmę,& ĩferior ĩ q̊ gñaẽ pluuia,nix,& grãdo.1.meteo.c.4.

Ingroſſatio fit à frigido duobus modis, per ſe, & per accidens.4.meteoro.cõmen.1.col'.7.

Inſolubiliũ q̃dã ſunt liquabilia uelut æs, & inflammabilia ſunt quædam,& non liquabilia,ut ligamentum: quædam uerò utrunq;,ſicut thus.4.meteoro.tex.cõmen.48.

In tꝑe eſſe dupl'r dr̃,uno modo ut aliq̃d ſit dum tp̃s eſt, alio modo ut ſit tanq̃ in numero.4.phyſi.tex.cõmen.115.

In numero eſſe dupliciter dicitur.ibidem.

In cauſis mouentibus inuenitur primum,medium,& poſtremum.2.meta.tex.commen.6.

Indiuiſibile,aut ſm q̃titatẽ,aut ſm ſpẽm.3.meta.tex.cõ.13.

Logica uſitaẽ duobus modis in ſciẽtiis,aut ſm ꝙ eſt inſtr̃m diſtinguẽs uerũ à falſo,& hic eſt modus ꝓprius: aut ſm ꝙ ea q̃ declarata ſunt in ea,accipiunẽ ꝓ maximis in deſtruendo & cõſtruẽdo aliq̃d,& iſta cõſideratio cũ uſitaẽ ĩ artibus ꝑticularibus eſt nõ ꝓpria,in arte aũt ul'i eſt ꝓpria.1.phyſi. cõ.35.&.8.phy.cõ.70.&.2.meta.cõ.15. Aduerte ꝙ, ut tradit Alex.in.1.topic.& Ioã.Grã. in principio primi poſteriorũ,logica eſt organũ tã ſciæ theoricæ q̃ practicæ:ĩ theoricis diſtinguere docet uerũ à falſo, in practicis malũ à bono. Qñ aũt logica ſumiẽ in uſu aliarũ ſciarũ ſumẽdo maximas declaratas in logica & ꝓpõnes,talis uſus ſi fuerit ĩ ſcia ul'i,eſt ꝓprius.Et rõ eſt ꝑꝑ cõueniẽtiã in ul'itate cõſideratorũ,q̃a 4.meta.tex.cõ.3.circa idẽ uerſanẽ dialecticus, metaphyſicus,& ſophiſta,licet diuerſis modis & intẽtiõibus.

Locus alius cõis,alius proprius.4.phyſi.tex.cõmen.14.

Locus alius maior,alius æqualis.4.phyſi.32.

Locus cœli duplex,ſecundũ imaginationẽ, & ſecundũ naturam colligitur ex cõmen.91.primi de cœlo.

Latentia propoſitionis eſt duplex.4.cœli.cõmen.22.

Lõgitudo & breuitas uitę dñr multifariã, aut ſm genus, aut ſm ſpẽm,aut ſm iudicium,aut ſm aliquẽ modum. ex libro de longitudine & breuitate uitæ.

Logica dupliciter.2.metaphyſicæ.cõmen.15.

Mouẽtia nãl'r,q̃dã ſũt phyſica,q̃dã uerò nequaq̃.2.phyſ.73.

Motus ꝓ perſecutione & motus pro uia.3.phyſi.cõmẽ.4.

Motus in unoquoq; p̃dicamento eſt duobus modis, uidelicet ſm eſſe & nobilius & uilius.3.phyſi.tex.com̃.5.

Motus habet duas diffinitiones,unam ſecundũ formã,aliam ſecundum materiam.3.phyſi.cõmen.16.

Mutatio aut de ſubiecto in ſubiectũ, aut de non ſubiecto in ſub̃m,aut de ſub̃to in non ſubiectum.5.phyſi.tex.com̃.7.

Motus habet duplicem conſiderationem,ſecundum materiã & formam.5.phyſi.cõmen.9.

Medium quoddam eſt ſecundum magis & minus,& quoddam ſecundum formam.6.phyſi.cõmen.32.

Motus eſt diuiſibilis dupl'r,uidelicet ad diuiſionẽ mobilis,& ad diuiſionem temporis.6.phyſi.com̃.32.

Mobilia alia mutant locum ſcd̃m formã, alia ſecundum formã & ſubiectũ ſimul.6.phy.cõ.85.&.4.phyſi.cõ.43.

Motũ eſſe prius tꝑe motu intelligiẽ dupl'r,uno mõ ꝙ mobile in quo eſt potentia ad motũ ſit alterius ſpeciei à ſpẽ moti in qua eſt ipſe motus,alter uerò ut ſit idem numero motum in potentia cum moto in actu.8.phyſi.cõmen.4.

Mouentiũ uel agentiũ,q̃dã agunt unũ duorũ motuũ contrariorũ tm̃,ut ſunt mouentia q̃ mouẽt per uirtutes naturales, q̃dã uerò hñt potentiã ad utrunq; contrarium,& ſunt uirtutes comprehenſiuę.8.phyſi.tex.cõmen.8.

Motor & motũ,aliud ꝑ ſe,aliud ꝑ accñs.8.phyſi.tex.cõ.27.

Mota ex ſe q̃dã mouẽtur ex ſe,i.ꝑ principium intrinſecũ exiſtens in eis,& q̃dam mouentur ab alio.8.phyſi tex.cõ.27.

Mota ex ſe & ab alio dupliciter moueri poſſunt, naturaliter & pręter naturam.8.phyſi.tex.cõmen.27.

Motor dr̃ eſſe diſtinctus à moto,aut ſm diffõnẽ & eſſe ſil'r, ut inaĩata q̃ mouẽtur à motore extrinſeco: aut diſtinguunẽ ſolũ ſm diffõnẽ & non ſcd̃m eſſe, ſicut eſt in hñtibus aĩas:aĩa enĩ q̃ eſt motor in eis diſtinguiẽ à corpore ſcd̃m diffõnẽ & non ſecundum eſſe, quia impoſſibile eſt animam eſſe ſine corpore niſi æquiuocè.8.phyſi.cõmen.30.

Motores primi ſecundum Ariſto.ſunt duo,materialis & immaterialis.8.phyſi.cõmen.44.

Motor q̃libet aut mouet & nõ mouet, aut mouet & mouet ex ſe,aut mouet & mouetur ab alio.8.phyſi.com̃.50.

Motor ꝑ accñs eſt duplex,q̃dã q̃ mouet motu ſui ſub̃ti, q̃dã uerò q̃a ſub̃m eius mouetur ab alio motore ultra motum q̊ mouetur à motore ꝓprio.3.phyſi.cõmen.52.

Motus põt ſeq̃ motũ,uel quia ſecũdus eſt perfectio prioris, uel per accidens, ſicut illuminatio domus ſequitur motum candelæ.8.phyſi.cõmen.71.

Mediũ tripl'r capiẽ,ꝓ terra,ꝓ medio qᵭ eſt cẽtrũ ſphęræ,& ꝓ medio qᵭ eſt inter duo extrema contraria.1.cœli.cõ.45.

Motus et quies,aut eſt ſecundũ naturã,aut uiolentia.1.cœli. tex.cõ.62.&.76.&.2.cœli.tex.com.83.&.84.

Motuum æternorum,quidam conſeruant entia, & quidam generant entia.2.cœli.cõmen.2.

Mobilium q̃dã hñt formã in materia,q̃dã ſeparatã.Cõmen. in paraphraſi in fine primi de cœlo.

Mobilia q̃dã intẽdũt motũ in finẽ ꝑꝑ debilitatẽ, & q̃dã ꝑꝑ calefactionẽ uel expanſionẽ motus.2.cœli.com̃.35.

Motus irregularitas,aut eſt ex motore, aut ex moto, aut ex utroq;.2.cœli.tex.cõmen.36.

Motus ſphærici corporis,aut eſt circũgiratio, aut uolutatio. 2.cœli.tex.cõmen.48.

Medium duplex,magnitudinis & naturæ.2. cœli. tex.c.74.

Motus uiolẽtus ẽ dupl'r.ſ.ſimplex,ut qñ lapis ſurſum ꝓĩcit: & cõpoſitus,ut qñ ꝓĩciẽ deorſum.3.cœli. tex. cõmen.28.

Motũ alĳ ſimplices,alĳ mixti.3.cœ.t.c.35.&.1.cœli.t.c 7.

Medium aliud ſecundũ qualitatẽ,aliud ſecundũ quãtitatẽ.3. cœli.com.42.idem.3.meteo.in cap.de iride.

Mouetur aliquid dupliciter.1.de anima.tex.com.27.

Motũ qᵭ dr̃ motũ quia eſt in alio,eſt dupliciter.ibidem.

Motus attributi aĩę,q̃dã hñt principiũ ab aĩa ut rememoratio,& q̃dã terminanẽ ad aĩam,ut ſenſus.1. de aĩa.t.cõm̃.64.

Motus duplex,unus qui eſt actus imperfecti,alter uerò actio perfecta.3.de anima.28.

Motor duplex,immobilis,& motor motus.3. de aĩa t c.54.

Menſura duplex æquiuoca, ſeu ſecundũ prius & poſterius, & uniuoca.4.phyſi.cõmen.133.

Mediũ põt eẽ cõpoſitũ tripl'r.1.metaphyſi.cõmen.39.

Materia duplex,oĩno prima,aut ad ip̃m pria.5. meta.t.c.5.

Materia alia propinqua alia remota.5.meta.tex.com̃.29.

Menſurarum quædam eſt indiuiſibilis ſimpliciter, & quędã ſecundũ inſtitutionẽ.10.metaphy.tex.cõmen.4.

Motũ mouẽ tripl'r.5.phyſi.t.c.primi.& in.11.meta.cap.10.

Motor triplex.ibidẽ.5.phy.t.c.2. & in.11.metaphy.cap.10.

Non ens dicitur tribus modis.5.phyſi.tex.com̃.8.

Numerus & tp̃s differũt, q̃a numerus diuidiẽ ꝑ unitatẽ, ſed non continuatur ꝑ unitatẽ,ſed tp̃s diuiditur per inſtans,& continuatur per inſtans.4.phyſi.cõmen.105.

Naturaliũ q̃dã ſunt corpus & magnitudo,ut corpora ſimplicia:q̃dã hñt corpus,& magnitudinẽ,ut mixta,& præcipuè aĩata:q̃dã ſunt principia hñtiũ corpus & magnitudinẽ, & ipſorũ corporũ,ut mã & forma.1.cœli.cõmen.1.

Non generabile uerè,& non uerè.1.cœli.cõmen.111.

Non generabile non uere dupliciter.ibidem.

Non gñabile q̃nq; modis,licet Pħs poſuerit tres.1.cœli.111.

Naturalia ſunt tribus modis.primo cœli.cõmen.138.

Nihil ſimpl'r ĩtelligiẽ duobus modis.1.de gña.& cor.c.21.

Non odorabile tripliciter.2.de anima.tex.cõmen.96.

Non uiſibile multiplex.2.de anima.103.

Neceſſariũ ſm Aui.duplex,ex ſe & ex alio.3.c.de ſub̃a orbis

Numerorum tres ſunt ſpecies.primo metaphy. cõmen.38.

Nota quod ſequitur ſecundum uiam antiquorum.

Neceſſarium quædam eſt in naturalibus, & quædam in uoluntarijs.5.metaphyſi.cõmen.6.

Non ens tripliciter.12.tex.c.11.&.5.phyſi.tex.com̃.8.

Nutrimentum duplex.2.de anima.tex.com̃.45.

Omne ens aut eſt cauſa,aut cauſatũ.3.phyſi.com̃.30.& tex.

Oẽ corpus aut ẽ intelligibile aut ſenſibile.3. phyſi.te.cõ.40.

Omne corpus aut ſimplex,aut compoſitum.3.phyſi. tex.cõmen.42.& primo cœli.tex.cõmen.6.

Principiũ,cã,& elemẽtũ,dupl'r ſumi pñt cõiter & ꝓpriè:cõiter ſunt noĩa ſynonyma,ſed ꝓpriè diſtinguũtur,nã principiũ ꝓpriè ſumitur ꝓ cã agẽte & mouẽte.1.phy.cõ.1.

Partium aliæ ſecundũ quãtitatẽ,aliæ ſecundum qualitatẽ.1. phyſi.36.com̃.&.7.metaphyſi.tex cõmen.33.

Per accñs aliud neceſſariũ,aliud rariſſimũ.1.phyſi.com̃.66.

Potentia paſſiua duplex,alia eſt reſpectu contrariorũ ęqualiter,alia uerò eſt magis reſpectu unius.2.phyſi. com 48.

Principium in operatiuis aliud cognitionis, aliud operationis.2.phyſi.tex.commen.89.

Poſſibilitates q̃dã ſunt partes unius totalis poſſibilitatis,q̃dam uerò nequaquam.3.phyſi.commen.69.

Ponentes uacuũ ſunt bipartiti,quidã ponunt ipſum ſeparari à corporibus,quidã uerò non.4.phyſi.com̃.43.

Punctus & inſtans differunt, q̃a iſta actio q̃ eſt diſtinguere & diuidere,eſt puncti principalr̃,& eſt inſtãtis ſecũdariò: itẽ punctũ reperiẽ actu in linea, quia põt bis in ea demr̃ari, ſed inſtãs inueniẽ in potentia in motu ſeu in tꝑe,cũ impoĺe ſit idẽ inſtans bis demonſtrari.4.phy.tex.com̃.105.

Potẽtia alia eſt naturalis,alia uiolenta.octauo phyſi.com̃.4.

Phãtaſia oĩs aut rõnalis,aut ſenſibilis.3.de aĩa.tex.com̃.56.

Perfectum duplex,in genere & ſimpliciter.5.meta.21.

Potẽtia ad motũ ẽ duplex,eẽntial' & accidẽta.8.phy.t.c.32.
Propoſitio aliqua põt eſſe cõis,uel qa plures ſcientiæ quàm una utuntur ea,uel ratione extremorũ uidelicet ſubiecti & prædicãti.colligitur ex Auer.8.phyſi.cõmen.70.
Potentię motiuę pñt dici infinitæ dupliciter.8.phyſi.cõ.79.
Principiũ aliud partis,aliud magnitudinis.2.cœli.te.cõ.13.
Paſſio dicitur cõiter & propriè.3.cœli.cõmen.1.
Paſſiones omnes ſunt diuiſibiles dupl'r, aut ſecundũ ſpeciẽ, aut ſecundum ſubiectum.3.cœli.cõm̃.7.
Prioritas duplex ſecundũ materiam, & ſecundum formam & finem.2.de generatione.cõmen.7.
Paſſio duplex.2.de anima.57.&.58.
Potẽtia duplex,remota & ꝓpinqua.2.de aĩa.tex.cõm̃.61.
Puerũ eẽ in potẽtia intelligẽtẽ dupl'r.3.de aĩa.c.5.ĩ ſol'.2.q.
Potentia remota & propinqua.3.de anima.cõm̃.14.
Putrefactionis cauſa duplex per ſe ſeu primaria, & ſecundaria ſeu per accidens.4.meteo.cõmen.5.
Putrefactionis eſt duplex cauſa,una per ſe, alia per accidẽs. Cõmen.in ſumma quarti meteororum.
Putrefactio duplex per uiam congelationis & per uiam cõbuſtionis.4.meteororum.cõmen.9.
Principiorum quædam ſunt in eſſe, quædam ſunt in arte.5.metaphyſi.11.phyſi.cõmen.8.
Principiorũ q̃dã intrinſeca,quædã extrinſeca.5.meta.t.c.1.
Prioritas alia ſecundum potentiã, alia ſecundum actum.5.metaphyſi.tex.cõm̃.16.in cap.de priori.
Perfectum duplex,in genere & ſimpliciter.5.metaphy.21.
Priuatio alia ſcd̃m ſe,alia ſcd̃m genus.5.metaphyſi.27.
Priuatio formę aptæ naturaliter hr̃i eſt tripl'r.5.metaph.27.
Pars q̃titatiua alia menſurat totũ,alia non.5.meta.tex.c.30.
Prædicatio alia naturalis,alia nõ naturalis.7.meta.cõm̃.59.
Potentia dupl'r,uerè & tranſumptiuè.9.meta.tex.cõm̃.2.
Paſſio aut eſt ad peius,aut ad corruptionẽ.9.meta.tex.cõ.2.
Potentiarũ aliæ rõnales,aliæ irrationales.9.meta.tex.cõ.3.
Potẽtiæ alię nã,alię cõſuetudine,alię diſciplina.9.meta.t.c.9.
Potẽtia duplex,q̃dã q̄ dr̃ reſpectu actus, & iſta eſt finita:& q̃dã q̄ nũq̄ ſepat̃ ab eo qd̃ p̃t,& iſta nõ dr̃ reſpectu actus: & de hoc gñe eſt potẽtia qua infinitũ dr̃ eſſe in potentia,& mã dr̃ eſſe in potentia ad infinitas formas: & de hoc gñe ẽt eſt potẽtia,q̄ ponit̃ in diffõne motus.9.meta.tex.cõm̃.11.
Permutatio q̃libet altero quatuor modorũ eſt.5.phyſi.t.cõ.7.& in.11.meta.cap.10.aut ex ſubiecto in ſubiectum eſt.
Pluralitas eſt duobus modis,ſimpliciũ & corporũ ſupiorũ, & pluralitas inferiorũ,ex diſputatione.3.in ſolutione.12.
Partes aĩaliũ alię ſimilares,alię diſſimilares:1.d̃ hiſ.aĩa.c.1.
Partes ſimilares alię molles & hũidę,alię ſolidę & ſiccę.ibid.
Partes diſſimilares aut ſt̃ eędẽ ſpẽ,aut gñe,aut ꝓportiõe.ibi.
Partes aĩaliũ aliæ cões,alię ꝓprię ſunt.primo de hiſto.cap.2.
Quæ p accidens mouentur,q̃dã p ſe moueri pñt, q̃dã uerò nequaq̃.4.phyſi.tex.cõ.32.idẽ.5.phyſi.cõmen.primo.
Quies alia uera,alia tranſumptiuè dicta.4.phyſi.cõ.118.
Qualitatũ attributarũ alterationi,q̃dã ſunt primę,q̃dã ſecũdę,& ſunt illæ q̄ fiunt ex primis.7.phyſi.tex.cõm̃.11.
Quærere de rebus difficilibus eſt,aut pp inuerecũdiam,aut pp philoſophiæ ſtudium.2.cœli.cõ.& tex.34.aut ꝓpter errorem,aut quia ignorat difficultates.
Quies aut eſt naturalis,aut uiolenta.3.cœli.tex.cõm̃.19.
Quantum aliud ſecundum ſe, aliud ſecundum accidens.5.metaphy.in cap.de quanto.tex.cõmen.18.
Quanta per ſe,alia ſecundum ſubſtantiam ſunt,ut linea,alia ſunt paſſiones & habitus.ibidem.
Qualitates q̃dã ptinẽt motui,& q̃dã nõ.5.metaphy.cõ.19.
Qualitas gñari p̃t dupl'r,uel à ſibi ſĩli,uel p uiã ſeq̃le, inq̃tũ ſeq̃tur mixtionẽ q̃tuor q̃litatũ primarũ.7.meta.cõm̃.32.
Raro cõtingentia ſunt duobus modis, q̃dã ꝓueniunt ex aliq̃ qd' agit pp finẽ,q̃dã uerò nequaq̃.2.phyſi.tex.cõm̃.42.
Rerum quædam ſunt in actu,& quędam habent potentiam admixtam cum actu.3.phyſi.cõm̃.56.
Reſiſtẽtia motus,aut ẽ ex moto,aut ex medio, aut ex utroq; .4.phyſi.commen.71.
Res motæ ſunt tribus modis,modus eorũ q̄ mouent̃ uiolẽter,& modus eorũ q̄ mouẽtur naturaliter, & talia aut ſunt aĩata,aut mouẽt̃ p d̃clinationẽ.ſ.p graui.et leui.8.phy.c.28
Res ſunt tribus modis,ſp,nũq̃,& qñq;.2.de gñatiõe.t.c.51.
Res ſenſibilis habet duas formas,ſpiritualem & corporalẽ.ex libro de diuinatione.
Reſolutio eſt duobus modis.ſ.aut in ſubſtantia utriuſq; relatiui,aut in ſubſtantia unius.5.meta.cõm̃.20.
Relatiuũ eſt duobus modis.ſ.per ſe,& relatiuum per aliud, quia uidelicet aliud refertur ad ipſum.10.metaphy.comẽ.21.&.5.metaphy.tex.cõm̃.20.
Sciæ ſpeculatiuæ ſunt duorũ modorũ,q̃dã ſunt pp pfectionẽ,quẽadmodũ eſt ſcĩa diuina & naturalis, q̃dã pp exercitiũ,ut mathematica.Cõmen.in prologo phyſi.
Scia alia pfecta & eſt per cauſam: & alia imperfecta, & eſt ſine cauſa.1.phyſi.commen.1.
Subiectũ aliud cõe, & eſt illud qd̃ dicimus eſſe nõ formatũ per ſe:aliud uerò eſt non formatũ in reſpectu, & iſtud ſunt materiæ propriæ.2.phyſi.cõm̃.8.
Superius & inferius alia ſunt in reſpectu ad nos, alia ſunt ex natura rei.4.phy.tex.cõm̃.5.
Subiectum motus dupliciter,uno modo pro moto, alio mõ pro termino motus.5.phyſi.cõm̃.15.
Senſibilia ſunt in triplici dr̃ia, q̃dã p̃ciſè iudicãtur eſſe uera, q̃dam p̃ciſè falſa,& quædam ſunt ignota donec ſurgat demonſtratio.8.phyſicorum.cõm̃.26.
Simpl'r põt ſumi ꝓ cõi ad id quod eſt eſſential'r & accidental'r,et p̃t ſumi,ut diſtĩguit̃ cõtra accidẽtal'r tm̃.8.phy.c.46
Septuplum ſumitur triplex.1.cœli.cõm̃.100.
Siccũ & humidũ dicunt̃ multifariã.2.de gña.et corrup.c.14
Scientia pręcedit ſcĩam,aut certitudine demõſtrationis, aut nobilitate ſubiecti,aut utroq;.1.de anima.cõm̃.1.
Senſus dupliciter,in potentia & actu.2.de anima.53.
Senſibile tripliciter.2.de anima.63.
Sonus duplex,actu & potentia.2.de anima.77.
Scĩa oĩs aut actiua,aut factiua,aut theorica ẽ.6.meta.t.cõ.1.
Scientiarum q̃dã conſiderant de cauſis reſpectu alicuius, & q̃dam de cauſis ſimpliciter.6.meta.cõm̃.1.
Sermones cõpoſiti ex accidentibus cõpõne ligata,aliq̄ ſunt per ſe,aliqui per accidens.7.meta.cõm̃.11.
Sanitas dr̃ duobus modis, de ſanitate q̄ eſt in aĩa,& de ſanitate quæ eſt habitus in corpore.7.meta.cõm̃.23.
Subſtantiarũ q̃dam ſunt confeſſæ ab oĩbus, q̃dam uerò à quibuſdam.8.metaphy.cõmen.1.& tex.
Subſtantiæ tres ſunt.12.metaphyſicæ.tex.cõm̃.5.
Subſtantiarum q̃dam ſunt ſine accidentibus, quædam nequaquam.12.metaphy.cõm̃.25.
Subſtãtiarũ q̃dã naturales,q̃dã aĩatę.12.meta.tex.cõm̃.25.
Species entium ſunt duæ cum motu & ſine.ex libro deſtru.diſpu.1.in ſolutio.14.&.15.dubij.
Simplex tripliciter ſumitur.ex libro deſtru.diſp.3.in ſol'.23.
Situs in ſphæra inuenitur duobus modis.2.cœli.cõm̃.57.
Tranſmutatio duplex,in ſub̃a,& in accidentibus.1.phyſic.cõm̃.63.&.1.cap.de ſubſtãtia orbis,& habet̃ à Pħo.1.phyſico.62.primo de gñatione & corruptio.tex.cõm̃.11.
Tranſmutatũ eſt tribus modis p ſe, p accñs, & ſm accñs: primũ qñq; ſumit̃,ut eſt ſynonymũ ei qd̃ eſt p ſe, & qñq; ſumitur magis propriè.5.phyſi.cõm̃.3.
Tranſmutatio ſimpl'r & quodãmõ ſimpl'r,eſt inter extrema cõtraria quodã mõ,ẽ inter cõtraria quodãmõ.5.phy.c.19.
Translatio alia à natura, alia ab anima, & alia recta, alia circularis.6.phyſi.commen.92.
Translatio alia prior,alia poſterior.8.phyſi.tex.cõm̃.55.
Tranſmutationes ſunt duobus modis,per ſe uidelicet,& nõ per ſe,ſed ſapiens præcedentẽ tranſmutationẽ.6.phyſi.32.
Tranſmutationes principales ſunt duobus modis, aut qñ finis eſt eiuſdẽ gñis,aut qñ eſt de alio gñe.6.phyſi.cõ.32.
Tranſmutatio alia in compoſitis & organicis,alia in corporibus ſimplicibus.6.phyſi.59.
Tranſmutationum quædam diſponuntur ſimpliciter, & q̃dam ſecundum aliquid.8.phyſi.cõm̃.24.
Tranſmutatio alia ſimpliciter,& eſt in ſubſtantia, alia p accidens,



cidens,& eſt in accidentibus.8.phyſi.cõm̃.46.
Tria ſunt,motor primus,motor medius, & poſtremũ motum.8.phyſico.33.
Tres ſunt cõpões,cõpõ ſpẽi ex ſuis cauſis, compõ gñis ex ſuis ſpẽbus,& cõpõ indiuidui ex ſuis ptibus,q̄ ſunt ſm ſui qualitatẽ.Nota tñ q pria diuiſio,& ſcd̃a, idẽ ſunt: ſed aduerte q cõpõ ſpẽi ex ſuis cauſis eſt duplex p Auer.ibidẽ in cõm̃.5.1.phyſi.qa q̃dã eſt ex cauſis ſcd̃m imaginationẽ,& q̃dã ſunt cãæ ſcd̃m fidẽ. Cãæ ſcd̃m imaginationẽ ſpeciei ſunt genus & dr̃ia,ex q̄bus ſpẽs diffinit̃: & iõ dicũtur cãæ ſcd̃m imaginationẽ,qa gña & ſpẽs ſunt ul'ia,q̄ apud Ariſ. nõ hñt eſſe extra aĩam,ut poſuit Plato.3.de aĩa.c.18.&.12.meta.c.4.Vñ.1.meta.c.45.Ariſt. opinabatur q intellecta ul'ia notificãt ſub̃as rerũ,& nõ ſunt ſub̃ę earũ:cãę aũt ſcd̃m fidẽ ſunt materia & forma,q̄ hñt eſſe extra aĩam. Per partes indiuidui ſcd̃m qualitatem, intelligas in uia eius partes eſſentiales,ex quibus cõſtituitur indiuiduum, uidelicet materiam & formam.
Vniuerſum triplex,uidelicet ul'e qd̃ continet ſpẽs,& uniuerſum qd̃ cõtinet cãs,ex q̄bus cõſtituit̃ ſpẽs, & uniuerſum in rei ueritate,qd̃ eſt indiuiduũ demõſtratũ.1.phy.cõ.5.Vbi per uniuerſum intellige totum,iuxta modum Arabum.
Vniuocorũ alia cõparabilia ſũt, alia uerò nõ.7.phy.t.c.26.
Voluptas alia reſpectu p̃ſentis,alia reſpectu futuri,alia reſpectu p̃teriti.7.phyſi.tex.cõmen.19.
Vltimũ duplex,nobilè, & tale eſt finis motus: aliud eſt contingẽs ex neceſſitate naturæ,& tale non eſt finis,nec habet rõnem boni,uel nobilis,ut mors.colligitur ex.2.phyſi.tex.cõmen.23.uide ẽt.2.phy.tex.cõm̃.87.
Vnum numero,ſpecie,genere,analogia.5.meta.tex.cõ.12.
Vnũ ſcd̃m formã duplex,uidelicet ſm formã gñalẽ et ſpãlẽ.
Volucrum alię penna uolãt,alię membrana ſicca, alię cute.1.de hiſto.cap.5.

Finis Tabulæ M.Antonij Zimaræ,Philoſophi præſtantiſſimi in Ariſtotelem & Auerroem, nũc ſumma diligentia cũ proprio Exemplari manu ſcripto collatæ,ac q̃plurimis mẽdis,quæ in priore impreſſione ob Exemplaris ipſius obſcuritatem admiſſæ fuerant,emaculatæ per quendam utriuſq; linguæ peritiſſimum,ut legenti patebit.

## *SERIES CHARTARVM.*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee
Omnes Terniones Ee uero Duernio.




*Venetiis Apud Hieronymum Scotum.*
*M D XLVIIII.*